Google

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
LVIII
F
7
NAPOLI

LEGATORIA
Viola Salvatore
Via Giovanni Paladino, 19
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

NUMISMATA
IMPERATORUM
ROMANORUM
A TRAJANO DECIO
AD PALÆOLOGOS AUGUSTOS.
DUOBUS TOMIS.

LVIII. F. 2.

NUMISMATA IMPERATORUM ROMANORUM

A TRAJANO DECIO AD PALÆOLOGOS AUGUSTOS.

ACCESSIT

BIBLIOTHECA NUMMARIA,

Sive Auctorum qui de Re Nummariâ ſcripſerunt.

Operâ & ſtudio D. ANSELMI BANDURI, *Monachi Benedictini, Regiæ Magni Etruriæ Ducis Bibliothecæ Præfecti, & in Regiâ Academiâ Inſcriptionum ac Bonarum Literarum Academici Honorarii.*

TOMUS PRIMUS.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

LUTETIÆ PARISIORUM,
Sumptibus MONTALANT, Bibliopolæ, ad Ripam P P. Auguſtinianorum, prope Pontem Sancti Michaëlis.

M. DCC. XVIII.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS.

[illegible]
[illegible]
Digitized by Google



PHILIPPO

AURELIANENSIUM
DUCI,
REGENTI.

T*RIBUTUM Tibi hoc offero de iis rebus quas in Galliâ comparavi, quod quidem tot ad Te nominibus pertinebat, ut de alio mihi cogitare non liceret. Quod factum meum ut judicio etiam tuo probem, patere*

Digitized by Google

me paulo liberiùs hoc in loco de meis rebus explicare, quàm fieri vulgo ſoleat. Cum enim Principem eum adloquar cujus laus magna per ſe vocis meæ præconio non indigeat, ea exequar apud Te ſubtiliùs quæ ad confectionem operis mei atque editionem ſpectant. Ex quibus ſi fortè intelliges fuiſſe me hactenus non indiligentem, placiturum eâ re magis Tibi me confido, quàm ſi, cum omnibus eloquentiæ pigmentis atque infulis, laudum tuarum perpetuâ commemoratione aures tuas obtunderem.

Cum igitur ex Italiâ profectus, Lutetiam, hoc ineunte ſæculo, veniſſem admodum adoleſcens, id uſu atque experientiâ meâ cognovi quod ſpe præceperam, veniſſe me ſcilicet in ampliſſimum quaſi quoddam emporium diſciplinarum omnium, ubi et literæ florerent, & literati eſſent in pretio. Nihil itaque mihi fuit antiquius, quàm ut, pro captu meo paulatim imbuerer artibus iis quas qui tenent eruditi nominantur.

Atque

Atque id eo conſilio faciebam ut, peracto diſciplinæ tyrocinio, poſſem, magno meo commodo, applicare me ad viros doctos quos hîc reperiri plurimos noveram, & ad amplianda doctrinæ ſtudia ſymbolam quoque meam pro virili aliquando conferre. Ita, & obtemperabam COSMO III. *Magno Etruriæ Duci, cujus voluntate veneram et opibus ſublevabar, & exemplo præſtantium in omni genere doctrinâ ex Benedictinâ familiâ ſcriptorum, quantum erat in me, reſpondebam.*

Ex hac compoſitione ſtudiorum meorum emanarunt jam in vulgus, ſi non admodum erudita, non mediocri ſaltem labore ac diligentiâ confecta, volumina duo, quibus hiſtoria Imperii Orientalis quà civilis quà Eccleſiaſtica illuſtratur. Quod opus Magno Etruriæ Duci patrono meo dedicatum cum Regi Chriſtianiſſimo LUDOVICO MAGNO *obtuliſſem, eâ eſt ab illo comitate acceptum, ut novi hujuſce operis à me jam inchoati*

mira perſiciendi animo meo alacritas injiceretur.

Ac primùm quidem, ut quam ſpartam ſortitus eram poſſem eam magnificentiùs exornare, theſaurum mihi ſuum apertum eſſe voluit Princeps optimus, ut immenſis illis rei numiſmaticæ opibus ad rem meam commodiſſimè fruerer. Deinde, quo et honeſtarer ipſe et illuſtrium hominum unde proficerem ſocietate gauderem, in illâ me celeberrimâ ſuâ Bonarum Literarum Academiâ hominem extraneum ſuprà numerum collocavit. Demum, novo huic libro, quem ſibi uti dedicarem prolixè conceſſerat, perpoliendo vim pecuniæ juſſit de Sacro AErario non modicam ſubminiſtrari. Quæ etſi magna per ſe benevolentiæ ſigna ſunt, ſpem tamen majorum mihi beneficiorum ſæpiſſimè oſtendebat. Ad extremum exquiſitis tanti me Regis honoribus decoratum Magnus Etruriæ Dux idoneum judicavit quem nobiliſſimæ Bibliothecæ ſuæ Præfectum appellaret.

His tot impulſus incitamentis, tot adjumentis inſtructus nummos veteres à Trajano Decio Aug. ad ultima ſeneſcentis ac propè afflicti Græcorum Imperii tempora, eo deſcripſi ordine ac modo, eâ curâ illuſtravi, ut eorum cognitio non facilè jam peti commodiùs quàm ex hoc libro poſſit; enodatio verò atque enucleatio, ut ne quid pudore diſſimulem, non alia admodum requiratur.

Atque hoc doctrinæ genus ſi non aliud haberet operæ pretium quàm accuratiſſimam veteris hiſtoriæ notitiam, non contemnendum tamen ac negligendum videretur. Nunc autem, cum ad rei Chriſtianæ non modo naſcentis incunabula, verùm adultæ progreſſus et confirmatæ ſtatum apprimè pertineat, dignum omnino cenſeri debet homine Chriſtiano, nedum eo cujus ætas omnis Chriſto Domino conſecrata delitias in literis et curioſitatem, quæ vanitati proxima eſt, à ſe debeat amoliri.

Digitized by Google

Quo major ac certior mihi ſpes affulget, PRINCEPS AUGUSTISSIME, *fore non ingratum Tibi nec injucundum opus hoc quod, de ſententiâ* COSMI III. *Magni Etruriæ Ducis, Regiæ C. T. Do, Dono, Dico, Conſecro. Meritò ſanè. Quis enim omnium potiori ſibi jure vindicet quàm Regni Gallici Moderator promptuarium hoc eruditæ vetuſtatis, refertum numiſmatibus exſcriptis vel è Theſauro Regio, vel ex illo Dominæ matris tuæ pretioſiſſimo, vel certè ex variis Gallorum hominum cimeliis. Quod munus meum ſi, quâ ſoles ipſum me, eâdem voluntate accipias, ita fiet profectò ut, unde tot in me bona defluxerunt, eo redeat grati ac memoris animi teſtificatio. Neque enim obſequium Tibi meum alio meliùs modo poteram declarare quàm ſi donum hoc ad auguſtos pedes tuos deponerem, neque abundantiùs eruditis tuis gratificari quibus debere me multum profiteor, quàm ſi ſingulis propemodum verſibus eorum nomina oculis*

tuis

tuis perlegenda ſubjicerem. Erit hoc meum quaſi minerval apud illos quòd, qui laboribus meis eorum ſtudia mediocriter adjuvem, certè, cum idem eorum nomenclator ac præco apud Te in hoc opere ſim, fortunis et gloriæ non mediocriter inſerviam.

Heroum eſt amare bonas artes, eruditos diligere; quod exempla ab Alexandro illo Macedone ad ætatem uſque noſtram repetita confirmant. Habet id ab iis natura tua ut et præclarè agas, & qui actiones tuas mandare poſſint monumentis literarum doctiſſimis hominibus delectere. Sic eos enimvero fovere amas et honeſtare, tantam commendatione tuâ claritatem eis et gloriam concilias, ut etiam Majoris Ruſſiæ Dux Moſcoviticæ gentis Imperator in unum è tribus eorum collegiis nuper voluerit cooptari. Senſi equidem et cum magnâ Tui admiratione ſum expertus quâ humanitate literatorum vel minimum proſequerere: cùm regni totius quod Regi puero ſtudes con-

Digitized by Google

ſervare quamflorentiſſimum negotiis aliquantulum omiſſis ad R. C. me Tuam ſineres quaſi otioſus accedere; cum de hac ipsâ politione ſciſcitarere; cum denique difficillimis Artium temporibus editionem hanc benignitate tuâ ad exitum promoveres.

Satis hæc erant, opinor, quo meum à temeritatis crimine conſilium vindicarem. Quæ tamen ut maximè abeſſent, nihilominus ad Te pertineret hæc mea plurium annorum lucubratio.

Ipſi nimirum Imperatores, quorum duobus his voluminibus monumenta continentur, non aliis ament teri manibus imagines ſuas quàm ejus Principis qui toties meruerit Imperator appellari; qui, vel in ipſo ætatis flore ſic ingenii, ſic animi vires ad Nerwindam explicarit, ut corroboratos milites virtute, ſapientiſſimos Duces prudentiâ ſuperaret; qui deinde maximis exercitibus ac bellis ſummâ cum laude præfuerit; qui tot arces in Hiſpaniâ, tot urbes munitiſſimas

diſjecerit; qui ſcopulum infamem ad quem tot ducum vis ac virtus eliſa atque infracta conciderat, Ilerdam primus expugnarit; quem niſi vulneris magnitudo atque acerbitas ab Italicâ expeditione removiſſet, confectum celeriùs multo bellum habuiſſemus; cujus, ut verbo complectar omnia, cum LUDOVICI MAGNI *bellis glorioſa facta illigata ſunt atque confuſa ſic, ut iiſdem in numiſmatibus ad æternam nominis Gallici laudem conſignata ſint.*

Neque verò quiſquam erat cui arrideret magis aut magis eſſet accommodata conſtituendis civitatibus aut gubernandis clarorum virorum hiſtoria, quàm ei qui potentiſſimum totius Europæ regnum, pro jure ſuo ita moderatur, ut in dubio relinquat virtute ne imperatoriâ magis ac bellicâ, an civili et domeſticâ prudentiæ laude præſtantior ſit exiſtimandus.

Faxit ille cujus numine imperia reguntur ac vigent Deus O. M. ut præcellentem

EPISTOLA

INSTINCTV DIVINITATIS, MENTIS MAGNITVDINE, FVNDATORem QVIETIS, *optimarum artium*, *non minùs quàm heroum Gallia parens ac nutrix ſanum diu Te incolumemque* SECVRITati PVBLicæ *conſervet.*

ANSELMUS BANDURI.

PRÆFATIO.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

QUO tempore elaborabam opus inſcriptum, *Imperium Orientale*, &c. fortè accidit ut Regium Numiſmatum Theſaurum, ac muſeum Fucaltianum oculis perluſtrarem, animi gratiâ magis, quàm quod in iis quidquam novum, & à doctiſſimo Ducangio prætermiſſum quod ad cætera Antiquitatum CP. monumenta adderetur, inveniri poſſe ſperarem. Cujus laboris & induſtriæ cum cepiſſem eum fructum, ut id denique verum eſſe deprehenderem quod mihi perſuaderi antea paſſus non eram, vix decimam numiſmatum partem in Tabulis Ducangii cômparere, indeque novam numiſmatum ſeriem ordiendi conſilium cepiſſem; brevi ſubiit cogitatio, à Diocletiano faciendum eſſe initium, quòd Princeps ille novam iniit regundi orbis Romani rationem, primuſque omnium, tametſi majeſtate Imperii indiviſâ, Imperium tamen æqualiter diviſit in duas partes, iiſque præeſſe voluit Auguſtos duos, quibus deinde Cæſares duos adjunxit, Gal. Maximianum & Conſtantium, quem Ducangius agmen ducere voluit. Movebat ſcil. quòd plurima in horum Cæſarum nummis conſignata erant, quorum ratio percipi non poterat, niſi inter ſe, & cum Auguſtorum nummis compararentur, veluti quòd in Conſtantii nummis victoria Sarmatica commendaretur, quòd quatuor viri paludati ſacris operarentur ante caſtra; quòd de Illyrici virtute, de Carthagine auctâ ac felice eidem gratularentur monetarii. Ita cur Jovis & Herculis in tutelam ſe dediſſe diceretur Conſtantius, cur idem cum Diocletiano conjungeretur, Gal. Maximianus cum Val. Maximiano, facilè intelligebant qui horum omnium numiſmata contrectaverant, alii ne conjecturâ quidem conſequi poterant. Eâdem conſilii inopiâ conflictabamur, cum poſt quartum Cæſarum annum numiſmata Ægyptiaca deſiderari videbamus, niſi in Diocletiani anno decimo-tertio, ac decimo Herculii eadem cudi deſiiſſe deprehendiſſemus. Poſtremo, ſine Diocletiani & ejus Collegæ nummis, nihil fermè erat in Cæſarum nummis ad memoriam inſigne, cui certam lucem affundere poſſemus, cum iis contrà nihil erat, quod vel imperitum falleret. Igitur hæc omnia ſimul conquirere cœpi, certas in claſſes diſtribui, rariſſima quæque, præſertim è Theſauro Regio, in æs incidi curavi: ſed affecto jam opere, cum in eo propè res eſſet, ut typis committeretur à me inſtituta ſeries, tum demum intellexi me à propoſito

quàm longiſſimè declinaſſe, operamque meam non magis ad hiſtoriam Conſtantinopoleos pertinere, quàm ad res in univerſo Imperio geſtas, & quidem quinquaginta fermè annos ante, quàm de condendâ novâ Româ cogitaret Conſtantinus Magnus. Quibus cum accederent graviſſima rationum momenta, quæ me juberent lucubrationes meas in unum alterumve annum premere, ac viri docti, & Antiquitatis ſtudioſi, quales hæc Urbs ſemper aut protulit, aut in ſinum ſuum recepit, rariſſima numiſmata mecum ſe communicaturos eſſe humaniſſimè pollicerentur, eorum conſilia anxiùs expetere cœpi, omneſque in eâ ſententiâ eſſe deprehendi; ſi quis à C. Julio Cæſare numiſmatum ſeriem ordiatur, & ad poſtremos Imperatores perducat, hunc de re literariâ optimè meriturum, famamque immortalem ſibi comparaturum eſſe; ſed qui eam rem ſuſcipiat, eum non ingenio & eruditione ſolùm, verùm etiam otio ac divitiis abundare oportere, eique non intrà Urbem, tametſi hujuſmodi opibus inſtructiſſimam, conſiſtendum, ſed perluſtranda eſſe Italiæ, Germaniæ, Bataviæ, Magnæ Britanniæ, totius denique Europæ muſea. Quæ cum præſtari à me non poſſe intelligerent, prætereaque priorum temporum deſiderium leniùs ferrent, quòd in iis minùs indiligens fuerat Comes Mediobarbus, & qui deinde nummi prodierant, à viris doctis deſcripti ſubinde, & illuſtrati fuerant; hortabantur iidem, ut ſaltem à Trajano Decio opus meum auſpicarer, confirmabantque plurima à me repertum iri, quæ omnium Scriptorum diligentiam fugerant.

Hîc igitur habes, Erudite lector, Auguſtorum Auguſtarumque, Cæſarum & Tyrannorum à Trajano Decio ad Palæologos Auguſtos, numiſmata omnia Latina, Græca, Ægyptiaca ex omni metallo ac modulo, quotquot in Theſauro Regio, & in ampliſſimis inclytæ hujus urbis Muſeis videre ac deſcribere licuit; adjectis quæ in Regio Magni Etruriæ Ducis Theſauro aſſervantur, necnon iis quæ ex Brandenburgico cimelio Laurentius Begerus, è variis Mediobarbus, Vaillantius, Harduinus, aliique in lucem edidere.

Univerſum opus ita digeſſimus; primùm uniuſcujuſque Principis vitam propoſuimus ita ſcriptam, ut nihil prætermitteremus, quod quidem à ſcriptoribus coævis proditum eſſet, ad memoriam inſigne, ac ſingula quibus annis geſta eſſent accuratè moneremus: quâ in re prorſus ingrati in Tillemontium & Pagium eſſemus, niſi illorum operibus nos multo labore levatos eſſe profiteremur: verùm quia neuter ſatis intellexit quanta ex nummis utilitas percipi poſſet ad illuſtrandam reſtituendamve hiſtoriam aut temporum rationem, non raro nobis contigit, ut ea retractare cogeremur, in quibus nummorum rationem non habuerant viri nunquam ſine laude appellandi; & ea quidem, in quibus peccaſſe nobis videbantur, interdum prolatis nummis emendavimus in ipſis Imperatorum vitis; ſed ubi id,

niſi pluribus verbis exequi non potuimus, ſententiam quidem noſtram poſuimus, at argumenta quibus nitebatur, alium in locum, hoc eſt, in notas rejicere libuit.

In Imperatoribus ac Tyrannis collocandis à Mediobarbo paulum differimus; ille enim temporum rationem non adeo habuiſſe videtur; nobis verò viſum eſt, ut juſtos Principes primùm, deinde eorum uxores ac liberos Cæſares diſponeremus, ac ſingulis ordine ſubjungeremus quos Tyrannos appellari placuit, quia aliquot tantum Provinciis imperitarunt, & ab iis qui juſti Principes habentur, aut cæſi, aut in ordinem redacti ſunt.

Vitam excipiunt rariſſima quæque numiſmata in æs quàm diligentiſſimè inciſa. Pleraque ex ampliſſimo Chriſtianiſſimi Francorum Regis Theſauro, alia variis è cimeliis prodeunt. Regia ſuis ut ſumptibus cælari curaremus, permiſit LUDOVICUS cognomento MAGNUS, rerum geſtarum gloriâ Maximus, ſumptuſque cùm ipſe, tùm etiam eximius Princeps, qui nunc inclytum hoc regnum moderatur, PHILIPPUS Aurelianenſium Dux, liberaliſſimè ſuppeditaverunt. Quibus cum eo nomine immortales gratias agamus, tùm etiam agere debent omnes Antiquitatis ſtudioſi. Non ejuſdem artificis manu cælatæ ſunt tabulæ omnes: Ertingero Helvetio tandiu uſi ſumus, donec naturæ ſatisfecit; ab eoque in æs inciſa ſunt pleraque numiſmata quæ in altero volumine comparent: poſt ejus mortem Philippus Simonneau operam nobis præbuit; cum hic denique peregrinaretur, quæ ſupererant in utroque volumine cælavit Daniel Cochin. In diſponendis numiſmatibus hunc ordinem ſecuti ſumus: ſi quæ fuerint alicujus Principis maxima, ea primum locum tenent; ſequuntur numiſmata primæ formæ & ſecundæ; tum aurea, & argentea; poſtremo ærea minimi moduli: ſingula verò integra inciſa ſunt, niſi quando plurium idem capitis typus eademque fuit epigraphe; horum enim averſas partes ordine collocavimus, ac inter ſe lineâ conjunximus.

Tabulas ſequitur ſeries numiſmatum per varias claſſes ita diſtinctorum, ut aurea primum locum teneant, proximum argentea, ærea poſtremum. Hæc porro varias in partes diſtributa ſunt; primas enim tenent ærea maximæ formæ, qui *Medaglioni* vulgò dicuntur; hiſque ſubjuncta ſunt primi, deinde ſecundi, ac denique tertii moduli numiſmata. In ſerie aureorum & argenteorum formæ etiam rationem eatenus habuimus, ut ea indicaremus, quæ mole & magnitudine præcipuâ occurrebant, quorumve parvitas ipſa inſignis erat, monebatque locum iis inter Quinarios dandum eſſe.

Singulis in claſſibus & claſſium partibus nummi ordine alphabetico digeſti ſunt; uniuſcujuſque verò caput cum ſuâ epigraphe accuratiſſimè deſcriptum eſt; quibus in Muſeis ſingulos contrectaverimus, indicant literæ ſingulares nummis ſubjunctæ.

In nummis æreis ſingulorum modulorum hunc ſervavimus ordinem; Romanos primos omnium deſcripſimus; eos ſequuntur qui in Coloniis cuſi ſunt, tum ſubjecimus Græca numiſmata, Ægyptiaca denique agmen claudere juſſimus: ſed in Romanis nummis ex ære quiddam nobis præter votum accidit; quòd ſcilicet ſuis locis diſponere non potuimus eos quos olim deſcripſerant Occo & Mediobarbus Comes: cum enim cujus metalli forent ſinguli per neutrum ſcire liceret, omnes poſtremum in locum rejecimus, & eorum quidem deſcriptionem cum fide repræſentavimus, ſed noſtrum, hoc eſt alphabeticum ordinem in iis quoque exhibendis ſecuti ſumus; quod eum noveramus uſui eſſe maximè accommodatum, nec obnoxium erroribus quibus Occonis & Mediobarbi ſeries deformatæ ſunt.

Nummis pleriſque adjectæ ſunt, ſed in imâ paginâ, multiplices notæ: ſunt quæ raritatem nummorum edoceant; ſunt etiam quæ novitatem, ſi quæ nimirum epigraphe, aut ſi quis typus cum hac illâve epigraphe conjunctus primum occurrat. Prodeunt nummi qui nec in Mediobarbi, nec in Vaillantii operibus comparuerant? hoc quoque lectorem noſtrum monere libuit, &, ut quidem ſpero, licuit: poſtremo ſi quid in nummis conſignatum erat paullo obſcurius, quod aliunde illuſtrari poſſet, aut ſi quid ex iis extundi poterat, quo reſtituerentur Geographia, Chronologia, Hiſtoria, fideſve rebus à ſcriptoribus narratis firmaretur, id monere in notis officii noſtri eſſe duximus. Ita factum eſt, ut ex iis quædam breviſſimæ, aliæ contià prolixiores, ac penè ad exemplum juſtæ diſſertationis ſcriptæ ſint; quòd certis in rebus quæ hactenus controverſæ ac plenæ diſſenſionis inter doctos fuerant, ſingula rationum momenta diligenter perpendenda eſſent; quòd interdum ſubtiliores quaſdam nummos interpretandi rationes confutare neceſſarium videretur: quòd denique falſi ſuſpicione abſolvendi eſſent antiqui ſcriptores, & unde argumenta perſuaſibilia ad fidem hiſtoricorum labefactandam petierat vir noſtrâ ætate acutiſſimus & doctiſſimus, inde graviſſima & firmiſſima ad eorum antiquitatem aſſerendam duci poſſe demonſtrandum eſſet.

Huic nummorum ſeriei ſubjuncti ſunt indices accuratiſſimi: primus Inſcriptiones quæ ſingulorum Imperatorum capita in nummis, qua Latinis, qua Græcis, qua Ægyptiacis ambiunt, exhibet: in altero variæ averſarum partium in nummis Latinis Inſcriptiones ordine literarum deſcriptæ ſunt: tertius idem præſtat in nummis Coloniarum, quartus in nummis urbium Græcarum. Quæ ſit hujuſmodi indicum utilitas nemo non videt: ſcilicet quot quiſque Princeps prænominibus, nominibus, cognominibus inſignis fuerit, quâ ratione hæc inter ſe conjunxerit; quâ primùm ætate quæque inſcriptio in nummis conſignata ſit, aut quæque urbs monetam impetrarit, noviſque titulis ſe jactaverit, illic nullo negotio diſcere poſſunt antiquitatis ſtudioſi; ſuperioribus tamen multo utilior eſt index

index quintus, qui cum altero volumine compingendus erat, niſi nimia ejus moles obſtitiſſet : in eo quippe typos qui in averſis partibus utriuſque voluminis ſculpti ſunt, ſingulos ſub ſuâ epigraphe deſcripſimus; quo labore noſtro mythologia vetus illuſtratur plurimum, & uniuſcujuſque virtutis emblemata ac ſymbola facillimè ediſci poſſunt.

Sunt & alii duo Indices huic præfationi ſubjuncti; unus muſeorum, quorum domini numiſmata ſua nobiſcum communicarunt, ac librorum è quibus alia exſcripſimus; alter Auguſtorum Auguſtarumque, Cæſarum & Tyrannorum qui in hoc volumine continentur, alphabeticus.

Addita eſt Tabula Geographica Provinciarum & Urbium Coloniâ Romanâ, vel Municipii jure, vel aliâ quâvis prærogativâ inſignium, quæ Imperatorum Romanorum à Traj. Decio ad Claudium Gothicum effigies in nummis ſuis expreſſerunt; à peritiſſimo ac doctiſſimo Guillelmo Delisle, è Regiâ Scientiarum Academiâ, adornata; quæ tabula eo utilior eſt, quo ſingularum urbium tituli accuratiùs in eâ, quàm in cæteris deſcripti ſunt.

Hîc dicendum erat de Bibliothecâ Nummariâ, quam novo prorſus exemplo ſcripſimus, cum de ſingulis libris qui in illâ enumerantur judicium noſtrum interpoſuerimus; ſed conſilii noſtri rationem in ipsâ Bibliothecæ præfatione explicavimus; quamobrem id unum ſupereſt, ut nonnulla quæ in primo volumine vel omiſſa, vel alioqui indiligentiùs tractata ſunt, hîc retexamus.

Quinque & triginta annorum hiſtoriam complectitur primum volumen; de quâ hiſtoriâ, multò rectiùs quàm Herodianus de eâ quam literis conſignavit, dicere poſſumus, nuſquam aut imperiorum tam diverſas ſucceſſiones, aut bellorum vel civilium, vel externorum tam varios caſus atque eventus, aut principum ac tyrannorum vitas adeo novas atque inauditas reperiri. Sed cùm plurima complectatur penè ſuprà veri fidem, tum etiam deſtituta eſt hiſtoricis, aut ſcriptores planè nugaces & imperitos nacta eſt, è quibus nihil fermè extundi poteſt quo ſtirpium ſeries illuſtrentur, demonſtreturve temporum ratio.

Hoc incommodo maximè laborat Deciorum hiſtoria. Quæ Traj. Decii uxor fuerit diu addubitatum eſt, nunc conſtat Herenniam Etruſcillam fuiſſe, ex eoque matrimonio natum Herennium Etruſcum; de Hoſtiliano variant eruditorum ſententiæ; hunc plerique Decii filium fuiſſe affirmant, generum alii contendunt; ab eo ſcil. ductam eſſe alteram Etruſcillam, cujus nummos à matris nummis fatentur hactenus dignoſci non potuiſſe. Variis argumentis hanc opinionem tueri ſolent; primum & alterum ducunt è veteribus ſcriptoribus; ab iis enim unum Traj. Decii filium memorari, qui in acie periit; deinde mentionem Hoſtiliani ab iiſdem ita fieri, ut ejus patris

non meminerint : tertium argumentum præbent numiſmata, quòd in illis hæc Hoſtiliani nomina legantur, *C. Valens Hoſtilianus Meſſius Quintus*; inde quippe conſtare, aliâ familiâ ortum, & in Meſſiam Quintam inſertum eſſe vel adfinitate, vel aliâ quâpiam viâ. Quibus porro hæc argumenta ſatis firma ſunt, iis quærere libuit, num Hoſtilianus natus foret eo Principe, quem ferunt paucos dies à Gordiani cæde imperaſſe, qui quidem M. Severus Hoſtilianus apud Goltzium dicitur. Atqui ex ſimilitudine pronominis, ſi cætera differant, nemo cognationem arguerit, in eâ præſertim ætate in quâ verſamur; tum enim nomina miro quodam modo confundi ac perturbari cœpiſſe conſtat; prætereaque M. Marcii, ac Severi Hoſtiliani hiſtoria viris doctiſſimis falſi, nec immerito ſuſpecta eſt, quòd nec idoneos auctores nacta ſit, & adhuc in tenebris deliteſcant nummi, quos Hub. Goltzius ſive veteres, ſive confictos contrectaverat. Quod pertinet ad Hoſtiliani noſtri nomina, duo referri poſſunt, primum Quinti nomen, ut vocant, proprium huic fuiſſe, penè conſtare ex nummis in quibus HETRVSCVS ET QVINTVS CAESS. ſimul exhibentur; alterum, perfectam nominum ſimilitudinem cum patriis nominibus haud magis ab Hoſtiliano exigendam eſſe, quàm ab Hetruſco, qui *Quintus Herennius Etruſcus Meſſius Decius* vulgo appellatur, atque ita materna nomina paternis plerumque præpoſuit. Enimvero quod ne Antoninorum quidem ſæculo obtinuit, cur id requiramus in ſæculo Decii? Nam è duobus M. Aurelii filiis, unus, cujus memoriam nummi noſtrâ ætate reperti renovaverunt, cum *Annius Verus* diceretur, nullum è paternis nominibus receperat; alter verò ita à patre *M. Aurelius Commodus Antoninus* dictus eſt, ut perſæpè etiam *L. Ælius Aurelius Commodus* nominaretur, quod Ælii nomen aliunde ſibi adſciverat. Variæ nimirum ac multiplices cauſæ Romanos, ut ſuis nominibus alia adjungerent impulerunt, quas in hiſtoriâ, qualis ad nos pervenit, mancâ ac mutilâ fruſtrà quæſieris. Itaque, cur Æmilianus plerumque *M. Æmilius*, interdum *C. Julius* dicatur in nummis; cur Gallieno *Egnatii*, vel *Ignatii* nomen additum ſit; cur denique hic Decii filius dictus ſit *C. Valens Hoſtilianus*, nemo, ut quidem opinor, in hac ſcriptorum inopiâ conſequetur. Superſunt auctores, quos adverſarii noſtri contendunt de Hoſtiliano ita ſcripturos fuiſſe, ut de Traj. Decii filio, ſi filius reverâ fuiſſet; horum auctoritatem defugere nolumus, ſi quid affirment quod aliunde non refellatur; verùm ſi quid aliunde conſtet, quod prætermiſerint, id etiam ſequi nobis licere videtur. Atqui è nummis liquet, Hoſtilianum Decio adhuc vivo Cæſarem una cum Etruſco fuiſſe; nec profectò credibile eſt, ad ſpem Imperii vocatum fuiſſe generum Principis, cui filius eſſet Imperio dignus, & jam imperator. Præterea ne ſcriptores quidem nobis hîc deſunt; Zoſimus enim alterum è Traj. Decii filiis ſuperſtitem à Treb. Gallo adopta-

tum eſſe, brevique ex inſidiis periiſſe ſcripſit; quod etſi minùs accuratum eſt, nemo tamen diffitebitur, ſermonem à Græco ſcriptore haberi de Hoſtiliano, quos alii ex auctoritate Senarûs poſt Deciorum cædem imperaſſe cum Gallo, & intrà annum peſtilentiâ correptum obiiſſe prodiderunr.

Quædam epochæ in nummis Deciorum apparent; quarum aliæ ætatem quâ Trajanus Decius imperavit nos edocent, ex aliis quot annos imperaverit, diſcimus; ſed Rheſænenſium & Anazarbi epochæ illuſtres, ac multorum ſcriptis celebratæ, aliæ paullò obſcuriores ſunt; nam tertium annum in nummis Ægyptiacis Decii conſignatum eſſe, perpauci novere; in Romanis, nemo; nuper enim è terræ viſceribus erutus eſt nummus hic ex Æ. III. cujus deſcriptionem R. P. Chamillart nobiſcum humaniſſimè communicavit:

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

P M TR P III COS PP. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ caduceum oblongum humi poſitum, lævâ cornucopiæ tenet.

Extat etiam Her. Etruſci nummus ſingularis, in quo Trajanus Decius P M TR P II CONS II. dicitur; qui nummus ad fidem Conſularibus Faſtis confirmandam omnino opportunus eſt.

Quod ad nummos Viminacii ſpectat, ii nobis ad rationem illorum temporum reſtituendam utiliſſimi ſemper viſi ſunt; ex iis enim apparet, primùm, Coloniam illam decimum annum ex quo deducta erat, numeraviſſe cum Traj. Decius ad Imperium pervenit, duodecimum, cum in acie occubuit; deinde, marito ſuperſtitem, ac decimo-tertio Coloniæ anno adhuc Auguſtam fuiſſe Her. Etruſcillam, tametſi anno duodecimo Treb. Gallus imperare cœperit; poſtremo, cum Æmiliano imperante, imò Valeriano & Gallieno jam Auguſtis nondum elapſus eſſet decimus quartus Coloniæ annus, fruſtrà à nonnullis contendi, annum Imperii quartum à Treb. Gallo inchoatum eſſe.

Poſtremum hoc confirmant nummi Provinciæ Daciæ, quæ quintum annum Decio adhuc vivo, ſeptimum Æmiliano jam Auguſto, numerabat; quamobrem, cur quartus Tribunitiæ poteſtatis annus in Treb. Galli & Voluſiani nummis conſignatus ſit, cur item annus tertius in utriuſque nummis Ægyptiacis, ſæpè mirari ſubiit: ſuperioribus enim nummis convenit cum Dexippo coævo ſcriptore, à quo proditum eſt, Trebonianum ac Voluſianum annum & octo menſes imperaſſe. Cujus rei aliud etiam, & quidem graviſſimum argumentum proferre licet: nam quòd annus 299. in nummis Ægæenſium Ciliciæ Æmiliano cuſis apparet, inde Principem illum intrà autumnum anni 252. & autumnum anni 253. imperare cœpiſſe conſtare videri.

His accedunt Conſulatus Valeriani & Gallieni, de quibus brevi

dicturi ſumus: primum enim cur Treb. Gallo Corn. Superam in matrimonium collocaverimus, monendus eſt lector. Quam ſuperioris ætatis antiquarii cum ſcripſere Valeriano Jun. nuptam videri, nullis quidem argumentis paullò gravioribus ſe in eam opinionem adductos eſſe profeſſi ſunt; quod tamen artificium ejus nummorum à nummorum Saloninæ artificio haud abhorreret, deinde quod Cornelia foret, perinde atque Salonina, idcirco hanc ſe maluiſſe Valeriano Jun. quàm nulli Principi collocare. Nos ex ejus nummorum ſcalpturâ deprehendimus, eam paullo majorem natu exhiberi, quàm ut uxor fuerit adoleſcentis Principis; deinde Treb. Galli nummis ſimiles eſſe ejus nummos. In hanc porro ſententiam propendiſſe Andream Morellium, virum, ut novere omnes, ſummâ eruditione & acri judicio pollentem, libentiſſimè vidimus.

Quod ad Valerianum attinet, una omnium ſententia eſt, hujus ortum ad annum Chriſti 253. referendum eſſe, quâ in re nummi cum ſcriptoribus mirè conveniunt. Cum enim Cos II. anno primo Imperii, III. anno ſecundo, IV. anno quatto fuerit, ſuperſunt nummi, in quibus TR P II COS II & COS III. TR P III COS III. TR P IIII COS III & COS IIII. dicitur. Verùm ut illic omnia plana & aperta, ita nihil non obſcurum in Gallieno; cujus tamen hiſtoria eo diligentiùs illuſtranda eſt, quo majores ſunt ejus partes hoc in volumine; nam quindecim integros annos complectitur.

Fuit hoc olim in more poſitum, ſi duo ſimul Auguſti imperarent, eorum ut unus Pontifex Maximus eſſet, alter in omnia ſacerdotum collegia cooptaretur; eumque morem ad Gallienum uſque obtinuiſſe nemo negat: ſed Gallienum primum omnium Pontificem Maximum una cum patre fuiſſe, Mediobarbus arbitratus eſt, ſuamque opinionem ſecutus eſt in diſponendis ejus nummis. Id cujuſmodi ſit, explorandum eſt: tres enim ſunt Gallieni conſulatus, quos cum patre cepit; primus anno primo, alter anno ſecundo, tertius anno quarto: quartum anno Imperii octavo auſpicatus eſt. Atqui hæ Conſulatûs notæ cum maximo ſacerdotio conjunctæ in ejus nummis apparent: TR P IIII COS II & COS III TR P V COS III & COS IIII. TR P VII COS III & COS IIII. Ex his notis tres in Gallienum unum convenire videntur, hæ ſcil. TR P IIII COS II. & TR P V COS III. & TR P VII COS III. duæ contrà in Valerianum unum, TR P V COS IIII. & TR P VII COS IIII. nimirum Valerianus anno quarto jam Conſul III. jam IV. anno quinto erat; Gallienus verò IV. Conſul anno demum octavo fuit. Cæteras non moramur, quòd ea quæ tertium Conſulatum cum anno quarto conjungit, in ambos conveniat; altera, in quâ ſeptimus annus cum tertio Conſulatu comparatur, Gallieno concedi fortaſſe queat. Enimverò, ſi ex horum nummorum authoritate Gallienum Conſulem IV. anno ſeptimo, imò anno quinto agnoſcimus, nihil deinde cauſæ erit, quo minus hunc etiam

Pontificem

Pontificem Maximum fuiſſe dicamus; ſed grandem mendacii dicam Faſtis impingamus neceſſe eſt; quod quàm durum ſit, nemo neget, qui ſaltem noverit ex eorum perturbatione quantæ in hiſtoriâ tenebræ oriantur; ſi verò Faſtos tueri velimus, ineunda ratio eſt, quâ omnes eas notas ad Valerianum unum referendas eſſe demonſtremus; quâ in re aquam nobis hærere ingenuè fatemur: hîc enim non placet ea quam in argumentis propemodum ſimilibus uſurpavit Erud. Pagius; duplicem Conſulatum fuiſſe, ſuffectum & ordinarium: Valerianum ſuffectum Conſulem fuiſſe adhuc privatum, tum ordinarium: Conſulatûs ſuffecti rationem haberi in omnibus ejus nummis, non haberi in aliquot nummis Gallieni, in quibus nimirum TR P IIII COS II & TR P V COS III. dicitur; hoc, inquam, minùs placet, quòd ejus inconſtantiæ exempla in Valeriano deſunt; tametſi certâ quâdam de causâ id à monetariis confieri potuiſſe non ignoremus; quòd cum eorum muneris eſſet, ut Valeriani, primarii ſcil. Auguſti, annos & Conſulatus conſignarent, eam rationem ſecuti ſunt in nummis Gallieni, quæ in Gallienum etiam conveniret. Haud omittendum hîc eſt, ſi quis hanc rationem amplecti velit, eodem propè exemplo anteà annos & Conſulatus Treb. Galli ac Voluſiani conjunctos à Monetariis fuiſſe; nam cum in nummis maximæ formæ duorum Principum effigies exhibuiſſent, cum epigraphe IMP GALLVS AVG. IMP VOLVSIANVS AVG. in averſâ parte eoſdem repræſentarant curru quadrijugo vectos, & in uno quidem nummo eos TR P II COS II ET COS. eſſe prodiderant, cum Voluſianus adhuc eſſet in primo Trib. Poteſtatis anno; in altero, ne ullo quidem ſervato diſcrimine, TR P II COS II. inſcripſerant; quod cum nullo exemplo factum eſſet, rei inſolentiâ commotus Erud. Harduinus, poſtremum nummum (de primo nondum audierat) ab imperito quodam confictum eſſe arbitratus eſt.

Nummi epigraphen, P M TR P VII COS III. in Gallienum fortaſſe convenire idcirco diximus, quia exeunte ſeptimo Trib. Pot. anno Valerianum à Perſis captum innuit S. Dionyſius Præſul Alexandrinus, dum *ſeptennii circulum jam emenſum*, *anno Imperii nono* Ægyptum recuperaſſe Gallienum ſcripſit. Quamobrem in dubio relinqui placet, num in nummo Valeriani Ægyptiaco rectè legerimus L. H. *anno* VIII. maxima enim merito ſuo apud nos eſt ejuſmodi ſcriptoris authoritas, nec ignoramus quàm fallax ſit in literis A. & H. dignoſcendis oculorum judicium. Vix tamen adducor ut credam, de Valeriani clade nuntium in Italiam perlatum fuiſſe dum adhuc in decurſu eſſet annus ſeptimus; ſic enim ea clades ad initia anni 260. referenda eſſet, quod per alia vetuſtatis monumenta non licet. Sed quòd eam, decepti authoritate Pollionis, ad extremum anni retulimus, id temerè à nobis factum eſſe ingenuè fatemur; hoc enim ex eo quod Macrianorum ac Baliſtæ conjurationem ineunte anno

261. erupiſſe prodidit, colligere non debueramus, cum idem monuiſſet, non temerè, ſed poſtquam exercitûs expectationem deſtituiſſet Gallienus, variaque inter duces conſilia de ſummâ Reipublicæ habita eſſent, placuiſſe novum Imperatorem creari.

Enimverò ne toto quidem anno 260. ſed ſub extremum anni 259. Valerianum Macriani fraude captum eſſe arbitrabatur doctiſſimus Pagius. Cujus opinionem ſi ſequamur, nihil fermè non in illius temporis hiſtoriâ immutandum erit; ſed novis profectò in eam ac levibus argumentis lapſus videtur. Primùm enim, ex eo quod poſt anni interſtitium Dionyſius Pontifex Romæ creatus eſt, inde non ſequitur promulgatum jam tum fuiſſe edictum de pace Eccleſiis reddendâ, cum aliis de cauſis id fieri potuerit, veluti quod noſtri animos denique confirmaſſent, quodve Magiſtratuum iras temperaſſet authoritas Gallieni, qui ab injuriis nobis inferendis mirum quantum abhorrebat. Deinde, quanti facienda eſſet ſcriptorum qui ſuperſunt auctoritas, qui Valerianum ſexto aut ſeptimo anno in ſervitutem abductum eſſe teſtati ſunt, Pagius ipſe docuit cùm aliis in locis, tùm maximè ubi de Poſtumo agit; illic enim Pollioni, ne ter quidem aut quater ſcribenti Poſtumum ſeptennium imperaſſe, fidem habendam negat. Quem igitur hîc authorem potiſſimum ſequimur? Eundem, quem ſuperiùs appellavimus, S. Dionyſium Alexandrinum; qui, cum laudato loco obſtiterit, quominus Valeriani cladem diutiùs differremus, nunc ut eam ne retrotrahamus monet. Scilicet cum de Valeriani Edicto adverſus Chriſtianos ſermonem ſanctus vir inſtituiſſet, huic accommodavit hæc Apocalypſeos verba: *Et data eſt illi poteſtas faciendi per menſes quadraginta duos.* Unde liquidò conſtat, Valerianum tres annos ac ſex circiter menſes imperaſſe, ex quo Chriſtianos exagitare cœpit. Atqui octavam hanc, ut vocant, perſecutionem excitatam eſſe anno 257. demonſtravit vir noſtrâ ætate doctiſſimus Pearſonius, primumque ejus impetum in Africâ excepit S. Cyprianus, quem illo anno die 30. Auguſti pro tribunali ſtetiſſe certum eſt. Quamobrem, ſive Aprili, ſive Maio menſe promulgatum Edictum dixeris, Valeriani clades ad menſem Septembrem, Octobremve anni 260. referenda erit. Quæ cum ita ſint, mirari ſatis non poſſum, id unquam Pagio in mentem venire potuiſſe, ut opinionem ſuam tueretur, Apocalypſeos ſententiam à Sancto Præſule accommodatam eſſe perſecutioni, non quæ in univerſo orbe Romano, ſed quæ in ſolâ Ægypto debacchata eſſet, hoc eſt iis quadraginta duobus menſibus deſignari tempus quod intercesſit ab edicto Valeriani ad Macrianorum cædem. Primùm namque, non inchoato jam, ſed vergente, fortè etiam elapſo anno ſeptimo Gallienum ſolum imperaſſe innuit S. Dionyſius, dum ita ſcripſit: *ſeptimum annum jam emenſus, nonum Imperii annum degit.* Deinde, impropria ſic, ac penè inepta foret ſacræ ſententiæ uſurpatio; quòd non ex edicto

Valeriani, poſtquam captus eſt, ſed Macriani voluntate vexati ſint in Ægypto Chriſtiani; nec ei *poteſtas faciendi* data eſſe videatur, qui fuerit in alterius poteſtate. Poſtremo tempora non conveniunt; nam à menſe Maio anni 257. quatuor & quadraginta menſes intercedunt ad initium uſque anni 261, quem annum à Macrianis delibatum eſſe non diffitetur, adeoque affirmat Pagius ex nummo Ægyptiaco, in quo Macriani annus ſecundus conſignatus eſt. Alia ſunt, quibus Pagii opinio laborat, incommoda graviſſima, veluti quod ſic ei deſugienda eſt authoritas omnium Pollionis codicum in quibus Gallieni vitam ita orſus eſt: *Gallieno & Voluſiano Coſſ. Macrianus & Baliſta in unum coeunt*, &c. ſed cum hæc ſufficiant, ad alia quæ inſtant, progrediendum nobis eſt.

Marinianam alteram Valeriani conjugem, ac Valeriani Jun. matrem fuiſſe arbitrati ſunt omnes poſt Occonem Antiquarii; quo argumento, nemo adhuc prodidit. Id equidem novi, ſi fides Pollioni adhibeatur, Valerianum Jun. Gallieni fratrem, aliâ matre natum eſſe; ſed cum neutrius matrem Pollio nominet, Marinianam Valeriano collocandam eſſe neutiquam inde collegero. Quod tamen non eo dico, ut cenſuram in alios ſcriptores agam; pleraque enim, hoc eſt, ætas, ſi Marini Tyranni filia ſit, & artificium non malè conveniunt; ſed ut eos ad hanc hiſtoriæ partem firmis, ſi quæ noverint, argumentis firmandam horter.

Poſt graviſſimum illud Romani nominis dedecus, interea dum ſenex, & ſpectatâ virtute Imperator in vinculis ſqualeret, Gallienus aliquot Provincias retinuit, cum pleraſque aut tyranni diſtraherent, aut barbari depopularentur. Hujus famam & exiſtimationem mirum quot conviciis laceravere ſcriptores, à quibus eo libentiùs diſceſſimus, quo magis benignitate ejus res Chriſtiana recreata eſt. Conſulatum, ſi Faſtos ſequamur, quater cepit, poſtquam imperavit; quartum anno Imperii octavo, quintum anno nono, anno undecimo ſextum, ſeptimum denique anno decimo tertio; & in cæteris quidem nummi Faſtis non adverſantur; ſed extant, in quibus Princeps ille TR P XII COS V. dicitur, quod quale ſit, nemo non videt. Id etiam nos commovit, quòd annum decimum-ſextum aliis in nummis reperimus; nam hactenus illi quindecim annos ſcriptores, nec plures nummi Ægyptiaci tribuebant; verum hos quindecim annos integros fuiſſe Euſebius teſtatus eſt, ſi nimirum non ab Æmiliani cæde, ſed ab eo tempore quo primùm Imperatorem egit in Rhætiâ, numerentur: itaque etiam decimum-ſextum annum delibatum ſic ab eo fuiſſe, facilè arbitror.

In iis Gallieni nummis, in quibus legiones enumerantur, humani quiddam paſſi ſumus: nam cum ſuperiori ætate uno eodemque modo picta in nummis legionum ſigna vidiſſemus, quædam hæc inter diſcrimina unquam fuiſſe negavimus paulo inconſultiùs quàm ferebat

conſuetudo noſtra, eaque vel numina, vel animalia quæ in nummis Gallieni cernebamus, vel ad Principis pietatem, & ad cultum Deorum, vel ad aliud quidpiam, quod nos adhuc lateret, pertinere exiſtimavimus. Quod profectò intelligimus nunc à vero eſſe quàm alieniſſimum. Primùm enim quamdam veluti cognationem inter nomina quarumdam legionum ac ſigna deprehendere licebat: veluti quòd legio Minervia diceretur, quòd alia Neptunia, colligendum erat hanc in Neptuni, illam in Minervæ tutelam traditas eſſe; ideoque in unius ſignis depictam eſſe Minervam, in alterius, Neptunum. Deinde illud ſuccurrere poterat, deſcripta eſſe in nummis Coloniarum quarundam legionum nomina, quibus ſi adjuncta eſſent eadem attributa quæ in nummis Gallieni apparent, haud dubium erat, quin ea ſolerent in ſignis depingi. Nimirum extant numiſmata Daciæ Provinciæ, in quibus mulier peculiari modo veſtita & ornata, ſingulis manibus vexillum tenet; in eorum uno ſcriptum eſt v. ac ſubtus expreſſa eſt aquila coronam lauream gerens roſtro; in altero ſcriptum XIII. & infrà leo pugnantis ſpeciem præbet. Quin iis numerorum notis intelligi debeant legiones Quinta Macedonica, ac Decima-tertia Gemella, quas Trajanus in Daciâ collocarat, nemo nunc eſt qui dubitet; ſed in explicando aquilæ ac leonis ænigmate Antiquarii varias opiniones commenti ſunt. Carolus Patinus aquilam & leonem utriuſque animalis proventum in illis regionibus ſignificare arbitratus eſt, ac fidei faciendæ teſtatus eſt, aquilas à ſe & leones in Auſtriâ conſpectos eſſe, è Tranſilvaniâ abductos quæ olim Dacia nuncupabatur. A Patino, quantum ad aquilam, diſceſſit Erud. Harduinus, hanc enim ſymbolum eſſe Romani Imperii; de leone eidem aſſenſus eſt, ſcripſitque, vindicatam iterum ditioni Romanæ Daciam, in quâ ſunt leones, hoc ſymbolo ſignificari. Vaillantio verò ne quidem de leonum proventu ſatis conſtitit; quamobrem ut aquilam Imperii Romani, ita leonem Provinciæ Daciæ ſymbolum ſolitum eſſe exiſtimavit, itaque tradidit in notis ſuis ad nummos Coloniarum. Ejus, ut ad vulgi opinionem nos quoque abivimus; tametſi non leonem, ſed aſinum Daciæ ſignum eſſe conſtaret, non è nummis ſolùm in quibus ea Provincia aſini caput haſtæ affixum gerit, ſed etiam è Tzetze qui Dacos aſinos vocat. Quorſum hæc? Quia nunc nobis conſtat, quæ aquila vexillo legionis quintæ ſubjuncta eſt, eam in legionis quintæ ſignis pictam olim fuiſſe; & qui leo ſub vexillo legionis decimæ-tertiæ apparet, eum quoque apparuiſſe in ejus legionis ſignis; id enim didicimus è nummis duobus argenteis Gallieni, in quorum uno ſcriptum LEG V MAC VI P VI F. cum Victoriâ & aquilâ; in altero LEG XIII GEM VI P VI F. cum Victoriâ & leone.

Idem fermè nobis ac cæteris ſcriptoribus ad nummos Viminacii contigit, ut in bovis ac leonis, qui ad ejus urbis Fortunæ latera expreſſi

ſunt,

ſunt, ſymbolis explicandis conjecturâ aberraremus. Nam, ut hîc quoque varias eruditorum ſententias exſcribamus, Harduinus, cum urbem ad quam ejuſmodi nummi pertinent, in Macedoniâ ſuperiori ſitam eſſe exiſtimaret, ejus fortunæ habitu Provinciæ ſitum egregiè demonſtrari commentus eſt, quòd ſcil. Macedonia ſuperior media eſſet inter Macedoniam inferiorem, in quâ leones ſunt, & Epirum, ubi tauri eximii. Si huic credas, non jam fortunas ſuas, ſed vicinarum Provinciarum dotes prædicavit ſive Viminacium, ſive Vimania Colonia, nam verum ejus nomen in dubio relinquit Harduinus; quod quale ſit, alios quàm me exiſtimare malo. Altera eſt Triſtani ſententia, bovem Coloniæ, leonem virtutis ſymbolum eſſe; tertia, quam amplexi ſumus, Vaillantii, concordiâ bovis cum leone id indicatum videri, populi ferocitatem per Colonos lenitam eſſe. Quid igitur? Num hæc quoque legionum ſigna eſſe dicemus? Verum; id enim demonſtrare licet ope nummi cujuſdam rariſſimi, quem Vaillantius exhibuit in Gordiano, in quo Viminacii Fortuna vexilla duo tenet; & in altero quidem, ſub quo taurus expreſſus eſt, ſcriptum eſt VII. in altero IIII. cum leone infrà. Nimirum luce nunc clarius eſt, Viminacium deductos à Gordiano fuiſſe Veteranos legionis ſeptimæ Claudiæ, quæ taurum etiam habet in nummis Gallieni, & quartæ Flaviæ, quæ ibidem cum leone ſublimi apparet.

Id etiam non inutile fortaſſe fuerit monuiſſe, ex iis legionibus, quæ in Gallieni numiſmatibus enumerantur, unam, hoc eſt, primam Minerviam ſtipendia meruiſſe in Rhætiâ, & ab Aureolo reſtitutam eſſe; duas verò in Galliis Victorini authoritatem ſecutas eſſe, nimirum quartam Flaviam, ac trigeſimam Ulpiam, necnon eam quæ in Gallieno deeſt, vigeſimam ſecundam primigeniam; quod verò Erud. Harduinus iis Adjutricem Auguſtam adjungit, id profecto inconſultiùs facit, necdum enim ulla prodiit Adjutrix Auguſta legio; & quæ ADIVTRIX AVG. dicitur in nummo aureo Victorini, Diana eſt, cujus effigiem Monetarii exhibuerunt. In Britanniâ Inſulâ legionem VII. Claudiam ſtativa habuiſſe conſtat ex nummo Carauſii: at legio II. Trajana Numeriano imperante Ægypto nondum exierat.

In Saloninâ Gallieni conjuge non opus eſt ut immoremur, quod ea quæ ad illam pertinebant, ſatis ſubtiliter exequuti ſumus; quod ad ejus liberos ſpectat, nobis ipſi non ſatisfacimus; quamobrem hæc quoque retractare libet. Quod ut ordine faciamus, ab iis faciendum eſt ſermonis initium, quæ minoribus difficultatibus laborant. Duos in Valeriano exhibuimus nummos rariſſimos Nicææ in Bithyniâ cuſos: in uno trium Principum mentio fit in hunc modum: ΑΥΤ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΚΑΙϹΑΡ CΕΒΒΒ. in altero ſic: ΑΥΤ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC CΕΒΒΒ. in utroque Junioris Valeriani caput nudum eſt, nec laureâ coronâ redimitum. Uter Valerianus, Gallieni fraterne, an filius hîc cum Vale-

riano Sen. conjunctus ſit, dubitari video; deinde, num tertius ille Princeps Auguſtus fuerit. Quantum ad primum, hæc eſt dubitandi cauſa, quòd Valerianum Jun. à Valeriano patre abſente creatum eſſe Cæſarem ſcripſit Treb. Pollio: cum Valerianum tamen Gallieni filium Cæſarem fuiſſe vivo adhuc Valeriano, aliunde conſtet, de hoc poſtremo nummos intelligi multo malo. Sunt enim apud Pollionem Regum barbarorum ad Perſarum Regem epiſtolæ non inelegantes, in quibus de nepote Valeriani mentio fit. In epiſtolâ Regis Caduſiorum: *Valerianus & filium Imperatorem habet, & nepotem Cæſarem.* In illâ Regis Armeniæ: *Valerianum & filius repetet & nepos.* Quarum literarum cum maxima ſit apud me authoritas, Valeriani filium non à patre Valeriano, ſed à Gallieno fratre Cæſarem factum eſſe arbitror. Quod ad alterum dubium ſpectat, ex iiſdem literis colligi poteſt, Valerianum illum Jun. Cæſarem adhuc fuiſſe, cum ſenior in Perſarum poteſtatem venit; num verò Auguſtus deinde fuerit, quærendum nobis eſt.

Valeriani illius nomina ſanè multa ac varia fuere: ſunt nummi Latini in quibus *Saloninus Valerianus* dicitur; ſunt etiam in quibus *Licinius*, & *Publius Licinius*, & *Cornelius Licinius*, & *Publius Cornelius Licinius*, & *Publius Cornelius Saloninus*, & *Licinius Cornelius Saloninus*, & *Publius Licinius Cornelius Saloninus Valerianus* appellatur. Nummorum Græcorum in tradendis ejus nominibus haud multo minor eſt inconſtantia; illic enim quandoque *Saloninus*, & *Cornelius Saloninus*, & *Licinius Saloninus*, & *Publius Licinius Saloninus Valerianus* nominatur; quandoque *Publius Licinius*, & *Cornelius*, & *Publius Cornelius*, & *Publius Licinius Cornelius Valerianus*: poſtremo in nummo Ægyptiaco uno cùm ſit *Publius Licinius Cornelius Valerianus*, in altero paulum diverſus apparet, hoc eſt, *Publius Licinius Saloninus Valerianus*. Quæret fortaſſe aliquis, quâ ratione nummos omnes in quibus varia hæcce nomina leguntur, ad unum Principem pertinere deprehenderimus; cui nos ſatisfacturos eſſe confidimus; id enim colligi primùm debuit è nummis, qui omnia ſimul nomina complectuntur, eo, quo ſuperiùs exſcripſimus, ordine ac modo deſcripta; deinde ex eo quòd cum ita diverſis nomenclaturis una ſit interdum averſæ partis epigraphe, ac idem typus; quod maximè conſpicuum ac illuſtre eſt in nummis inſcriptis, PRINCIPI IVVENTVTIS. His alia accedunt, eaque graviſſima rationum momenta; amborum enim Ægyptiacorum numiſmatum indiſcreta eſt, præterquàm in unâ capitis epigraphe, ſimilitudo; præterea, Publii Lic. Cor. Valeriani Cæſaris nummi victorias à Valeriano Sen. de Parthis, à Gallieno de Germanis relatas prædicant; qui profectò nummi, cum Valeriano adhuc imperante cuſi ſint, ad eum qui tunc Cæſar unus fuit, Gallieni filium Saloninum pertinent: poſtremo, qui cum conſecrationis elogio ac ſymbolis

hîc apparet, cùm ſæpiſſimè *Valerianus*, ac ſemel *P. Lic. Corn. Sal. Valerianus*, tùm etiam *Publ. Licin. Valerianus*, & *Pub. Corn. Licin. Valerianus appellatur.* Is igitur, num Auguſtus unquam fuiſſet, inveſtigare libuit, quandiu ſpes fuit huic hiſtoriæ parti lucem è nummis affulgere poſſe : nunc in iis omnia perturbata & confuſa ſunt. Primùm enim, in nummis Ægyptiacis, anno Imperatorum quarto, Chriſti 256. aut 257. cuſis, Auguſtus dicitur; deinde Imperator Cæſar in uno nummo latino, in aliis duobus Auguſtus eſt; idem poſt mortem jam Divus, adhuc Cæſar habetur. Ac ne quis fortè, qui omnes hoſce nummos uni Principi tribuere adhuc recuſet, objiciat, qui Cæſar eſt poſt mortem, eum diverſum eſſe ab vivo Auguſto; fato quodam contigit, ut cum eâdem nomenclaturâ Auguſtus idem prodiret, qui deinde appellatus eſt Cæſar. Scilicet inter nummum Æ. 1. in quo ſcriptum MONETA AVGG. & alterum Æ. 3. in quo CONSECRATIO. hoc unum intereſt, quod in illo additus eſt Imp. titulus; IMP C L VALERIANVS NOB CAES. qui in hoc deeſt, P C L VALERIANVS NOB CAES. Et in alio quidem nummo conſecratus, *Cæſar P. Lic. Corn. Saloninus Valerianus*, in aliis verò, cum Venere Victrice, ac Spe Publicâ, *Sal. Valerianus Aug.* & *Imp. Salon. Valerianus Aug.* appellatur. Quantis difficultatibus conflictetur, qui vel ſcriptoribus deſtitutus, vel eos aſpernatus, ſolos nummos ſequatur, vel ex hoc exemplo patet; quod ejuſmodi eſt, ut de eo nulla vis ingenii certâ quadam ratione explicare poſſe videatur. Cum tamen de nodo hoc planè Gordiano ſolvendo intentiùs cogitaremus, ſuccurrit nonnihil quod, qualecunque ſit, haud inutile fortaſſe erit aperuiſſe. Scilicet variis è ſcriptoribus colligi poteſt, Principem illum adultâ æſtate anni 25:. Cæſarem creatum ab avo fuiſſe, eundemque anno 256. aut ſequenti Galliis præfectum eſſe ſub Poſtumi ducis ac præceptoris Sylvani curâ; cujus rei nuntius cum in Provincias perlatus eſſet; credibile eſt illic habitum fuiſſe pro Auguſto, qui Auguſtorum munia obiret. Hac igitur de causâ cuſi fuerint in Ægypto & in aliis Græciæ urbibus nummi, quales protulimus: quod verò ad nummos latinos ſpectat, cum ii quoque variis in Provinciis cuſi videantur, ne id quidem improbabile fortaſſe fuerit, eodem in aliquibus, puta in Hiſpaniâ, aut in Britanniâ Inſulâ, quo in Ægypto, modo deceptos fuiſſe Monetarios; id enim deinde accidere videbimus in Carino, qui Imp. Cæſar, perinde atque Saloninus hic, in aliquot nummis dictus eſt, cum Cæſar tantum eſſet; idcirco nimirum, quia Galliis, perinde atque Saloninus hic, præfectus à patre fuerat.

In hoc Salonino Valeriano, Perinthiorum nummum rariſſimum exhibuimus, quem ſi ad alterum Gallieni filium pertinere quis exiſtimet, ſecundas agere propè parati ſumus; cum enim natumaximus nuſquam non Valerianus ſit, hic *Pub. Licin. Cornelius Gallienus*

nominatur. Movet tamen, quod alter ille Gallieni filius *Q. Jul. Salon. Gallienus* dicitur in duobus nummis apud Occonem.

Supereſt Valerianus Jun. Gallieni frater, cujus nummos à patris nummis haud multo negotio diſcrevimus, quòd Cæſar primùm fuerit. Quamobrem hoc unum monendus eſt lector, hunc, perinde atque Gallienum, ſi quidem Vaillantio fidem habeamus, *Ignatii* nomen cæteris nominibus adjunxiſſe. Cujus nominis rationem, cum lateret, eam protulit Abraham Sellerus; haud diverſùm eſſe ab Odenathi nomine, ſumptumque à Gallieno velut in perpetuæ concordiæ monumentum ac pignus. Id porro cujuſmodi ſit, alii fortaſſe exiſtimabunt; ſed Gallienus ſemper *Egnatius* dictus eſt, Valerianus in uno, quem Vaillantius exhibuit, Samiorum nummo, *Ignatius*.

Exequenda nunc quæ ad Tyrannos Galliarum ſpectant, quorum princeps Poſtumus haud multo minorem nunc eruditis, quàm olim Gallieno, moleſtiam exhibet. Huic annos decem tribuêre Eutropius & Oroſius, quibus fidem confirmant nummi veteres, dum hunc P M TR P X COS V. fuiſſe tradunt; ſeptem duntaxat Pollio, cui adverſantur & Zonaras, dum Poſtumum Claudio jam Auguſto adhuc vixiſſe innuit, & Victor Jun. dum Victorinum Claudii imperio purpuram ſumpſiſſe teſtatus eſt. Zonaræ, ac Victori Pagius adjungit etiam Zoſimum, quod hæc de Aureolo prodidit, cum ejus rebellionem deſcribere inſtituiſſet: Αγγέλλεται Γαλλιήνῳ τῷ πρὸς Σκύθας ἐγκαρτεροῦντι πολέμῳ, τὸν τῆς ἵππου πάσης ἡγούμενον Αὐρέολον, ἐν Μεδιολάνῳ τῇ πόλει τὴν ἐπὶ τὴν Ιταλίαν πάροδον Ποστούμου τεταγμένον παραφυλάττειν, εἰς τὸ νεωτερίζειν τετράφθαι. *Gallieno bellum adverſus Scythas urgenti nuntiatur, Aureolum Equitum Magiſtrum, qui Mediolanum inſidere juſſus erat, ut ne quid ex impreſſione Poſtumi Italia detrimenti caperet, res novas moliri.* Enimverò, quid inde colligi poſſit, non video, niſi quod nemo diffiteatur, tunc cum Gallienus Gallicum bellum intermiſit, ac Rhætiæ Aureolum præfecit, Poſtumum adhuc vixiſſe; ſed alia ſunt, quæ Poſtumi cædem in Claudii tempora differri penè jubeant; nam præter auctores quos jam appellavimus, Aurelius Victor *poſt celſum biennii Imperii* ſcripſit in Aureliani poteſtatem veniſſe Tetricum, quem anno 273. devictum eſſe, nunc inter eruditos fermè conſtat. Præterea ſingulis propè annis cuſa extant Poſtumi numiſmata, in quibus TR P III. & IIII. & V COS III. TR P VIII. & VIIII COS IIII. IMP V COS III. IMP X COS IV. & V. denique TR P X COS V. dicitur. Hæ cauſæ, ſanè graviſſimæ, Erud. Pagium impulerunt, ut Poſtumum anno Imperii decimo, cum jam Claudius Romanum orbem moderaretur, cæſum eſſe ſcriberet; itaque Pollionem aſpernatus eſt, non iis locis ſolùm, in quibus annos Poſtumi numerat, ſed aliis etiam in quibus aliorum tyrannorum vitas deſcribit; & Aurelii Victoris tyrannos Poſtumum, Lollianum, Marium, Victorinum ac Tetricum in Gallieni vitâ recenſentis, rationem habendam negavit. Atqui hominem

acerrimo

acerrimo judicio præditum nonnihil commovere debuit ejus Marii, qui Victorino ſucceſſit, oratio; dum enim apud Pollionem, ſe ***non vino, non floribus, non mulierculis, non popinis, ut Gallienus facit, deperire*** prædicat, non obſcurè ſignificat, Gallienum adhuc vixiſſe, cum milites adloqueretur. Movere etiam debuere acclamationes Senatorum, cum acceptis Claudii literis, quibus Imperatorem ſe ab exercitu creatum eſſe monebat, in eas voces erupere, quibus eum rogarent, ut ſe à Zenobiâ, & Victoriâ, ac Tetrico tandem aliquando liberaret. Quod enim refert Pagius, Tetrici ac Victoriæ mentionem idcirco factam eſſe, quod hæc, ut Victorini Imp. mater, ille, ut Aquitaniæ Præſes, in partem adminiſtrationis Reip. venerant, id profecto vaniſſimum eſt, ac deſperatiſſimum perfugium, præſertim cum ſic à Victore Jun. diſcedere cogatur.

His aliud incommodum accedit, quod ſcil. Poſtumi cædes, ſi decennium imperaſſe dicatur, in annum 270. jam vergentem, aut in annum 271. differenda ſit. Rectiſſimè enim ex Pollione in Piſonis vitâ collegit Pagius, adhuc vixiſſe Valerianum Saloninum Junio menſe, cum de Piſonis cæde Romæ auditum eſt; ſed cum anni μεταχρονισμῷ in Valeriano Sen. peccaſſet, huic accidit quod omnibus evenire ſolet, ut ex uno errore in alterum prolaberetur, & quod ad primum Gallieni annum pertinere noverat, id referret ad annum 260. quo Valerianus Imperio nondum dejectus erat. Quæ cum ita ſint, à menſe Julio anni 261. numerandi ſunt Poſtumi anni decem, aut ſanè Pollionis ſententiæ accedendum eſt, quod multo malumus, cum illud procedere nullâ ratione queat.

Hîc fortaſſe nobis inſultabunt, qui de nummis veteribus ita præclarè ſentiunt, ut illorum ope, cæteris veteris ævi monumentis ſepoſitis, hiſtoriam & chronologiam reſtitui poſſe ſperent; hos enim conſentaneum eſt à nobis quærere, quantam velimus eſſe apud nos authoritatem nummorum, quibus fidem denegemus, cum Conſulatus Imperatorum, & annos Tribunitiæ Poteſtatis nos docent. Sed iis uno verbo referemus, tanti quidem à nobis, quanti à quolibet, veteres nummos fieri, modo negligentiâ Monetariorum in iis peccatum eſſe aliunde non conſtet; verùm ubi rebus à nummis proditis & ſcriptores pleroſque, & rerum geſtarum ſeriem adverſari perſpicimus, tum quæri placere unde error in numiſmata irrepſerit: quod nunc eo prolixiùs nobis faciendum eſſe videtur, quo magis ex laudatis ſæpiùs Trebellii Pollionis locis, è Marii concione, ex acclamationibus Senatûs ad literas Claudii Principis, conſtat Poſtumum ante cæſum eſſe, quàm Gallienus apud Mediolanum fraude ſuorum periret. Hæc igitur in mentem venerunt. Iis nummis in quibus Conſulatus Principum & anni Tribunitiæ poteſtatis conſignati ſunt nulli ad reſtituendam aut firmandam Chronologiam magis opportuni fuere quandiu Romanus orbis unius nutui atque arbitrio paruit: poſtea-

quam illum diſtraxerunt ii quos Tyrannos appellare placuit, tum in ejuſmodi nummis, perinde atque in cæteris rebus turbari omnia cœpere; cum enim novorum Principum effigiem exhibere vellent Monetarii, nec averſas partes novas ſculpere per temporis anguſtias liceret, veteres aut recenter ſculptas interdum adjungebant. Quod quidem certâ quadam ratione deprehendere licet. Nam ſi in Tyranno ejuſmodi nummum reperias, qui in alium ejuſdem ætatis Principem convenire nequeat, hunc Tyranno cuſum eſſe dicendum erit: ſi verò in Principem conveniat, tum conſulendi ſunt illorum temporum hiſtorici, & ſi ex iis nummi epigraphen ad Tyrannum non pertinere conſtat, nihil cauſæ eſſe videtur, quominus nummi averſam partem legitimo domino reſtituas. Cætera quivis vel mediocri acumine præditus exequatur; ſcilicet, cum eæ Poſtumi nummorum ἐπιγραφαὶ in quibus TR P VIII. & VIIII COS IIII. TR P X COS V. in Gallienum optimè conveniant, ut Poſtumo accommodentur laborandum non eſſe: duo tamen ultro addere viſum eſt; primum illud, tametſi Poſtumum TR P X. fuiſſe negamus, cum tamen IMP X. & COS V. fuiſſe videri, quod ejuſmodi nummi, in quibus Imperatoris titulus multiplicatus ſit, in Gallieno, ac cæteris illius ætatis Principibus deſiderantur: hoc alterum, eo Poſtumi nummo ex Æ. 3. in quo TR P V COS V. dicitur, nos idcirco non uti, quod num rectè lectus ſit, ambigamus; ſi verò in eo nos oculi non fefellerint, jam non eas eſſe conjectationes, ſed reſponſum ἐκ τρίποδος.

Poſtumo filium fuiſſe ejuſdem nominis, qui Cæſar primùm, deinde Auguſtus, poſtremo cum patre in militari tumultu periit, teſtatus eſt Pollio: ſuperiori verò ætate publicati ſunt nummi in quibus Princeps ille *Caius Junius Caſſius* diceretur; quos nummos, ubi terrarum deliteſcerent, cum nemo noſſet, fucum ſibi factum eſſe Antiquarii jam tum ſuſpicabantur, cum Mediobarbus ſeriem ſuam edidit; quamobrem Poſtumo Jun. alios nummos tribuit, in quibus eſſet, perinde atque pater, *Marcus Caſſius Latienus*. Enimverò, ſi filius ille fuit *Juniæ Donatæ*, cujus nummum è Goltzianis tabulis expreſſum repræſentavit Chiffletius in Luminibus prærogativis, haud dubium quin à matre *C. Junius* dici potuerit eodem exemplo, quo antea Traj. Decii filius *Her. Etruſcus* fuit à matre *Her. Etruſcillâ*: verùm quid factum fuerit, nunc, non quid fieri potuerit, quærimus, quod quidem perdifficile ac perobſcurum eſt. Nam qui Pollionem ſequuntur, ſequuntur autem plerique, & duorum Poſtumorum nummos ita digerunt, ut ipſi ex eorum opinione digeſſimus, iis placet nullum eſſe, quoad nomina, patrem inter ac filium diſcrimen; ſed barbâ duntaxat, ac ductu oris & narium eos inter ſe aliquantum differre. Contrà verò Erud. Harduinus, unicum fuiſſe Poſtumum Aug. demonſtrare videtur; nam in nummis unius ſemper AVG. Poſtumi, ſeu virtutem, ſeu felicitatem, aliudve ſimile

prædicari : qui duos credunt in nummis Poſtumos deprehendi, eo quod nunc barbâ prolixâ, nunc criſpâ cernitur, hi geminum quoque Albinum inducant neceſſarium videri, ſi quidem hac unâ ratione nitantur: poſtremo eorum nummorum in quibus duo capita, alterum alteri applicatum, cernuntur, inſcriptionem ipſam unicum ſemper Poſtumum ſpondere, & unicum Auguſtum ; quamobrem in ejuſmodi nummis non Poſtumorum duorum, quippe eandem referentia ætatem, ſed Poſtumi ac Jovis, & interdum Martis capita picta eſſe, quod quidem novum non eſt.

De Ulpio Cornelio Læliano, quem ſcriptores Lollianum appellant, nihil nunc ſuccurrit quod ad ejus Vitam addamus, nec in cæteris Tyrannis lectorem diutiùs demorari animus eſt, niſi ut moneamus in eorum hiſtoriâ, qualem deſcripſit Pollio, multa eſſe inepta, inſulſa, improbabilia ; præterea ridiculum id eſſe, quod fermè omnium nummos in Ægypto cuſos exhibuerit Goltzius.

In Claudio Principe nummi aliquot victoriæ de Germanis, alii victoriæ de Gothis memoriam renovant, utriuſque numiſmata inſcripta VOTA ORBIS. in quibus Victoriæ duæ clypeum ad palmam arborem appenſum, in quo sc. ſuſtinent. Cum illius annus tertius in quamplurimis nummis Ægyptiacis conſignatus ſit, quin anno 270. confecto Gothico bello, fato ſuo functus ſit, dubitari non poteſt ; ſed ejus nummi in quo L Δ. legimus ut ratio habeatur, ne nos quidem optamus, quòd inter A. & Δ. nimium quantum facile eſt oculorum judicio decipi.

Cur Græca numiſmata in urbibus Græcis cudi deſita ſint, nunc quærendum eſt. Cujus hanc eſſe cauſam arbitror, quòd virtutes ſuas ac dotes, ſeu veras ſeu affectatas Tyranni, perinde ut legitimi Principes, æternitati mandari in nummis voluere. Id ſcilicet, niſi in urbibus Græcis quas ſolas obtinebant, aſſequi non potuere aliquot Tyranni, ut Macrianus & Quietus, & ille cujus numiſmata quo in numero habenda ſint haud ſatis ſcio, Herodes ſive Herodianus. Mirum porrò quàm facilè ſerpſit ac prodiit, hæc nummos Latinos cudendi conſuetudo ; nam in Claudio jam perpauci ſunt nummi Græci, in Aureliano unus tantum. Sed Deos quorum in tutelam ſe commiſerant, à variis urbibus pictos interdum fuiſſe probabile eſt ; nam Claudii nummum DEO CABIRO. Theſſalonicæ cuſum ut exiſtimem facilè adducor ; nec Romanus nummus videtur alter, in quo Vulcanus *Rex Artis* dicitur ; & illos etiam in quibus Serapis *Conſervator Aug.* Serapis & Iſis *Conſervatores Aug.* eadem Iſis, necnon Æſculapius *Salus Aug.* appellantur, exoticos judico. Quidni etiam è Græcâ quâdam officinâ prodiiſſe dicatur nummus Claudii cum *Junone Reginâ?* Nam ea quidem in nummis Auguſtarum ſæpe ſe extulit, ſed in Principum nummis, niſi Græcis, os antea nunquam protulerat. Poſtremo, varia ſunt in nummis perobſcura, quæ enodari &

explicari fortaſſe nequeant, ſi ad res Imperatorum geſtas referenda eſſe videantur, ſed ne horæ momento quidem morari nos debeant, quòd ejuſdem generis ſint, ac ea quæ ſuperiùs enarravimus.

Ut Macriano & Quieto, ita etiam Vabalatho in Ægypto Græci, in cæteris Orientis Provinciis Latini nummi cuſi ſunt. Hunc Triſtanus non Zenobiæ, ſed Herodis Zenobiæ privigni filium, Odenathi nepotem fuiſſe exiſtimabat; Triſtanique opinionem amplexus eſt non Sellerus ſolùm, ſed etiam Vaillantius qui novam ejus Principis hiſtoriam protulit in Diſſertatione quæ nuper edita eſt; cum ſcilicet Romanorum Principum majeſtatem comiter conſervaſſe, fuiſſeque Zenobiæ acerrimum hoſtem; quamobrem obſervatum ab Aureliano fuiſſe, hactenus ut *Vice Cæſaris Rector Imperii Orientalis* & eſſet, & diceretur; ſed poſt Aureliani cædem Auguſti titulum ab eodem ſumptum eſſe. Atqui hujuſmodi narratio quàm contraria ſit iis quæ de Vabalatho prodidit Vopiſcus, pluribus verbis demonſtremus opus non eſt; nam ita ſcripſit, *Vabalathi filii nomine Zenobiam, non Timolai & Herenniani, imperium tenuiſſe quod tenuit.* Quàm verò durum ac difficile ſit ab eo ſcriptore diſcedere, qui Vabalathi nomen unus retinuit, nemo eſt qui non intelligat: præſertim ſi huic ſcriptori non veteres nummos, ſed, quod fieri ſolet, conjecturas ſuas recentiores anteponant.

Enimverò, qui Vopiſci rationem hîc habendam eſſe negant, eos duabus potiſſimum rationibus niti video: primâ, quod in nummis Latinis Vabalathi literæ ſingulares VCRIMPR. hunc fuiſſe monent *Vice Cæſaris Rectorem Imperii Romani*; alterâ, quod è nummis Ægyptiacis Vabalathum Aureliani amicum ſemper fuiſſe conſtat. Quod ad nummos Latinos pertinet, vanitatem argumenti nemo non perſentiſcat; ejuſmodi enim eſt, ut virum paulo cautiorem fallere non poſſit. Scilicet è literis ſingularibus nonnulla interdum elici & extundi poſſunt, quibus hiſtoria vetus illuſtretur; ſed earum explicationis, quantumlibet acutæ & ingenioſæ, ratio nunquam habenda eſt, niſi id ſequatur quod frequentatum eſt, nec adverſetur ſcriptoribus antiquis: quibus incommodis maximè conflictatur hæc literarum VCRIMPR. interpretatio. Nam & Vopiſco contraria eſt, & Vabalathum novo ac inſolenti titulo ornat. His accedit, nondum conſtare num VCRIMPR legendum ſit in ejuſmodi nummis; nos enim VCRIMDR legimus, alii VCRIMOR, vel VCRIMPP. dubiarum verò literarum dubia quoque ſit explicatio neceſſe eſt.

Ut expendantur nummi Ægyptiaci, monendus eſt lector, id quidem verè à nobis proditum eſſe, tertium Imperii annum inchoatum eſſe à Claudio Gothico; id enim conſtare cum è nummis in Ægypto cuſis, tum è Pollione, dum ſcripſit Claudio conſulenti quo tempore fato ſuo functurus eſſet, reſponſum eſſe,

Tertia

Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas :

cum tamen biennium duntaxat huic tribuant veteres, ac prætereà in anguſtum coarctatus videatur Aurelianus, Claudium videri nunc non menſe Novembri anni 270. ſed aliquot antea menſibus peſte abſumptum : quod enim Claudii lex in Codice extat *data VIII. Kal. Novembris Antiochiano & Orſito Coſſ.* eo minùs movemur, quo legum, uti vocant, ſubſcriptiones, pluribus in locis corruptas eſſe ac vitiatas deprehendimus.

Huic conſiderationi adjungenda eſt alia non minùs utilis, idem fuiſſe Vabalathi ac Zenobiæ regni initium ; ſive enim rempublicam ab iis concorditer adminiſtratam dicas, ſive malis eos inimicitias inter ſe exercuiſſe, id ſaltem inter omnes conſtare, utrumque ſtatim ab Odenathi ac Herodis cæde ſummæ rerum in Oriente præfuiſſe. Ut igitur Vabalathus, ita etiam Zenobia quartum annum numerabat eâ tempeſtate quâ ad Imperium pervenit Aurelianus ; cujus ortus cum videatur nunc ad æſtatem anni 270. pertinere, conſequens eſt ut æſtate anni 271. quintum Zenobiæ annum jam inchoatum eſſe fateamur.

Nunc, quàm neceſſarium fuerit novam Vabalathi hiſtoriam cudere, diſſidiaque hunc inter & Zenobiam comminiſci, quivis paulo acutior per ſe intelligat. Cum enim Zenobiæ bellum anno demum 272. illatum ſit, hanc imagine pacis antea fortaſſe deceptam eſſe, ideoque in Vabalathi nummis pingi ſiviſſe Aurelianum, dicere malim, quàm Vopiſco mendacii dicam impingere. Hîc *multa probabilia habemus, quæ ſequi facilè, affirmare vix poſſumus*. à ſcriptoribus enim veteribus deſtituimur ; argumenta tamen, quibus conjectationem noſtram tueamur, haud omnino deſunt. Primùm enim conſtat, per Claudium Gothicum non ſtetiſſe quominus pacem cum Zenobiâ ſervaret, idque velut prudenter ab eo factum laudavit Aurelianus in epiſtolâ quâdam, *ut illâ ſervante Orientalis Imperii fines, ipſe ſecuriùs quæ inſtituerat perpetraret.* Deinde, Imperii initio à Juthungis & à Vandalis in Italiâ & Illyrico ita preſſus eſt Aurelianus, ut de bello Zenobiæ inferendo ne cogitare quidem ſine dementiæ notâ potuerit. Principibus viris, quidvis inter ſe ſimulare ac diſſimulare quàm ſolenne ſit, ignorat nemo ; hîc verò ne ſimulare quidem Aureliano liberum fuit, cum Italiam vix retineret. Poſtremo, è nummis Ægyptiacis conſtare videtur, pacem cum Zenobiâ ante quintum ejus annum diſturbatam non eſſe ; nummi enim extant in Ægypto cuſi cum Zenobiæ anno quinto, cum primo & ſecundo Aureliani, cum primo Aureliani & Vabalathi quarto, cum ſecundo Aureliani & quinto Vabalathi ; unde colligere licet, eam Provinciam uni ex hiſce Principibus ad annum 272. ita paruiſſe, ut etiam imagines cæterorum coleret, quod niſi ex indulgentiâ Principis qui à cæteris non diſſideret, fieri non potuit.

Tom. I. (6)

Hactenus igitur nihil quo Vopiſci fides infirmaretur à recentioribus objectum eſt; nam cur nunquam Zenobiæ, Vabalathi ſemper effigiem cum imagine Aureliani conjunxerint Monetarii quà Latini, quà Ægyptiaci, cauſam edocet Vopiſcus, Zenobiam tametſi Auguſta à marito vocata eſſet, non ſuo tamen, ſed *Vabalathi nomine Imperium tenuiſſe quod tenuit.*

De Aureliano dicendum nunc eſt, ſed breviter; nam quæ antea perturbabant, ea me nunc ne leviter quidem movent, quòd ſextus annus in ejus nummis Ægyptiacis conſignatus ſit, vel quod annos quinque ac menſes quinque, ſive paulo minùs annis ſex imperaſſe dicatur. Scilicet cum Imperium Claudii anguſtioribus terminis circunſcripſiſſent ſcriptores, quo ſpatium quod vacabat complerent, neceſſe fuit ut de ejus annis, unum fermè integrum Aureliano adderent. Quod verò ad nummos Ægyptiacos pertinet, ii tandiu cuſi Aureliano fuere, donec ei ſucceſſum eſt, quod quidem menſe demum Septembri contigit, hoc eſt, eo tempore, quo ſextum, ſi adhuc vixiſſet, annum numeraviſſet. De nummis Latinis in quibus anni Tribunitiæ Poteſtatis cum Conſulatibus conjuncti ſunt, quos quidem ex aliorum fide deſcripſimus, jam diximus in notis. Ii ſunt ejuſmodi: P M TR P VI & VII COS II. P M TR P VII COS III. Legendum TR P III. & TR P IIII. ſic omnia rectè procedent. Nam Aurelianus Conſul iterum anno primo Imperii, tertiùm anno quarto, quartùm anno quinto fuit: itaque anno 273. TR P III. & IIII COS II. dici potuit, anno verò 274. TR P IIII COS III.

Severinam Aureliano conjugi ſuperſtitem fuiſſe diſcimus è nummis Ægyptiacis, in quibus L. Z. *an.* 7.

Domitium Domitianum inter Tyrannos quos Aurelianus debellavit idcirco retulimus, quia Domitianum quendam, qui in ſuſpicionem rerum novarum venerat, eâ tempeſtate pœnas Aureliano expendiſſe prodidit Zoſimus; præterea Domitiani viri fortiſſimi ac vehementiſſimi, à quo præclara de duobus Macrianis victoria relata eſt, mentionem fecit Pollio. Sed Domitianum Zoſimi unum fuiſſe è nobilibus Senatoribus quorum cædes crudelitatis labem Aureliano aſperſit, probabile eſt; quamobrem in Tyrannorum numero haud magis collocandus erat, quàm alii duo, quorum idem ſcriptor meminit, Epitimius & Urbanus: illum verò Pollionis diverſum eſſe à Tyranno perſpicuè docet vel ſola nummorum fabrica; tam enim à cæteris hujus ævi nummis diverſi ſunt, quàm ſimiles nummis Val. Conſtantii. Hunc porro Diocletiani, vel Gal. Maximiani ætate vixiſſe, primus omnium vidit Antonius Galland, cujus eam in rem Diſſertatio extat in Hiſtoriâ Regiæ Inſcriptionum ac Bonarum Literarum Academiæ nuper edita; ſed utrum Tyrannus, an juſtus Imperator fuiſſet, dum quæſivit doctus vir, à vero aberraſſe videtur. Nunc enim ſex Imperii annos è nummorum Goltzianorum fide Achilleo tribuiſſe

piget; cum à primo anno ad decimum tertium, quo Achilleum cepit, Diocletiano numiſmata in Ægypto cudi nunquam deſita ſint: at hoc uno ſexennis Imperii commento niti videtur Gallandius. Enimverò non eo nos ingenii acumine præditi ſumus, ut in tantâ veterum ſcriptorum penuriâ ſtabilem Domitiano ſedem aſſignare poſſimus; & iis quas illi præbuimus in Nummis Addendis, quin facilè exui queat, nulli dubitamus; quamobrem nihil aliud reſtat, niſi nummorum contemplatione oculos paſcere; quæ contemplatio ideo prorſus inanis non erit, quia è literis in imo margine expreſſis diſcimus eos Alexandriæ cuſos fuiſſe; deinde extat, quem tamen his oculis non vidimus, ejus ſive Tyranni, ſive Principis nummus inſcriptus MEMORIA FELIX. cum iiſdem conſecrationis ſymbolis quæ in nummis Val. Conſtantii eâdem epigraphe inſignibus expreſſa ſunt.

Curæ quam in illuſtrando Cari & ejus filiorum Imperio poſuimus, nondum pœnitet; imo, quin diligentiâ noſtrâ contenti ſimus haud multum abeſſe, ingenuè fatemur: quædam tamen reſtant, de quibus celandus non eſt lector. Primùm enim conſilium nec eſt, nec unquam fuit negare Carum Auguſtam dignitatem cum filiis communicaſſe poſt menſem Auguſtum anni 283. ſed hoc unum demonſtrare voluimus, argumenta quibus id probaſſe videbatur Pagius, leviſſima eſſe, nulliuſque momenti; quod profectò eo verius nobis videtur, quo magis ea expendimus. Nam quod virtutem AVGGG. in Cari nummo commendari viderat, id nihil eſſe nunc conſtat, poſtquam Carini & Numeriani adhuc Cæſarum numiſmata cum eâdem epigraphe reperta ſunt. Quod deinde rationem haberi voluit legum quarundam anni 283. in quibus tres Auguſti memorantur, id temerè feciſſe videtur; cum ejuſmodi leges nonnullæ ante menſem Junium datæ dicantur, quo tempore unum fuiſſe Carum Auguſtum Pagius ipſe confirmat. Poſtremo, virum doctiſſimum fefellere numiſmata Ægyptiaca, quòd in iis alterum Numeriani annum, ac tertium Carini repererat; inde enim argumentum duxit, cæſos fuiſſe, Numerianum quidem anno ſecundo, Carinum verò anno tertio, ex quo Auguſti appellari cœperant; quod profectò nunquam huic in mentem veniſſet, ſi tertium annum in Numeriani, perinde ut in Carini nummis legiſſet; ac, ut fuit ſingulari ingenii acumine præditus, quin amborum Principum annos ab ortu Cæſareo numerari oportere continuò deprehendiſſet, ac præterea, numiſmata Carino poſt fratris mortem cudi in Ægypto, quæ Diocletiano patebat, non potuiſſe quin intellexiſſet, nullus dubito. Hîc igitur argumenta Pagii ſolvimus, ſed eodem conſilio, quo deinde in Conſtantino probationum genera quibus uſus fuerat ad illuſtranda Licinii Decennalia confutavimus, ne quis ſcilicet ejuſmodi argumentis, quæ nos penè fefellerant, caperetur: cæterum, ut illic Pagium, & doctiſſimum, à quo argumenta mutuatus erat, Cardinalem Noriſium in verum incurriſſe

oſtendimus, ita nihil eſt quod malimus, quàm certis rationibus demonſtrari, quod nunc incertis nititur, Carinum & Numerianum à patre Auguſto titulo auctos eſſe ſub finem anni 283; ſic enim commodè interpretari licebit nummos duos Numeriani Auguſti & Conſulis, in quorum uno, Triumphus de Quadis actus dicetur à Caro ac Numeriano ineunte anno 284. alterius, ADLOCVTIO AVGG. ad quem ejuſdem anni menſem, dum ante Cari interitum, referatur, parum intererit.

Carini Cæſaris nummum exhibuimus cum epigraphe, TRAIECTVS AVGG. eoque prædicari ſcripſimus Trajectum Euphratis; quod ſi pro certo habeatur, nec vivo patre Auguſti fuere Carinus & Numerianus, & expungenda quam excogitavimus duorum Numeriani nummorum interpretatio: ſed Quadis ac Sarmatis Carus bellum priùs intulerat, quàm Perſis, & in illo bello memorabilis pugna edi potuit in trajectu Danubii, cujus in monumentum cuſus fuerit hic nummus.

Affectâ jam primi voluminis ſerie, ſubiit cogitatio in eo fortaſſe deſideratum iri Pacatianum & Nigrinianum, quòd illum Decii coætaneum fuiſſe, hunc Aureliani, nonnullis placet; quamobrem utriuſque numiſmata hîc quoque deſcripſimus, & varias eruditorum de utroque opiniones exhibuimus; ſed judicium noſtrum in re adeo incertâ & ambiguâ interponere non libuit.

Supereſt ut moneamus, ſi cujus errores liberè deteximus, non eo conſilio nos id feciſſe ut ullum laceſſeremus, ſed quòd ita comparati ſimus ut in notis præcipuam eſſe brevitatis laudem ſemper exiſtimaverimus; cui brevitati nimium quantum officit ambitio ac ſollicita ſingulos demerendi cura. Quod tamen non eo dicimus, quòd aliquem debitâ laude fraudatum in notis fuiſſe nobis conſcii ſimus, ſed quia, dum varios ſubinde errores reprehendimus, minùs fortaſſe in illis, ut ita dicamus, minuendis operæ poſuimus, quàm optaverint ii quorum intererat, tametſi multo ſeveriorem cenſuram in nos, ubi occaſio tulit, quàm in cæteros egerimus. Quorſum hæc evadant, jam expectat eruditus lector, cui breviter dicam.

Cum ſeriem Patriarcharum CP. in VIII. Commentariorum ad Antiquitates CP. libro illuſtrare inſtituiſſem, fortè contigit ut Caſimiri Oudin unum alterumve errorem detegerem; quod cum ad illius aures acccidiſſet, non mediocrirer perturbatus eſt bonus vir, ſtatimque libertatem noſtram caſtigandi conſilium cepit. Id porro alteri viro facillimum factu fuiſſe non diffiteor; tot enim meos, quot in illo reprehenderam, errores repræſentaſſet, injurias ſuas præclarè ultus erat, &, ſi procacitas abfuiſſet, gratiam huic habebam, quòd utilitati publicæ, cui uni in ſcribendo inſervire debemus, conſuluerat: verùm id Oudinum angebat, quod opus meum nec legerat, nec legere ſuſtinebat; ſi verò id unum publicè quereretur, minùs honorificam

rificam ſui mentionem à me factam eſſe, quòd hæc tantum notaveram, *Fallitur Caſimirus Oudin*, tum ſe derididiculo nec immerito fore intelligebat. Dum in hac cogitatione curâque verſaretur, forte in oculos ejus incurrerunt ea Diariorum Pariſienſium, & Actorum Lipſienſium capita, in quibus de *Imperio Orientali* agitur: quæ cum diligentiſſimè ſcripta ſint, ex iis intellexit, quid de ſcriptore Antiquitatum CP. ac de Codice è quo illas exſcripſeram, ſentirem: &, ut ille qui præcipuam ſibi ætatem Codicum, & ſcriptorum ſtylum ac ingenium cognoſcendi ſolertiam arrogat, facilè animum induxit, me, de cujus ingenio mediocriter ſentiebat, in hujuſmodi rebus humani quiddam paſſum eſſe; quamobrem calamum in me continuò ſtrinxit, ac Diſſertationem effudit, in quâ tria à ſe probatum iri profeſſus eſt: primum, Scriptorem Antiquitatum CP. mihi, perinde atque aliis ignotum, Michaëlem Pſellum eſſe, virum ſuæ ætatis eruditiſſimum: alterum, Codicem è quo Antiquitates exſcripſi multo recentiorem eſſe quàm arbitratus ſim; tertium, eundem Codicem in Bibliothecâ Regiâ ſervatum eſſe Cl. Ducangii ætate; ſimul, quo juſta foret Diſſertationis moles, novam totius Operis ſynopſin exhibuit.

Quod ad eam Synopſin ſpectat, in eâ nihil offendimus quo exiſtimationem noſtram lædi ſuſpicaremur; ſed quòd novo prorſus exemplo ſcripta ſit, de eâ breviter dici oportere viſum eſt; illic enim Oudinus in Latinum ſermonem verſa exhibuit, quæ in Diario Pariſienſi adnotata de univerſo opere fuerant, nonnullaque ſubinde ex Actis Lipſienſibus exſcripſit; deinde quæ de eodem in Bibliothecâ V. Cl. Alberti Fabricii legerat, penè ad verbum repræſentavit: cum verò diverſis illud conſtet Opuſculis Græcis, & Commentariis quæ aliquammultis æneis tabulis diſtinximus, atque hæc omnia enumerandi variæ rationes iniri non potuerint, in βαττολογίαν turpiſſimam novum Cenſorem noſtrum incidiſſe neceſſe eſt; itaque cum quovis pignus dedero, niſi illa legens oſcitaverit. His aliud quiddam acceſſit, quod quo nomine appellandum ſit eruditi judicabunt. Affecto jam opere, Catalogum Patriarcharum CP. à captâ Urbe ad noſtram ætatem, quem tunc primum acceperamus, ad calcem VIII. Commentariorum libri typis mandari curavimus; præterea notis in Conſtantinum Porphyrogenitum adjunximus Tabulas duas ad ejus ſcriptoris mentem adornatas à viro harum artium peritiſſimo Guillelmo Deliſle, è Regiâ Scientiarum Academiâ. De catalogo, ac de tabulis mentionem fecerunt ſcriptores Actorum Lipſienſium & Fabricius, cum de primo volumine loquerentur; qui verò Diarium Pariſienſe tum ſcribebant, hæc eſſe, ut reverâ ſunt, in altero volumine edita tradiderunt. Enimverò, quinam accuratiores hîc fuiſſent, volumina duo evolvens quivis facilè percepiſſet; ſed Oudinus, cui, ut puto, religio erat eum librum aperire, in quo illum ſemel iterumve erraſſe demonſtraveramus, (nunquam enim lectum ab eo fuiſſe opus noſtrum jam mo-

nuimus, & res ipſa indicat) dubitationem ex eâ re ſibi obortam indicavit quidem, eam tamen aut ſibi aut aliis tollere auſus non eſt. Inde porrò intelligitur, quàm ſtultè, quàmque inſubidè Oudini judicium in Actis ac Diariis Eruditorum excerpendis commendaverit Samuel Maſſon. Cujus cenſuram cum multis de cauſis exagitare poſſimus, eſt enim prorſus inſolens, odioſa & loquax, contemnere & negligere malumus, ne nos ipſi nimium contemnere videamur.

Nunc videndum quibus argumentis Oudinus eorum librorum quos, ut ait, ἀδεσπότως protulimus, Michaëlem Pſellum auctorem eſſe probaverit. Quòd cum à ſe continuo deprehenſum teſtatur, ſingulare ejus acumen ſuſpiciamus monet, qui tantam rem, tam difficilem, tam obſcuram nullo fermè negotio explicarit, & quidem novâ prorſus ratione, cum nec Michaëlis Pſelli opera, nec Antiquitates CP. unquam legiſſet. Quinque argumentis nititur hæc Oudini, quam, niſi modeſtiam dedidiciſſet, conjecturam appellaſſet, ſed demonſtrationem certam & evidentem appellare maluit: ea verò ſunt hujuſmodi. Quòd Antiquitatum CP. ſcriptor in Urbe regiâ natus eſt, quòd ſe Monachum profitetur, quòd denique ad Alexium Comnenum uſque vitam produxit, inde apparet hunc à Michaële Pſello diverſum non eſſe: præterea à Michaële Pſello ſcriptam fuiſſe, quæ necdum prodiit, Hiſtoriam conſtat: poſtremo cum idem ſingulis Principibus, quorum ætatem vidit, unum alterumve opus conſecrarit, nullum hactenus editum eſt Alexio Comneno dedicatum. Hæc nobis in mentem nunquam ventura fuiſſe ingenuè fatemur, &, ſi de hac argumentandi ratione loqui voluit Samuel Maſſon, cum monuit ne ægrè ferremus id à docto è Bataviâ viro proditum eſſe, quod nec in Italiâ nec in Galliis ediſcere potueramus, plena prudentiæ ac fidelitatis conſilia illius eſſe libenter agnoſcimus; hanc enim necdum edoceri mens eſt; ſed extra jocum, nihil adhuc ineptius proditum eſt. Primum namque, quo argumento vidit Oudinus unicum fuiſſe Alexii Comneni ætate Monachum, qui Conſtantinopoli natus eſſet? Si plures fuere, tam eorum quivis, quàm Michaël Pſellus Antiquitates ſcribere potuit. At unius, qui operibus ſuis inclaruerit, Michaëlis Pſelli meminere Rerum Byzantinarum auctores. Id ut fatear, quid inde conſequatur? An Monachum illum inter claros ſcriptores referri neceſſe eſt? Sanè haud contemnenda videtur ejus diligentia in ſingulis Urbis partibus deſcribendis; ſed ejus oratio tam horrida ac ſalebroſa eſt quàm quæ maximè. Prodiere tamen illâ ætate haud adeo inelegantia opera, in his Annæ Comnenæ, & Michaëlis Pſelli, cujus eloquentiam & eruditionem Anna mirum in modum prædicavit: quamobrem huic injuriam facit Oudinus, dum tam incompti operis ſcriptorem eum eſſe contendit. Quid ſi ipſa libri materia in Pſellum dedecet? Ejuſmodi profectò urbium deſcriptiones ab iis adornari ſolent qui otio abundant; qui literas interiores minùs colunt, qui denique curioſitati magis quàm utilitati inſerviunt; cu-

juſmodi fuiſſe monachum, de quo nunc agimus, arguunt fabulæ, quibus librum ſuum conſperſit. Iis nimirum imperitos quibus ſcribebat, demereri voluit, de eruditorum judicio ſecurus, apud quos magnum erat Pſelli nomen, cùm Antiquitates prodiere.

Triplicis argumenti, quod Oudinus duxit à tribus, ut vocat, conditionibus quæ uni Pſello convenirent, vanitatem ſatis, ut ſpero, demonſtravimus; id quoque nunc oſtendemus, Oudinum in errorem idcirco lapſum eſſe, quod nimium pertinaciter nobis offenſus, opus noſtrum ne aperire quidem ſuſtinuit. Inde ſcilicet collegit ſcriptorem Antiquitatum CP. natum eſſe, quod in Diariis titulum hunc libri repererat, Πάτρια, *ſive Origines* &c. nos verò primâ Commentariorum paginâ, ne quem Oudini ſimilem titulus ille falleret, monueramus, eâ voce intelligi oportere *Origines*, nequaquam *Patriæ Origines*; nam & Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως inſcripta eſſe Heſychii Mileſii, & Chriſtodori Coptenſis opera, quibus ejus urbis Antiquitates deſcripſerant.

Quartum argumentum, hiſtoriam à Michaële Pſello editam eſſe, cujuſmodi ſit, nemo non videt; nam ſi, nec hiſtoriam eſſe quam publicâ luce donavimus, & ſi hiſtoria ſit, ab alio tamen ſcribi potuiſſe; opus verò à Pſello conditum vel periiſſe, vel alicubi deliteſcere dicemus, nihil nobis opponet Oudinus. Præterea verò, ut hiſtoriam à Pſello ſcriptam quæramus, minùs nobis laborandum eſſe monuit cenſor noſter; nam in Codice Regio 1837. viri eruditiſſimi varia deſcripta eſſe opera, in his Chronographiam à Baſilio & Conſtantino Porphyrogenitis fratribus, uſque ad Michaëlem Ducam. Ita comparati ſumus, ut, ſi quis rem literariam vel mediocriter adjuvet, ei nos plurimum debere profiteamur, quamobrem Oudino ipſi gratiam habemus, quòd eam Chronographiam indicarit, quæ illuſtrandæ hiſtoriæ haud inutilis fortaſſe erit. Eam tamen dudum noveramus, perinde atque Monodiam de caſu ædis Sophianæ; quâ dum quartum Commentariorum librum illuſtrari potuiſſe exiſtimavit Oudinus, ejus ut operis noſtri, ſolum titulum à ſe lectum fuiſſe demonſtravit; in hac enim vetus ſcriptor, nihil niſi inſignis Eccleſiæ Trulli ruinam lamentabili voce deploravit: quamobrem id quoque à cenſore noſtro temerè ſcriptum eſt, ſi opuſculum illud cum quatuor libris comparaſſemus, futurum fuiſſe ut eorum auctorem agnoſceremus.

Tametſi ſuperiorum argumentorum puderet, ea tamen ut ſerio refelleremus viſum eſt, ne ſibi Oudinus ſapiens eſſe videretur: ſed quintum adeo vanum & ineptum eſt, ut ejus ne meminiſſe quidem velimus: quamobrem ſupereſt ut alias duas Oudini opiniones de ætate Codicis è quo Antiquitates exſcripſimus, ac de tempore quo in Bibliothecam Regiam advectus eſt, expendamus. Quod quidem pauciſſimis verbis fieri licet. Eam nimirum ætatem Codici tribui quæ viſa eſt viris in hoc ſtudiorum genere diù verſatis, quorum judicium & Oudini & meo judicio longè antepono. Nam quòd ad calcem

Codicis pictæ ſunt Manuelis & Joannis Palæologorum, & Joſephi Patriarchæ CP. imagines, id tanti non erat, ut Oudinum, vel alium qui lites intendere nollet, novas opiniones comminiſci cogeret; cum eæ picturæ ad librum addi deinde potuerint. Quod verò ante ſæculum XIV. MS. Codicem chartaceum à ſe conſpectum negat Oudinus, quin ætatem ſuam proderet, id profectò leviſſimum eſt; rari enim ſint, dum aliqui ſint ſuperiorum temporum codices chartacei, ex eorum numero Codicem Antiquitatum eximi oportere nunquam perſuadebit novus cenſor, ſi quidem hac unâ ratione nitatur.

Quòd humanitatis quam in Cuſtodibus Regiæ Bibliothecæ olim expertus eſt, gratum ſe ac memorem Oudinus præbet, id rectè facit: ſi etiam ex aſſiduâ codicum contrectatione præcipuam hoc in genere eruditionem ſuam eſſe exiſtimet, eum ſibi placere leniſſimè feram: verùm antequàm imperitiam alicui vel oſcitantiam imputaret, num id graviſſimis argumentis probare poſſet, diù cogitare debuit; id porrò leviſſimis inductus fecit; nec enim alia protulit quibus ſententiam noſtram de ætate MS. Codicis confutaret.

Quod deinde negavit rectè à me ſcriptum eſſe, Codicem 3058. 4 in Bibliothecam Regiam advectum eſſe poſt Ducangii mortem, ſanè riſu excipi oportet. Hoc ſcilicet cenſor noſter meliùs novit quàm ipſi Bibliothecæ Cuſtodes, qui Codicem hunc & aliquot alios è Græciâ adlatos in pluteis collocarunt. Ne hîc quidem tamen argumenta Oudino deſunt: primùm enim Codices multo plures 3058. in Bibliothecâ Regiâ ſervatos eſſe demonſtravit, & quidem novâ ratione; quippe prolatis ex Alb. Fabricii Synopſi Codicum quibus uſi eramus numeris, nonnullis etiam è Ducangii Gloſſario, & è ſuperioribus Diſſertationis ſuæ capitibus exſcriptis, permultos denique è Palæographiâ doctiſſimi Bernardi de Montfaucon, repræſentavit; deinde hiſtoriam ſcripſit Codicum in Bibliothecâ Regiâ poſt Ducangii mortem collocatorum, inter quos, ſi huic credas, multi antiqui fuere, chartaceus nullus. Quid ad hæc referemus? Nihil, niſi ſingularem fuiſſe Oudini oſcitantiam, qui dum Codices Bibliothecæ verſaret, nunquam ſibi notaverit pluribus nonnunquam eundem numerum inſcriptum eſſe, cum minori numero qui ſingulorum ordinem ac locum indicaret; quod quidem ideo excogitatum eſt, quòd, cum novis interdum incrementis Bibliotheca augeatur, & quem in eâ digerendâ Ducangius & Cotelerius ſecuti ſunt materiarum ordinem eum ſervare placeat, toties inducendi eſſent codicum numeri, novique iis inſcribendi, quoties novo Codici locus inter congeneres dandus eſſet. Hinc ſcilicet factum eſt, ut plures eſſent Codices cum numero 3058. inter quos illum è quo Antiquitates exſcripſimus quartum locum obtinere indicat minor numerus 4. ad ſuperiorem additus hunc in modum 3058. 4

Alia ſunt in illâ Oudini Diſſertatione, quæ indignationem moveant, veluti quod Monachis Benedictinis Congregationis S. Mauri gratias

gratias ita agit, ut nihil contumelioſius excogitari poſſe videatur; & quod ne maledictis quidem abſtinet ubi ſe inſtituto, cui ſanctâ ſe ac ſolenni ſponſione obligarat deceſſiſſe, ac fidem Catholicam deſeruiſſe teſtatur. Sed ea ſunt hujuſmodi, ut indicata cæteris horrorem, Oudino, ne confutata quidem, tantillum pudoris incutiant.

ADDENDA ET EMENDANDA

ad primum volumen.

P*Ag.* 3. *notâ* 4. *in fine adde*, Fortè etiam Dacia Felix dicta eſt, quòd Italici juris facta eſſet. Vide quæ mooemus ad nummos Val. Maximiani ex *Æ*. 2. cum lemmate SALVIS AVGG ET CAESS FEL CARTH.

Pag. 5. *notâ* 1. *lege*, Nummus hic, ſi quidem genuinus eſt, cuſus &c. *ibid. col. lin.* 40. *lege*, GENIVS EXERC ILLYRICIANI.

Pag. 6. *col.* 2. Nummi, PAX AETERNA ante eos qui lemma habent PAX AVGVSTE deſcribi debuerant.

Pag. 9. *not.* 3. *lin.* 3. *lege*, Urbes illæ Neocoræ, &c. *ſuperiora dele.*

Pag. 10. *notâ* 2. *lin.* 6. *adde*, Quod Harduinus legit ΑΜφοτέρας Κιλικίας, *utrinſque Ciliciæ*, profecto mallem, niſi conſtaret Ciliciam Traj. Decii ætate duas in Provincias diviſam nondum fuiſſe.

Pag. 18. *col.* 2. Nummus PANNONIAE. ante PAX AVGVSTI. reponendus.

Pag. 19. *notâ* 4. *lin.* 3. anno primo, *adde*, & FELICIS appellatio, quæ huic in nummis tribuitur.

Pag. 22. *col.* 1. *lin.* 3. palumento, *lege*, paludameoto.

Pag. 24. *ante cætera Numiſmata Latina Æ. III. adde*,

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

P M TR P III COS PP. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ caduceum oblongum, lævâ cornucopiæ tenet. *E ſchedis Cham.*

Pag. 37. *lin.* 3. *hæc verba delenda ſunt*, ac Tribunitiâ poteſtate exornatus, ut ex nummis conſtat. *Ibid. lin.* 10. *ſic repone*, quibus adſtipulatur nummus Ægyptiacus; *cætera intermedia dele.*

Pag. 38. *notâ* 8. *lege*, Nummus hic ſingularis. Qui aliter, &c. *intermedia dele.*

Pag. 48. *notâ* 4. & fratrem Etruſcum, *adde*, vel matrem Etruſcillam.

Pag. 52. *col.* 1. *lin.* 32. *lege*, Γ ΟΥΑΛ ΟСΤΙΛΙΑΝ ΜΕ ΚΥΙΝΤΟС.

Pag. 61. *col.* 2. *lin.* 47. *lege*, IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG.

Pag. 62. *notâ* 3. *quæ incipit*, Fortunam, *lege*, Fortunam Reducem, ut nonnulli arbitrantur, implorant Auguſti, &c.

Pag. 63. *col.* 1. *lin.* 10. ac paludatus, *lege*, & togatus. *Ibid. lin.* 12. ſtolâ, *lege*, togâ.

Pag. 72. *col.* 2. *lin.* 49. *dele* Ao. 1. *& notam* 2. *integram.*

Pag. 73 *col.* 1. *lin.* 2. *dele*, An. 3. *& lin.* 13. An. 6. *& lin.* 18. An. 7. *Ibid. notâ* 2. *adde*, ſed hunc nummum ad Hermopolim pertinere oegaot nonnulli, referuntque ad Hermocapelitas, ac legunt, ΕΡΜΟΚΑΠΗΛΙΤΩΝ, quòd in Hermocapelitarum nummis idem typus occurrit, illeque exhibitus non videtur in urbe Ægyptiâ.

Pag. 75. *col.* 1. *lin.* 1. *lege*, Jovis Ammonis.

Pag. 78. *in Cornel. Superâ col.* 1. *poſt lin.* 5. *adde*

G CORNEL SVPERA AVG. Caput Corn. Superæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad homeros.

IVNO REGINA. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ pateram tenet, lævâ haſtæ puræ adnititur. *MMA.*

Pag. 81. *col.* 2. *lin.* 36. *lege*, Cæſari Carpico.

Pag. 84. *notâ* 3. *adde*, Hîc Juno ramum lauri potiùs quàm ſpicas dextrâ tenere videtur.

Pag. 86. *col.* 1. *lin.* 42. *lege*, radiato ſtans.

Pag. 88. *ad notam* 1. *adde*, In ſequenti nummo veroſimile eſt nos deceptos eſſe, nec AN. III. ſed AN. VI. legendum fuiſſe.

Pag. 89. *col.* 1. *lin.* 29. *dele*, An. 2.
Pag. 92. *lin. penult. lege*, anni 253.
Pag. 104. *col.* 1. *lin.* 47. acroſtolium tenet, *lege*, uncum tenet.
Pag. 109. *col.* 1. *lin.* 22. Typut, *lege*, Typus.
Pag. 110. *notâ* 1. *lin.* 2. *lege*, in felix augurium, ut quidem ait Vaillantius, cui minùs aſſentio, Reſtitutor.
Pag. 122. *lin. penult.* ἢ τῆς λίμνς, *lege* ἢ τῆς λίμνης.
Pag. 134. *ad notam* 7. *adde*, Non NOTT. ſed NOTN. olim ſcriptum fuiſſe, ac deinde nummum hac in parte detritum fuiſſe, facilè quivis conjiciet; ſed lapſi videri, quàm falſi maluimus. Legendum igitur, *Publius Licinius*, *&c.*
Pag. 137. *col.* 1. *lin. penult. lege*, ET ET C. *lin. ult. Pius Felix Auguſtus.*
Pag. 138. *col.* 1. *lin.* 13. *lege* ET, ET C. *item col.* 2 *lin.* 22.
Pag. 155. *ad notam* 5. *ſuperioris pag. adde*, De eo quædam monuimus in Bibliothecâ Nummariâ, cum de Vallemontio loqueremur.
Pag. 168. *col.* 1. *lin.* 1. *lege*, ... MAC VII P VII F.
Pag. 169. *notâ* 8. *lin.* 3. *dele*, qui ſubdit, &c. *uſque ad* Diſcrimen hujus nummi.
Pag. 175. *notâ* 2. *lege*, Quintum Conſulatum cepit Gallienus anno 262. ſextum anno 264.
Pag. 177. *notâ* 2. *lin.* 14. *lege*, dici voluit, ut quidem nonnulli opinantur.
Pag. 185. *col.* 2. *lin.* 36. *lege*, qui à dextris eſt, &c. qui à ſiniſtris.
Pag. 187. *col.* 1. *lin.* 36. *lege*, aliæ figuræ ſtant.
Pag. 239. *notâ* 1. *lin.* 2. præterquam in Saloninæ, *adde*, & Severinæ. *Ibid. notâ* 4. *lin.* 2. *lege*, Veneri ſacrum.
Pag. 274. *notâ* 1. *lin.* 2. dubitari poteſt: *adde*, maximè cum literæ KAA. hujus ætatis non ſint, ſed paulo recentioris.
Pag. 288. *notâ* 1. *lin.* 5. *lege*, huc pertinere. *Notâ* 4. *lin.* 2. *lege*, militum ejus.
Pag. 290. *notâ* 7. *lin.* 1. *lege*, felicitatem temporum, ut nonnulli aiunt, prædicat.
Pag. 292. *col.* 2. *poſt lin.* 30. *adde*
Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum leonis exuviis.
IOVI STATORI. Typus ut ſuprà. *MMA.*
Pag. 306 *col.* 1. *poſt lin.* 19. *adde*,
. . . . POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.
CONSERVATOR AVGG. Duo capita jugata, alterum galeatum, alterum laureatum, ad humeros cum paludamento. *Surbeck.*
Pag. 307. *notâ* 7. *lin.* 1. *lege*, dictus videtur quibuſdam Poſtumus.
Pag. 313. *notâ* 4. *lin.* 6. ἐπιχκρυκίας, *lege*, ἐπικηρυκίας.
Pag. 319. *dele notam* 3. *in Num. arg.*
Pag. 348. *lin. ult. lege*, Deus incubat angui.
Pag. 366. *notâ* 3. *lege*, ſexto Imperii anno & ſeptimo, tertius cum ſeptimo conjunguntur?
Pag. 367. *notâ* 3. *ſuper. pag. lin.* 4. *lege*, hunc in Pagii inſcriptione, perinde atque in his nummis, memoratum fuiſſe dicendum eſt, licet nullam ejus rationem ſuperiorum Inſcriptionum ſculptores habuerint.
Pag. 403. *notâ* 3. *lin.* 1. *lege*, habentur antea nummi in Gallieno & Victorino. Invicti &c.
Pag. 436. *col.* 2. *poſt. lin.* 13. *adde* IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.
PRINCIPI IVVENTVT. Figura militaris galeata & paludata ſtans, dextrâ globum ſuſtinet, lævâ haſtæ innititur: in imâ parte . . . . *Surbeck.*
Ibid. notâ 3. *lin* 8. *poſt* premebatur. *adde*, ſed hæc ex aliorum ſententiâ.
Pag. 469. *col.* 2. *lin.* 29. lactantes, *lege*, lactentes.
Pag. 521. *col.* 2. *lin.* 40. *lege*, VIRTVS AVGG. (5)
Pag. 525. *in Vitâ Carini lin.* 23. Myſiæ Superioris, *lege*, Mœſiæ Superioris.
Pag. 542. *in Pacatiano, in imo col.* 2. *adde*,
IMP CAESAR PACATIANVS AVG. Caput Pacatiani ut ſuprà.
PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà. *MMA.*

Alia errata, quæ emendari oportebat, nec pauca numero, nec levia; ſed ea reſtituimus in Præfatione, quam omnino conſulere debebunt, qui ſententiam de unâquâque re noſtram ſcire volent.

INDEX
MUSEORUM
ET LIBRORUM.

Albert. R. P. ALBERTUS, Heremita S. Auguſtini, è Provinciâ Franciæ.

Alletti. JOANNES NATALIS ALLETTI, Magnus Cancellarius Reipublicæ Raguſinæ.

B. NICOLAUS BOULLET, in ſupremâ Parlamenti Pariſienſis Curiâ Senator ampliſſimus.

Ba. THOMAS BASEGLI, Senator ampliſſimus Reipublicæ Raguſinæ.

Bau. CAROLUS CÆSAR BAUDELOT, JC. è Regiâ Inſcriptionum ac Bonarum Literarum Academiâ.

Bouteroue. CLAUDII BOUTEROUE, in Pariſienſi Monetarum Curiâ Senatoris, opus inſcriptum, *Recherches curieuſes des Monnoyes de France.*

Brandenburg. LAURENTII BEGERI opus inſcriptum *Theſaurus Brandenburgicus Selectus.*

Cham. R. P. STEPHANUS CHAMILLART, è Societate Jeſu.

Chez. N. CHEZELLES, Juri dicundo Præfectus apud Boios, in Provinciâ quæ vulgo, *Bourbonnois* dicitur.

Collegii. Muſeum Collegii LUDOVICI MAGNI.

DB. CLAUDIUS GROS DE BOSE, Perp. Regiæ Inſcriptionum ac Bonarum Literarum Academiæ Secretarius, & unus è Quadraginta Academiæ Gallicæ.

DC. Ser. Princeps LUDOVICUS AUGUSTUS, Cenomanenſium Dux.

DeC. FRANCISCUS DECAMPS, Abbas S. Marcelli, & S. Mariæ de Siniaco.

Decleſves. PETRUS DANIEL DECLESVES.

Ducang. CAROLI DUFRESNE, Domini DUCANGE, Franciæ apud Ambianos Quæſtoris, opus inſcriptum, *Hiſtoria Byzantina duplici Commentario illuſtrata.*

Farneſianus. R. P. PAULI PEDRUSI, è Societate Jeſu, opus Inſcriptum, *I Ceſari in oro, in argento, in Medaglioni raccolti nel Farneſe Muſeo.*

Fauvel. ANDREAS FAUVEL, Capellanus Regius.

Fon. LUDOVICUS FRANCISCUS DE FONTENU, è Regiâ Inſcriptionum ac Bonarum Literarum Academiâ.

Fontaine. ANDREAS FONTAINE, Eques Anglus.

Fouc. JOSEPH FOUCAULT, Comes Conſiſtorianus, in Academiâ Regiâ Inſcriptionum ac Bonarum Literarum Academicus Honorarius.

Frad. N. FRADET, Preſbyter Gallus. Ejus muſeum comparavit Eugenius Petrus de Surbeck, Helvetius Chiliarcha.

Gambarini R. P. GAMBARINI, Clericus Regularis S. Barnabæ.

Hard. R. P. JOANNIS HARDUINI, è Societate Jeſu, Opera Selecta.

Laiſné. N. LAISNE', Officinæ Monetariæ Lugdunenſis Præfectus.

Lamoignon. CHRISTIANUS DE LAMOIGNON, in ſupremâ Parlamenti Pariſienſis Curiâ Præſes inſulatus.

Le Roy. ALEXANDER LE ROY, Politicæ artis Academiæ Secretarius.

M. Ser. DOMINA, Ducis REGENTIS mater.

Maffei.	Pauli Alexandri Maffei, Patritii Volaterrani, opus inſeriptum, *Gemme Antiche figurate.*
MB.	Francisci Mediobarbi Biragi, S. R. I. Comitis, & Regiæ eivitatis Papiæ Decurionis, opus inſcriptum, *Imperatorum Romanorum Numiſmata à Pompeio M. ad Heraclium.*
MDM.	Philibertus Bernardus Moreau de Mautour, in Pariſienſi Computorum Curiâ Auditor, è Regiâ Inſcriptionum ae Bonarum Literarum Academiâ.
MMA.	Alexander Marchio à S. Ferreolo-Montauban.
Palatinus.	Laurentii Begeri opus inſeriptum, *Theſaurus ex Theſauro Palatino ſelectus.*
Pon.	Petrus Nicolaus Lecamus de Pontcarre', primarius Præſes in ſupremâ Parlamenti Neuſtriæ Curiâ.
RDR.	N. Roman de Rives, Preſbyter Gallus.
RE.	Theſaurus Regius Magni Etruriæ Dueis.
Regius.	Theſaurus Regius Chriſtianiſſimi Francorum Regis.
SG.	Muſeum Regalis Abbatiæ S. Germani à Pratis.
S. Genov.	Liber inſcriptus, *Le Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Geneviève.*
Surbeck.	Eugenius Petrus de Surbeck, Helvetius Chilarcha.
Triſtan.	Joannis Tristan de S. Amant opus inſcriptum, *Commentaires Hiſtoriques, contenant l'Hiſtoire generale des Empereurs*, &c.
Vaillant.	Joannis Foy-Vaillant opus inſcriptum, *Numiſmata Imperatorum Romanorum præſtantiora*, & alterum, *Numiſmata Imperatorum, Auguſtarum & Caſarum, à Populis Romana ditionis Gracè loquentibus, ex omni modulo percuſſa.*
Val.	Carolus de Valois, è Regiâ Inſcriptionum ac Bonarum Literarum Academiâ.

INDEX

INDEX IMPERATORUM,

AUGUSTARUM, CÆSARUM AC TYRANNORUM,

quorum vitas ac numiſmata primum volumen complectitur.

Æmilianus 92.
Alex. Æmilianus 278.
Antiochus 398.
Aurelianus 362.
Aureolus 327.

Baliſta 277.
Bonoſius 496.

Carinus 525.
Carus 497.
Celſus 280.
Cenſorinus 355.
Claudius Gothicus 329.
Corn. Saloninus 256.
Corn. Supera 78.
Cyriades 146.

Domit. Domitianus 412.

Firmius 398.
Florianus 429.

Gallienus 147.

Her. Etruſcilla 29.
Her. Etruſcus 37.
Herennianus 397.
Herodes 282.
Hoſtilianus 47.

Ingenuus 146.

Julianus 540.
Jul. Saloninus 266.
Junia Donata 312.

Lælianus 315.
Licinianus 45.
Lollianus 316.

Macrianus 270.
Macrianus Jun. 271.
Mæonius 283.
Magnia Urbica 509.
Mariniana 144.
Marius 324.

Nigrinianus 543.
Numerianus 513.

Odenathus 281.

Pacatianus 542.
Piſo 276.
Poſtumus 283.
Poſtumus Jun. 312.
Priſcus 46.
Probus 439.
Proculus 496.

Quietus 274.
Quintillus 356.

Regillianus 278.

Salonina 234.
Saturninus 280.
Saturninus 495.
Septimius 413.
Severina 390.

Tacitus 413.
Tetricus 399.
Tetricus Jun. 407.
Timolaus 398.
Trajanus Decius 1.
Trebellianus 279.
Trebonianus Gallus 55.


Vabalathus 395.
Valens 46.
Valens 277.
Valerianus 100.
Valerianus Jun. 267.
Victoria 324.
Victorinus 317.
Victorinus Jun. 323.
Voluſianus 79.
Urbanus 413.

Zenobia 394.

BIBLIOTHECA

Digitized by Google

post. præfat.


MET URBIUM
s prærogativâ inſignium
n nummis ſuis expreſſerũt:
s Banduri edidit
ũ Academia
Amiſus
CÆSAREA metropolis
Anazarbus metropolis
CILICIA
Seleucia
Celenderis
Samoſata
metropolis
Commagenes
Edeſſa Colonia
Rheſaina Colonia
ANTIOCHIA metropolis Colonia
Seleucia
LAODICEA Colonia metropolis
Heliopolis Col.
Byblus
Berytus
DAMASCUS Colonia metropolis
Tyrus metropolis Colonia
Ptolemais Colonia
Cæſarea Germanicæ Colonia
Neapolis
SYRIA
PALÆSTINA
Ælia Capitolina Colonia
SCALA
Milliaria Romana quorum 75 gradui respondent
Stadia Græca quorum 600 gradui respõdent

BIBLIOTHECA
NUMMARIA
SIVE
AUCTORUM
QUI DE RE NUMMARIA SCRIPSERUNT.

Digitized by Google



DOMINÆ.

ERAT hoc apud Veteres in more poſitum, DOMINA, *ut, quo munere deorum quiſque maximè delectari cenſeretur, id illi deo munus ritè porrigerent. In quo ſanè videbant plurimum. Nam qui probè intelligerent naturas illas*

Digitized by Google

qui dii immortales haberentur divitiis hominum non indigere, iis immolabant non quod eſſet hominibus pretioſiſſimum, ſed quod diis gratiſſimum judicabant.

Ad hoc exemplum, ut hodie, pro tenuitate meâ, ſummis tuis in me beneficiis reponerem aliquid, particulam hanc ſcriptionum mearum ſepoſui, quam, velut acceptiſſimum tibi donum Regiæ C. T. conſecrarem. Enimvero, cum præcellentis ingenii tui lumen poſſit magnâ cum laude in qualibet doctrinæ parte verſari, pulcherrimam certiſſimamque veteris Hiſtoriæ partem nummos veteres ſelegiſti quorum contemplatione et ſtudio proficeres ac delectarere. Itaque, quod tempus à negotiis, à beneficentiâ, à divini numinis cultu vacuum habes, in cognoſcendis Auguſtorum Auguſtarumque imaginibus et factis præclariſſimè impenſum exiſtimas.

Hinc mirifica iſta tua numiſmatum gaza (ut de gemmis cælatis cæteroque doctioris elegantiæ inſtrumento ſileam) quam incredibili curâ ex eruditis Europæ totius Aſiæque divitiis congeſtam novis quotidie acceſſionibus amplificas. Hinc doctorum hominum ad Regiæ C. T. adyta quotidiana et plena comitatis admiſſio, qui quidem, benignitate tuâ ditati, minùs ſuo commodo capiuntur quàm quod ſcientiam in tam excelſo loco poſitam vident. Nimirum, ſingularis eſt ac propè divinæ cujuſdam indolis id habere feminam principem remiſſionis ingenuæ ac delitiarum loco quod ſagaciſſimi cujuſque critici lucubrationi proprium et reſervatum videbatur.

Erat ſanè rationi conſentaneum principem tot prognatam heroum ſanguine, tot heroum ſtirpi regiæ inſertam, Imperatoris conju-

gem, herois parentem, LUDOVICO MAGNO *ut cariſſimam, ita devotiſſimam* NVMINI MAIESTATIQVE EIVS, *ſuorum ſimiles, non ſine ſummâ animi delectatione, alterum alteri comparando, recenſere. Eam verò cujus virtutes* AVRO, ARGENTO, AERE, FLANDO, FERIVNDO, *conſignari merito ſuo debeant par erat eaſdem in primariis ſæculorum omnium feminis recognoſcere. Habet hoc ſcilicet vera virtus ut* OPTIMORVM MERITORVM *mercedem ampliſſimam, quæ gloria eſt, libenter in aliis intueatur.*

Neque tamen nummis teſtibus indigent laudes tuæ, DOMINA, *ut poſteritatem omnem admiratione tui compleant. Hærent illæ in animis hominum, nec delebit ulla temporum injuria bonitatis tuæ, munificentiæ, pietatis, quibus præſentes fruimur, jucundiſſimam recordationem. Habebunt exemplar*

in te ſibi propoſitum feminæ principes ex quo formam ducere ac totam vitæ ſuæ compoſitionem et actionem poſſint quodammodo delineare. Si enim doceri volent quâ ratione regi, marito, liberis ac nepotibus, familiæ, potentioribus, tenuioribus, literatis, indoctis, & præcipuè Deo Optimo Maximo ſatisfaciant, non aliâ officii normâ indigebunt, quàm unâ conſtantis vitæ tuæ conſideratione.

Quæ cum ita ſint, neminem omnium eſſe nunc; neminem fore in poſterum jure confido, qui, quòd hanc rei nummariæ hiſtoriam in auguſto nomine tuo apparere voluerim, conſilii mei rationem reprehendat. Felicem me, ac diuturni laboris mei ſucceſſu fortunatum, ſi munuſculum hoc qualecunque non abnuas. Ex benevolentiâ enim tuâ et ſcriptioni meæ auctoritas et interiorum recon-

ditarumque literarum ſtudio dignitas accedet, &, quod enixè cupio, conſtabit obſequii erga te mei non obſcura ad omnem ætatem ſignificatio.

ANSELMUS BANDURI.

BIBLIOTHECA NUMMARIA,

SIVE

AUCTORUM

QUI DE RE NUMMARIA SCRIPSERUNT.

CUM Nummos Imperatorum deſcribere, ac Notis illuſtrare inſtituerim, omnium etiam Auctorum, qui de illis agunt enumerationem ab initio ordiri, & ad hanc ætatem uſque perducere viſum eſt; quod tametſi à multis præſtitum ſit, quia tamen ex iis nemo artem criticam adhibuit, ſine qua hujuſmodi Indices jejuni omnino ſunt & exiles, ac præterea non paucos libros ab iis prætermiſſos eſſe deprehendimus, non inutilem fore operam noſtram exiſtimavimus, ſimulque non ingratum fore lectori, ſi rem paulo altiùs repeteremus, hoc eſt horumce ſtudiorum hiſtoriam jam inde ab initio perſtringeremus. Non enim altero, aut ad ſummum tertio ab hinc ſæculo, ut imperiti opinantur, nummi veteres aliquo in loco apud eruditos haberi cœpere, ſed una cum artibus ac ſcientiis floruere; & ut quiſque ingenio & eruditione polluit, ita nummos plurimi fecit. Primum enim, ſtatim atque Græcarum Antiquitatum amor Romæ viguit, Græca etiam numiſmata in honore fuiſſe ſatis conſtat; nam & ea Romani intelligebant vetuſtatis monumenta eſſe multo tutiora quàm auctores, à quibus multa aut amore erga patriam, aut in alias urbes odio in falſum aucta erant; prætereaque cum Græciæ operibus mirum in modum delectarentur, hæc aſpernari non poterant, in quibus artificum induſtria eo mirabilior erat, quo magis in anguſto rerum naturæ majeſtatem coarctavetant. Nec verò ſi fuere olim in Urbe, qui Victoriatos ex Illyrico

Digitized by Google

advectos, ante quàm lege Clodiâ cuderentur, perinde atque cæteras merces diſtraherent, quod Plinius prodit lib. XXXIII. ſect. III. exiſtimandum eſt neglectos fuiſſe cæteros nummos, qui nec arte inferiores iis erant, & utilitate longè præcellebant. Atque eâ de causâ Auguſtus, cum varia munera Saturnalibus divideret, nummos omnis notæ, etiam veteres regios & peregrinos amicis dediſſe videtur, quod eos ipſe magni faceret, & à vetuſtatis amatoribus magni fieri ſciret. Sanè quod de Victoriatis ſcripſit Plinius, mercis loco habitos fuiſſe, idem de tetradrachmis & drachmis teſtatum reliquit Voluſ. Mæcianus: nec mirum cuiquam videri debet, fuiſſe olim qui ejuſmodi numiſmata, in quibus ſingularum urbium originis, jurium & decorum memoria conſignata erat, ſummo ſtudio conquirerent; cum illi ipſi qui præ cæteris elegantes videri volebant, quibuſque idcirco Romana vetuſtas rudis videbatur, in quibus Ovidius nomen ſuum profeſſus eſt, alienum à ſe non putarent quærere, cur in perantiquis Italiæ nummis Janus ex unâ parte expreſſus eſſet, ex alterâ navis. Quanto porrò in honore fuerint nummi Conſulares, facilè intelliget, qui Romanorum erga majores ſuos pietatem perſpexerit: quorum manes cum propè divinis honoribus proſequerentur, eorumque imagines ſummopere colerent, quòd ad earum conſpectum animos ſuos ad virtutem inflammari conſcii ſibi eſſent, conſequens erat, ut eorum res geſtas, quæ hujuſcemodi monumentis mandatæ erant, æternitati etiam mandatas vellent. Poſtquam Republicâ everſâ, Princeps unus munia Senatûs, Magiſtratuum, Legum in ſe traxit, non una cauſa fuit cur nummi ſervarentur; præterquàm quòd enim juvabat eorum vultus conſpicere, quorum imperium ad deorum potentiam proximè acceſſiſſe viderant, atque idcircò Pomponii ætate, ut ipſe monet l. Numiſm. D. de Uſufr. leg. nummis aureis aut argenteis pro gemmis uti ſolebant; eam Triumviri Monetales rationem inſtituerant, quâ nulla erat tutior ad hiſtoriam rerum geſtarum incorruptam ſervandam; cum Conſulatus Imperatorum & Cæſarum, & Tribunitiæ Poteſtatis annos, & honorum ac devictarum gentium titulos plerumque exprimi curarent. Ab Hiſtoriæ igitur ſtudioſis comparati olim, qui nunc Principum & eruditorum muſea ornant, nummorum theſauri; nam ſi quis eos à privatis idcirco ſervatos malit, quia mortuorum Principum numiſmata conſueti uſûs moneta perinde atque vivorum erant; huic referemus, legem illam de veteris numiſmatis, ut loquuntur, potentiâ interdum feſelliſſe, ac perdidiſſe officium ſuum: omne enim æs, quod quidem reperiri potuit cum Caligulæ effigie, juſſu Senatûs conflatum fuiſſe Dio Caſſius prodidit; & veroſimillimum eſt non benigniorem eum fuiſſe erga Domitianum, cujus, ſi teſtem Suetonium audis, eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decrevit. Quid porrò cenſeamus factum de Maximino, quem adhuc vivum hoſtem publicum appellavit, quid de Commodo, Ma-

crino, Elagabalo? Atqui horum omnium numiſmata ſuperſunt, quæ ab ementibus & diſtrahentibus ſuſcipi non magis poterant, quàm tyrannorum, quæ omnia aliis de cauſis ſervari, & ad noſtram ætatem pervenire potuiſſe non diffitemur, veluti quòd interdum in ſepulcris, in fundamentis ædium ſacrarum, & ædificiorum publicorum condita ſunt; quodve in terram defoſſa ſunt ab iis qui rei familiari adverſus Barbarorum avaritiam conſultum volebant; ſed eorum partem tamen hominum his elegantiis deditorum diligentiam immortalitate donaviſſe negari non poteſt. Hos inter fuit olim Severus Archontius, qui diſceptationem & quæſtionem de Firmo Ægypti tyranno ortam num Imperatorem ſe appellaſſet, eâ ratione quâ Vopiſcus narrat, hoc eſt prolatis Firmi nummis, decidit: ac ne de hoc uno mentionem à Scriptoribus factam cenſeas, audi Ulpianum l. 27. D. de aur. & arg. leg. *Si autem*, inquit, *aurum & argentum ſignatum legatum eſt; id paterfamilias videtur teſtamento legaſſe, quod ejus aliquâ formâ eſt expreſſum, veluti quæ Philippi ſunt, itemque numiſmata, & ſimilia.* Vides in ſupellectile patrisfamilias regale numiſma Philippos; vides numiſmata, non ea quæ publica moneta adhuc erant, (quid enim de his monere attinuiſſet?) ſed quæ in Muſeis ſervabantur, Regum, Urbium, Familiarum, Imperatorum quorum memoria abolita erat, ac denique Tyrannorum. Atque hoc Ulpiani effatum in Digeſta retulit Trebonianus, idem ſcil. qui Celſi mentem ſecutus, ſcripſerat l. 4. & 5. De legib. Senatuſque Conſ ex his quæ fortè uno aliquo caſu accidere poſſunt, jura non conſtitui: nam ad ea potiùs debere aptari jus, quæ & frequenter & facilè, quam quæ perrarò eveniunt. Haud omittendum videtur, Theodoſii M. juſſu conflatam fuiſſe pecuniam quæ Juliani παραβάτου effigiem referebat: utut enim id à recentiori Græculo, Scriptore Demonſtrationum Chronographicarum, quas libro V. Antiquitatum CP. edidimus, memoriæ proditum ſit; quia tamen nemo adeo mendax eſt, ut non aliquando verum dicat, prætereaque Theodoſii pietati conſentaneum hoc eſt maximè, quin fides Scriptori huic adhibeatur, cauſa nulla eſſe videtur. Atqui nummorum Juliani haud multo minor, quàm cæterorum Principum, copia ad nos pervenit: quos nummos ſi quis dicat ab interitu vindicatos fuiſſe ab iis, qui veteres religiones colebant, non refragabimur quidem omninò, monebimus tamen ne eos quidem deſiderari, in quibus nulla ejus impietatis veſtigia expreſſa erant. Quanquam, ut verum fateamur, hominum erga Antiquitates ſtudia nimium quantum jam deferbuerant; nam & Symmachus ſe unum veteris monetæ ſpectatorem ſupereſſe alicubi teſtatus eſt; nec aliter fermè evenire potuiſſe, facillimè quilibet conjecturâ conſequetur. Cum enim Romanum Imperium diſcerperent ac dilacerarent barbari; cum eorum qui adoleſcentes literis inſtituerant, plerique ob pertinaciam in avitâ ſuperſtitione, cui etiam fœdas cæremonias addebant, exularent; & qui in eorum locum ſuffecti

erant, auditorum ſuorum animos ad pietatem informare, quàm ingenia artibus imbuere mallent: cum eos potius in honore haberi viderent homines, qui Romanum orbem virtute in bello tuerentur, quàm qui illum eruditione & doctrinâ ornarent: cum denique Chriſtianorum Antiſtites abolendæ idololatriæ intenti, aras, fana, Deos disjicerent, conſequens erat ut graviſſimâ hac rerum omnium ruinâ opprimerentur numiſmata, quæ & noſtris non minùs inviſa & odioſa erant, quàm ſtatuæ Deorum quos toties repræſentabant, maximè cum eorum uſum nonnulli Principes interdixiſſent; nec à barbaris cædi aut prædæ incumbentibus magni fieri poterant. Intermiſſum igitur longo intervallo, ac pœnè deperditum eſt una cum Romani Imperii majeſtate veterum nummorum ſtudium; nam ſi quis eos apud Francos in honore fuiſſe exiſtimet, quia in tumulo Childerici I. aliquammulti reperti ſunt, quorum pars in Theſauro Regio, pars in gazâ Cæſareâ aſſervantur; vehementer errare nobis quidem videtur; quippe hoc idcirco eveniſſe vero propius eſt, quòd Franci ac cæteri barbari Romanorum monetam cùm novam, tùm veterem probaverint: quæ res cum in confeſſum veniat, tyrannorum etiam nummos, modo probi eſſent, in uſu apud eos fuiſſe, atque inde, ut hi quoque ad nos pervenirent, factúm eſſe colligi poteſt. Primus quem deinde nummos veteres magni feciſſe comperimus, idem eſt qui ad benè ſperandum de literis facundiâque ſignum ſuſtulit, Franciscus Petrarcha, anno 1304 natus in Vico Florentini agri, cui Anciſæ nomen. Hic enim cum Mantuam accitus eſſet à Carolo IV. Imperatore, atque ille à docto viro petiiſſet, ut librum de Illuſtribus Viris, quem penè ad umbilicum perductum audierat, ſecum communicaret, ſeque in illorum numerum referret; utrumque à ſe præſtitum iri ſpopondit Petrarcha, modo & Imperatori virtus, & ſibi vita ſuppeteret: tum enim demum hoc munere dignum fore illum, cum animum natalibus, & dignitati quæ ſumma erat, æquaſſet, vetereſque ita legiſſet, ut ipſe à poſteris legeretur: indeque arreptâ occaſione, nummos aliquot eorum Imperatorum qui virtute & clementiâ ſeſe commendarant, aureos & argenteos, quos in deliciis habebat, huic obtulit, ut ipſe narrat lib. x. Epiſt. III. & *Ecce*, inquit, *Cæſar, quibus ſucceſſiſti; ecce quos imitari ſtudeas & mirari; ad quorum formulam & imaginem te componas: quos præter te unum nulli hominum daturus eram; tua me movit authoritas. Licet enim horum mores & nomina, horum ego res geſtas norim, tuum eſt non modo noſſe, ſed ſequi; tibi itaque debebantur.* Poſt Petrarchæ mortem, quæ anno 1375. accidit, neminem reperimus qui numiſmata conquiſierit, donec parens Regiæ Medicææ domûs bono literarum natæ, Cosmus Magnus, Florentiæ in ſpeciem civis, reverâ Princeps, cui nihil ad regnum, præter nomen ac pompam defuiſſe teſtantur auctores, quanti facienda eſſent hæc vetuſtatis monumenta exemplo ſuo docuit. Fuit ille vir ſummâ liberalitate, prudentiâ ſingulari, jucundâ gravitate, cæteris artibus quibus magni Principes

fiant, præclarè inſtructus; itaque apud cives ſuos ut auctoritate, ita etiam gratiâ pollebat, nec intrà patriæ mœnia virtutum ejus fama conſtitit, ſed Italiam pervagata eſt, ejuſque conſilia Principes ac liberæ Civitates non raro expetiiſſe dicuntur. Divitiis quibus abundabat, non ad faſtum, nec ad libidinem uſus, cives ſuos juvit, Monaſterium Divi Marci ſingulari opere extruxit, ædes ſacras alias inſtauravit, alias à fundamentis erexit, veteres Codices Græcos ac Latinos, ſtatuas, marmora, gemmas cælatas, numiſmata ingentibus ſumptibus comparavit, ipſe literis Latinis probè excultus, nec rudis Græcarum, præterea eruditæ Antiquitatis ſtudioſiſſimus. Coſmi exemplum ſecuti ſunt Petrus filius, ac Laurentius nepos, cui literarum reſtitutionem acceptam referri debere nemo neſcit: quamobrem Angelus Politianus in Præf. Miſcellaneorum ad Laurentium, declarabat vetuſtatem Codicum, Numiſmatum fidem, & in æs aut marmor inciſas Antiquitates, quæ ſibi Laurentius ſuppeditaverat, plurimum ſuis Commentationibus ſuffragari: quâ etiam de causâ Laurentius Pignorius Epiſt. Symbol. xvi. ſi nummos antiquos in pretio primùm habitos à Medicæis contenderit, neminem repugnaturum conteſtabatur. Eadem ætate fuere & alii Principes qui nummos veteres magni facerent, Alfonsus Neapolis, ac Siciliæ Rex, & Antonius S. Marci Cardinalis, Eugenii IV. Pontificis Maximi nepos; ab illo enim Antonius Panormitanus, ab hoc Æneas Sylvius, magnam numiſmatum vim collectam eſſe prodiderunt; nec in poſterum defuere æqui harumce elegantiarum æſtimatores; ſed eos omnes recenſere alienum eſt ab inſtituto noſtro; prætereaque id à doctiſſimis viris, ac præſertim à Patino, & Spanhemio præſtitum eſt; quamobrem ſeriem Auctorum protinus ordiemur, poſtquam tamen de conſilio noſtro breviter præfati fuerimus.

Primùm enim lectorem monitum volumus, ſi quis ſolas Principum ac virorum illuſtrium, tametſi è nummis expreſſas imagines ediderit; huic locum à nobis datum in hacce Bibliothecâ non fuiſſe, quòd ejuſmodi librorum enumeratio tam injucunda, quàm inutilis viſa ſit; eâque de causâ rationem non habitam fuiſſe ejus, qui primus *Illuſtrium Imagines* Romæ edidit anno 1517. ſive Andreas Fulvius fuerit, ut plerique exiſtimant, ſive Jacobus Sadoletus, à quo librum Leoni X. oblatum fuiſſe conſtat.

Deinde è duabus Bibliothecæ Nummariæ partibus, eam à nobis ſuſceptam fuiſſe profitemur, quæ Numiſmata ſpectat, quatenus antiquitati illuſtrandæ conducunt; alteram verò, quæ numiſmatum pondus & valorem expendit & æſtimat, omnino eſſe prætermiſſam. Ad cæteros libros additi illi, in quibus horum ſtudiorum rudimenta traduntur, eorum etiam auctorum habita eſt ratio qui Indices Scriptorum in his ſtudiis verſatorum contexuerunt.

Tertio, tametſi pleriſque Βιβλιογράφοις ſolenne ſit omnes librorum,

quos recenſent editiones enumerare, quia tamen id emendatè præſtari vix poſſe alieno periculo didicimus, hanc nobis ipſi legem impoſuimus, ut ne quam editionem indicaremus, quæ diligentiam noſtram fugiſſet: quam legem eo ſanctiùs obſervavimus, quo pauciores editiones nos latuiſſe conſcii nobis eramus.

Quarto, in concinnando hoc Indice, non literarum ordinem ſecuti ſumus, ut fecere olim Philippus Labbe, Rudolfus Capellus, plerique alii; nec opera, de quibus agendum nobis erat, in genera digeſſimus, quod utcunque præſtitit Struvius; ſed temporis, quo quiſque ſcripſit, rationem habuimus, niſi ſicubi occurrit vir longævus, qui multa variis annis ſcriptitarit: hunc enim inter coætaneos verſari juſſimus, & ita quidem ut eum locum obtineret, quo maximè floruit familiaritatibus doctorum hominum, & operum gloriâ.

Poſtremo non ſolos librorum titulos, quod hactenus factum eſt, ordine repræſentamus; ſed quid in ſingulis, quâ ratione præſtitum ſit; quodnam de auctorum diligentiâ, judicio, eruditione, quodnam de cælaturæ, ſi quæ occurrat, artificio judicium ferendum ſit; quæ denique ex ſingulis utilitas ad Hiſtoriam veterem Græcam, Romanamve illuſtrandam, ad reſtituendam aut firmandam temporum rationem, ad cæteras Antiquitates inveſtigandas; percipi poſſit, examinamus, & quidem ſine irâ & ſtudio, quorum cauſas procul nos habere facilè quivis intelliget.

ZACHARIAS. ZACHIUS.

QUI literatis prodeſſe voluerit, numiſmata publicando, neminem repperimus antiquiorem ZACHARIA ZACHIO, magni nominis ſtatuario; qui cum non artis ſuæ intelligens ſolum, verùm etiam hiſtoriæ, & rerum antiquarum peritus admodum foret; quæ in patriâ urbe, hoc eſt, Volaterris, memorabilia erant, ſtatuas, Numiſmata, aquas medicatas, & alia literis ſignavit; ſed illud opus auctoris morte interceptum eſt, jaceretque in oblivione, niſi Albertus Leander in Deſcriptione Italiæ, pleraque ex illo ſe hauſiſſe monuiſſet.

JOANNES HUTTICHIUS.

Primum igitur qui Numiſmata à ſe collecta publici juris fecerit, protulit Germania, JOANNEM ſcil. HUTTICHIUM, Moguntinum, hoc nomine profectò commendandum, niſi eorum ſcalptura admodùm impolita eſſet, ac planè rudis:

> *Imperatorum & Cæſarum Vitæ, cum imaginibus ad vivum expreſſis. Libellus auctus cum elencho & Iconiis Conſulum ab Auctore.* Anno 1534. 8°.

Quæ iconia vocat, hæc Conſularia, ſive Familiarum Romanarum Numiſmata ſunt duo ſuprà quadraginta in buxo; anno demum 1537. ad libellum addita, nec ullis aut notis aut deſcriptionibus illuſtrata.

ANTONIUS

Huttichio proximus ANTONIUS ZANTANUS, Comes & Eques Italus,

primorum XII. Cæſarum imagines, una cum perbrevi horum Vitæ deſcriptione duodecim æneis tabellis in 4. exprimi curavit, iiſque ſubjunxit quadringentorum circiter Numiſmatum averſas partes accuratè & perquàm eleganter ſcalptas, indiſtinctis quidem modulis, ſed metallorum ratione habitâ, hoc eſt, quæ ſingulorum Principum numiſmata ex uno eodemque metallo conflata erant, hæc curavit incidi in eandem tabellam. Hiſce porrò tabellis nec adjectæ notæ, nec titulus præfixus eſt præter unum, in quo privilegia, ut vocant, ſibi cum à variis Principibus, tum à ſummo Pontifice Paulo III. conceſſa denuntiavit Zantànus, ex quibus librum hunc editum ante annum 1550. fuiſſe didici. ZANTANUS.

JACOBI DE STRADA, Mantuani, extat opus, quod olim magnopere commendatum, nunc piperi condendo, quam illuſtrandæ veteri Hiſtoriæ utilius, nec immerito quidem videtur: in hoc enim tametſi de averſis nummorum partibus interdum meminit, ſolas tamen Principum Romanorum effigies conſultò repræſentat, haſque in buxo, cum impolitè expreſſas ſemper, tùm aliquoties imperitè confictas exhibet. Hunc librum anno 1551. in 4. cum ſuperbo *Theſauri Antiquitatum* titulo prodiiſſe ſcribit Philippus Labbe; ſed quam ejus editionem his oculis conſpexi, ea modeſtiorem titulum præfert: JACOBUS DE STRADA.

> *Epitome Theſauri Antiquitatum, hoc eſt Imperatorum Romanorum &c. iconum, ex antiquis Numiſmatibus, quàm fideliſſimè delineatarum.* Lugduni 1553. 4°

idem etiam titulus Gallicæ verſionis, quæ à JOANNE LOUVEAU, Aurelianenſi adornata, & Stradæ curâ in lucem edita eſt: JOANNES LOUVEAU.

> *Epitome du Threſor des Antiquitez, &c.* Lyon 1553. 4°

Haud paulo commendabiliores decem MSS. Codices Bibliothecæ Cæſareæ in fol. in quibus idem Strada Numiſmata antiqua, & quidem pleraque rariſſima, pœnè incredibili ſtudio & elegantiâ depinxit: nimirum Conſularia duobus voluminibus, tribus Latina Principum Romanorum à C. Julio Cæſare ad Claudium Gothicum, tribus etiam eorundem Græca, poſtremo duobus reliquorum Imperatorum cum aliquot barbaris, uti monet Lambecius tom. 1. Comment. de Biblioth. Cæſar. pagg. 75. & ſeqq. qui etiam ſpeciminis loco nummos duos Petiliæ gentis & Papiriæ, qui in Familiis Romanis Urſini & Patini deſiderantur, necnon aliquot Imperatorum tom. 2. ut à Strada expreſſi fuerant, exhibet in æs inciſos. Ex iis autem libris probabile eſt Octavium de Strada, Jacobi filium excerpſiſſe pleraque Numiſmata maxima, quæ una cum Imperatorum Vitis publicam in lucem edidit ſemel anno 1615. & iterum anno 1629. Vide infrà Onuphrium Panvinium.

GUILLELMUS DUCHOUL, Delphinas, & in patriâ Juri dicundo præfectus, ſive ut vocant, Baillivus, Commentarios tres Gallicè ſcripſit, de Religione, de diſciplinâ militari, de balneis & exercitiis, ſi ita cum Gellio loqui fas eſt, Romanorum, in quibus nec judicium, nec diligentiam requiras: ex his eum ſolum qui Religionem tractat, nummis illuſtra- GUILELMUS DUCHOUL.

Digitized by Google

vit, iiſque ſanè multis; ſed averſas duntaxat partes, quæ ſcil. ſolæ ad inſtitutum ipſius pertinebant, exhibuit ut in buxo non inelegantes, ſubinde monens cujuſnam Imperatoris caput prætulerint.

Diſcours de la Religion des anciens Romains, illuſtré de Medailles, & figures retirées des marbres antiques, &c. Lyon 1556. fol. *item* Lyon 1567. 4°

Omnia ejus opera in Hiſpanicam linguam vertit Balthazar Perez del Caſtillo, Canonicus Burgenſis, ediditque Lugduni anno 1579. 4°.

ÆNEAS VICUS. Æneas Vicus, Parmenſis, cùm præclarum nomen hiſce ſtudiis adeptus eſt, tùm hæc non parum promovit brevi & erudito tractatu de Nummis antiquis:

Diſcorſi di Enea Vico Parmigiano ſopra le Medaglie de gli Antichi, diviſi in due libri. In Vinegia 1558. 4° *deinde à Joanne Bapt. Duval reſtituti*, Pariſiis 1619. 4°.

Duabus partibus conſtat hic liber: prima hæc tractat quæ in nummis ferè obſervari ſolent, metalla è quibus conflati ſunt, Principum aut illuſtrium virorum vultus iis expreſſos, averſarum partium typos, utriſque adjunctas inſcriptiones, literas ſingulares ac notas: ſimul de nummis maximæ formæ, & iis quos *conturniatos* vocant, diſputat, indicatâque recentiorum quorundam in ſupponendis Numiſmatibus vel adulterinis vel adulteratis fraude, genuina gemmis ad veteris ævi memoriam antecellere demonſtrat. Parte alterâ Vicus exempla oſtentat ejus fructûs qui ex nummis capi poteſt ad cognoſcenda deductarum Coloniarum rationem & tempus, ædificiorum formam, clarorum virorum prænomina, nomina, cognomina, varia denique honorum ac Magiſtratuum genera.

Ejuſdem opera duo circunferuntur haud ignobilia; ſed quæ huic paſſim attribuuntur,

Primorum XII. Cæſarum veriſſimæ Imagines ex antiquis Numiſmatibus deſumptæ, additâ perbrevi cujuſque Vitæ deſcriptione, ac diligenti eorum quæ reperiri potuerunt Numiſmatum averſæ partis delineatione. 1554. 4°.

hæ Antonii Zanrani ſunt, de quo ſuprà loquebamur, ab Ænea Vico recuſæ ac leviter immutatæ, cum locupletiſſimo indice; eædem Romæ tertium prodierunt anno 1614. cum nullo diſcrimine, niſi quod titulo adjectum eſt: *Libri primi editio tertia*; quod brevi explicabimus. Æneæ Vici indubiè ſunt

Le Imagini delle Donne Auguſte intagliate in ſtampa di rame, con le Vite & Iſpoſitioni di Enea Vico ſoprà i riverſi delle loro Medaglie antiche. Libro primo. In Venetia 1557. 4°.

opus eodem anno à Natali Comite Patritio Veneto latinè verſum:

Auguſtarum

Auguſtarum Imagines æreis formis expreſſæ: Vitæ quoque earundem breviter enarratæ, ſignorum etiam quæ in poſteriori parte Numiſmatum efficta ſunt, ratio explicata. Venetiis 1557. 4 Pariſiis 1619. 4.

Item Cæſaris Vita & Numiſmata:

Ex libris XXIII. *Commentariorum in Vetera Imperatorum Numiſmata Æneæ Vici Parmenſis, liber primus.* Venetiis 1562. 4. Pariſiis 1619. 4.

Vetuſtiorem editionem Carolus Patinus viderat; ſed ut horum titulorum ratio percipi poſſit, monendus eſt lector, ſuſceptum ab Ænea Vico fuiſſe ingens opus, quod omnium Imperatorum, ſi fata ſiviſſent, Numiſmata ampliſſimis commentariis illuſtrata complexum fuiſſet, tribuſque ac viginti libris conſtitiſſet. Atqui hujus operis ſegmina ſunt quæ ſuprà memoravimus, quorum illud Auguſtarum ac nobilium fœminarum imaginibus plerumque confictis, & earundem nummis ad Domitiam uſque diſtinctum eſt, hoc Caii Julii Cæſaris Numiſmata quæ reperiri potuerunt fusè explanantur.

Ad idem opus, quod immaturâ, adeoque ſubitâ Vici morte interceptum fuiſſe produnt viri eruditi, referuntur

Reliqua librorum Æneæ Vici ad Imperatorum Hiſtoriam ſpectantia, à Jacobo Franco Chalcographo Veneto in lucem edita. Venetiis 1601. 4.

Sed illorum Commentariorum conſilium à Vico omiſſum, aut veriùs immutatum, hæcque alterius Operis reliqua fuiſſe, cujus primus liber XII. Zantani Cæſares complectebatur, duabus de cauſis conjicimus: primâ, quòd ita ratio conſtet ejus tituli qui tertiæ Zantani editioni præfixus eſt; alterâ quod Reliquorum eadem omnino ſcalptura ſit quæ XII. Cæſarum, ab utriſque verò primi Operis ſegmina plurimum differant. Cæterum his in Reliquis Numiſmatum averſæ partes repræſentantur, Imperatorum à Nerva ad Lucium Verum, Auguſtarum à Plautinâ ad Saloninam; atque illæ cum Zantano, hæ cum priorum Auguſtarum Imaginibus compingi ſolent.

Wolfgangi Lazii, Viennenſis Medici, opera aliquot habemus, è quibus hunc Numiſmatum utilitatem cognoviſſe intelligimus, quanquam in illis plurima ægri commenta reperiri moneat Gutherius, Reineſius verò ejus ὡς ἀπορυγάζοντός τινος καὶ ἐξεμοῦντος ὃ οὐκ ἔπεψεν, errores infinitos eſſe teſtetur: ſed hæc inter libros XII. de variarum gentium Migrationibus, & Commentarios rerum Viennenſium, cur Philippus Labbe recenſuerit non videmus, in quibus nummi aut nulli ſunt, aut ſanè pauci: nos tria tantum memorabimus, atque ex his ipſis primum, WOLFGANGUS LAZIUS.

Reipublicæ Romanæ in exteris Provinciis bello acquiſitis conſtitutæ, libri XII. Baſileæ 1551. fol. Francofurti 1598. fol.

ne prætermittamus, temporum quibus conſcriptum eſt conditio facit; per-

pauca enim illic Numiſmata occurrunt in buxo, libri ornandi magis, quàm orationis illuſtrandæ causâ expreſſa : alterum

Commentationum rerum Græcarum libri II. in quibus tam Helladis quàm Peloponneſi, quæ in lucem antea non venerunt, explicantur. Viennæ 1558. fol. *item* Hanoviæ 1605. fol.

ad inſtitutum noſtrum magis pertinet; ſed cum duæ hujus editiones prodierint, Viennenſis quæ ab ipſo Lazio adornata eſt, Helladis primum, ac deinde Peloponneſi Numiſmata quæ in univerſo opere explicantur, item utriuſque tractûs Chorographiam nummorum averſis partibus intertextam, authoriſque non conſilio ſolum, ſed manu etiam deſcriptam, quatuor buxeis tabulis comprehenſa exhibet; contrà in Hanovienſi nummi omnes in ſua quique loca diſtributi ſunt.

Enimverò cùm ſuperioribus operibus ſi minùs docti, at ſaltem diligentis & ſtudioſi ſcriptoris famam Lazius retulit, tùm egregiam laudem retuliſſet ex numiſmatum ſerie propè immensâ quam publicare parabat, cujuſque conſpectum dedit in unâ tabulâ longiuſculis Commentariis illuſtratâ :

Commentariorum veterum Numiſmatum, maximi ſcil. Operis, & quatuor ſectionibus multarum Rerumpublicarum per Aſiam, Aphricam & Europam antiquitatis hiſtoriam &c. comprehendentis, ſpecimen exile, ceu ex tecto tegula quædam, C. Julii Cæſaris, Auguſti & Tiberii Cæſarum monetam, ſi quæ ex argento in forulis S. R. R. M. extat, explicans, tabulam videl. Sectionis tertiæ partis ſecundæ primam. Viennæ 1558. fol.

ſed cum ingentem Numiſmatum vim collegiſſet, (ſeptingenta millia fuiſſe ſcribit, quod nemini ſano unquam perſuaſerit, quanquam de hoc numero deinde nimium à quibuſdam detractum fuiſſe infrà monebimus) Chalcographum qui hæc in æs incideret nullum Viennæ reperit; quamobrem hæc ipſe in æneis tabulis deſcribere aggreſſus eſt, quales præter eam quæ in ſpecimine viſitur, aliquot à ſe conſpectas Andreas Morellius teſtatur : quod quidem ab uno homine perfici non potuiſſe conſtat; præſertim intrà ſeptem annorum ſpatium; immaturâ enim morte raptus fertur anno 1565. cum annum ætatis quinquageſimum primum vix eſſet auſpicatus. Cujuſmodi porro eſſent quatuor illæ ſectiones quæ in ſpeciminis elogio memorantur, cum id ſilentio prætermiſerit Lazius, fruſtra quæras; quanquam tertiam Numiſmata Imperatorum tot partibus, quot è metallorum generibus ferè conflata ſunt, complexuram fuiſſe ſatis conſtat. Atque inde intelligitur ſuſceptæ hujus ſeriei laudi nimium detraxiſſe laudatum Morellium, dum hanc ſeptuaginta omnino tabulis comprehendi, nec ultra quatuor nummorum millia excreſcere debuiſſe conjecit; quod enim ille de univerſo opere opinatus eſt intelligi debere, ſeptuaginta ſcil. tabulis abſolutum iri, hoc Lazium de alterâ tantum ſectionis tertiæ Parte ſcripſiſſe nemo negaverit, opinor, qui trium duntaxat Cæſarum Numiſmata argentea in unâ tabulâ expreſſa eſſe didicerit.

SEBASTIANUS ERIZZO. SEBASTIANUS ERIZZO, Patritius Venetus, qua genere, qua ſcriptis clarus, tractatus tres ad rem Nummariam pertinentes patriâ linguâ compoſuit;

primum in quo perdifficilem & perobſcuram de antiquo Numiſmatum uſu quæſtionem agitat, num à veteri monetâ diſtinguenda ſint, & diſtinguenda eſſe cenſet: alii duo obſervationibus conſtant in nummos Familiarum Romanarum, & Cæſarum ad Conſtantinum uſque. Horum porro tractatuum editiones aliquot ab Illuſtriſſimo auctore recognitæ & auctæ circunferuntur; ſed omnium ampliſſima titulum hunc præfert:

> *Diſcorſo di M. Sebaſtiano Erizzo ſopra le Medaglie de gli Antichi, con la Dichiaratione delle Monete Conſulari, e delle Medaglie degli Imperadori Romani: di nuovo in queſta quarta editione dall' iſteſſo Authore reviſto & ampliato.* In Venegia 1559. 4.

in qua, ſi cælaturæ elegantia ſcriptionis diligentiam æquaret, nihil propemodum ut in illius ætatis opere deſiderari potuiſſe videtur, nunc illâ omnino deſtituitur; quamobrem ſola Imperatorum Numiſmata buxo inciſa, omiſſamque Conſularium ſcalpturam minus dolendum eſt.

GABRIEL SIMEON, Florentinus, cum vetera monumenta ſtudioſè conquireret, nummos non neglexit, ſed opera ejus indicaſſe ſufficiet: GABRIEL SIMEON.

> *Illuſtrationi de gli Epitafi e Medaglie Antiche.* In Lione 1558. 4.

quæ eodem anno Gallicè verſæ, cum hocce titulo prodierunt:

> *Les illuſtres Obſervations Antiques du S. Gabriel Simeon Florentin en ſon dernier voyage d'Italie; l'an 1557.* Lyon 1558. 4.
>
> *Dialogo pio e ſpeculativo.* In Lione 1560. 4.

poſtremo Italicam Limanes Arverniæ Provinciæ deſcriptionem, quæ diligentiam noſtram adhuc effugit; ſed eam in Gallicum ſermonem ab ANTONIO CHAPPUYS, Delphinate, verſam vidimus: ANTONIUS CHAPPUYS.

> *Deſcription de la Limagne d'Auvergne en forme de Dialogue, avec pluſieurs Medailles, &c.* Lyon 1561. 4.

variâ quidem eruditione referta; in quibus tamen præcipuam Numiſmatum rationem à Simeone habitam fuiſſe conſtat; plurimis enim in buxum inciſis diſtincta ſunt, quæ doctus Florentinus ſolerter & accuratè expoſuit.

Duobus Italis temporum ordo exigit ut tertium adjungamus, CONSTANTIUM LANDUM, Complani Comitem, Placentinum: ab hoc primum edita CONSTANTIUS LANDUS.

> *In D. Antonini Pii Conſecrationem, & Claudii Neronis Cæſaris decurſionem, Caſtoriſque & Pollucis Numiſma explicatio.* Mediolani 1556. 4.

cum eruditorum plauſu excepta eſſet, eandem poſt quadriennium una cum enarratione aliorum octoginta circiter Numiſmatum Romanorum (duo tamen ſunt Lyſimachi Græca) in publicam lucem protulit;

Conſtantii Landi &c. in veterum Numiſmatum Romanorum Miſcellanea Explicationes. Lugduni 1560. 4.

laudabili ſanè conſilio, quanquam Numiſmata illic non pauca, & minus accuratè deſcripta, & perverſè expoſita occurrant; ſed præterquàm quòd habenda eſt ratio ætatis quâ ſcribebat, plurima etiam habet, quæ non Romanæ ſolùm, ſed veteris quoque ſuperſtitionis hiſtoriæ, necnon Virtutum emblematis & ſymbolis non modicam lucem affundunt. Hunc librum annis ab hinc viginti, & quod excurrit, procudit Balduinus Vander Aa, eique cælaturam nummorum addidit, quæ in veteri editione deſiderabatur: titulum etiam hunc in modum recudit:

Conſtantii Landi, &c. ſelectiorum Numiſmatum, præcipuè Romanorum expoſitiones, elegantibus nummorum ectypis, & indicibus neceſſariis inſtructæ. Lugduni Batav. 1695 4.

HUBERTUS GOLTZIUS. HUBERTUS GOLTZIUS, Herbipolita Venlonianus, natus anno 1526. diligentiâ in conquirendis, & ſagacitate in interpretandis Numiſmatibus qua Latinis qua Græcis immortalem gloriam ſibi peperit; quanquam quæ edidit, pleraque à Marco Laurino Brugenſi, doctiſſimo, & Antiquitatis ſtudioſiſſimo viro conſcripta nonnulli produnt: ſed ſive Laurini, ſive Goltzii opera quinque locum ſibi hoc in Indice vindicant; primum,

Theſaurus rei Antiquariæ huberrimus, ex Antiquis tam Numiſmatum quàm Marmorum Inſcriptionibus pari diligentiâ quâ fide conquiſitus ac deſcriptus, & in locos communes diſtributus. Antuerpiæ, 1575. fol. ibid. 1618. & 1644. fol. *Jacobi Biæi curâ.*

quo in libro recludit Goltzius, quidquid ex univerſis veterum monumentis, hoc eſt, propè infinitis marmorum, tabularum ænearum, & numiſmatum inſcriptionibus collegerat; quæ ad Deos & res ſacras, necnon ad Urbem Romam ſpectant; Imperatorum, Auguſtarum & Cæſarum ſeriem, nomina, titulos & honores; quæ ad rem militarem pertinent, cum Legionum & Cohortium nominibus; Magiſtratus, Dignitates, & munera publica; neceſſitudines varias; Officia Domûs Auguſtæ, privataque; Collegia, corpora, artes; Faſtos Kalendares; Tribuum Romanarum, Regionum, Oppidorum & Fluminum, Coloniarum & Municipiorum, Regum ac Reginarum, denique eorum qui vel Romæ, vel in Coloniis ac Municipiis, vel in urbibus Græcis Magiſtratum aliquem geſſere nomina; cum elenchis duobus, Hiſtorico qui res maximè memorabiles, & Grammatico qui varias ſcribendi formas minùs uſitatas, dictioneſque obſoletas & raras complectuntur; necnon explicatione perutili notarum & literarum ſingularium, dictionumque per compendium ſcriptarum. Theſauro rectè ſubjungetur

Sicilia & Magna Græcia, ſive Hiſtoriæ Urbium & Populorum Græciæ ex antiquis Numiſmatibus reſtitutæ liber primus. Brugis Flandrorum 1576. fol.

in quo Siciliæ urbium duodecim, Regum duæ, Græcorum etiam in Italiâ oppidorum, necnon Maſſiliæ, & ejus coloniæ Antipolis tres ac viginti æneæ Numiſmatum tabellæ affabrè ſcalptæ viſuntur, cum accuratâ Siciliæ & Italiæ

deſcriptione, ampliſſimâque eorum quæ ad ſingularum urbium origines, ſitum & varios caſus ſpectant, enarratione. Additi indices duo nummis intelligendis apprimè utiles; in quorum primo notæ ſingulares, & ea quæ per nexus comprehenſioneſque literarum ſibi implexarum, vel alioqui per compendium in nummis ſcripta ſunt, explicantur; alter quæ in iiſdem aut leguntur aut ſpectantur memoratu digna, recenſet: cæteras velut appendices, diſſertationem de Coloniis Græcorum, Inſcriptiones quæ ad Italiæ urbes pertinent, Siciliæ hiſtoriam ab Auguſto, ut titulus præfert, veriùs à Saracenorum Imperio ad Carolum Quintum, ejuſdem & Italiæ Regum, necnon clarorum Siculorum Elenchos indicaſſe ſufficier. Porrò cum perpauca hujus libri exemplaria, velut in ſpecimen deprompta prodiiſſent, Jacobus Biæus, vir in ſcalpendi arte celeberrimus, Goltzianas tabulas aliquot Numiſmatibus auctas iterum publicari curavit Antuerpiæ anno 1618. hiſque Andreas Schottus Hiſtoriam, & cætera quorum meminimus à ſe interpolata & recenſità, ſubinde expreſſis in margine Auctorum locis, adjecit. Cæteræ quæ ſecutæ ſunt editiones, hanc omni ex parte repræſentant.

Similem operam populis omnibus, apud quos Græca lingua olim viguit, impendere conſtituerat Goltzius, cum univerſum Græciæ Nummis antiquis illuſtratæ opus quatuor in libros diſtribuiſſet, quorum primum deſcripſimus; ſecundus univerſum illum tractum qui à Pontico litore ubi Iſter amnis immergitur, ad Mediterraneum mare porrigitur; tertius Aſiam, quam vocamus, Minorem, Syriam, Phœnicen, Ægyptum & Africam, quartus denique pleraſque Inſulas complexuri erant; ſed affecto opere, cum præſtantiſſimus vir annos octo fermè ſuprà quinquaginta natus, ex hominum numero exemptus eſſet anno 1583. disjecta quæ ſingulari diligentiâ ære expreſſerat, Numiſmata aliquandiu delituerunt, donec eorum partem comparavit laudatus Biæus, cujus curâ factum eſt, ut Ludovici Nonnii Commentario illuſtratæ prodirent reliquiæ auro quovis, ut ipſe dicebat, contrà caræ.

Ludovici Nonnii Commentarius in Huberti Goltzii Græciam, Inſulas & Aſiam Minorem. Antuerpiæ 1620. fol.

Cæterum quid à Nonnio hoc in opere præſtitum ſit, alio loco dicturi ſumus; ſed de æneis Numiſmatum tabellis pauca hîc adnotanda videntur, ut appareat quantam jacturam Antiquitatis ſtudioſi fecerint. Quæ igitur ſecundo libro deſtinatæ erant, viginti octo Urbium, Macedoniæ Regum decem, omnes publicatæ ſunt: perpaucæ etiam in tertio quem Nonnius quartum eſſe voluit, cujuſque tabulas XXI. exhibuit, deſiderari videntur, ſed tertii intercidetunt pænè omnes, ex clariſſimis enim XIX. Aſiæ & Africæ Provinciis, quinque ignobiliorum duntaxat, Colchidis, Cappadociæ, Galatiæ, Ponti, Bithyniæ Numiſmata quatuor tabulis expreſſa ad nos pervenerunt.

Ut in Græcis, ita in Romanis Antiquitatibus cum ingenti ſucceſſu ſeſe exercuit Huberti Goltzii induſtria; tametſi enim fuere olim qui laudi ejus detraherent, ſuſpicione injectâ, quaſi plurimis genuinis numiſmatibus, nonnulla quæ in mundo non erant ſciens ac volens admiſcuiſſet; eorum tamen quæ in dubium revocaverant, non pauca è tenebris deinde eruta fuiſſe certum eſt; in iis verò de quorum falſitate conſtat, deceptum hunc fuiſſe eo libentiùs credimus, quòd idem Vico, Lazio, & cæteris qui rem Nummariam illâ ætate tractaverunt, uſuvenit, ut recentes confictos Nummos ab antiquis

Digitized by Google

haud ſatis certo judicio diſcernerent: quæ cum ab aliis jam animadverſa ſint, Erudit. Antiquarii famæ & exiſtimationi abundè conſultum exiſtimamus; quanquam nonnulla quoque in eandem ſententiam monere neceſſarium erit. Nunc incœptam ejus operum deſcriptionem exequamur. Primum Romanarum opus, hoc eſt

> *Faſtos Magiſtratuum & Triumphorum Romanorum ab Urbe conditâ ad Auguſti obitum, ex antiquis tam Numiſmatum quàm marmorum monumentis reſtitutos S. P. Q. R. Hubertus Goltzius &c.* DEDICAVIT. Brugis Flandrorum 1566. fol.

ſeptingentis propemodum Numiſmatibus diſtinctos: ſed ut Authoris diligentia, indefeſſumque ſtudium cognoſcantur, quid hîc præſtiterit, breviter ediſſeremus. Igitur Faſtos Magiſtratuum Romanorum, cùm ex antiquis monumentis, tùm ex aliorum ſcriptis in ordinem digeſſit, nominaque Magiſtratuum & Triumphos in æneas tabulas ſcitiſſimè tranſcripſit; iiſdem verò tabulis nummos adjunxit, primùm eos in quibus veterum Regum vel expreſſi vultus, vel præclarè geſta in hominum memoriam revocata ſunt; deinde quoſcunque repetire potuit, in quibus Conſulum, Dictatorum, Magiſtrorum Equitum, Cenſorum, & eorum qui triumphum aliquem egerunt ab anno V. C. CCCCLXXXIV. nomina impreſſa ſunt, quanquam horum nummorum pleroſque, non in iis quidem Conſulatibus, quibus adſcripti & adſignati ſunt, ſed vel ab iiſdem illuſtribus viris in alio Magiſtratu, vel ab eorum poſteris indulgentiâ Senatûs percuſſos fuiſſe conſtet. Subtexta ſunt à Goltzio velut corollaria quædam, Catalogus, ſive enumeratio Conſulum qui poſt Auguſti obitum ad Juſtinianum ſub uno quoque Imperatore fuere, una cum triumphis [& Tyrannis;] Diſſertatio de origine & ſtatu Populi Romani, Magiſtratuumque apud Romanos initiis & mutationibus; & animadverſiones in aliquot Faſtorum locos: verum ſi genuina ſunt Numiſmata quorum illic meminit, quæque in Theſaurum etiam ſuum congeſſit, Marci Marcii, & M. Aurel. Severi Hoſtiliani Auguſtorum, necnon plerorumque Tyrannorum qui Romanum Imperium Gallieni ætate dilacerarunt, miſeros profectò nos & infelices, quibus hæc tantum oſtenſa ſunt, ut ſciremus quibus divitiis res literaria careret; ſed fucum hîc factum fuiſſe Goltzio, cujus nimirum eximio veterum monumentorum amori illuſerint impoſtores quidam, quales illa ætas plurimos tulit, eruditis viris jam olim ſuboluit; quanquam haud improbabilis eſt Jo. Vaillantii ſententia, quem ferunt ſæpe dixiſſe, vix adulterinos & recentes videri ſibi eos nummos, quos harum rerum adeo peritus vir tam accuratè, tamque eleganter expreſſiſſet: viderat enim in Theſauro Regio MS. Codicem, qui anteà Joan. Jac. Chiffletii fuerat, in quo ſervantur *Numiſmata Imperatorum, Imperatricum, & Cæſarum Romm. aurea, argentea & ærea* (*pleraque Latina, nonnulla Græca*) *à Julio Cæſare ad Juſtinianum* à Goltzio deliniata; & in ejus Appendice, quæ Tyrannorum Gallieni ætate numiſmata complectitur, fortè adverterat numiſmata Juniæ Donatæ & Lolliani, quæ laudatus Chiffletius inde expreſſa edidit in Luminibus Prærogativis. Faſtos Goltzii Andreas Schottus recudi curavit, iiſque notas perpaucas & Faſtos Siculos adjecit, titulum etiam mutavit:

> *Faſti Magiſtratuum & Triumphorum Romanorum ab Urbe conditâ ad Auguſti obitum ex antiquis tam Numiſmatum quàm marmorum monumentis.* Antuerpiæ 1620. fol.

Romanorum etiam Imperatorum Hiſtoriam ex Numiſmatibus reſtituere aggreſſus erat Goltzius; ſed ejus concertationis duos tantum libros habemus, quos, quia eodem conſilio compoſiti ſunt, ſimul deſcribemus:

> *C. Julius Cæſar; ſive Hiſtoria Imperatorum Romanorum ex antiquis Numiſmatibus reſtituta, liber primus.* Brugis Flandrorum 1563. fol.

> *Cæſar Auguſtus, ſive Hiſtoriæ Imperatorum, Cæſarumque Romanorum ex antiquis Numiſmatibus reſtitutæ, liber II.* Brugis Flandrorum 1574. fol.

His in libris C. Julii Cæſaris Numiſmatum ſedecim, Bruti, Caſſii, aliorumque Cæſaris percuſſorum tres, Lepidi novem; Marci Antonii decem & octo; Auguſti una ſuprà octoginta tabulæ æneæ viſuntur; cum pleniori de eorum vitâ ac rebus geſtis Commentario. Quæcunque autem ſingulorum Numiſmata in hiſce tabulis continentur, in plura capita diſtributa ſunt; quorum primum eorum vultus exhibet, ſequentia partes averſas, ſive diverſa rerum ſimulacra & ſymbola, quæ in poſteriore Numiſmatum parte ſpectantur, proponunt, in eum ordinem digeſta, quem temporum & rerum geſtarum ordo, & ipſa argumentorum ſimilitudo exigere videbantur. Additæ notæ, præter eas quibus nummorum magnitudo & metallum ſignificantur, (quales in omnibus libris ſuis accuratè expreſſit Goltzius) aliæ in averſis partibus, quæ, cui capiti ſive faciei ſingulæ reſpondeant & attribuendæ ſint, indicant. Hos deinde libros ſimul compactos edidit Ludovicus Nonnius, idem cujus mentionem ſuprà fecimus; ad eoſque addidit tabulas quatuor in quibus pleraſque Tiberii nummorum adverſas partes cælaverat Goltzius, cum aliis quinque averſarum partium, Nicolai Roccoxi Equitis, & Conſulis Antuerpiani curâ & ſumptibus, è XII. Cæſaribus Zantani ab Æнea Vico reſtitutis excerptarum; ſed Hiſtoriam à Goltzio ſcriptam ſuppreſſit, & in ejus locum ſingulorum Vitas ex Suetonio, breveſque in Numiſmata Commentarios ſubſtituit: libri titulus hic eſt:

> *Ludovici Nonnii Commentarius in Numiſmata Imp. Julii, Auguſti & Tiberii, Huberto Goltzio ſcalptore.* Antuerpiæ 1620. fol.

JOANNES SAMBUCUS, Tyrnavienſis Pannonius, Goltzio ſuppar, anno ſcil. 1531. natus, eodem quo ille anno 1583. obiit: hujus mentionem facere plerique ſolent, quanquam in his ſtudiis parum utiliter verſatus ſit: quid enim attinebat Numiſmatum admodum quinquaginta, Romanorum à Græcis indiſcretorum, rudem in buxo picturam cum nullis Commentariis proponere? ſæpius repetitæ hujus libelli editiones; ſed primam omnium, quam cæteræ repræſentant, indicaſſe ſuffecerit: JOANNES SAMBUCUS.

> *Emblemata, & aliquot nummi antiqui operis.* Antuerpiæ 1566. 4.

ABRAHAMUM ORTELIUM, Antuerpianum, quia Numiſmatibus ad vera ABRAHAM ORTELIUS.

Digitized by Google

urbium nomina è tenebris eruenda ſubinde utitur, tametſi ea indicat tantum, ac plerumque ne deſcribit quidem, inter rei Nummariæ ſcriptores referre quibuſdam placuit, ſed ut horum meminiſſe juvat, qui Nummorum ope vel Chronologiam, vel Geographiam reſtituere, cæteras antiquitates illuſtrare conati ſunt, ita ſingula eorum opera recenſere tædet. Ac mihi quidem videtur, ſi hîc referri debeant ſcriptores omnes, qui integetrimis illis veteris ævi monumentis uſi Ortelii ætate fuerunt, non magis hujus quàm JOANNIS PIERII VALERIANI rationem habendam fuiſſe, quippe qui in eo libro quem inſcripſit, *Hieroglyphica*, & Baſileæ anno 1556. in fol. prodire juſſit, præter Ægyptiorum myſteria, expoſuit etiam numiſmata aliquot antiqua: nec omittendum etiam eſſe JOANNEM ROSINUM, Iſennacenſem Thuringum, qui ex *Romanarum Antiquitatum libris decem* è variis ſcriptoribus ſummâ fide & ſingulari diligentiâ collectis, [Baſileæ 1583. fol.] alterum de Romanorum Diis, & tertium de collegiis ſacerdotum nummis nonnullis in buxo inciſis diſtinxit: poſtremo JUSTUM LIPSIUM, Iſcanum Belgam, ob Commentarios in Corn. Taciti opera, librum de Cruce; de Veſta & Veſtalibus ſyntagma: unum tamen Ortelii opus memorari hîc poteſt;

> *Deorum Dearumque capita ex antiquis Numiſmatibus collecta.* Antuerpiæ 1573. 4.

quanquam in ipſo non Numiſmata, ſed ſingulorum quos vana ſuperſtitio fecit, Deorum effigies cum ſignis ſuis, qualia his in variis Numiſmatibus attribuuntur, exhibeat; nec omnium quidem, ſed eorum duntaxat quos juxtà Græci Romanique coluerunt. Alteram hujus libelli editionem quæ Antuerpiæ anno 1602. prodiit, eruditis notis auxit Franciſcus SWertius Antuerpianus.

ONUPHRIUS PANVINIUS. Ut Geographiæ Ortelius, ita Faſtorum parens merito dicitur ONUPHRIUS PANVINIUS, Veronenſis, qui tametſi in variis operibus, quibus præclaram eruditionis famam conſecutus eſt, quanti veteres nummos faceret, quantumque per eos profeciſſet ſæpe oſtenderit, uno tamen in quo ludos Circenſes tam accuratè quàm eleganter deſcripſit, locum ſibi in Bibliothecâ noſtrâ vindicat. Hoc Venetiis anno 1570. prodiiſſe ferunt, nos editionem multo recentiorem vidimus cum hoc titulo:

> *De Ludis Circenſibus libri duo, de Triumphis liber unus cum notis Joan. Argoli, & additamento Nic. Pinelli. Adjectis &c. Joachimi Joh. Maderi notis, & figuris in libro de Triumphis.* Patavii 1681. fol.

in quâ quidem Numiſmata fermè quinquaginta, eximia veterum Theatrorum & Ludorum monumenta, apparent à Jac. de Strada Panvinio impertita, & cum eo communicata, eâdem omnino formâ quâ depicta ſunt in Bibliothecâ Cæſareâ, niſi quod Onuphrius noſter, ut ſumptui parceret, omiſſis capitibus, intrà averſarum ambitum, cujuſnam Principis quæque foret, monuit.

FULVIUS URSINUS. FULVIUM URSINUM, Romanum, ſempiternæ gloriæ commendant

Familiæ

Familiæ Romanæ quæ reperiuntur in antiquis Numiſmatibus ab Urbe conditâ ad tempora D. Auguſti. Romæ 1577. fol.

quod opus divinum appellare ſolebat Joſeph Cæſar Scaliger, Spanhemius verò in illo non tam priſca Romanorum ſtemmata agnoſcere, quàm ipſam veteris Reipublicæ imaginem cernere ſibi videbatur. Accuratiſſimam Familiarum Romanarum hiſtoriam hîc exhibet Urſinus, ſeptingentis propemodum Numiſmatibus diſtinctam, è quibus ſeptem aut admodum octo in Regio Galliarum Theſauro deſiderari Vaillantius monuit: hæc ad unum exemplum æneis tabellis expreſſa ſunt, cum notis quæ cujuſque metallum & formam indicant; cur verò eorum enarrationem neglexerit doctiſſimus vir non video, quam apprimè utilem fore ignorare non debuit, & ipſe optimè omnium præſtare poterat; quanquam hæc ipſa non omnino deeſſe videtur; utut enim non omnia quæ in nummis conſignata ſunt Antiquitatis monumenta explicaverit; quæ tamen in iis ſingularum Familiarum originem demonſtrarent, clarorumque ex iis virorum geſta illuſtrarent, diligentiſſimè indicavit. Cæterum alia Fulvii Urſini opera videre contigit, in quibus Numiſmatum ope ad renovandam veteris ævi memoriam ſubinde utitur; qualia ſunt, Notæ ad varia Hiſtoricorum fragmenta, ac

Imagines & Elogia Illuſtrium virorum. Romæ 1570. fol.

ſed ad Bibliothecam Hiſtoricam ablegand a videntur; cum in hoc viginti ſolùm nummi quà Conſulates quà Græci; in illo haud multo plures, atque ex iis quidam falſi ſuſpecti exhibeantur.

Urſini amicus fuit ANNIBAL CARUS, Eques Melitenſis, vir apprimè doctus, qui Numiſmata quidem benè multa collegerat, ſed nihil quo illuſtrarentur edidit, præter Epiſtolam ad Urſinum, in qua typos Hilaritatis, Lætitiæ, Pacis, Munificentiæ, Securitatis, Annonæ, Æquitatis, quot viderat, exhibuit: hæc cum cæteris ejus Epiſtolis à nobis conſpecta eſt. ANNIBAL CARO.

LÆVINUS TORRENTIUS, Gandenſis, Antuerpianæ Eccleſiæ Præſul, mirum quàm impenſam operam Suetonio dedit; eximium enim Scriptorem non à Librariorum ſive incuriâ, ſive imperitiâ vindicavit ſolùm, ſed comparatis etiam undique ad reſtituendam XII. Cæſarum Hiſtoriam ſubſidiis illuſtravit: inter quæ præcipuam Numiſmatum rationem haberi debere cum doctiſſimus vir non ignoraret, in buxum incidi curavit haud pauca, quibus Commentarios ſuos appoſitè intertexuit: LÆVINUS TORRENTIUS.

C. Suetonii Tranquilli XII. Cæſares, & in eos Lævini Torrentii Commentarius auctior & emendatior, Antuerpiæ 4.

anno ſcilicet 1578. quam editionem ſecutus eſt Hadrianus Beys in Collectione Variorum in Suetonium, Pariſiis excuſâ anno 1610. fol.

ANTONIUS LE POIS, Lotharingiæ Ducis Medicus, libro ſingulari de Nummis ac Gemmis antiquis ita diſſeruit, ut inter ſcribendum oculos in Æneæ Vici Opus, cujus conſpectum ſuperius dedimus, ſubinde reflexiſſe videatur; nam adeo ſimili argumento ſunt Tractatus hi duo, ut qui utrum ANTONIUS LE POIS.

vis rectè norit ambos norit; quanquam ſpecimen utilitatis quæ ex nummis percipi poteſt, duplo amplius eſt in Lotharingi opere, quàm quod à Vico exhibitum fuerat in altero concertationis libro: hîc enim Numiſmata ex omni genere ſuprà ſeptuaginta in æs inciſa cum gemmis aliquot antiqui operis, proponuntur & exponuntur:

> *Diſcours ſur les Medailles & Graveures antiques, principalement Romaines, avec une expoſition particuliere de quelques planches ou tables étant ſur la fin du livre, &c.* Pariſ. 1579. 4.

CLAUDIUS GUICHARD. CLAUDIUS GUICHARD, Allobrox, cum uſurpatos olim à variis gentibus funeris & conſecrationis ritus exponeret, Numiſmata quæcunque reperire potuit, in quibus ſymbola hujus expreſſa erant, in æneis laminis ſcalpta ad diſputationem ſuam ita accommodavit, ut mutuam lucem ſibi præſtarent. Libri titulus hic eſt:

> *Funerailles & diverſes manieres d'enſevelir les Romains, Grecs, & autres Nations, tant anciennes que modernes.* Lyon 1581. 4.

REINERUS REINECCIUS. REINERUM REINECCIUM, Germanum, inter eos qui rem Nummariam illuſtrarunt, referebat Rudolphus Capellus, ac nos quoque libenter referremus, quippe qui ſeriem hanc auctorum non parum ornaret; fuit enim, quantum illa ætas tulit, in hiſtoriâ veteri & novâ pereruditus: ſed unum ſupereſt opus, quod nummis diſtinxit, *Hiſtoria* ſcil. *Julia, ſive ſyntagma Heroicum*, quod aliquoties editum eſt, in eoque opere, quod tribus voluminibus conſtat, quatuor duntaxat ac viginti nummi apparent, inter quos nonnulli demonſtrant, Reineccium in hoc ſtudiorum genere non multum profeciſſe.

ANTONIUS AUGUSTINUS. Sequitur Hiſpanorum longè doctiſſimus ANTONIUS AUGUSTINUS, Archiepiſcopus Tarraconenſis, cujus opere nullum ad ſuam ætatem prodiiſſe vel elegantius, vel ad rei Nummariæ ſtudium utilius monebat optimus harum rerum æſtimator Ezechiel Spanhemius. Hiſpanicâ linguâ ſcriptus, & Tarracone in lucem editus eſt præſtantiſſimus liber:

> *Dialogo de Medallas, Inſcriciones y otras Antiguedades.* En Taragona 1587. 4.

deinde in Italicam linguam ſemel atque iterum verſus eſt. Prima editio hunc titulum præfert:

> *I Diſcorſi del S. Don Antonio Agoſtini ſopra le Medaglie & altre Anticaglie.* In Vinegia 4.

DIONYSIUS OCTAVIANUS SADA. In alterâ quam adornavit DIONYSIUS OCTAVIANUS SADA, immutatum ejus elogium in hunc modum:

> *Dialoghi di Don Antonio Agoſtini, &c. intorno alle Medaglie, Inſcrittioni & altre Antichità, &c.* In Roma 1692. fol.

Undecim in Dialogos univerſum Opus tribuit Antonius Auguſtinus; & in primo quidem poſtquam de veteri Romanorum monetâ diſſeruit, utilitatis quæ ex Numiſmatibus ad illuſtrandam Hiſtoriam percipi poteſt, ſpecimen

præbet. Quatuor ſequentes in averſis nummorum partibus explicandis verſantur, quæ Virtutum emblemata, Provinciarum, Urbium, ac fluminum ſymbola, Romana ædificia; denique animalia Diis ſacra, horundem arbores, atque ipſa Deorum Dearumve ludibria repræſentant. Sextus Africæ & aliquot Galliarum Hiſpaniarumque nummos complectitur: ſeptimo denique & octavo veterum Hiſpaniæ urbium Numiſmata illuſtrantur; cæteri ad Inſcriptiones magis pertinent, quanquam in undecimo nonnulla haud nauci habentur de adulterinis Numiſmatibus, ac de auctoribus qui operam ſuam vel ad colligendos, vel ad enarrandos veteres nummos contulerunt. Operi præfixa ſunt tribus & ſeptuaginta æneis tabulis affabrè inſculpta Numiſmata omnis generis propemodum quingenta, quorum perpauca ad tertium Dialogum, cætera ad duos primos pertinent; nam quæ in aliis Dialogis memorantur, hæc ære exprimere per nimiam Roderici Capata, cui ſcribebat Auguſtinus, properantiam non licuit, eademque effecit ut in poſtremis viginti tabellis eorum nummorum, qui Imperatoribus cuſi ſunt averſa pars duntaxat exhiberetur unà cum appendiculâ, in quâ adverſæ partis epigraphe & typus deſcripta ſunt.

Hiſpanicam editionem prima Italica propemodum repræſentat; altera multis partibus auctior: prærerquam quod enim huic acceſſere Numiſmata quæ antea deſiderabantur ſuprà trecentâ, aliquot etiam Sadæ obſervationibus intertexta eſt ſanè non aſpernandis; inſerta quoque in primum Dialogum Lælii Pasqualini de Conſtantini nummis Diſſertatio eruditiſſima, ac ne operis ſeriem turbaret, in Dialogi formam converſa eſt. Illud etiam meliori conſilio factum videtur, quod nummi per univerſum opus in ſua quique loca diſtributi ſunt; ſed planè in horum ſcapturâ majorem elegantiam requireres; hi enim in buxo inciſi ſunt, atque ut ſumptibus parceretur, horum qui Imperatoribus cuſi ſunt, ſingulorum unus ſculptus eſt integer, cæterorum averſam duntaxat partem tabellæ repræſentant intrà circulum, in quo deſcripta eſt capitis epigraphe. Cæterum cujus quæque metalli & moduli fuerint, quæ publici juris faciebant numiſmata, Auguſtinus & Sada accuratè monuerunt. *Lælius Pasqualinus.*

Hìc monendus es, eoſdem Antonii Auguſtini Dialogos in Latinum ſermonem verſos ab Andrea Schotto fuiſſe; de cujus lucubratione ſuo loco, ad annum nempe 1617. ediſſeremus.

Laudabilis eâdem tempeſtate Prosperi Parisii, Conſentini, induſtria: ejus enim curâ Tabulam Geographicam Regni Neapolitani anno 1591. item alteram Calabriæ anno 1592. ſuis numiſmatibus ornatas & illuſtratas, à Natali Bonifacio in ære expreſſas vidiſſe ſe teſtatur Philippus Labbe in Bibliothecâ Nummariâ, quæ quidem tabulæ diligentiam noſtram hactenus effugerunt; ſed eam quâ Regnum Neapolitanum deſcribebatur, reſtituit ante annos triginta Joannes Georgius Volckamerus, Norimbergenſis Medicus; quo etiam accurante Numiſmata Magnæ Græciæ ſuperioribus tabulis circunjecta, publico redonata ſunt tredecim buxeis tabellis inſculpta, ad centena & quinquagena numero: *Prosper Parisius.*

Proſperi Pariſii, &c. Rariora Magnæ Græciæ Numiſmata, cum &c. Magnæ Græciæ Tabulis inter ſe diviſis, alterâ editione renovata anno 1683. fol.

Quam Neapoli vidit idem Volckamerus Siciliæ Geographicam Tabulam ſimili Numiſmatum limbo circundatam, de eâ nihil compertum habemus.

HELISÆUS ROSLEIN. Heliſæi Roslein, Medici, ferunt extare opus Germanicâ linguâ ſcriptum cum hoc titulo :

Des Elſas und gegen Lotharingen Vvaſgavviſchen gebirgs gelegenheit, &c. Straſburg 1593. 8.

hoc eſt deſcriptionem Alſatiæ, cum plurimis Numiſmatibus quæ ejus ætate in ruderibus ejus Provinciæ reperta ſunt : nos opus illud hactenus non vidimus; ſed quod infortunium noſtrum leniùs ferimus, acceptum referimus Carolo Parino Introd. cap. 24. monenti pleraſque illius Medici interpretationes adeo ludicras eſſe, ut ipſi Heraclito riſum movere poſſint.

MARCUS VELSERUS. Marcum Velserum, Auguſtanum, præcipuam inter Germanos ſuæ ætatis Antiquarios, eruditionis, diligentiæ, judicii laudem merito jure conſecutum eſſe conſtat : hujus ſunt

Rerum Auguſtanar. Vindelicarum libri VIII. Venetiis 1594. fol.

cujus in operis libro ſexto numiſmata quædam in Rhætiâ, & Auguſtæ Vindelicorum, ut quidem opinatur, cuſa, necnon alia in ſeptimo, & affabrè ſculpta exhibuit, & accuratè interpretatus eſt.

MARQUARDUS FREHERUS. Varia ſunt, nec inelegantia Marquardi Freheri opuſcula ; ſed è duobus quæ in hanc Bibliothecam compingenda ſunt, unum acceptum debemus peſtilentiæ quæ in urbem Heidelbergam anno 1593. incidit : perterritus enim Freherus votum concepit, ſi abs ſe Deus exitiabile malum averteret, tum ſe orationem habiturum de verbis Domini : *Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris*, &c. quod votum anno ſequenti perſolvit :

De Verbis Domini, Date Cæſari, *&c. Sermo Votivus Theologiſtoricam loci explicationem continens.* Heidelbergæ 1698. 4.

Ibi verò cùm Chriſti Domini mentem explicat, tum pleraque nova de nummis in univerſum, & de conditione Judæorum, poſtquam Romano Imperio acceſſerant, veterum nummmorum in buxo inſculptorum ope demonſtrat : ſed orationem deformat appendix in quâ ſummos Pontifices acerbiſſimè criminatur in Cæſarum jura involaſſe, & in eos tam veſanè invehitur, ut appareat, ſi morbi contagia in ejus corpuſculum non penetrarunt, at mentem ejus veneni & peſtilentiæ plenam fuiſſe.

Altera Freheri lucubratiuncula eſt de Conſtantini Imperatoris Byzantini Numiſmate argenteo, planè inepta, anno 1600. ſeorſim, deinde anno 1604. poſt Joſephi Juſti Scaligeri de eodem nummo Diſſertationem elegantiſſimam edita.

ADOLPHUS OCCO. Integram Numiſmatum Imperatorum Romanorum ſeriem à tribus ſummis Antiquariis Vico, Lazio & Goltzio fruſtrà ſuſceptam primus abſolvit

ADOLPHUS Occo Medicus Auguſtanus, ſed eam adumbratam magis quàm expreſſam, quæque horum induſtriæ deſiderium, nedum leniret inflammavit; pro eleganti enim cælaturâ, nudam nummorum deſcriptionem, atque ipſam non admodum accuratam propoſuit:

Imperatorum Romanorum Numiſmata à Pompeio Magno ad Heraclium. Antuerpiæ 1579. 4.

eadem multis millibus aucta Auguſtæ Vindelicorum 1600. 4. Nummos Imperatorum ex auro, & ære Adolphus Occo hocce libro complexus eſt, non hos ſolum qui Romæ, ſed qui etiam in Coloniis ac Municipiis Latio jure donatis, item qui in urbibus Græciæ, Syriæ & Ægypti cuſi ſunt, quorum maximam patem cum alienâ tantum fide noſſet, factum eſt ut ex iis perpauci integri deſcriberentur, plerorumque averſa pars duntaxat exhiberetur unà cum capitis epigraphe; nonnullorum etiam Latinorum, & Græcorum, Ægyptiorumque ad unum omnium ſolæ inſcriptiones comparerent. In iis collocandis ordinem Chronologicum ſervaſſe videri voluit Auguſtanus Medicus; ſed peſſimo, ut verum fatear, conſilio; primum enim tametſi aliquot nummi certas annorum quibus cuſi ſunt notas præferunt, plures tamen iis notis deſtitui conſtat, quos aut ſeorſim à cæteris deſcribi oportebat, aut ſi confunderentur, inſtitutum ordinem ab iis interverti neceſſe erat. Deinde quos Faſtós quoſve auctores in adornandâ Chronologiâ ſecutus fuerit Occo, fruſtrà quæras; in quâ omnia ita perturbata ſunt, ut in nullo opere ſeſe magis prodat ſcriptoris inſcitia & imperitia: quis enim unquam fando audivit Treb. Gallum cæſum anno 257. Æmilianum tamen, Valerianum, & Gallienum anno 254. imperare cœpiſſe? Quis unquam Carini cædem in annum 287. & tertium Diocletiani annum diſtulit? Haud magis ferri poteſt quod illic legitur, Licinium Jun. Cæſarem anno 325. creatum fuiſſe; ſed cætera Occonis in temporum deſcriptione σφάλματα ſi recenſeam, vereor ne ea tædium lectori creent; quamobrem hoc unum monebo, obtrudi illic recentia quædam numiſmata pro Ægyptiacis, in quibus Imperii anni deſcripti ſunt, quæque eruditos viros complures fefellere.

Quæ ab Occone deſcripta fuerant Numiſmata LÆVINUS HULSIUS, Gandenſis, æneis tabulis conſignare aggreſſus eſt, egregiâ quidem animi alacritate, quando pauciſſima ex iis ſibi deeſſe anno 1603. affirmabat, ſed cum hæc ipſa curioſiùs conquireret, morte præventus, pulcherrimam amiſit de re literariâ benè merendi, & æternam gloriam conſequendi occaſionem; nihil enim poſteris reliquit ad ſui memoriam inſigne, præter immenſi operis ſpecimen exile; LÆVINUS HULSIUS.

Imperatorum Romanorum Numiſmatum ſeries à C. Julio Cæſare ad Rudolphum II. Francofurti 1603. 8. *item* 1605. 8.

in quo ſingulorum Imperatorum, qui ſummæ rerum in utrâque Româ præfuerunt ad Conſtantinum Irenes filium, nummum unum affabrè ſcalptum propoſuit, raritate aut elegantiâ præcipuum, cum perbrevi expoſitione, ac vitæ cujuſque deſcriptione.

Inventus eſt etiam inter Principes viros PHILIPPUS II. Pomeranorum PHILIPPUS II.

Dux, qui famam ex his ſtudiis quæreret; ejus enim brevis Commentarius extat in Nummum Zenonis Auguſti anno 1603. Germanieo idiomate ſcriptus, quem è ſuâ Bibliothecâ Rudolphus Capellus procudi curavit annis abhinc fermè quinquaginta:

> *Magni Principis Philippi II. Pomeranorum Ducis Commentariolus in Nummum aureum Dn. Zenonis Iſaurici, Græci Imperatoris.* Hamburgi 1667. 4.

ſed in hoc opere nihil commendatione admodum dignum præter egregiam Authoris de re Nummariâ benè merendi voluntatem; cum enim in malè lectâ epigraphe ſeſe exercuit, tum etiam in interpretatione harum literarum, CONOB. quæ maximam Commentarii partem complectitur, eruditis minùs ſatisfecit.

ABRAHAM GORLÆUS.

ABRAHAM GORLÆUS, Antuerpianus, novam poſt Fulvium Urſinum Conſularium Nummorum, quibus Muſeum ſuum locupletaverat, ſeriem adornavit; nec aſpernandum ſanè ejus conſilium, quem plurima vel edidiſſe Fulvio ignota, vel ab eo minus accuratè expreſſa reſtituiſſe conſtat; ſed hanc operis rationem inſtituit, quæ ſuſpicionem moveat, hunc non tam publico prodeſſe, quanquam illud quoque, ſed tamen non tam prodeſſe, quàm divitias ſuas oſtentare voluiſſe:

> *Theſaurus Numiſmatum aureorum, argenteorum, æreorum ad Familias ejus Urbis ſpectantium, uſque ad obitum Auguſti, &c.* Antuerpiæ 1605. fol.

cum enim duabus partibus conſtet hic liber, prima nummos ſuprà quadringentos continet in quinque & quadraginta æneis tabulis cælatos, ad unum exemplum omnes, cum adjunctis notis quæ ſingulorum metallum indicant: altera verò nudas eorundem Nummorum, ac præterea propè ſeptingentorum qui à ſculptis non ferè multum differebant, deſcriptiones continet, nullis vel ad Hiſtoriam, vel ad Nummorum typos obſervationibus intertextas.

THEODORUS GALLÆUS & JOANNES FABER.

An hîc memorandi ſint THEODORUS GALLÆUS, Antuerpianus, & JOANNES FABER, Bambergenſis, Medicinæ Profeſſor Romæ, haud ſatis ſcio; quorum ille Illuſtrium Imagines ex antiquis Marmoribus, Numiſmatibus & Gemmis expreſſit, hic Commentarium in eaſdem edidit Antuerpiæ anno 1606. 4. nulla tamen ille, hic perpauca Numiſmata exhibuere; ſed horum in tranſcurſu meminiſſe vitio nobis haud dabitur, opinor; cum eoſdem Philippus Labbæus in Bibliothecam Nummariam olim retulerit: prætereaque opus illud ad uſum Sereniſſimæ Ducis Regentis Matris in Gallicum ſermonem verterit noſtri amantiſſimus Carolus Cæſar Baudelot cum hoc titulo:

> *Portraits d'Hommes & de Femmes illuſtres.* Paris 1710. 4.

JULIUS CÆSAR CAPACIUS.

Ad hanc ſeriem indubitatè pertinent à JULIO CÆSARE CAPACIO, ſive Neapolitano, & huic Urbi à Secretis

Neapolitanæ Hiſtoriæ libri II. Neapoli 1607. 4.

in his enim Narratio plurimorum Numiſmatum ectypis ita diſtincta eſt, ut iis non ornetur ſolum, ſed etiam mirificè illuſtretur.

Nec omittendus qui ſine honorificâ præfatione nominari nunquam debet, CÆSAR BARONIUS, Soranus, Congregationis Oratorii Preſbyter Romæ, ac deinde S. R. E. Cardinalis, & Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus, qui anno 1607. die 5. Septembris obiit Romæ: nam in XII. Annalium Eccleſiaſticorum tomis Numiſmatibus antiquis ad reſtituendam Chronologiam & Hiſtoriam uſus eſt, cum acri & limato judicio ſemper, ſæpè etiam cum ingenti ſucceſſu. CÆSAR BARONIUS.

JACOBUS GRETSERUS, Marckdorfenſis Acronianus, qui Societatem Jeſu ingreſſus anno ætatis 17. Theologiam Ingolſtadii docuit annos duos & viginti, famâque magnus, & pietate major, vitâ hac deceſſit anno 1625. die 29. Januarii, anno ætatis 63. eximii operis quo Sanctæ Chriſti Crucis honorem aſſeruit, eamque ab adverſariorum calumniis, criminationibus, ludibriis vindicavit, volumina duo prima veteribus nummis ſubinde diſtinxit; ſed tertii librum primum totum ferè eſſe voluit de iis numiſmatibus in quibus ſalutare ſignum vel ſeorſim, vel cum Chriſti monogrammate conjunctum depictum eſt: cujus generis numiſmata plurima in buxeis lamellis inſculpta à Conſtantino M. ad Leonem Philoſophum aut in lucem protulit, aut antea prolata collegit; ut veterum Principum exemplo Crucis uſum, cultum, amorem doceret: JACOBUS GRETSERUS.

Jacobi Gretſeri &c. De Cruce Chriſti Tomus tertius quinque libris comprehenſus; quorum primus eſt de Nummis Crucigeris, &c. Ingolſtadii 1605. 4.

Quanquam verò pietatis fœtus ille magis quàm eruditionis primâ fronte videatur, hanc tamen ibi, ſat ſcio, non deſiderabis, imò fortaſſe majorem quàm in pleriſque illius ætatis operibus elucere fateberis: primum enim de nummis in univerſum, deinde de nummis crucigeris & de labari formâ accuratiſſimè diſſerit; mox ſingulos nummos ordine ita explicat, ut nihil in illis paulo obſcurius ſit, quod non indaget, inveniat, ac velut ex tenebris eruat: quamobrem omnibus numeris abſoluta videri poterat hæcce concertatio, ſi de monumentis quibuſdam quæ Antiquarii tum in diverſum trahebant, diligentiùs anquiſiviſſet, nec crucem in iis continuo perſpexiſſet: quâ in re tamen pietate magis quàm negligentiâ peccavit, ut Baronio etiam interdum accidiſſe alii jam monuerunt. Seriei Numiſmatum interſeruit Gretſerus Diſſertationem prolixiorem de nummo Conſtantini Byzantini Imp. quâ in diſſertatione Freheri & Scaligeri conjectationes acertimè confutat.

LAURENTIUS PIGNORIUS, Patavinus, quem anno 1571. natum, anno verò 1631. obiiſſe ferunt, in brevi & erudito opere quod inſcripſit, LAURENTIUS PIGNORIUS

Characteres Ægyptii, hoc eſt Sacrorum quibus Ægyptii utuntur, ſimulacrorum accurata delineatio & explicatio. Francofurti 1608. 8.

nummos nonnullos in buxo inciſos edidit, ſeu veriùs eorum averſas partes tantum, è quibus fidem confirmat veteribus ſcriptoribus, dum ipſas ex iiſdem ſcriptoribus illuſtrat.

PAULUS PETAVIUS. PAULUS PETAVIUS, Aurelianenſis, in ſupremâ regni Francorum Curiâ Senator, cum antiquariâ ſupellectile Muſeum ſuum ditaſſet, hujus portiunculam, ut ipſe vocat, ſimulque

Veterum Numiſmatum Γνώρισμα. Pariſiis 1610. 4.

publicavit: hoc viginti quinque tabellis conſtat, in quibus Numiſmata ex omni metallo Romana, Græca, Barbara ad unum exemplum ſcalpta ſunt, ſed ita ineleganter & impolitè ut nihil ſuprà: notæ deſiderantur; quibus deſtitutæ ejuſmodi tabellæ vix ulli uſui eſſe poſſunt.

PHILIPPUS PARUTA. PHILIPPUS PARUTA, Siculus, & Panormo urbi à Secretis, eandem operam patriis Nummis impendit, quam Conſularibus ante paucos annos Gorlæus; cum enim univerſam de Siciliâ concertationem duas in partes dividi oportere judicaret, primam quæ Numiſmata complectebatur cùm alacriter ſuſcepit, tùm abſolvit feliciter; alteram quæ circà Nobilis Inſulæ Hiſtoriam, & Antiquitatum in ejus Nummis conſignatarum explicationem verſabatur, ingenio ſuo diffiſus, ut quidem ipſe monet, planè omiſit: quanquam hanc ipſam à Paruta deinde cœptam, eumque in opere immortuum eſſe non nulli aiunt.

Della Sicilia di Filippo Paruta deſcritta con Medaglie, Parte prima. In Palermo 1612. fol.

Quatuor nummorum genera continet hic liber; primum eorum qui à ſingulis civitatibus cuſi ſunt, vel ſub Regibus, vel poſtquam Romanis parere cœpit hæc Inſula; atque hi mediam fermè voluminis partem complectuntur: alterum Romanorum qui Siculorum rerum memoriam referunt: tertium eorum in quibus Gothicorum Italiæ & Siciliæ Regum expreſſi vultus: poſtremum recentiorum Nummorum qui ad inſtitutum noſtrum non pertinent; ſed ex ſuperioribus tribus generibus octingenti fermè hîc repræſentantur totidem æneis laminis inſculpti, cum literis ſingularibus, quibus cujuſque metallum & forma indicantur. Eadem Numiſmata cum aliis propemodum quadringentis Romæ anno 1649. à Leonardo Auguſtino, iterum Lugduni anno 1697. à Marco Maiero recuſa ſunt; hic etiam brevem Siciliæ ac Numiſmatum deſcriptionem aliquot obſervationibus intertextam adjunxit; ſed de utroque alias: Parutæ verò liber inſcriptus,

Teſoro de las Medallas Eſpañolas:

cujus in Bibliothecâ Nummariâ meminit Philippus Labbe, quid ſit, imo an in mundo ſit, aut unquam fuerit, neminem reperimus qui pro certo affirmaret.

VINCENTIUS

VINCENTIUS MIRABELLA, Nobilis Syracuſanus, anno poſt Parutam Syracuſarum hiſtoriam conſcripſit, & duas in partes diſtribuit, quarum prima conſtat deſcriptione ejus urbis, altera notis uberioribus in Numiſmata ſex ſuprà triginta, quæ Syracuſis vel à Republicâ, vel Principum juſſu cuſa olim fuere: VINCENTIUS MIRABELLA.

> *Dichiarazioni della pianta dell'Antiche Siracuſa, e d'alcune ſcelte Medaglie d'eſſe e de' Principi che quelle poſſedettero.* In Napoli 1613. fol.

Numiſmata porro in tribus æneis tabellis inſculpta, & quidem eâ forma, quæ nummorum *Medaglioni* vulgo dictorum magnitudinem æquet, vel etiam excedat.

De JACOBO GUTHERIO, Calvimontano Lingone, J. C. veriſſimè teſtatus eſt Thomas Reineſius lib. III. Variar. Lect. hunc multa variæ & reconditæ eruditionis feliciter eruiſſe è tenebris, ideoque digniſſimum eſſe cui juxta clariſſima Europæ lumina togata ſtatua in memoriæ fano ponatur. Opera ejus elegantiarum ſtudioſis commendat imprimis, quod ea veteribus nummis in æs inciſis, & marmoribus, tanquam lemniſcis quibuſdam & clavis in purpurâ aureis exornat; quæ quidem, ut laudatus Reineſius monet, & fideliùs repræſentat, & applicat eruditiùs, & exponit dexteriùs quàm à pleriſque antea factum fuerat, quanquam ne ipſum quidem ſatis concoxiſſe ea quæ legerat, haud pauci eruditi demonſtrarint. E tribus doctiſſimi viri operibus, duo tantum ad hanc Bibliothecam Nummariam pertinent; JACOBUS GUTHERIUS.

> *De Veteri Jure Pontificio Urbis Romæ libri IV.* Pariſiis 1612. 4.
>
> *De Jure Manium, ſeu de more, ritu, & legibus priſci funeris libri III.* Pariſiis 1615. 4.

illud enim, quo de Pontificum, Regis Sacrorum & Flaminum dignitate, muneribus, Juriſdictione: de locis ſacris; de feſtis diebus, ac denique de ſacris diſſeruit, variis nummis diſtinctum eſt: in hujus libro II. de conſecrationis ritu diſputat, numiſmataque omnia quæ reperire potuit ad materiam hanc jam olim, ut monuimus, à Claudio Guichard tractatam pertinentia exhibet.

JOSEPHI CASTALIONIS, Anconitani, J. C. extat JOSEPHUS CASTALIO.

> *Numiſmatum Oſtienſis & Trajani portûs explicatio.* Romæ 1614. 4.

opus duodecim paginarum, in quo Numiſmata duo Claudii & Trajani, ut à Sada expreſſa fuerant, in buxo repræſentat, & primùm quidem negat rectè ſcripſiſſe Ant. Auguſtinum in Oſtienſi portu columnam cochlearem fuiſſe, & è Claudii, cujus ſtatua columnæ impoſita erat, manu pependiſſe laternam: deinde adverſus cæteros Antiquarios probare conatur, Trajani portum, nec Oſtienſem, quippe qui à Claudio perfectus fuerat, nec Anconitanum, verùm Centumcellenſem fuiſſe.

JOANNES DU VAL. Joannes du Val, Linguarum Orientalium interpres, de Galliis optimè meruit, cum Æneæ Vici tabellas æneas comparavit, ejuſque opera Pariſiis prodire curavit anno 1619. ſed quia in hac editione nihil novi ineſt, quæ de Vico ſuo loco diximus, lectorem quærere haud pigebit.

ANDREAS SCHOTTUS. De Andrea Schotto, Antuerpiano, Societatis Jeſu Sacerdote, ſcribendi occaſio jam ſeſe aliquoties obtulit, ſed & nova nunc de eo ſuccurrunt, & quæ antea breviter ac ſtrictim diximus, ea diligenter retractare libet, maximè cum ejus viri gloria agatur, qui publicæ utilitati quàm famæ ſuæ conſulere, & æternitatem aliorum ſcriptis conciliare, quàm ſibi ipſi, eximii ingenii monumenta edendo, comparare plerumque maluit. Igitur erud. vir cum Toleti, Cæſar-Auguſtæ, ac deinde Romæ Eloquentiam, Græcas literas, & Hiſtoriam publicè docuiſſet, in patriam denique reverſus, cum Stephanus Vinandus Pighius Annales Romanorum Numiſmatibus ſubinde illuſtratos condidiſſet, qui Commentarii vicem ſupplerent in omnes veteres Romanæ Hiſtoriæ Scriptores, & è tribus tomis in fol. quibus conſtabant, unum duntaxat edidiſſet, Andreæ Schotti curâ integrum opus prodiit Antuerpiæ anno 1615. Idem Huberti Goltzii Siciliam & Magnam Græciam anno 1618. necnon Faſtos Magiſtratuum & Triumphorum Romanorum anno 1620. reſtituit; & Siciliæ quidem & Magnæ Græciæ urbium hiſtoriam interpolavit, ſingulaque auctorum quibus Goltzius uſus ad eam adornandam fuerat, loca adnotavit; Faſtis verò notas perbreves & Faſtos Siculos ſubjunxit. Idem laborem ſuſcepit utiliſſimum ſtudioſis, quibus Hiſpanica lingua & Italica minùs familiares erant, dum undecim Antonii Auguſtini Dialogos, opus, ut quidem videtur, immortale, quod pro ingenii noſtri viribus deliniavimus ſuprà, latinè vertit, iiſque præter ſcholia aliquot, duodecimum adjecit de Priſcâ religione Diiſque Gentium:

> *Antonii Auguſtini, &c. Antiquitatum Romanarum Hiſpanarumque in nummis veterum Dialogi XI. Latinè redditi &c.* Antuerpiæ 1617. fol.

quanquam, ne quid diſſimulem, Dialogis adjungi debuerant tabellæ numiſmatum, quibus eos doctiſſimus Hiſpanus & Sada diſtinxerant; & minùs rectè Andreas Schottus ſcripſit earum vicem ſupplere poſſe ſeptem & ſexaginta æneas tabulas nummorum Arſchotanorum, tametſi earum una ad præclarum opus tota pertineat. Atque hæc quidem pro more noſtro candido: nunc de ipſis Arſchotanis nummis dicendum.

Ita appellantur ab Ill. Carolo, Duce Croyaco & Arſchotano, cujus impenſis collecti ſunt ex auro, argento & ære, Latini omnes, & quidem plerique Principum Romanorum, nullus omnino Græcus præterquàm Antinoi, & Antonini Pii, perpauci Familiarum. Aurei ſeorſim prodiere annis 1615. & 1627. in 4. cum notis Joannis Hemelarii, de quo ſermonem brevi inſtituemus: aurei, argentei & ærei, confuſi inter ſe & indiſtincti anno 1617. in ſeptem & ſexaginta, ut ſuprà dicebamus, tabulis integrâ folii magnitudine, à Julio Cæſare ad Valentinianum; deinde anno 1654. cum acceſſione centum & octoginta Numiſmatum, à Romulo ad Juſtinianum, & quidem tum demùm cum Alberti Rubenii Commentario perpetuo. Omnes in ære

JACOBUS DE BYE. incidit Jacobus de Bye celeberrimus illâ ætate chalcographus, qui ſingu-

lorum Principum, præter Cæſarem & Antonium & Auguſtum, effigiem plerumque duntaxat unam exhibere contentus, omnes averſas partes deinde exequitur, nullis notis adjectis quibus nummorum metallum ac modulus dignoſci queant.

Reſtituit idem Jacobus de Bye anno 1618. Huberti Goltzii Theſaurum, & quarum jacturam eruditi graviſſimè ferebant, Goltzianas tabulas Numiſmatum Græciæ & Inſularum & Aſiæ, non tamen omnes publicavit, quinetiam ad Goltzii Tiberium addidit in tabulis quatuor, averſas partes nummorum è XII. Zantani Cæſaribus, ut quidem videtur, excerptas: ſed in eas tabulas Commentarium conſcripſit LUDOVICUS NONNIUS, Antuerpianus, Medicus, cujus nomen iis præfixum eſt: LUDOVICUS NONNIUS.

> *Ludovici Nonnii Commentarius in Hub. Goltzii Græciam, Inſulas & Aſiam Minorem.* Antuerpiæ 1620. fol.
>
> *Ludovici Nonnii Commentarius in Nomiſmata Imp. Julii, Auguſti & Tiberii, Hub. Goltzio ſcalptore.* Antuerpiæ 1620. fol.

Et quoniam, quid in his Commentariis præſtitum ſit dicere ſpopondi, Ill. Spanhemio & Triſtano me accedere profiteor; egregiam nimirum interpretis de re literariâ bene merendi voluntatem, nec vulgarem diligentiam videri; dubitari tamen poſſe, an ſatis inſtructus fuerit his artibus quæ in perfecto Antiquario requiri ſolent: nam facillimos quoſque nummos pluribus verbis enarrare, eos qui difficilem explicatum habent ne ſtrictim quidem attingere; in Græcis verò numiſmatibus cum ſæpè turpiter hallucinati, tum ignorationem interdum in temeritatem vertere, obſcura quævis & incomperta ad lubitum mutando & reformando: quod vitium laudatus Spanhemius non immerito dolet commune illi fuiſſe cum viris magnis, qui putaverunt licere ſibi eâdem arte graſſari in primæva illa & incorrupta priſcæ ætatis monumenta, quâ uti ſolet Criticorum gens in libros editos, aut deſcriptos olim à librariis codices.

JOANNES DE QUIÑONES, Hiſpanus, Diſſertationes ſeptem de Numiſmatum origine, & de nummis ſex aureis Galbæ, Trajani, Hadriani, M. Aurelii, Lucii Veri, & Fauſtinæ ſimul compactas edidit cum hoc titulo: JOANNES DE QUIÑONES.

> *Explicacion de unas Monedas de oro de Emperadores Romanos, donde ſe refieren las vidas dellos, y el origen dellas, &c.* Anno 1620. 4.

iſtas verò diſſertationes ita confecit, ut inter politicos viros, quàm inter Antiquarios referri maluiſſe videatur; in iis enim nihil fermè, niſi brevem vitæ ſingulorum Principum quos nominavimus hiſtoriam conſcripſit, aliquor ſententiarum ornamentis diſtinctam.

JOANNES SPEED, civis Londinenſis, Magnæ Britanniæ Hiſtoriam à ſe conditam, & ſemel anno 1614. iterumque anno 1623. editam cum hoc titulo, JOANNES SPEED.

> *The Hiſtorie of Great Britaine, under the conqueſt of the Romans, &c.* London 1623. fol.

illuſtravit nummis in buxo inciſis, primùm viginti veterum Cambrorum aut Britonum, ut quidem arbitratur, libro V. deinde libro VI. omnium Principum Romanorum ad Joannem uſque, ſingulorum plerumque duntaxat uno, ut eorum ſcilicet effigiem exhiberet qui Britanniæ olim imperitarunt, niſi quorum reperit ad eam Inſulam propiùs pertinentes: atque iis etiam aliquot patrios nummos interſeruit.

JOANNES HEMELARIUS. JOANNIS HEMELARII, Hagienſis Batavi, & Canonici Antuerpienſis, cum antea totum ſexennium in familiâ Cardinalis Cæſii vixiſſet, extat nobile opus cum hoc titulo:

Imperatorum Romanorum à Julio Cæſare ad Heraclium uſque Numiſmata aurea, Caroli Ducis Croyi & Arſchotani ſtudio collecta, &c. Antuerpiæ 1615. 4. & 1627. 4.

ſed inter duas ejus editiones nonnihil intereſt: in poſteriorem enim addita ſunt numiſmata aliquot è Muſeo Nicolai Roccoxi, quæ quidem vir diligens una cum Arſchotanis complexus eſt quatuor & ſexaginta æneis tabellis, ſi omnium ſimul numerum ſubducas, fermè ſexçenta: notæ etiam, cùm novæ adjectæ ad nummos novos, cùm veteres correctæ & reformatæ: quas profectò eruditas eſſe & utiles plerique fatentur; in iis tamen deſiderantur deſcriptiones capitum, & quidem eo magis, quod hæc in tabellis quoque omnia, præter unum cujuſque Principis deſunt.

LUDOVICUS SAVOT. LUDOVICUS SAVOT, Regius Medicus, & Medicæ artis in Academiâ Pariſienſi Profeſſor, Gallicâ linguâ ſcripſit librum eruditiſſimum de Re Nummariâ, quem quatuor in partes tribuit:

Diſcours ſur les Medalles antiques, diviſé en quatre parties. Paris 1627. 4.

In primâ Sebaſtiani Erizzi opinionem, pleraque Numiſmata à veteri monetâ diſtinguenda eſſe, confutat, nec ea argumenta ſolùm quibus ille uſus fuerat, ſed nova etiam quæ acumen ejus fugerant, expendit: in alterâ de materiâ numiſmatum, hoc eſt metallis auro, argento, ære regulari ſive Cyprio, ære Mariano quod & Cordubenſe dicebatur, ære caldario, cæteris æris ſpeciebus, plumbo albo & nigro, ſtanno diſputat accuratiùs quidem quàm quivis alius; ad abſolutam tamen eorum cognitionem quartæ partis caput octavum huic adjungas cenſeo; perinde profectò atque nonum tertiæ parti, quæ circà pondera & menſuras tota verſatur, & varias quæſtiones complectitur quæ ad nos minùs pertinent. Quarta pars de raritate & pretio nummorum veterum, eâdem ratione confecta eſt quâ cæteræ, ut nec ordinem in eâ nec diligentiam requiras; ſed tot poſt Savotum numiſmata è terræ viſceribus eruta ſunt, quot ne cogitatione quidem complecti potuit; quamobrem quæ illic ſubinde occurrunt errata, navo & induſtrio viro imputare durum admodum foret & iniquum; maximè cum in hoc ipſo argumento principia ſolerter ac diligenter explorata poſuerit: ideoque non immerito proditum ſit olim, melius hunc in Gallicâ linguâ, quàm alium quemvis in ſuâ, de Nummis in univerſum diſſeruiſſe.

Digitized by Google

Savoti opus excipit ejuſdem penè argumenti liber poſtumus *de Numiſmate* CLAUDIUS
antiquo, conſcriptus à CLAUDIO CHIFFLETIO, Sequano, J. C. primum CHIF-
quidem Lovanii editus anno 1628. in 8. deinde verò Henrici Thomæ Chif- FLETIUS.
fletii curâ Antuerpiæ, & Hamburgi ſtudio Rudolfi Capelli iterum cuſus.
Hoc in libro nummus unus alterve illuſtratur; cæterum auctor in eo potiſſimum argumento verſatur, quod doctiſſimus Harduinus ad Sect. XIII. Plinii cæteris omnibus acutiùs pertractavit, hoc eſt in pondere & valore nummorum, quibus Romani adhuc liberi uſi ſunt.

JOANNES LE MENESTRIER, Divionenſis, Numiſmata aliquot in JOANNES
duobus libris à ſe editis collegit, de hiſque ita egit, ut potuit, hoc eſt LE ME-
tenuiter admodum & jejunè: & primum quidem Auguſtarum ab Liviâ ad NES-
Helenam quinque & viginti exhibuit, mediocri, aut potius fermè nullâ arte TRIER.
in buxum inciſa; deinde in æneis lamellis Principum Romanorum à Julio Cæſare ad Ælium Verum viginti ſuprà centum, atque iis titulos hoſce præfixit,

> *Medailles, Monnoyes & Monuments antiques d'Imperatrices Romaines.* Dijon 1627. fol.
>
> *Livre de Medailles du Sieur le Meneſtrier. Premiere partie.* Dijon 1627. 4.

altera tamen editio amborum operum ſimul compactorum prodiit in eâdem urbe anno 1642. 4. cum titulo, *Medailles illuſtrées des Anciens Empereurs & Imperatrices de Rome.* Haud dubium verò quin plura numiſmata continuerit MS. codex olim in bibliothecâ Heinſianâ aſſervatus, cui titulum hunc præfigere libuit: *Le Cabinet des Medailles, Monnoyes, & Monumens antiques du Sieur le Meneſtrier.*

OCTAVIUS DE STRADA A ROSBERG, Civis Romanus, Jacobi OCTA-
filius, & Rudolfi II. Antiquarius, Imperatorum omnium qui vel univerſum VIUS DE
orbem Romanum, vel Occidentem, aut Orientem tantum rexere à Julio STRADA.
Cæſare ad ſuam ætatem, item Auguſtarum, Cæſarum & Tyrannorum vitas, & numiſmata maxima ex auro, argento & ære tribus libris complexus eſt; & in primo quidem eorum, quorum maxima, ut ipſe dicit, imperia in Italiâ fuerunt, hoc eſt Imperatorum omnium ad Theodoſium Jun. & Plac. Valentinianum, deinde eorum qui Italiæ præfuerunt ad Romulum uſque, ac poſtremo Regum Gothorum: in altero verò Conſtantinopolitanorum Principum, quorum agmen ducit Marcianus; nam tertius de Imperatoribus Francis & Germanis ad nos minùs pertinet. Duæ hujus operis editiones prodierunt, prima anno 1615. altera poſt quatuordecim annos cum hoc elogio:

> *Vitæ Imperatorum Cæſarumque Romanorum Orientalium & Occidentalium, uxorum liberorumque eorumdem, item tyrannorum, &c. una cum eorum effigiebus &c. ex aureis, argenteis & æneis Numiſmatibus delineatis.* Francofurti 1629. fol.

in utrâque ſingulorum Principum nummus plerumque duntaxat unus, ſed rariſſimus aut ſingularis, & quidem accuratè, quanquam ſine magno artificio

Digitized by Google

in æs inciſus: ſed illud graviſſimè feras, in tantâ paucitate numiſmatum recens conflata cum antiquis admiſta eſſe; quæ quidem eorum à quibus obtruſi ſunt fraudem vel ipſo conſpectu produnt.

SAMUEL VEYREL. Haud paulò vilius eſt opus SAMUELIS VEYREL, Viviſci ſive Santonenſis Pharmacopolæ, in quo numiſmata à ſe comparata edidit:

Indice du Cabinet de Samuel Veyrel. Bourdeaux 1635. 4.

in hoc ſcilicet Numiſmata Familiarum quidem nec pauca nec indiligenter deſcripſit, Imperatorum verò à Julio Cæſare ad Gratianum pleraque perfunctoriè, averſarum partium typis duntaxat indicatis, adeo ut nulli uſui eſſe poſſint. Eo accedit, quod nonnullos quoque Auguſtatum nummos adulterinos illic deprehendimus: quas verò notas ſeriei numiſmatum ſubjunxit auctor, ex perpaucæ numero ſunt, nec adeo magni momenti.

IGNATIUS BRACCIUS. Paulo minoris etiam momenti eſt IGNATII BRACCII, Preſbyteri Recinetenſis, S. Theol. M. Diſſertatio inſcripta,

Phœnicis effigies in Numiſmatis & gemmâ, &c. & ejuſdem avis Vindiciæ. Romæ 1637. 4.

in qua agitur de nummo Conſtantii, in quo Phœnix cum epigraphe FEL TEMP REPARATIO. nihilque profertur aut novi, aut ſingularis.

PETRUS CARRERA. PETRUS CARRERA, Agatheus Siculus ex Urbe Militello, Preſbyter, Catanæ Hiſtoriam tres in partes tributam condidit; ſed prima duntaxat locum ſibi in hac Bibliothecâ vindicat; in quâ doctiſſimus Siculus quatuor libris nobilis urbis originem & primam progreſſionem perſequitur, ſitum & vetera ædificia deſcribit, Inſcriptiones antiquas & Numiſmata explicat. Huic primæ parti elogium iſtud præfixum eſt:

Delle Memorie Hiſtoriche della Citta di Catania, ſpiegate in tre volumi da D. Pietro Carrera Volume primo, nel quale in quattro libri ſi diſcorre dell'antica origine e ſito di eſſa, de gli edificii, &c. Medaglie, &c. In Catania 1639. fol.

Numiſmata porro octoginta ferè è Paruta, & Mirabella, & Archangelo deſcripta ſunt, quem ultimum ſcriptorem qui noſſet, hactenus reperi neminem: nec deſcripta ſolùm, ſed in buxeis laminis inſculpta, & quidem ut in Mirabella, eâ formâ quæ ad nummorum, quos *Medaglioni* appellare ſolemus, magnitudinem proximè accedit: ſingula verò prolixioribus Commentariis illuſtrata ſunt, qui libri tertii maximam partem implent.

ALEXANDER DONATUS. ALEXANDER DONATUS, Senenſis, è Societate Jeſu, inter eos qui in hiſce ſtudiis verſati ſunt, à quibuſdam refertur, quia in opere inſcripto

Roma vetus ac recens, utriuſque ædificiis ad eruditam cognitionem expoſitis. Romæ 1639. 4.

triginta circiter numiſmata, ac ne ea quidem integra exhibuit; ſed ut libenter fatemur eximium eſſe opus illud, & quo nullum foret ad omnes ædifi-

catæ Urbis ætates perdiſcendas, ædificiorumque ſitum intelligendum utilius, niſi in eodem argumento verſata deinde eſſet Famiani Nardini induſtria, ita locum inter rei Nummariæ interpretes dandum eſſe negamus erudito viro; quod perpaucos nummos, eoſque vulgares, obiter ac veluti aliud agens, libro ſuo ornamenti vice accedere voluerit. Sed hæc de primâ editione; nam ut ne hoc quidem opus prætermitti poſſet, effecit Cl. vir Joannes Georgius Grævius, à quo interpolatum hoc eſt, & rurſus editum anno 1696. in tertio Antiquitatum Romanarum volumine, cum æneis tabulis haud paucis, in quibus plurimorum nummorum averſæ partes ad illuſtrandam lucubrationem maximè appoſitæ cælatæ ſunt. Nimirum in his tabulis, non ſolum veterum ædificiorum veſtigia, qualia adhuc extant, aut ſuperiori ſæculo extabant, repræſentari, ſed hæc etiam integra delineari curavit, ſæpè quidem ex conjecturâ, non raro etiam fide nummorum, quibus tabulas tanto ſtudiò diſtinxit, ut iis quoque locum eſſe voluerit, in quibus Deorum, Dearumque, & Virtutum, quarum veſtigia ſuperſunt, necnon Conſecrationis Auguſtarum rariſſima quæque ſymbola expreſſa ſunt.

De JOANNE HAULTIN, Conſiliario, ut vocant, Regio in Præfecturâ Pariſienſi, nonnulla eo æquiùs monebimus, quo majori & rei literariæ & gloriæ ſuæ damno mortalitate interceptus eſt anno 1640. dum opus pararet, quod ſatis conſtat futurum fuiſſe in hoc genere omnium quæ ad illam ætatem prodierant, multo utiliſſimum & elegantiſſimum: numiſmata enim non unius aut alterius ætatis, ſed urbium Græcarum, Regum, Illuſtrium virorum, Familiarum Romanarum, Imperatorum; Auguſtarum, Cæſarum, Tyrannorum omnium temporum rariſſima magnis ſumptibus à ſe collecta, cum ſtudioſis communicare meditabatur, eaque jam in tabellis æneis incidi curaverat, nec minùs affabrè quàm Triſtanus, de quo mox, ſua, & multo accuratiùs, integra ſcilicet, & ſingulorum ſuâ formâ ſive magnitudine, cum notis quæ metallum indicant. Atque utinam unà cum eruditiſſimo viro non interiiſſet Commentarius, quem probabile eſt affectum jam tum fuiſſe! majore cum animi voluptate conſpexiſſem pulcherrimam illam numiſmatum ſeriem, quam ex æneis tabellis expreſſam ſervat Bibliotheca verè Regia cum hoc titulo: JOANNES HAULTIN.

Joan. Bapt. Altini Numiſmata non antehac Antiquariis edita, anno 1640. fol.

ubi profecto hanc videant cenſeo, quicunque elegantias noſtras ſectantur, donec amicus noſter Carolus Cæſar Baudelot, qui tabellas ipſas cum aliis eximiis veteris ævi monumentis comparavit, aut omnia illa numiſmata, aut ſaltem ſi quæ nondum prodiere, cum eruditis, quales ab ipſo expectari fas eſt, Commentariis edat.

Librum cujus titulum huncce profert Philippus Labbe in Bibliothecâ Nummariâ:

Hiſtoire des Empereurs Romains depuis Jules-Ceſar juſques à Poſtumus, avec toutes les Medailles d'argent qu'ils ont fait frapper de leur temps. A Paris 1641. fol.

in inſtructiſſimis Bibliothecis hujus urbis fruſtrà quæſivi; imò qui de eo

quidquam audierit, hactenus reperi neminem: an hunc quoque jamjam proditurum immatura auctoris mors communi luce privavit?

CASPERIUS GEVARTIUS

Casperius Gevartius, Antuerpianus, J. C. Hiſtoriographus Regius, & Antuerpiæ Urbis Archigrammateus, non vulgarem oſtentat in

Pompâ Introitûs honori Seren. Princ. Ferdinandi Auſtriaci &c. à S. P. Q. Antuerpiano decretâ & adornatâ, &c. Antuerpiæ 1642. fol. maj.

Magnificentiſſimæ ſcil. Pompæ Rubenius artifex fuit primarius; Commentarii verò à Gevartio idcirco ſcripti ſunt, ut intelligeretur quàm eruditè & ad veterum monetariorum mentem emblemata pleraque excogitarit celeberrimus pictor: quod profectò niſi ab eo viro qui ſtudioſiſſimè in eâ arte in quâ verſamur ſeſe exercuiſſet, præſtari non poterat. Ac mihi quidem verè dici poſſe videtur, numiſmata in his Commentariis cùm plurima omnis generis ſculpta eſſe elegantiſſimè, tum etiam eruditiſſimè expoſita & demonſtrata eſſe: quanquam quod de ſerpentibus in nummis expreſſis commentus eſt, bellorum eos ſemper ſymbolum eſſe, Triſtano & Alb. Rubenio non probavit: & ab illo quidem, quem apertè læſerat, acertimè confutatus eſt: hic verò lenem, & quæ familiaritatem non diſſolveret, adverſus eum diſputationem inſtituit, cujus arbitrum eſſe voluit Lud. Nonnium, qui litem quidem ſecundum tabulas, ut ita dicam, Gevartii dedit; ſed Nonnii judicium eruditorum conſeſſus reſcidit. Gevartii diſſertatio edita eſt Antuerpiæ anno 1665. in 4. poſt Diſſertationem Rubenii de nummo Auguſti inſcripto ASIA RECEPTA. Cæterum Gevartio perdiu attributus eſt Commentarius in Numiſmata Arſchotana, qui anno 1654. ejus curâ prodiit; ſed nunc laudati Rubenii eſſe conſtat, de quo vide ſuo loco quæ moneamus.

VINCENTIUS JOANNES DE LA STANOSA

Vincentii Joannis de la Stanosa, Oſcenſis, honorificè meminit Ill. Spanhemius, ejuſque in hoc ſtudiorum genere & delectu induſtriam cùm abundè laudatam à peregrinis teſtibus eſſe ait, tum eruditè aſſertam vernaculo opere: profectò intelligit

Muſeo de las Medalas deſconocidas Eſpañolas. In Hueſca 1645. 4.

PAUL. ALBINIAN. DE RAIAS. JOAN. FRANC. ANDRES. FRANC. XIMENES DE URREA.

in quo Nobilis Hiſpanus nummos octoginta fermè ſuprà centum, quos opinabatur *ſignatos Oſcenſes* fuiſſe, exhibuit in buxeis tabellis ad idem exemplum, & profectò non affabrè inciſos, cum notis quæ ſingulorum metallum indicant: ſimulque tres de iis nummis diſſertationes edidit: primam Pauli Albiniani de Raias è Societate Jeſu, alteram Joannis Francisci Andres, Cæſaraugustani: utramque eruditam, ſed hujus prolixiorem, & in quâ Antiquitates Hiſpanicæ non mediocriter illuſtrantur: tertiam denique Francisci Ximenis de Urrea, Caſtellani, turpiſſimis erroribus deformem, cum ſedecim aliis numiſmatibus.

FRANCISCUS ANGELONI.

Franciscus Angeloni, Italus, brevem Romanorum Principum à Julio Cæſare ad Conſtantinum Magnum Hiſtoriam patriâ linguâ conſcripſit, & nummis benè multis in buxo inciſis illuſtravit:

Là

La Hiſtoria Auguſta da Giulio Ceſare à Coſtantino il Magno, illuſtrata con la verità delle antiche Medaglie. In Roma 1641. fol.

in hoc verò opere commendando nulla eſt cauſa cur immoremur; utiliſſimum enim eſſe, etiam nobis tacentibus, facile exiſtimabit qui noverit idem curâ Joannis Petri Bellorii recuſum poſt viginti & amplius annos fuiſſe, cum poſtumis Angeloni emendationibus, ut ſuo loco dicemus. Quanquam JOANNIS TRISTANI, Nobilis Galli, cenſuram effugere non potuit; hic enim cùm pleroſque omnes ſuperiorum temporum Antiquarios ita de nummis ſcripſiſſe arbitraretur, ut vix eorum appetentiam facerent, tum Angelonum videri ſibi eorum interpretationem malâ prorſus avi ſuſcepiſſe, ſemel atque iterum teſtatus eſt. Sed Angelonus, ut illatam ſibi injuriam propulſaret, primum Commentariorum Triſtani volumen perſtrinxit ſcripto Italico anno 1649. ut videtur edito, cui titulum hunc fecit, JOANNES TRISTANUS.

Il Bonino, overo Auvertimenti al Triſtano intorno gli errori nelle Medaglie, nel primo tomo de' ſuoi Commentari Hiſtorici. 4.

quo in ſcripto non ea ſolum numiſmata, quorum interpretationem in controverſiam adducebat, ſed nonnulla etiam quæ ad eam dirimendam facere videbantur, curavit incidi in æs. Porro utrum docti Itali cenſura æquior fuerit, quàm ea de quâ conquerebatur, viderint quibus ejuſmodi lites inter eruditos probantur: profecto non effecit ut Gallicum ſcriptorem operis ſui pœniteret: ſed cum fortè timeret ne quis vires ipſi ad ſeſe tuendum deeſſe opinaretur, etiam ad ingerenda adverſario probra ſupereſſe demonſtravit in epiſtolis duabus, quarum primam Româ miſſam fuiſſe neſcio cur finxerit:

Lettre écrite de Rome par M. de la Mothe-Humont ſur le ſujet d'un libelle intitulé, Il bovino overo. *Réponſe du S. de Crapin, &c.* Paris 1650. 4.

Enimverò nihil hîc Triſtanus niſi ſolens more ſuo fecit; cum enim prodiiſſet illuſtratus à JACOBO SIRMONDO, Ricomagenſi, Societatis Jeſu Sacerdote, quem unum illâ ætate doctiſſimum fuiſſe conſtat, JACOBUS SIRMONDUS.

Triplex Nummus antiquus Chriſti Domini, Perperenæ Civitatis, & Hannibaliani Regis. Pariſiis 1650. 8.

Triſtanuſque iniquiſſimè ferret à ſe deſcitum eſſe in eorum nummorum interpretatione, & deſcriptione, rebus leviſſimis ſcilicet, ac nullius fermè momenti, mirum quot maledicta in eum virum, qui nunquam ſine laude nominandus erat, conjecit in *Epiſtolâ* & *Antidoto* eodem anno editis, quibus cum reſpondiſſet Sirmondus *Anti-Triſtanis* duobus, ſequenti anno confutatus *Antiſophiſtico*, tandem didicit temerè initam à ſe pugnam fuiſſe cum eo adverſario, qui certamen ipſum non minùs, quàm victoriam appetere videbatur.

Porro omnes iſti libelli Pariſiis editi ſunt in 8°. in quibus quicquid peccat Triſtanus, nimiâ diligentiâ peccat in tuendâ famâ quam è Commentariis Hiſtoricis collegerat. Et profecto hi Commentarii ita ſcripti ſunt, ut om-

Digitized by Google

nium ſuperioris & ſuæ ætatis Antiquariorum Princeps merito jure habitus ſit: de ſingulis enim Principibus Romanis plerumque ita differit. Primum eorum vitam breviſſimam, & deliniatam duntaxat in conſpectu ponit: deinde eorum mores, natales, res geſtas expendit: & mores quidem non populari trutinâ, ſed aurificis ſtaterâ examinat: in cæteris vero eruditus, ſolers, ingenioſus, ſtudioſorum votis forte ſatisfeciſſet, ſi quem ordinis rationem habuiſſet, itemque ſi ipſis virtutibus ſuis moderari potuiſſet; nunc dum omnia miſcet ac veluti coacervat, dum commentitias fabellas è Scriptoribus recentiſſimis ac viliſſimis corradit, & pro veris obtrudit, dum leviſſimis conjecturis inductus, novas ſtirpium ſeries contexit, maxima ſanè moleſtia devoranda illi eſt, ſi quis Romanam Hiſtoriam in ejus Commentariis diſcere voluerit. Commentarium ſequitur manus haud exigua numiſmatum Latinorum, Græcorum, Ægyptiacorum, ex auro, argento & ære, quæ Triſtanus curavit incidi in æs veteri exemplo atque inſtituto, hoc eſt, ita ut in eorum ſcalpturâ chalcographus ſuum magis, quàm veterum monetariorum artificium oſtenderet: hoc enim lectorem ſemel monitum volo, nummos ad idem exemplum omnes olim inciſos in æneis vel buxeis tabellis fuiſſe; ſed cum præter ſymbola in iis expreſſa, juvet etiam varias artium mutationes ac veluti ætates perſpicere, eaque cognitio non jucunda ſolùm, verum etiam neceſſaria ſit ei, qui certum de unoquoque veteris ævi monumento judicium ferre velit, celeberrimos Antiquarios Triſtano recentiores morem à prioribus traditum ſolviſſe, majoremque utilitatis quàm elegantiæ rationem habendam cenſuiſſe, tametſi ne elegantia quidem in his deſideratur; quo magis mirum videtur veterem morem ſervatum à Ducangio & Begero. Mille fermè & quadringenra numiſmata à ſe collecta Triſtanus ipſe monet, è quibus perpauca in primo volumine ex ingenio ita cælata ſunt, ut ab Occone deſcripta erant; cætera ipſe conſpexerat; ſingulis uberiores notas ſubjunxit, in quibus flores eâdem ratione ſparſit, quâ collegerat, hoc eſt haud magno delectu, eruditionemque ita congeſſit, ut timuiſſe videatur ne ſcrinia ſua non ſatis cito exhauriret; quamobrem in Ducangii ſententiam libenter imus, quem aiunt dicere ſolitum, Triſtanum & à conjecturâ in interpretandis nummis plerumque aberrare, & nunquam non docere. Commentarii iſti tria volumina implent, vitaſque Principum, Auguſtarum & Tyrannorum à Julio Cæſare ad Valentinianum complectuntur; ſed in priori editione uno volumine circumſcripti, nec ultrà Criſpinam Commodi perducti erant; & huic quidem, in quâ numiſmata omnia ſedecim æneis tabellis inſculpta erant, titulum hunc addiderat Triſtanus:

> *Commentaire Hiſtorique contenant en abregé les vies des Empereurs, &c. juſqu'à Pertinax, &c.* Paris 1635. fol.

in poſteriori verò eùm titulum immutavit in hunc modum,

> *Commentaires Hiſtoriques contenant l'Hiſtoire generale des Empereurs, &c.* Paris 1644. fol. 3. vol.

tum etiam numiſmata ſingula ſuis notis præfixit, primumque volumen & compluribus nummis novis, & aliquot additamentis ornavit, inter quæ Appendix ad numiſmata Claudii & Veſpaſiani inſcripta PACI AUGUSTÆ. in quâ conjecturas ſuas contra Gevartium tuetur, pro juſtâ diſſertatione

habeti poteſt : in eâ namque omnes omnium Antiquariorum de ſerpentibus in nummis expreſſis opiniones expendit, & quatuordecim his inſignia numiſmata exhibet in æneâ tabellâ.

Ut Catanæ hiſtoriam ante decem annos Petrus Carrera, ita Panormi Annales, aut veriùs primam eorum partem à natali ejus urbis ad feliciſſimum illud tempus quo ſacro Evangelii lumine recreata eſt, nummis è Paruta excerptis diſtinxit AUGUSTINUS INVEGES, Sacerdos Siculus, eoſque nummos in buxo eâdem formâ quâ Carrera & Mirabella, inſculpi curavit : totius autem operis titulus hic eſt : AUGUSTINUS INVEGES.

> *Annali della felice citta di Palermo.* In Palermo 1619. fol. 3. vol.

Eodem anno LEONARDUS AUGUSTINUS omnia Siciliæ Numiſmata à Paruta collecta reſtituit, cum acceſſione quadringentorum fermè numiſmatum, ſed cum hæc quoque editio notis deſtituatur, eam indicaſſe ſufficiet : LEONARDUS AUGUSTINUS.

> *La Sicilia di Paruta deſcritta con Medaglie, e riſtampata con aggionta da Leonardo Agoſtini.* In Roma 1649. fol.

GAILLARDI GUIRANI, Nemauſenſis, extat non ſanè contemnenda GAILLARDUS GUIRANUS.

> *Explicatio duorum vetuſtorum numiſmatum Nemauſenſium ex ære.* Arauſione 1655. 4.

in qua in hoc potiſſimum incumbit, ut civibus ſuis probet, non colubrum maleficam beſtiam, ſed coloniam Nemauſum conſignatam fuiſſe in illis nummis quibus inſcriptum eſt COL NEMAUSUS. Quæ tria volumina idem Guiranus ad calcem opuſculi illius pollicitus fuerat, ac Philippus Labbe ſperabat proditura aliquando tandem in lucem, hæc novimus ante biennium comparata à Nobiliſſimo Barone ab Hohendorff, non ita quidem malè deſcripta; ſed nummi ita deliniati erant, ut iis, niſi harum artium peritiſſimus, uti non poſſet.

JOANNES JACOBUS CHIFFLETIUS, Viſuntinus Archiater, ac deinde Medicus Cubicularius Iſabellæ, homo liberali eruditione atque doctrinâ, varia opera edidit, è quibus utrum rectè ad Bibliothecam Nummariam relata ſit à Philippo Labbe JOANNES JACOBUS CHIFFLETIUS.

> *Veſontio Civitas Imperialis libera, Sequanorum Metropolis, &c.* Lugduni 1618. 4.

haud ſatis ſcio; quippe in quâ tres quatuorve nummi apparent : ſed profecto ad eam pertinebant, quas idem tamen prætermiſit,

> *Vindiciæ Hiſpanicæ, Editio altera; cui acceſſere Lumina nova Genealogica, Salica, Prærogativa.* Antuerpiæ 1647. fol.

nam in Luminibus prærogativis, ut taceam duo Domitillæ numiſmata rariſſima, taceam etiam Hiſpaniæ tria, Tyrannorum in Galliis à Poſtumo ad Sebaſtianum nummos XIX. exhibuit in æneâ tabellâ affabrè cælatos,

inter quos ſunt nummi Juniæ Donatæ, Lolliani, T. Ælii Proculi, quos excerpſit è MS. Codice Bibliothecæ ſuæ, in quo Hubertus Goltzius rariſſimos aut ſingulares nummos plurimos ſingulari arte depinxerat, ut ſuperiùs monuimus. Ejuſdem eſt

Anaſtaſis Childerici I. Francorum Regis, ſive Theſaurus ſepulcralis Tornaci Nerviorum effoſſus Commentario illuſtratus. Antuerpiæ 1655. 4.

in quo opere nummos aureos duodecim à Theodoſio Jun. ad Zenonem, nonnullos etiam argenteos, & ex ære maximæ formæ in urnâ ſepulcrali repertos exhibet in æs inciſos, & in notis brevioribus, perinde atque in ſuperiori opere exponit, ſimul aliquot alios nummos repræſentat, maximè Helenarum, de quibus ita ſentit; quæ Fl. Helena dicitur, hanc Conſtantini matrem fuiſſe: ejuſdem nurum, Criſpi conjugem fuiſſe Helenam Fl. Max. denique Conſtantino natam, & Juliano nuptum collocatam fuiſſe eam, quæ Fl. Jul. Helena appellatur.

HENRICUS THOMAS CHIFFLETIUS.

Joannis Jacobi filius HENRICUS THOMAS CHIFFLETIUS, Chriſtinæ Suecorum Reginæ Capellanus, & ipſe hæc ſtudia non ignavè coluiſſe fertur; unum tamen duntaxat ingenii fœtum edidit, ac ne illum quidem vitalem: ſcilicet ut patris & patrui opinionem, nullos eſſe in mundo Othonis nummos æreos confirmaret, ſingularem eâ de re diſſertationem ſcripſit, quæ Antuerpiæ anno 1656. prodiit una cum aliis operibus, hoc eſt libro poſtumo Claudii Chiffletii de antiquo Numiſmate, Epiſtolâ Nicolai Drackwitz de Othone æreo falſo, ſerie Chronologicâ Impp. Romm. à C. Julio Cæſare ad Ferdinandum III. Auguſtum, & Elencho [admodum jejuno & imperfecto] auctorum qui Impp. Romm. Numiſmata peculiari Commentario, aut pro re natâ ſcriptis ſuis illuſtrarunt. Atque in eâ quidem fraudes hominum quorundam rei ſuæ quàm publicæ diligentiorum in fingendis Othonianis nummis, ſolerter fortaſſe detexit; ſed quod ſimul quæſivit, cur ejus Principis nummi ex ære cuſi non fuerint, id fruſtrà à ſe factum deinde comperit, ſuamque opinionem non remiſit ſolum, ſed palam etiam retractavit in Epiſtolâ ad Car. Patinum, quam inter ejus Numiſmata ex ære mediæ & minimæ formæ leges, ſi voles.

LUDOVICUS MOSCARDO.

LUDOVICUS MOSCARDO, Patritius Veronenſis, ob illud opus quod inſcripſit,

Note, overo Memorie del Muſeo di Lodovico Moſcardo, &c. dal medeſimo deſcritte. In Padoa 1656. fol.

inter eos qui in hiſce ſtudiis verſati ſunt numerari fortaſſe poteſt; quanquam ibi triginta admodum numiſmata, aut certè non multo plura, ac ne ea quidem ſemper integra appareant in æs inciſa ſine Commentariis; ideoque hoc unum egiſſe videatur, ut ſtatuas quas è muſeo ſuo repræſentat, veterum nummorum authoritate demonſtraret ſimilitudinem referre illorum virorum, quibus eas ipſe tribuebat.

CLAUDIUS MENETREIUS

CLAUDIUS MENETREIUS, Viſuntinus, Bibliothecæ Barberinæ

Præfectus, Antiquariorum locum aliquanto potiori jure tenet; nam in Diſſertatione quæ titulum præfert,

Symbolica Dianæ Epheſiæ ſtatua expoſita. Romæ 1657. 4.

viginti circiter illius Deæ πολυμαστῦ (multimammiam dicere ſolent, ut Plinius multicaulem, multiforam, multipedam) numiſmata non in ære inciſa exhibet ſolùm, verum etiam veterum Scriptorum ope illuſtrat.

RAPHAELIS TRICHET DU FRESNE, Burdegalenſis, elegans *de Charondæ effigie in nummo Catanenſi expreſſâ*, hoc eſt de nummo Græco Catanenſium, in quo caput quoddam invenuſtum, & cornu inſigne, quod Charondæ eorum legiſlatoris eſſe exiſtimat, & ſceptrum alatum eloquentiæ ſymbolum expreſſa ſunt, Epiſtola ad Petrum Seguinum, cùm Pariſiis edita eſt anno 1658. in 8. tùm etiam in Selectis Numiſmatibus Seguini: ſed quam vir, ut ferunt, eruditiſſimus meditabatur Cretæ Inſulæ Deſcriptionem veteribus nummis illuſtratam, hanc mortalitate interceptus perficere non potuit. RAPHAEL TRICHET DU FRESNE.

Diu addubitatum eſt, cujuſnam eſſet

In Numiſmata Regum & Impp. Romm. à Romulo & C. Julio Cæſare uſque ad Juſtinianum Aug. [in Arſchotanâ gazâ olim aſſervata] *perpetuus & ſuccinctus Commentarius.* Antuerpiæ 1654. fol. ALBERTUS RUBENIUS.

plerique Gevartio tribuebant, quia ab illo ſciebant Bibliopolæ traditum in manum fuiſſe: nunc conſtat eſſe ALBERTI RUBENII, Belgæ, qui eum à ſe admodum juvene conſcriptum fuiſſe palam profeſſus eſt: atque hujus etiam ſunt diſſertationes duæ, *De Urbibus Neocoris*, & *De Nummo Augusti, cujus epigraphe* ASIA RECEPTA. ſimul editæ Antuerpiæ anno 1665. 4. In Commentario ſingula numiſmata deſcribit, atque ubi opus eſt, brevibus, ſed plerumque eruditis, & ad ſymbola in iis expreſſa maximè appoſitis notis illuſtrat. In primâ diſſertatione non de Urbibus Neocoris diſputat ſolùm, verùm etiam variis Græciæ Antiquitatibus, quæ in orationem ejus ob argumenti cognationem, ut ita dicam, incurrebant, lucem affundit. In alterâ nummum Auguſti, huicque ſimiles aliorum Principum nummos, hoc eſt ſerpentibus duobus, & ciſtâ inſignes in Cretâ Inſulâ cuſos fuiſſe opinatur, atque ut illud probet, eruditionem ſuam intendit: in neutrâ nummos ipſos exhibet, quia in aliis libris, hoc eſt in Goltzii operibus, & in Theſauro Arſchotano jam prodierant.

JOANNES LAURENBERGIUS, cum Græciæ Antiquitates deſcriberet, aliquot urbium & Inſularum numiſmata indicaverat, quæ vir doctiſſimus Samuel Puffendorf, cujus operâ Laurenbergii opus in publicam lucem editum eſt, in æneis tabellis incidi curavit, ſed quod mendis epigraphæ ſcatent, elegantiæ magis quàm lectorum utilitati attendiſſe videtur. Operis titulus eſt JOANNES LAURENBERGIUS

Græcia Antiqua. Amſtelodami 1660. 4.

MARTINUS GUICHARD, in eo libro quem inſcripſit MARTINUS GUICHARD.

Noctes Granzovianæ de antiquis Triumphorum ſpectaculis. Amſtelodami 1661. in 12.

numiſmata aliquot exhibuit, quæ ad argumentum quod tractare inſtituerat, pertinebant.

FAMIANUS NARDINI. Famianum Nardinum hîc idcirco nominamus, ne quis eum à nobis imprudentibus prætermiſſum exiſtimet; cæterum perpauca numiſmata occurrunt, eaque nec integra, & ab aliis ſæpe deſcripta in ejus Opere inſcripto,

Roma Antica di Famiano Nardini. In Româ 1666. 4.

quod quinto anno ab ejus morte prodiit Octavii Falconerii curâ, eximium illud quidem, & ordine ac ipsâ argumenti tractatione abſolutum; ſed ejus auctor ſibi ipſe nondum ſatisfecerat, illudque variis additamentis ornaturus erat, cum ejus conſilia mors immatura diſturbavit.

PAULUS MARIA TERZAGUS. Qua ratione ſuum Samuel Veyrel, eâdem

Muſeum Septalianum. Dertonæ 1664. 4.

hoc eſt, Manfredi Settala, Nobilis Mediolanenſis, deſcripſit Paulus Maria Terzagus, Mediolanenſis; nimirum plerumque de averſâ duntaxat nummorum parte, atque in eâ de ſolo typo mentionem fecit, inſcriptiones ut inutiles prætermiſit; atque ita laconiſmo ſuo, de quo in operis titulo, nemo non intelligit quàm ineptè, gloriatus eſt, effecit, ut nulli propemodum uſui lucubrario ejus, in hoc quidem ſtudiorum genere, haberi poſſet; nam quid in aliis muſei illius partibus præſtiterit, ut perpendamus, lectores noſtri non expectant. Quoniam verò idem Muſeum Italicâ linguâ deſcriptum iterum Dertonæ anno 1666. in 4. edidit Petrus Franciſcus Scarabelli, illudque à ſe auctum teſtatus eſt, ne quem fortè inſciens fallat, neceſſarium eſt monere nummorum deſcriptionem, ut à Terzago confecta primùm fuit, latino ſermone hîc quoque prodiiſſe.

CLAUDIUS BOUTEROUE. Claudii Bouteroue, in Pariſienſi Monetarum Curiâ Senatoris, librum inſcriptum

Recherches curieuſes des Monnoyes de France. Paris 1666. fol.

rectiùs fortaſſe ad eam Bibliothecæ Nummariæ partem quæ circà pondera verſatur, ablegaſſemus; nam & in prævîâ Diſſertatione quæ tertiam fermè voluminis partem complectitur, totus eſſe videtur in veteri jure monetarum apud Judæos, Romanos, & Gallos declarando ac definiendo: ſed fines quos ipſi nobis præſcripſimus, nemo, ut quidem ſperamus, nos exceſſiſſe queretur, ſi monuerimus pleraque illic antiquorum Gallorum numiſmata diligenter explicata, itemque ea quæ à Romanis, & dum Reſpublica vigebat, & cum Principibus paruere, cuſa ſunt cum notis quæ eorum pondus & valorem indicarent, in æneis lamellis perquam accuratè ſcalpta exhiberi.

LUCAS HOLSTENIUS. Ex omnibus qui ſcripta ſua nummis illuſtrarunt, neſcio an ullus hîc potiori jure recenſeatur, quàm Lucas Holſtenius, Hamburgenſis, & unus è Bibliothecæ Vaticanæ Præfectis; quem anno 1661. obiiſſe ferunt; nam *Notas & Caſtigationes poſthumas in Stephani Byzantii* ΕΘΝΙΚΑ, quæ Theodori

Ryckii, cutâ prodiere Lugduni Batav. 1684. fol. tot numiſmatum ex editis libris, è Pyrrhi Ligorii Schedis, è Principum virorum, & amicorum muſeis collectorum luminibus diſtinxit, ut præ illo operam luſiſſe Ortelius videatur: & ea quidem integra non exhibuit, quod averſæ partes ſolæ ad inſtitutum ſuum pertinerent; ſed cui Principi cuſa eſſent accuratè monuit, perinde atque unde à ſe exſcripta ſunt; nec eorum ope Stephanum, & cæteros Geographiæ Scriptores ſingulis fermè paginis illuſtrare aut emendare contentus, quod ipſum per ſe magnum erat, typos etiam nummorum deſcripſit, & ſubinde explicavit tam eruditè, quàm breviter.

Ejuſdem eſt *Epiſtola* erudita *de fulcris ſeu verubus Dianæ Epheſiæ ſimulacro appoſitis*, quæ cum Menetteii opere, de quo ſuprà, publicè prodiit.

Octavius Falconerius, Romanus, Diſſertationem ſcripſit *De Nummo Apamenſi Deucalionei diluvii typum* exhibente, hoc eſt, de nummo Philippi Augusti Apameæ, in Syriâ, ut quidem ipſe mavult, cuſo, in quo Deucalion & Pyrrha in arcâ aquis innatante, iidemque extrà arcam magnæ parentis oſſa poſt tergum jactantes expreſſi ſunt, una cum columbis duabus. Ac primum quidem de Apamearum numero, & de earum appellatione atque ἐτυμῶ accuratiſſimè diſputavit; deinde verò ad ipſius nummi explicationem venit, & pleriſque congeſtis, quæ de Deucalioneo κατακλυσμῷ prodita ſunt à veteribus, demonſtravit manifeſta eorum, quæ ſacer ſcriptor de Noëmi diluvio prodidit, veſtigia in illorum fabulis apparere; Noëmum Deucalionem vocatum fuiſſe à Græcis, quibus ſolenne fuit peregrina nomina in notiora, & ſuis auribus accommodatiora commutare; eoſdem, & Barbaros plurima è Judaïcis Antiquitatibus, atque ex ipſis libris ſacris tranſtuliſſe ad ſuperſtitiones ſuas & ſacra; denique ipſius diluvii monumenta quædam extitiſſe cùm Athenis in templo Jovis Olympici, tùm etiam maximè Hierapoli in Syriâ, quæ urbs Apameæ vicina fuit, in templo Deæ Syriæ, quæ è Luciani libello de Deâ Syriâ exſcripſit, ac diligenter expoſuit. In eadem Diſſertatione Falconetius plurima è nummis collegit ſacrorum inter diverſas urbes communionis exempla, indeque ὁμόνοιαν urbium non deſignare ſolùm fœderis inter duas pluresve urbes initi ſocietatem, ob quam in ſingularum numiſmatibus apponi ſolitæ erant numinum, quæ in unâquâque potiſſimum colebantur, icones; verùm eam vocem aliquando etiam ad illam communionem ſignificandam adhibitam fuiſſe oſtendit. Denique cum alia hîc notatu digna occurrunt, tum haud aſpernandæ eruditiſſimi viri conjecturæ ad nummos duos, unum Hadriani, in quo Apamea Phrygiæ ΚΙΒΩΤΟΣ appellatur, alterum Commodi, in quo leo cum Bacchi ciſtâ, & thyrſo. Edita eſt hæc Diſſertatio primùm Romæ cum *Inſcriptionibus Athleticis*, ab eodem Falconerio collectis & illuſtratis, anno 1668. 4. deinde poſt ſelecta Numiſmata è Muſeo Petri Seguini. OCTAVIUS FALCONERIUS.

Philippi Labbe, Biturici, è Societate Jeſu, extat PHILIPPUS LABBE.

Bibliotheca Nummaria, ex Theologis, Juriſconſultis, Medicis ac Philologis concinnata, & in duas partes tributa. I. de antiquis Numiſmatibus, Hebræis, Græcis, Romanis, &c. Rothomagi 1678. in 8.

cujus Bibliothecæ titulus, cùm plura polliceatur quam præſtamus, tum etiam plura præſtat quàm pollicetur: illic enim libri, in quibus Icones Principum & Illuſtrium virorum cælatæ ſunt, enumerantur; ſed ita, ut eorum, perinde atque cæterorum, titulus tantum exſcribatur, & quidem aliquando deformatus; ac prætere nonnunquam laudentur, qui in mundo nunquam fuerint, ut Parvæ Theſaurus nummorum Oſcenſium.

JOANNES CAPPONIUS. JOANNES CAPPONIUS, Bononienſis Medicus, cum Othonis nummum Ægyptium ex ære Chriſtianiſſimo Francorum Regi obtuliſſet, officii duxit refellere errorem Th. Chiffletii, qui illius Principis nummos æreos reperiri poſſe ante aliquot annos negaverat; idque præſtitit in Diſſertatione editâ Bononiæ anno 1669. 4. in quâ etiam nummum ſuum protulit, & accuratè interpretatus eſt.

JOANNES ANGELUS CANINI. JOANNES ANGELUS CANINI, Romanus, è familiâ Card. Chigii, in nummis veteribus nihil fermè quæſivit præter imagines regum & illuſtrium virorum; ſed quia inſcriptiones quæ capita ambiebant repræſentavit cum fide, prætereaque in notis alteram nummorum partem plerumque deſcripſit, inter Antiquarios quos recenſemus numerari debet: libri titulus hic eſt:

> *Iconografia, cioè Diſegni d'imagini de famoſiſſimi Monarchi, Regi, Filoſofi, Poeti ed Oratori dell'antichità, cavati &c. da frammenti de marmi antichi, e di gioie, medaglie, &c.* In Roma 1669. fol.

In eo imagines tres ſuprà centum, pleræque è nummis Græcis & Familiarum expreſſæ, perpaucæ è numiſmatibus Impp. aliæ è marmoribus & gemmis. Notas in tres & ſexaginta primas ſcripſit Angelus Canini, hoc mortalitate intercepto, in reliquas ejus frater MARCUS ANTONIUS CANINI: utriuſque non ineruditæ videntur, tamen non ſemper εὐςόχως eſſe monuit eruditus amicus. MARCUS ANTONIUS CANINI.

PETRUS SEGUINUS. PETRI SEGUINI, Pariſienſis, S. Germani Autiſſiodorenſis in patriâ Decani, duæ ſeorſim editæ extant Epiſtolæ, prima ad Raphaëlem Trichet du Freſne *de Nummo Britannico*, Claudii ſcil. in quo poſt victoriam de Britannis conſignatus eſt militaris jocus in incuriam illius Principis, & Narciſſi ejus liberti, cui ſe mancipaverat, audaciam: altera ad Franc. Gottifredum *ſuper dubiis quibuſdam ad nummos Familiarum Romanarum F. Urſini ſpectantibus*, in quâ Cn. Pompeii effigiem ſæpiùs in nummis expreſſam eſſe demonſtravit, quàm vulgò crederetur, aliaque, præſertim de tribus Corneliæ Familiæ, & Papiriæ nummis admodum utilia congeſſit. Utraque Epiſtola Pariſiis in 8. prodiit, illa anno 1659. hæc anno 1660. ambæ deinde recuſæ, & cum Selectis doctiſſimi viri Numiſmatibus compactæ ſunt anno 1665. 4. Ejuſdem Seguini eſt *Agathodæmon* Epiſtola ad Ill. Joan. Bapt. Colbertum, de ſerpentibus in nummis expreſſis, cum adjunctis Felicitatis & Abundantiæ ſymbolis: item ad Octavium Falconerium *Regius Nummus*, in quâ Diſſertatione primùm Antiquariorum Romanorum ſententiam, Salluſtiam Barbiam Orbianam Severo Alexandro nuptam fuiſſe, variis argumentis confirmat; deinde è Regio nummo Rheſænæ cuſo demonſtrat, Her.

Ertuſcillam

Digitized by Google

Etruſcillam Trajani Decii conjugem fuiſſe. Porro ut elegantes & eruditæ epiſtolæ quas recenſuimus, ita eruditiſſima quæ Vaillantii curâ unà cum iis iterum prodiere, poſt erud. viri mortem, quæ anno 1673. accidit,

Selecta Numiſmata Antiqua ex Muſeo Petri Seguini, &c. ejuſdem obſervationibus illuſtrata. Editio altera, &c. Pariſ. 1684. 4.

hæc enim centum circiter numero ſunt, rariſſima omnia, accuratiſſimè ſcalpta in æneis tabellis, & quidem eâ magnitudine quâ ſingula olim cuſa ſunt, cum notis quales petitiſſimus quiſque Antiquarius plerumque optaret à ſe conſcriptas fuiſſe; tametſi profeſſus fuerit Seguinus, non hìc à ſe juſtos Commentarios ſcribi, nec illuſtrandam deditâ operâ rem nummariam eſſe ſuſceptam; ſed promiſſa duntaxat rariorum numiſmatum ectypa, quorum aſpectu, & brevi proluſione, ad ulteriora quædam de iis edenda judicia, eruditorum induſtriam provocari poſſe ſperabat. Hìc Deorum icones ſcenam aperiunt, hoc eſt Serapidis, Fortunæ, Jovis Labradei, ejuſdem infantis, Junonis Monetæ, Dianæ Perſicæ, Liberæ & Hipponæ, quam nonnulli Eponam malè appellant, Sortis, Cabiri, Idæorum Dactylorum Damnis & Calmi, qui vulgo Damnamenes & Celmis ſive Celmus, Sylvani denique, & quinque numinum Aſiæ in Myrilenæorum numiſmate; ſed ex hac ſerie Sortem porro exulare jubet Erud. amicus noſter Baudelot, & à Petro Petit monitus, hujus loco Copam Syriſcam reponit, de quâ ſunt notiſſimi Maronis verſus;

Copa Syriſca caput Graiâ redimita mitellâ, &c.

Alterum caput Numiſmata Regum & virorum illuſtrium complectitur; in his Cyzici, Hectoris, Idriei, Thraciæ Regum, Sauromatæ, Herodis Chalcidenſis, Ptolemæorum duorum, Seleuci, Pyrrhi, Alexandri Epirotæ: viriſque haud minus illuſtres fœminæ adjunguntur, Smyrna Amazon, Pythodoris, Agrippina Claudii, Auguſti Livia, Cleopatra Phyſconis, Jotape, Julia Procla, & ſexûs ſui maximum decus Septimia Zenobia. Tertio capite Familiarum Romanarum numiſmata exhibet Seguinus, ſuperioribus haud minus rara & eximia: quarto denique totus eſt in Imperatorum nummis quà Latinis, quà Græcis enarrandis. Selectis Numiſmatibus ſubjuncta eſt Ezechielis Spanhemii *de nummo Smyrnæorum* [quod inter ea prodierat] *ſeu de Veſtâ & Prytanibus Græcorum Diatriba*, de quâ commodiùs ſuo loco dicemus. Hanc ſequuntur ad eadem *Notæ & obſervationes* Joannis Vaillant, in quibus Thraciæ & Sarmatiæ Regum hiſtoriam illuſtrat; Ptolemæo Jubæ filio, Mithridati Pontico, & alteri ejuſdem nominis Pergamenorum Archonti, & Neroni reſtituit numiſmata, quæ Seguinus Pollioni Mævio, Mithridati Pergameno, & Othoni contra jus faſque adjudicarat; aliorum inſcriptiones emendat, aut ſaltem conatur emendare, nonnulla novâ ratione interpretatur; ac denique doctiſſimi viri ſententiam novis argumentis ſubinde confirmat. Cæterum lectorem noſtrum ſcire fortaſſe juvabit, Seguini ætate Theſaurum Regium locupletiſſimis incrementis auctum fuiſſe, quòd in eum ipſe numiſmata ſua, ut ita dicam, transfudit, & Carolo Patino ut idem faceret perſuaſit.

Eadem tempeſtate Theſauri Regii Numiſmata omnia quæ maximæ formæ

eſſe videbantur, Imperatorum Romanorum ab Auguſto ad Phocam, cum nonnullis Urbium, in ſex & triginta æneis tabulis eælata ſunt à peritiſſimo artifice de la Boiſſiere; quibus tabulis aliæ quinque additæ poſtea ſunt, ſed non ad ſuperiorum magnificentiam, quibus nihil hactenus prodiit elegantius. Sed ut fructum aliquem ex hiſce cælaturis percipere poſſint ſtudioſi, monendi videntur, trecenta illic numiſmata maximi moduli exhibita eſſe, octoginta circiter primi; cætera quæ cælata ſunt aut in Theſauro deſiderari, nonum ſcil. tabulæ XII. decimum-tertium tab. XX. item decimum-tertium tab. XXVI. tabulæ XXX. nonum, & ſextum tab. XLI. aut fuſilia, recentiave & adulterina eſſe, in tabulâ I. ſextum, in II. alterum, primum in VIII. ſextum & nonum in X. in XII. decimum, in XIX. nonum, in XX. ſecundum, in XXV. tertium, quartum & ſextum: tertium in XXVI. quintum in XXX. denique in XXXVI. quartum, qui Phocæ effigiem præfert. Hæc inter recenſeri etiam poterat numiſma duodecimum tab. X. in quo Caracallæ oris lineamenta mutata ſunt, ut M. Aurelii effigies videretur; ſed nec omittenda ſunt chalcographi ipſius σφάλματα, qui in nummo ſeptimo tab. VI. pro ficu ruminali, virum è turri quadam ſeſe præcipitem dantem expreſſit: in ſeptimo tab. XII. IMP III COS III. ſcripſit, ubi erat IMP II TR P COS II. in ſeptimo item tab. XIII. non COS VI PP. ut oportebat, ſed C V PP. perperam: in tertio tab. XVI. AAC epocham pro AAC. in quarto tab. XVIII. TR P XVII. pro TR P XVI. in primo tab. XXIV. LIBERALITAS AUGUST IIII. pro LIBERALITAS AUGUSTI II. obtruſit, ut alia levioris momenti omittamus. Hoc etiam incautos fefellerit, quod tabulâ XII. primus nummus M. Aurelii averſa pars eſt, quam præceſſere Commodi numiſmata: item quod tabulâ XIX. & tabulâ XX. in utrâque nummi duo, ſextus & ſeptimus Caracallæ effigiei ſubjuncti ſunt, cum ſint Elagabali.

ÆGIDIUS LACARRY.

ÆGIDIUM LACARRY, Occitanum è Diœceſi Caſtrenſi, Societatis Jeſu Sacerdotem, commendat

Hiſtoria Romana à Julio Cæſare ad Conſtantinum M. per Numiſmata & Marmora antiqua teſtata, & illuſtrata. Claromonti 1671. 4.

quæ tamen Annalium potiùs, quàm hiſtoriæ nomine cenſenda erat; nam quæ ſingulis annis in Romano orbe accidiſſe memoratu digna auctores produnt, hæc quàm paucisſimis fieri potuit verbis enarravit, ſuæque orationi ſubjecit deſcriptionem numiſmatum, ſi quæ putavit eſſe ad firmandam vel chronologiam, vel rerum narratarum fidem opportuna: quæ quidem Numiſmata ſi ex amicorum Muſeis, quàm ex Occonis libro petere maluiſſet, multo utilior foret ejus labor. Hiſtoriam præcedunt Monita quædam in gratiam eorum qui in nummis veteribus minus verſati ſunt: item Epitome Chronologica, in quâ tota concertatio, ut ita dicam, deliniatur. Sequuntur appendices duæ; prima ſeriem & Numiſmata Regum Syriæ, Ægypti, Siciliæ & Macedoniæ complectitur; altera conſtat Oratione, in qua Lacarryus antiquorum Numiſmatum intelligentiam interpreti Scripturæ Sacræ neceſſariam eſſe contendit.

ANDREAS MARMORA.

ANDREAS MARMORA, Nobilis Corcyrenſis, patriæ ſuæ hiſtoriam

Italico ſermone ſcripſit, in octo libros diſtributam, quorum primi duo hiſtoriam complectuntur, ex quo incoli cœpit Inſula, donec libertatem amiſit, tertius eandem continuat uſque ad Conſtantinum. His libris addita ſunt in quinque tabellis æneis numiſmata ad ſexaginta in Corcyrâ cuſa; quâ in re cum de patriâ ſua benè, tum etiam de literatis non malè meruit Marmora, tametſi in eorum deſcriptione à vero ſæpiuſculè aberraverit. Libri titulus hic eſt:

Della Hiſtoria di Corfu &c. libri otto. Venetia 1672. 4.

SERTORIUS URSATUS, Patavinus, Meteororum Profeſſor, hîc quoque memorandus eſt ob librum de *Notis Romanorum* Patavii editum anno 1672. fol. quod in eo notas tam in nummis, quàm in lapidibus ſculptas explicare conatus eſt. SERTORIUS URSATUS.

Eſt Patavii nobilis, ut vocant, Academia doctorum virorum qui *Ricovrati* dicuntur: hos inter communis eſt Bibliotheca, quam, quia illuſtrium virorum elogiis à Joanne Cavacio ornata eſt, *Aulam Heroum* appellare ſolent: atque ut hæc elogia à materno proavo conſcripta in publicam lucem ederet Comes JACOBUS ZABARELLA, novos Faſtos condidit cum hoc titulo: JACOBUS ZABARELLA.

Aula Heroum: ſive, Faſti Romanorum ab Urbe Conditâ uſque ad an. Dom. 1674. Patavii 1674. 4.

iiſque numiſmata à Romulo ad Theodoſium uſque impolitè admodum ſcalpta nonnunquam interſeruit.

Librorum plerorumque quos hactenus recenſuimus quoddam veluti compendium eſt JOACHIMI OUDAAN, Batavi, opus inſcriptum, JOACHIMUS OUDAAN.

Roomſche Mogentheith of Naeuvvkeurige beſchryving, &c.
h. e. Romana potentia accuratè deſcripta, & per nummos teſtata & illuſtrata. t' Amſterdam 1671. 4.

quod opus ſi latinâ linguâ ſcripſiſſet, rem pergratam feciſſet eruditis, quorum pleriſque Batava lingua minùs familiaris eſt. Septem Dialogis conſtat hæc lucubratio, quorum primus eſt de nummis in univerſum; in altero recenſentur à C. Julio Cæſare ad Julianum Apoſtatam & Eugenium Tyrannum, quîcum idololatria funditus interiiſſe videtur, Principes omnes qui Romano Imperio præfuerunt, & plerorumque effigies exhibentur: tertius complectitur Numiſmata Latina Provinciarum & urbium, è quibus Romanus orbis conſtabat: quartus & quintus Numiſmata item Latina Deorum Dearumve, quos Romani olim coluere; ſed in quinto recenſentur qui cœleſtes ſemper habiti ſunt, hoc eſt majorum gentium Dii, quibus admiſcentur nonnulli Indigetes, quos merita vocaſſe in cœlum videbantur; quartus verò totus eſt de Virtutibus propter quas datur hominibus aſcenſus in cœlum. In ſexto & ſeptimo diſputatur de re militari, de triumphis, præmiis, ludis, Conſecrationibus, ædificiis publicis, votis, rebus ſacris, ac denique de omnibus, quæ eruditus Batavus reperit in nummis Latinis inſignia ad memoriam Romanæ potentiæ, quam demonſtrare volebat. Porro quàm

accuratè materiam hanc tractaverit, libenter diſcemus ex aliis; hoc unum, de quo in operis titulo ſanequàm ineptè gloriatus eſt, monere poſſumus, virum Calvinianæ ſectæ mancipatum, cum veterum Romanorum cæremonias religioneſque in deos deſcriberet, eaſdem à nobis capeſſitas teſtatum eſſe, arreptoque maledicto è trivio, idololatriam nobis affinxiſſe. Quod verò ad ejus diligentiam in colligendis nummis ſpectat, hoc primum lectorem ſcire volumus, pleroſque antea editos, & è libris petitos ab Oudaano fuiſſe; deinde omnes ad idem exemplum cuſos in centum & quindecim tabellis æneis, è quibus quatuordecim effigies Imperatorum repræſentant, cæteræ averſas duntaxat partes, quas ille in Dialogis monet ad quem Principem pertinuerint; illud quoque non inutile erit monere, cum cæteræ Auguſtæ hic deſiderentur, & inter Auguſtos deſit Conſtans, Victorinam tamen hîc exhiberi, ex Octavii Stradæ cælaturâ expreſſam: item quarto Dialogo de Diis & Deabus plus fermè typorum & Inſcriptionum adjici poſſe, quàm quod illuc congeſtum eſt; quod poſtremum tamen vitio huic dare noluimus, quem ſatis conſtat tantum fermè præſtitiſſe, quantum vir diligentiſſimus præſtare illâ ætate potuit.

JACOBUS OISELIUS

Cum è tabulis Oudaani curâ cælatis lucrum iterum facere vellent typographi, JACOBUM OISELIUM, Juris Publici Profeſſorem Groningæ, ut in eas Commentarios latinâ linguâ conſcriberet hortati ſunt; quos ille ſucciſivis horis intrà quadriennium confecit, ut plurimum eruditos & ad ſymbola in nummis expreſſa maximè appoſitos; & ita quidem, ſi ipſi credere fas eſt, ut quod maximis occupationibus implicatus quotidianâ operâ abſolverat, prælo committeretur continuò, nec deinde per otium politiùs limaretur. Operis titulus eſt:

Theſaurus Selectorum Numiſmatum Antiquorum, &c. cum ſingulorum ſuccinctâ deſcriptione & accuratâ enarratione. Amſtelodami 1677. 4.

quo in opere primum Numiſmata ex Oudaani tabellis expreſſa exhibuit, decem in claſſes tributa, in eundem tamen propemodum ordinem, quem Batavus ſcriptor ipſe ſibi præſcripſerat diſpoſita, niſi quòd in poſtremam claſſem quæ Miſcellaneorum eſt, rejecit tabellas duas, quæ primo illius Dialogo illuſtrabantur: deinde ſingula breviter deſcripſit, & ad quem Principem quamve Familiam pertineant monuit, & ſi quid in illis reperit quod negotium facere poſſet iis qui in hoc ſtudiorum genere minùs verſati ſunt, planè & apertè explicavit.

MATHIAS LINCK.

MATHIAS LINCK, Germanus Saxo, *Exercitationem Hiſtoricam* edidit *de bello Trojano*, in quâ oſtendere conatus eſt, Trojam à Græcis in illo bello, quod Poëtarum fabulis toties decantatum eſt, flammis ruiniſve non fuiſſe deletam, in eamque rem tribus potiſſimum nummis uſus eſt, quos profectò Exercitationis Præſidi Eberh. Rudolfo Roth placuiſſe nemo non mirabitur: primus ſcil. Priamum cum Ϲαπλέως titulo exhibet, in averſâ Trojam; alter Menelaum & pugnam; tertius Helenam quæ illic Ϲαπλίαν eſt, cum Felicitate, arâ & face. Mirum illic eſt Rudolfi Capelli acumen, qui in Muſeo Luede-

tiano hujuſcemodi quiſquilias Claudii ætate ab Ilienſibus cuſas opinatur. Exercitatio prodiit Jenæ anno 1674. in 4.

Ulrici Obrechti, Hiſtoriæ & Eloquentiæ Profeſſoris in Academiâ Argentoratenſi, extare dicitur *Diſſertatio de Domitiani nummo Iſiaco*, Argentorati edita 1675. 4. ſed eam hactenus videre non licuit: at ejus eſt ULRICUS OBRECHT.

> *Diſſertationum ſelectiorum quondam in Academiâ Argentinenſi propoſitarum liber.* Argentorati 4.

quas inter Diſſertationes, una eſt *de legione fulminatrice*, cujus hiſtoriam ex nummis conjicit referendam eſſe ad TR POT XXV. M. Aurelii; & altera de *Tribunitiâ Cæſ. Romm. poteſtate*, in quâ, poſtquam omnes, quas alii antea inierant, rationes annos Tribuniciæ Poteſtatis numerandi ſolerter ventilavit, hanc opinionem ſibi placere profitetur: quo quiſque tempore Imperator Tribuniciam Poteſtatem acceperit, ab eo primam periodum Tribuniciam numeratam fuiſſe ad tempus, quo Tribuni ordinarii Magiſtratum inibant: ab eo autem tempore TR. POT. II. computari ſolitam ad Nonas, vel IV. Idus Decembr. anni Juliani ſequentis, à quo principio TR. POT. III. cœpit procedere: eâque ratione difficultates aliquot è nummis ortas evitat.

Laurentius Legati, Cremonenſis, Græcæ Humanitatis Profeſſor Bononiæ, cum ſuſcepiſſet editionem Muſei, quod patriæ ſuæ donaverat Ferdinandus Coſpi Patritius Bononienſis, LAURENTIUS LEGATI.

> *Muſeo Coſpiano, &c. donato alla ſua patria dall' Ill. Signor Ferdinando Coſpi, &c.* In Bologna 1677. fol.

Numiſmata quæ in illo aſſervabantur exhibuit quartò libro, hunc in ordinem diſpoſita; primùm Imperatorum Romanorum à C. Julio Cæſare ad Juſtinianum; deinde Auguſtatum à Juliâ ad Saloninam; mox Familiarum, & ea quorum pondus & valorem indicant notæ adjectæ, poſtremo Græca tùm Regum, tum Urbium; & hæc quidem perpauca numero, ſed accuratè deſcripta, Latina verò ut ab Occone & Mediobarbo. Numiſmatibus breviores notas interdum ſubjunxit, ſimul quænam in libris editis antea prodiiſſent (prodierant autem pleraque) accuratiſſimè monuit; quod quidem nullo exemplo fecit, ſed ipſius exemplum iis qui in Muſeis deſcribendis operam ponunt, ad imitandum proponi poſſe videtur.

Joannes Smetius, Batavus, & ipſe Muſeum à ſe vel à patre conquiſitum edidit, cum hoc titulo: JOANNES SMETIUS.

> *Antiquitates Neomagenſes, ſive notitia rariſſimarum rerum antiquarum, &c.* Noviomagi Batavorum 1678. 4.

ſed cum multam nummorum veterum manum uterque collegiſſet, ea tantum in rei nummariæ ſerie deſcripſit, quæ vel in Fulvii Urſini Familiis, vel apud Occonem deſiderabantur, hoc eſt Conſularia aliquot, XII. Cæſarum ſingulorum unum, nonnulla Gallieni & Poſtumorum, iiſque notas breviores ſubjunxit.

JOANNES SEOBALDUS FABRICIUS.

Singularem profectò & reconditam eruditionem oſtentat JOANNES SEOBALDUS FABRICIUS, Spiræ Nemetum natus anno 1622. & Logicæ ac Græcæ linguæ in Academiâ Heidelbergenſi Profeſſor, in eo libro quem inſcripſit,

> *C. Julius Cæſar Nomiſmaticus, ſive Diſſertatio Hiſtorica, Dionis Caſſii Scriptoris Græci Commata, C. Julii Cæſaris ortum, dignitates, connubia, interitum, rogum, & apotheoſin complexa Nomiſmatum comparatione illuſtrans.* Londini 1678. 8.

quàm arduum enim fuerit numiſmata C. Julii Cæſaris & aliquot virorum ejuſdem ævi illuſtrium ex editis libris exſcribere, eorumque convenientiam cum Dione, Græco Scriptore ſcilicet, demonſtrare quis non intelligit? quod ille tantâ diligentiâ præſtitit, ut ne Corneliæ quidem, & Calpurniæ Cæſaris uxorum numiſmata ab Ænea Vico expreſſa omiſerit. Extra jocum, ſingula commata in plures obſervationes diſtributa ſunt, in quibus ut nihil novi præter ipſam ſcribendi rationem, ita plerumque nihil mali deprehendimus. Diſſertationem præcedit epiſtola prolixior, tertiam fermè libri partem complexa, in quâ numiſmatum præſtantia, non demonſtratur quidem (id Ill. Spanhemius jam confecerat) ſed grandibus verbis prædicatur: ſequuntur cùm aliæ appendices quæ ad nos non pertinent, tùm una in quâ Anglos ita fermè nunc ſcribere, ut veteres ſolebant, veterum nummorum ope demonſtrare conatur.

RUDOLFUS CAPELLUS.

Inter Scriptores qui in eodem argumento, quod nunc tractamus, verſati ſunt, hoc eſt, Indices librorum quibus nummi illuſtrantur, conſcripſerunt, neſcio an quiſquam diligentior fuerit RUDOLFO CAPELLO, S. Theol. Doctore & Hamburgenſium Profeſſore: ille enim opera omnia quæ vel minimam cum re nummariâ affinitatem habere videbantur, in ſuam ſeriem congeſſit. Sed ut liberè dicamus, nimia ejus diligentia non minus noxia videtur quàm aliorum negligentia; quippe quæ turbat magis quàm juvet, nec ſtudia promovet, ſed ab illis deterrere poteſt. Alia ſunt ejus Bibliothecæ incommoda: primum, quòd varias ejuſdem operis editiones recenſet, quarum tituli cum inter ſe non raro differant, in fraudem inducitur lector, ac duorum operum mentionem fieri exiſtimat; alterum, quod cum maximam partem librorum de quibus agendum erat, oculis ipſe ſuis non vidiſſet Capellus, & ea tamen quæ per ſe noverat ab aliorum commentariis diſtincta ac ſeparata eſſe vellet, ne in plagii crimen incurreret, πλαγιάζευς ſcriptores, ut ita dicam, diſtrahere, varioſque Indices in ſuo Indice deſcribere coactus eſt; prout nimirum ordinem literarum ſectanti ſeſe obtulit Bibliographus, qui meminiſſet librorum quos ipſe nondum contrectaverat. Hæc Bibliotheca pars eſt operis inſcripti

> *Nummophylacium Luederianum antiquum & recentius.* Hamburgi 1678. fol.

quo in opere, eorum qui Muſeum Luederianum adibant, ſtudia juvare cum ſibi propoſuiſſet Capellus, primum typis iterum commiſit librum Claudii Chiffletii de numiſmate antiquo, deinde Indicem de quo locuti ſumus compoſuit, tres ejus qui Muſeum deſcripſerat præfationes edidit, poſtremo nu-

miſmatum quæ illic ſervantur, numerum iniit; quamobrem merito jure nummophylacium illud *in ſciagraphiâ* à ſe *exhibitum* fuiſſe profeſſus eſt; ſed idem falſo tradidit *uſui* eſſe *accommodatum.*

JOSEPHUS MONTERCHI numiſmata maximæ formæ tria ſuprà viginti è Muſeo Emin. Card. Gaſparis Carpegna, in æs elegantiſſimè inciſa exhibuit, & Commentariis illuſtravit: JOSEPHUS MONTERCHI.

Scelta de Medaglioni più rari nella Biblioteca dell' Em. & Rev. Principe il Signor Card. Gaſparo Carpegna, In Roma 1679. 4.

ex his unum Antinoi eſt, cætera Principum Romanorum à Pio ad Conſtantinum uſque, ſicut & alia circiter viginti, quæ in Indice accuratè deſcripta ſunt. Sed hujus operis Mediobarbus non Monterchium, verùm Joannem Perrum Bellorium auctorem laudavit, ipſeque Commentariorum ſcriptor ad nummum quintum monuit, ſe primum omnium publici juris feciſſe Columnam Antoninianam Petri Santi-Bartoli operâ ſculptam, quam columnam ſatis conſtat Bellorio acceptam eſſe referendam. Qui tamen hunc ipſum librum latinè verſum rurſus edidit cum hoc titulo,

Rariora maximi moduli Numiſmata, ſelecta ex Bibliothecâ Emin. & Rev. Principis Caſp. Carpegnæ, &c.

is Monterchii ſolius meminit; ſed utriuſcunque ſit hic ingenii fœtus, ille profecto non mediocriter eruditus fuiſſe videtur.

JACOBI PERIZONII, Batavi, habetur JACOBUS PERIZONIUS.

Diſſertationum tria: in quarum, &c. tertiâ de variis Antiquorum nummis agitur. Daventriæ 1679. in 8.

In eâ primum è Familiarum Romanarum numero Heliam expungit, & in nummo in quo L H TUB. non *Lucius Helius Tubero*, ut Patinus, ſed *Lucius Hoſtilius Tubulus* legit, & quis ille Tubulus fuerit docet: deinde in nummo M. Arrii Secundi, quem laudatus Patinus ob literas F P R. Fecialem Populi Romani fuiſſe opinatus erat, Fortunam Populi Romani expreſſam eſſe demonſtrat, ac de eâ fusè & accuratè diſſerit: mox rationem nomina quædam inter alia interjiciendi illuſtrat, & cum varios doctorum virorum errores emendat, tum in nummo C. Flavii apud Urſinum Themidem reſtituit, quam à Carmentâ haud diverſam fuiſſe, & idcirco cum horrentibus comis & cum lyrâ effictam monet, quia fatidicum nomen fuit. Illud quoque notandum videtur, Cl. Seguini opinionem, nulli Romano, dum Reſpublica fuit, pecuniam ſuâ effigie ſignare licuiſſe, hîc in dubium vocari, & aliquot exemplis impugnari; ſed nec illud omittendum, in nummo Rhodiorum apud eundem Seguinum cap. 2. non Agrippinæ Claudii, ſed Hyperionis cujus nomen ibi legitur, ſive Solis caput cælatum eſſe turritâ coronâ cinctum. Cætera in eruditiſſimâ diſſertatione legere potes.

JOANNIS FRIDERICI HEKELII, Germani Saxonis, epiſtolas duas indicaſſe ſufficiet; primam *De Nummo aureo, quem Conſtantinus M. accepto* JOANNES FRIDERIC. HEKELIUS.

ſacro-ſancto Baptiſmate juſſit ſignari. Dreſdæ 1679. 4. alteram *De Nummo argenteo, quem Conſtantinus M. cudi juſſit, cum anno Imperii ſui ultimo filiis ſuis Imperium eſt partitus.* Dreſdæ 1680. 4. Uterque ſcil. nummus adulterinus eſt, & quidem imperitè confictus.

SEBASTIANUS FÆSCHIUS Extat etiam SEBASTIANI FÆSCHII, Baſileienſis, elegans & erudita *De Nummo Pylemænis Evergetæ Regis Paphlagoniæ Epiſtola.* Baſileæ 1680. 4. quam Gallicè verſam Jac. Spon iterum edidit in Miſcellaneis eruditæ antiquitatis Gallicis.

JOAN. JOACHIMUS MADERUS. JOANNIS JOACHIMI MADERI, Hannoverani, notæ ad Onuphrii Panvinii librum de Triumpho, anno 1681. editæ Patavii, ut ſuprà monuimus, cùm eruditæ ſunt, tùm numiſmatibus aliquot in buxo inciſis diſtinctæ; quæ Numiſmata & lucem concertationi non modicam affundunt, & ab ipsâ non parum illuſtrantur.

JOANNES CROPHIUS. JOANNES CROPHIUS, Germanus Saxo, & ipſe inter Antiquarios, qui hæc ſtudia coluere numerari debet ob Theſes, de quibus in Jenenſi Academiâ publicè diſputavit, quaſque edidit cum hoc elogio:

> *Antiquitates Macedonicæ, ſive de Regio Macedonum Principatu, moribus atque militiâ Diſſertatio.* Jenæ 1682. 4.

ibi enim Macedonum Regum numiſmata aliquot rariſſima è Muſeo Caſpatis Sagittarii, de quo ſuo loco dicemus, exhibuit in æneâ tabellâ, breviterque expoſuit pag. 76. & ſeqq.

CAROLUS PATINUS. CAROLUS PATINUS, Medicus Pariſienſis, natus anno 1632. vir præclarâ eruditione atque doctrinâ, plurima edidit opera, in quibus Numiſmata vel ſua, vel à ſe conſpecta, & plura quidem quàm ante eum nemo, exhibuit & notis illuſtravit. Primum ejus opus Familiarum Romanarum, ſive Conſulares nummos complectitur in æneis tabulis expreſſos olim à Fulvio Urſino, quibus ipſe quidem non paucos adjecit; ſed hos inter aliquot ad Colonias referri debuiſſe Antonius Galland, & Joannes Vaillant ante nos monuere. Operi titulum hunc præfixit:

> *Familiæ Romanæ quæ reperiuntur in antiquis Numiſmatibus ab V. C. ad tempora D. Auguſti, ex Biblioth. Fulvii Urſini. Car. Patinus &c. reſtituit, recognovit, auxit.* Lutetiæ Pariſ. 1663. fol.

Alterum deinde opus edidit, in gratiam eorum qui nummis dare operam volunt; atque in eo de materiâ ac pretio Numiſmatum antiquorum, de arte dignoſcendi genuina ab adulterinis, de inſcriptionibus inſignioribus quæ in averſâ nummorum parte leguntur, de notis ſingularibus diſſeruit; cæteraque perſtrinxit, quorum ignoratio tyroni vel in comparandis vel in contrectandis nummis nocere poſſe videbatur; quæ omnia, aut pleraque ſaltem cum à Savoto enarrata eſſent, meritò reprehenſus videtur, quod hunc per quem plurimum profecerat, ne nominarit quidem in Præfatione, dum recenſeret cæteros Scriptores qui prima rei nummariæ elementa antea tradiderant

diderant. Superioribus capitibus ſubjuncti ſunt Indices duo, primus Auctorum qui nummos veteres ſcriptis ſuis illuſtrarunt.; alter celeberrimorum Europæ Muſeorum. Totius verò operis, quod Gallicâ linguâ ſcriptum eſt, titulum hunc eſſe voluit;

Introduction à la connoiſſance des Medailles. Paris 1665. in 12.

ſed idem poſt decem & octo annos latinè verſum, & novis acceſſionibus locupletatum prodiit:

Introductio ad Hiſtoriam Numiſmatum. Amſtelædami 1683. in 12.

Patini ſtudia poſtmodum turbavere varii quibus jactatus eſt Fortunæ caſus: interea tamen dum peregrinaretur, pleraque Europæ Muſea intentis oculis colluſtravit, & cùm plurima ex iis excerpſit quæ ſibi poſtmodum uſui forent, tum Numiſmata omnia quæ in Theſauro Cæſareo Vindobonæ aſſervantur, deſcripſit, eamque deſcriptionem à ſe conſpectam teſtatur Struvius Stuttgardiæ in Cimelio Ser. Würtembergiæ Ducis. Porrò antequàm è Galliis excederet, hoc eſt, ante annum 1668. Numiſmata Muſei ſui rariſſima, quæ Regium Theſaurum amplificarunt locuplete profectò incremento, in æneis tabellis ſcalpi curaverat; ſed hæc cum aliis à ſe inter peregrinandum comparatis publicam in lucem edere ante annum 1671. non potuit; & tum quidem prodiere,

Imperatorum Romm. à Julio Cæſare ad Heraclium Numiſmata ex ære mediæ & minimæ formæ, deſcripta & enarrata &c. Argentinæ 1671. fol.

quæ anno 1697. Amſtelodami recuſa ſunt nitidioribus typis, ſed cum nullâ acceſſione; anno verò ſequenti

Theſaurus Numiſmatum è Muſeo Car. Patini, &c. Anno 1672. 4.

qui Numiſmata ex auro, argento, ære magno & maximo complectitur, non Imperatorum ſolum, ſed etiam Græcarum urbium, Regum, Virorum Illuſtrium, necnon Conſularia quæ deſiderabantur in Urſini Familiis recognitis & auctis. Atque hoc quidem opus ſuperiori longè accuratius eſt; cùm enim numiſmata integra in eo repræſentantur; (ea ſunt numero fermè quingenta) tùm illuſtrantur notis auctoris famâ haud indignis: contrà verò Numiſmatum mediæ & minimæ formæ averſa duntaxat pars ut plurimum ſcalpta eſt, effigies Principum, & quæ eas ambiunt inſcriptiones plerumque ne deſcriptæ quidem; præterea in Commentariis Patinus indiligentior videtur; denique cum præter ea Numiſmata quæ in eo libro exhibentur, alia nec pauca numero nec obvia deſcribere deſtinaſſet in Indice, deſtituit eum ex inopinato literarum & typorum, ut ipſe monet, inopia; quamobrem Index ille admodum jejunus eſt atque aridus, ac nulli propemodum uſui, niſi quòd ibi quoque nonnulli nummi in æs inciſi viſuntur. Monendus etiam lector, in eam editionem compactos à Patino fuiſſe nummos aliquot Græcos, Alexandri M. Homeri, &c. ne ſcilicet horum memoria intercideret, quos in peculiari opere ſimul componi poſſe deſperabat.

Superioribus operibus non minùs elegans & utile eſt illud, quo

C. Suetonii Tranquilli Opera quæ extant, Car. Patinus, &c. Notis & Numiſmatibus illuſtravit. Baſileæ 1675. 4.

hoc enim plurimis cùm XII. Cæſarum, tùm etiam Familiarum Romanarum nummis in ære inciſis diſtinxit, iiſque ad vetuſti Scriptoris Commentarios ita accommodatis & appoſitis, ut oculos animoſque legentium honeſtiſſimâ voluptate perfundat, ſimulque Suetonio fidem ex nummis confirmet, & nummos, ſi quid in iis paulò ignotius, è Suetonio illuſtret.

Extant ejuſdem Cl. viri Diſſertationes aliquot, quæ ad hæc ſtudia pertinent; ſed prima *De Numiſmate antiquo Auguſti & Platonis.* Baſileæ 1675. 4. haud magni momenti eſſe videtur; in alterâ verò quam ſcripſit jam Eques D. Marci, & Medicæ artis Profeſſor Primarius in Academiâ Patavinâ, *De Numiſmate antiquo Horatii Coclitis, per Trajanum reſtituto.* Patavii 1678. 4. cui ſubjuncta eſt deſcriptio numiſmatum à Trajano reſtitutorum, accuratus, elegans, eruditus, nobis omnino ſatisfacit: tertia ΘΕΩΝ ΚΡΙΣΙΣ. [h. e.] *Judicium Paridis de tribus Deabus latum in Num. Imp. Antonini Pii expreſſum.* Patavii 1679. 4. feſtiva, nec inerudita eſt: in quartâ Italicè ſcriptâ, dum ludos Vicetiæ celebratos deſcribit, de veteribus ludis Equeſtribus, Agonalibus, Gymnicis diſputat, nummoſque in quibus eorum memoria conſignata eſt exhibet in æs elegantiſſimè inciſos: hujus titulus eſt:

Le Pompoſe feſte di Vicenza fatte nel meſe di Giugno del 1680. In Padoua 1680. 4.

in quintâ denique ΔΙΟΣ ΓΕΝΕΘΛΙΑ. *Natalitia Jovis in Numiſmate Imp. Anton. Caracallæ expreſſa.* Patavii 1681. 4. cùm veterum ſcriptorum, tùm aliorum nummorum ope illuſtrat. Judicium Paridis Jac. Spon iterum edidit Gallicè verſum in Miſcellaneis eruditæ Antiquitatis Gallicâ linguâ ſcriptis. Poſtremo à Patino deſcriptus eſt

Theſaurus Numiſmatum Antiquorum & Recentiorum ex auro, arg. & ære, ab Ill. & Exc. D. Petro Mauroceno Senat. Veneto Ser. Reipublicæ legatus anno R. S. H. 1683. Venetiis 4.

verùm ſi quam hîc ſecutus eſt numiſmata deſcribendi rationem, hanc optimam eſſe exiſtimavit, judicium ejus requiro; ſin autem meliorem præſtari potuiſſe ſcivit, virum doctum typographi, quàm ſtudioſorum commodis conſulere maluiſſe miror: perpauca enim Numiſmata ibi in æs inciſa apparent, præter quàm ex ære maximæ formæ, quibus obſervationes etiam adjectæ ſunt; cæterorum cùm Græcorum, tùm Romanorum moduſi indiſtincti & confuſi; Conſularia verò certis duntaxat numerorum notis ad Fulvium Urſinum recognitum accommodatis indicata. Atque huic operi decennium integrum ſuperſtes fuit Patinus; eum enim Patavii obiiſſe ferunt anno 1693. cum Chriſtianiſſimo Francorum Regi legaſſet ſigilla quædam eximia, ac præterea librum in quo numiſmata rariſſima deliniaverat.

JOANNES HENRICUS EG- Hic mentio facienda eſt literarum ἀμοιβαίων Patini, & JOANNIS HENRICI EGGELINGII, Bremenſis, de tribus nummis maximis, quos eruditus Gallus

in Theſauro publicaverat, & incertus quorſum pertinerent, palam teſtatus fuerat ei ſe donaturum, qui enarraſſet. Hos nummos, quorum primi duo Smyrnæorum ſunt, & juvenile caput, ac larvas duas exhibent, tertius Alexandrum Macedonem, & Sabinarum raptum repræſentat, Eggelingius Neroni cuſos fuiſſe conjecit; ſed argumenta quibus opinionem illam ſuam tuebatur, Patino minùs firma viſa ſunt, nec Patino ſolùm, ſed etiam Scriptoribus Actorum Lipſienſium, qui de iiſdem nummis breviter & eruditè, pro ſuâ conſuetudine diſputarunt menſe Januario anni 1684. Literæ Patini & Eggelingii editæ ſunt cum hoc titulo: GELINGIUS.

De Numiſmatibus quibuſdam abſtruſis Neronis Imp. Diſquiſitio per Epiſtolas inter &c. Bremæ 1681. 4.

Superſunt quæ ab Andreâ Morellio in alterâ Speciminis editione pag. 80. laudantur ejuſdem *Patini delineationes è Cimelio Friderici Marchionis Badenſis*: has ideo tantum indicamus, ne quis eas nos latuiſſe exiſtimet, ſimulque ut Germanos hortemur, præclarum hunc, ita enim ominamur, Theſaurum tandem aliquando recludant, aut ſi minoris eſt ad rem nummariam illuſtrandam, quàm ſperamus momenti, de eo ut eruditos certiores faciant.

Cum Latinâ Patini Introductione ad Hiſtoriam Numiſmatum compacta eſt JOSEPHI MARIÆ SOARESII, Avenionenſis, Epiſcopi Vaſionenſis, *de Numiſmatis & Nummis antiquis Diſſertatio*: ſed eam edendo typographus lucro ſuo magis quàm ſtudioſorum commodis conſuluiſſe videtur; nam admodum brevis eſt, nihilque in eâ ferè Soareſius affert ad hæc ſtudia promovenda utile, quod non meliùs à Patino pertractatum fuerit. Haud omittenda verò eſt ejuſdem doctiſſimi viri breviſſima Epiſtola de nummis duobus Lepidi & Auguſti inſcriptis, COL CABE. edita in libro cui titulus, JOSEPHUS MARIA SOARESIUS.

Lettere Memorabili dell' Abbate Michele Giuſtiniani, e d'altri. In Roma 1667. in 12.

ſcilicet Urſini & Triſtani, qui hoſce nummos referebant ad urbem quandam Byzacenæ Regionis, quam veteres omnes Tacapen appellarunt, errorem deprehendit Soareſius, eoſque nummos oſtendit cuſos fuiſſe in Coloniâ Cabellione.

Eos nummos quos Inferioris Imperii vocant, maximè Principum qui in Oriente poſt Heraclium regnaverunt, plerique ante CAROLUM DU FRESNE DU CANGE duplici de causâ neglexerunt, primâ, quòd ita impolitè cuſi ſunt, ut nihil ſuprà: alterâ, quòd plurima in iis occurrunt non obſcura ſolùm, ſed etiam prava & inepta: ſed vir doctus & acris judicii, cum vitia illa non ignoraret, non pauca tamen in iis deprehendit, quibus lumen Byzantinæ Hiſtoriæ Scriptoribus accendi poſſet; quamobrem omnia quæ vel in editis anteà libris, vel in Theſauro Regio, vel in amicorum Muſeis reperire potuit à Conſtantio Chloro ad Palæologos uſque, ſummo ſtudio collegit, deſcripſit, in æs incidi curavit, atque interea dum in publicam lucem prodirent, quæ vel omnibus vel pluribus conveniunt explicavit ſin- CAROLUS DU FRESNE DU CANGE.

Digitized by Google

gulari Diſſertatione, quam tertio Gloſſarii mediæ & infimæ Latinitatis volumini ſubjunxit cum hoc elogio:

De Imperatorum CP. ſeu de Inferioris ævi, vel Imperii, ut vocant, Numiſmatibus, Diſſertatio. Pariſ. 1678. fol.

Quatuor in partes concertationem hanc tribuit Cl. vir, & in primâ quidem totus eſt in effigiebus Imperatorum, hoc eſt, eorum veſtimentis & adjunctis dignitatum inſignibus illuſtrandis; ſed primùm diſputat de nummis quos exiſtimat cuſos fuiſſe iis annis, quibus Conſulatum geſſerunt; & cùm de cæteris quæ ad habitum Conſulatem pertinent, tùm maximè de lato clavo, de faſciâ, ſubarmali, & loro, de aquilâ quæ ſcipioni Conſulari plerumque inſiſtit, de volumine ſive mappâ, de nimbo quo Conſulum capita effulſere, plurima affert haud vulgaria; ſimul quâ tempeſtate Conſularis dignitas ab Imperatoribus CP. uſurpari deſierit, inveſtigat. Alia deinde Cæſareæ & Imperatoriæ Majeſtatis inſignia recenſet, & ea quidem quæ de Diademate, Camelaucio, aliis Auguſtorum coronis dici poterant, paucis abſolvit, quòd eam materiam in Notis ad Joinvillam penè, ut ita dicam, exhauſerat, ſed cæteta quæ manibus geſtare ſolebant, globum cruce inſignem, labarum, ſive narthecem, Evangeliorum Codicem, Salutare Crucis ſignum pluribus enarrat; quibus eorum pietatis monumenta ſubjungit, ſacri nominis Chriſti monogramma, Ipſius & Sanctiſſimæ ejus Matris, & Sanctorum quos ſua merita in cœlum vocarunt effigies in nummis expreſſas; item inſcriptiones quibus Principes ſe ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΥΣ appellant, prædicant Chriſtum Victorem, ejus denique, aut SS. Deiparæ opem implorant: atque hæc fermè complectitur prima pars. Altera eſt de Inſcriptionibus huic veluti ætati nummorum peculiaribus ac propriis, quarum Erud. vir tria genera facit; primum titulorum qui Principibus tributi olim fuere, nimirum IMP. DN. *Deſpotæ*, *Flavii*, *Perpetui Auguſti*, *Imper. & Tribun. Poteſtatis*; & quâ ſinguli tempeſtate uſurpari aut obſoleſcere cœperint, inveſtigat: alterum Inſcriptionum quæ in averſæ partis areâ occurrunt, h. e. Votorum, quorum originem ab ipſis primordiis repetit, annorum Imperii, Inſcriptionum Græcarum: tertium denique earum quæ in extremo nummorum margine expreſſæ, quâ quiſque in officinâ cuſus ſit edocent, maximè literarum CONOB. In his porro duabus primis Diſſertationis partibus, cùm varia congeſſit quæ cum iis argumentis in quibus verſabatur, cognationem quandam habebant, tum etiam nummos nonnullos explicavit, quanquam velut in tranſcurſu, eruditè tamen, & plerumque εὐστόχως; ſed in tertiâ parte cum demonſtrare deſtinaſſet, præclara in hiſce nummis ænigmata interdum occurrere, quibus illorum temporum Hiſtoria non parum illuſtrari queat, aliquot in ſpecimen interpretatus eſt, quos prolixioris Commentarii egere videbat, nimirum nonnullos qui ad certam claſſem referri non poterant, deinde qui clarorum virorum, aut fortium Ducum honori à Principibus cuſi ſunt, mox quos vocant Conturniatos: his ſubjungit numiſmata adulterina, quæ eruditi in ſua Muſea admittunt, quia antiquioris ævi ſunt, nonnullaque ad memoriam inſignia in ſe continent; poſtremo diſputavit de nummis quos viri docti, cuinam è duobus, pluribuſve Principibus ejuſdem nominis adſcribant, ambigunt, quales ſunt Helenarum, utriuſque Theodoſii, utriuſque Juſtini, & qui Imperatorum ex Heraclii familiâ effigies referunt. Quarta & poſtrema

poſtrema pars eſt de propriis Byzantinarum monerarum appellationibus, profectò eruditiſſima, ſed quæ in eâ tractantur ad alteram rei Nummariæ partem, quam aliis tractandam relinquimus, pertinent.

Hanc Diſſertationem Ducangius jungere deſtinaverat operi, quo Imperatorum CP. natales, familias, cognationes, & affinitates deſcribebat; quod opus poſt quatuor demum annos prodiit cum hoc titulo:

> *Hiſtoria Byzantina duplici Commentario illuſtrata: prior Familias ac Stemmata Impp. CP. cum eorundem Auguſtorum Nomiſmatibus, &c. complectitur: alter Deſcriptionem Urbis CP. &c.* Paris 1682. fol.

Quid porrò in duplici illo Commentario præſtitum ſit ab eo viro, quem eruditi omnes novere, & acerrimo judicio præditum fuiſſe, & tantâ diligentiâ quantâ ferè neminem, lectorem ex ipſo libro quàm ex me diſcere malo: pauca tamen de nummis dicenda videntur. Et primùm quidem Conſtantinopoli Chriſtianæ præfixæ ſunt duæ æneæ tabulæ numiſmatum Græcorum, quæ à Byzantiis cuſa olim fuerunt; quæ vir doctus non deſcripſit ſolum, & brevioribus notis in adjunctis paginis illuſtravit; ſed de pleriſque etiam in *Originibus Byzantii veteris* quæ proximè ſequuntur, diſſeruit: per ſingulas verò Familias Imperatorum digeſta ſunt eorum Numiſmata ex auro, argento & ære, ipſa quoque in æneis tabulis inciſa, quorum numerum ſi inire velis, breviter dicam, Principum omnium à Conſtantio Chloro, Auguſtarum, & Tyrannorum, necnon aliquot Gothorum & Francorum Regum, ad Heraclium uſque octingenta circiter: Heraclii verò & omnium qui deinceps in Oriente imperarunt, triginta fermè ſuprà centum illic exhiberi. Omnia porrò ad unum exemplum ſcalpta, præter admodum pauca poſtremorum Imperatorum, cum notis è quibus ſingulorum metallum & formam diſceremus: in his verò diſponendis hunc ferè ordinem ſecutus eſt Ducangius: qui Cæſares fuere antequam Auguſti, horum numiſmata exhibuit quæ Cæſaribus cuſa ſunt, deinde quæ eorundem Auguſtorum effigiem referunt; & quidem eas effigies totius ſcalpi curavit, quoties quiddam novi præferunt, vel in inſcriptionibus quibus ambiuntur, vel in veſtibus, coronis, diadematibus, cæteriſque dignitatis inſignibus. His ſubjunxit brevem deſcriptionem, in quâ ſæpiculè peccatum à viro docto fuiſſe intelliget, qui noſtras ad ejus numiſmata quæ iterum exhibemus, notulas legerit: non contemnenda tamen vel hac in parte ejus induſtria: nam & compluria numiſmata quæ in tabulis deerant, ab Occone & aliis deſcripta repræſentavit, & ſi quæ vel à ſe in Diſſertatione, vel à Triſtano, Patino, cæteriſque eruditis viris illuſtrata erant, lectorem monuit. Non omittendum etiam videtur in vigeſimâ tertiâ Diſſertatione ad Joinvillam plurima ab erud. viro congeſta eſſe quæ ad hæc ſtudia pertineant: hæc enim eſt de nummis Gothorum & Francorum Regum, qui ſchemata & inſcriptiones Imperatorum Conſtantinopolitanorum præferunt.

De re literariâ benè meruit JOANNES GEORGIUS VOLCKAMERUS, Norimbergenſis, Medicus, cum Tabulas Chorographicas Neapolitani Regni & Calabriæ à Proſpero Pariſio deſcriptas reſtituit; tametſi enim aut nulla aut ſanè perpauca numiſmata in iis occurrerent, quæ non extarent in Magnâ Græciâ Goltzii, eadem tamen à duobus diligentiſſimis Antiquariis expreſſa con- JOAN. GEORG. VOLCKAMERUS.

ſpicere juvabat: ſed tacendum eſt, in Volckameri opere ne ullum quidem veſtigium apparere ejus elegantiæ, quam in Proſperi tabulis commendabat Philippus Labbe: has enim numiſmatum accuratiſſimè ſcalptorum veluti limbo circundatas fuiſſe diſcimus; in Germanicâ verò editione nummi in tredecim buxeis tabulis inciſi ſunt. Cæterum cùm alia iis adjuncta ſint, quæ recenſere non eſt noſtri inſtituti, tùm præfixa eſt Christophori Arnoldi item Norimbergenſis, Medici, & Eloquentiæ, Poëſeos, ac Linguæ Græcæ Profeſſoris, de Medicis, qui in hiſce ſtudiis cum aliquâ laude verſati ſunt Præfatio Epiſtolica, in quâ paulò majorem diligentiam requiras. Libri titulus eſt:

CHRISTOPHORUS ARNOLDUS

Proſperi Pariſii, &c. Rariora Magnæ Græciæ Numiſmata, &c. Magnæ Græciæ Tabulis inter ſe diviſis, alterâ editione renovata. Anno 1683. fol.

FRANCISCUS MEDIOBARBUS.

Cum Adolphi Occonis opus, de quo ſuo loco diximus, una cum ſæculo ſeneſcere, & ubertimam nummorum qui vel Antiquarii illius diligentiam fugerant, vel poſt alteram editionem è terræ viſceribus eruti fuerant, ſegetem colligi poſſe perſpexiſſet Franciscus Mediobarbus, Biragus, S. R. I. Comes, & Decurio Papienſis, novam ipſe nummorum Imperatorum ſeriem adornavit, de quâ nonnulla monendus eſt lector neceſſaria magis, quàm primâ fronte videantur. Primùm, cum exhibita ab Occone fuiſſent numiſmata Latina, Coloniarum, Græcarum urbium, & quæ Ægyptiaca dicuntur, Mediobarbus cætera in proximum biennium pollicitus, quæ eruditi hactenus fruſtrà expectarunt, Latina tantum & Coloniarum edidit in hunc ferme modum. Numiſmatum ſeriei præfixit ſingulorum Principum effigies è nummis expreſſas à Simone Durello perito artifice, necnon breviſſimos de eorum Vitâ Commentarios ex Occone exſcriptos, ſed interpolatos nonnunquam, & emendatos: hæc verò Chronologico ordine digeſſit, multò accuratiùs quàm Auguſtanus Medicus, tametſi nec difficultates, quibus ea nummos diſponendi ratio conflictatur, ſuperare potuit, prætereaque & erravit ipſe graviter, & eruditos viros non paucos in errorem induxit, quòd certas annorum notas videre ſibi viſus eſt in literis ſingularibus quæ in imo nummorum ſæculi Diocletiani margine leguntur. Totius porrò operis fundum eſſe voluit Occonis librum, cujus diligentiâ in deſcribendis nummis contentus, haud ferè majori deſcripſit ea quæ ex editis libris, vel è locupletiſſimo Muſeo ſuo, vel ex amicorum cimeliis & ſchedis collecta exhibuit: adeoque in his quæ ex editis libris corraſit, non rarò peccaſſe eum deprehendimus, cum finem imponere feſtino operi nimis properaret: in Occonianis verò nummis ſiniſtram ejus diligentiam ante nos arguit Erud. Pagius, quòd in iis quædam haud parvi ad Chronologiam momenti mutavit, nec de eâ re lectorem monuit; alios omninò omiſit, ut in Domitiano eum qui hanc epigraphen præfert: IMP DOMIT AVG P M COS II. quem falſum eſſe arbitrabatur, quia neſciebat Conſulatuum Domitiani ſuffectorum rationem à Monetario habitam non fuiſſe. Cæterum hîc etiam occurrunt nummi Græci & Ægyptiaci perpaucorum Principum, quorum memoria conſignata non eſt in Latinis nummis: quod verò pertinet ad Numiſmata in Coloniis & Municipiis cuſa, ea nummorum Latinorum ſeriei ſubjuncta ſunt, & eruditos juvare fortaſſe potuerunt, cum Vaillantii ſtudio nondum collecta eſſent, nunc vix

legi merentur. Adjuncti ſunt etiam varii Indices, quorum primus Inſcriptionum quæ in averſis nummorum partibus inſculptæ ſunt, perutilis nobis quidem videtur. Mediobarbi opus titulum hunc præfert:

> *Imperatorum Romanorum Numiſmata à Pompeio M. ad Heraclium, ab Adolfo Occone olim congeſta, nunc Auguſtorum iconibus, perpetuis Hiſtorico-Chronologicis notis*, (raræ tamen apparent; nec admodum commendabiles videntur) *pluribus additamentis illuſtrata & aucta*. Mediolani 1683. fol.

HENRICUM MEIBOMIUM, Hiſtoriæ & Poëſeos in Academiâ Juliâ Profeſſorem, prætereaque Archiarrum Guelphenſem, ideo tantùm hîc recenſemus, quia ab illo *veterum nummorum in illuſtrandâ Imperatorum Romanorum Hiſtoriâ uſus publico programmate oſtenſus*, aut veriùs commendatus eſt: quod programma editum eſt Helmeſtadii anno 1684. 4. & impunè omitti poterat, tametſi haud ineruditum ſit; ſed mentio omnino facienda eſt PETRI RAINSSANT, Rhemenſis, Medici, & Theſauri Regii cuſtodis, quem didicimus anno 1689. obiiſſe, ob diſſertationem de duodecim nummis Domitiani, in quibus Ludorum Sæcularium pompa expreſſa eſt: HENRICUS MEIBOMIUS. PETRUS RAINSSANT.

> *Diſſertation ſur douze Medailles des Jeux Seculaires de l'Emp. Domitien*. Verſailles 1684. 4.

hæc enim eſt ſæcularium Sacrorum hiſtoria tam accuratè & perſpicuè, quàm facilè ſcripta, in perpetuâ, eâque nitidâ oratione, nummorum ex ordine collocatorum averſis partibus diſtinctâ. Atque utinam huic ſimiles prodiiſſent cæterorum ſacrorum, ac ludorum, & omnium quæ apud antiquos miramur, omnibus vagæ eruditionis impedimentis liberæ deſcriptiones, non quales pleræque ſunt, diſſolutæ, & è diverſis congeſtæ: haberent, quod ſibi gratularentur harum elegantiarum ſtudioſi, tametſi ex iis quas hactenus laudavimus, & laudabimus infrà, maximam voluptatem, & uberrimos fructus percipi poſſe ultrò fatemur.

HENRICI KIPPINGI memorandi ſunt HENRICUS KIPPINGIUS.

> *Antiquitatum Romanarum libri quatuor*. Franequeræ 1684. 8.

quòd iis res ſacras, civiles, militares, domeſticas complexus, ad fidem faciendam, non Hiſtoricorum, Faſtorum, &c. duntaxat, ſed etiam Inſcriptionum & Numiſmatum teſtimonia ſubinde protulerit.

JACOBUS SPON, Lugduni natus anno 1647. Medicus Pariſienſis, & Collegio Medicorum Lugdunenſi Aggregatus, eum librum quem inſcripſit, JACOBUS SPON.

> *Recherche des Antiquitez & Curioſitez de la Ville de Lyon*. Lyon 1675. 8.

duabus æneis tabellis Numiſmatum in patriâ ſuâ olim cuſorum ornavit: idem ut veterum monumentorum, ac præcipuè Inſcriptionum amori faceret ſatis, Italiam, Dalmatiam, Græciam & Aſiam peragravit, coactiſque luculentis divitiis domum reverſus, Itinerarium edidit,

Digitized by Google

Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grece & du Levant, fait en 1675. & 1676. &c. Lyon 1678. in 12. 3. vol.

in cujus volumine tertio octoginta circiter numiſmata exhibuit : quæ quidem ſi integra in æs incidi curaviſſet, haud dubium quin meritus optimè fuiſſet de literatis omnibus ; pleraque enim Græca ſunt, & typorum aut inſcriptionum raritate & inſolentiâ conſpicua ; ſed quadraginta deſcripſit duntaxat, & quidem ita breviter, ut Imperatorum ad quos pertinent nomina plerumque indicare contentus eſſet ; è cæteris quidem integra cælari curavit, quorum utraque pars urbium numinibus, aut illuſtrium virorum, feminarumve iconibus inſignita eſt ; ſed quæ Imperatoribus cuſa ſunt, eorum averſæ partes ſolæ hîc apparent ; nec omnino reſartum eſt hoc damnum in Notis, in quibus alia etiam numiſmata ſingularia indicavit Sponius. Ab eodem editæ

Recherches curieuſes d'Antiquité. Lyon 1683. 4.

hoc eſt Diſſertationes plurimæ varii argumenti, è quibus ſeptem ad nos pertinent, & hîc recenſendæ ſunt, præter quatuor à Patino, Fæſchio, Antonio Galland, & Cl. Abbate Decamps conſcriptas. Igitur duodecima eſt de nummo Severi & Juliæ Domnæ Græco, in quo Bacchi triumphus cælatus eſt ; & quarta decima de nummo Commodi, qui memoriam renovat claſſis Africanæ ab illo Principe inſtitutæ : in vigeſimâ quartâ Sponius novum omnino, & ut dicam quod ſentio, ludicrum argumentum tractat, nummos ſcil. apprimè utiles eſſe ei qui velit artem multiplices hominum naturas è vultuum inſpectione cognoſcendi perdiſcere ; atque in eam rem ſingulorum Principum à Julio Cæſare ad Maximinum Thracem, necnon virorum duorum re & nomine Magnorum Alexandri & Cn. Pompeii, ſingulorum nummum unum exhibet, eorumque oris & animi lineamenta inter ſe convenire probare nititur : in poſtremâ denique, ſive trigeſimâ primâ, Luciani Ψευδομάντις, hoc eſt Alexandri Impoſtoris famoſiſſimi Hiſtoriam ex nummis Græcis illuſtrat. Non omittenda eſt vigeſima octava Diſſertatio, quæ quatuor conſtat Epiſtolis ἀμοιβαίοις N. CHAILLOU & Jacobi Spon in nummos duos Melitenſium, in quibus figuræ planè ſingulares expreſſæ ſunt ; quarum figurarum occaſione in numina quæ Inſulani illi coluerunt, inquiritur.

N. CHAILLOU.

Quanquam Inſcriptionibus deſtinata, locum tamen hîc quoque ſibi vindicant, collecta ab eodem

Miſcellanea Eruditæ Antiquitatis. Lugduni 1685. fol.

nam in Sectione primâ, cum de Hermathenâ & Hermanubi in nummis Hadriani & Juliani Apoſtatæ diſſeruit ipſe breviter, tùm etiam de hoc poſtremo viri olim Erud. Petri Antonii Raſcaſii de Bagarris, Chriſt. Regi Henrico IV. à Bibliothecâ, cujus varias lucubrationes imperfectas à ſe collectas monuit Philippus Labbe, Diſſertationem integram exſcripſit. Idem in tertiâ Sectione cum Deorum cognomina rariora deſcriberet, duos Jovis Acræi nummos Smyrnæ cuſos, unum Seleucenſium Syriæ in quo Jupiter Caſius à Caſio monte, tres Corcyrenſium in quibus idem Caſſius à Caſſiope urbe, prætereaque Corcyra Nymphæ, & Agreus, ſive Pan exhibentur, in æs

in æs incidi curavit. Ibidem occurrunt octo nummorum averſæ partes tripodibus variis inſignes: ſed quarta Sectio, quæ eſt de illuſtribus viris, cæteris locupletior videtur; in hac congeſta, & breviter enarrata ſunt Numiſmata Midæ Regis, Nauſicaæ Heroinæ, Homeri, Solonis, Hadriani & Euclidæ Megarenſis, Auguſti & Platonis, Sexti Chæronenſis, Frontini Proconſulis, utriuſque Jubæ, & Jun. filii Ptolemæi, cum averſis partibus nummorum ſeptem Auguſti, Tiberii & Veſpaſiani, in quibus clypei votivi expreſſi ſunt. Eodem anno 1685. immaturâ morte vir doctus interceptus eſt in Helvetiâ, quo ſe ob Calviniſticam hæreſim receperat.

JOANNIS DANIELIS MAJORIS, Vratiſlavienſis Philoſophi, & Medici, extat *de Nummis Græcè inſcriptis Epiſtola; quâ præcipuè paradoxum* Julii Cæſaris Scaligeri, Iſaaci Voſſii, & Henrici Chriſtiani Hemmenii, *Linguam Græcam non eſſe ſecundum accentus pronuntiandam*, *Orbi literato ulteriùs conſiderandum committitur*: necnon *Appendix de Iotorum ſubſcriptione ſuſpectâ, eorumque præſertim ex nummis veterum Græcè inſcriptis irrefragabili perpetuoque exilio.* Kiliæ Holſatorum 1685. 4. JOANNES DANIEL MAJOR.

PETRUS PETIT, Pariſienſis, Philoſophus, & Doctor Medicus, quem aiunt anno 1687. ætatis 71. deceſſiſſe, cùm alia præclara ingenii monumenta reliquit, tùm unum quod ad nos pertinet, cum hoc titulo; PETRUS PETIT.

Petri Petiti &c. de Amazonibus Diſſertatio. Pariſ. 1685. in 12.

hæc enim eſt accuratiſſima earum feminarum quæ novum Imperium ſine viris fundaverunt Hiſtoria, quàm plurimis numiſmatibus in æs inciſis à capite 21. ad caput 37. diſtincta & illuſtrata: & primùm quidem capite 21. divinos, aut divinis proximos honores in aliquot urbibus decretos iis fuiſſe demonſtravit, mox de earum armis ſecuri, & clypeo diſputavit; poſtremò earum monumenta Epheſi, Smyrnæ, Thyatiræ, Myrinæ, Cumæ, Magneſiæ à Sipylo, Amaſi, Amaſtri & in aliis urbibus recenſuit: tantâ diligentiâ, quantam expectari fas erat à doctiſſimo viro, qui nihil, quod in hiſce nummis ad Hiſtoriam vel ad Geographiam pertineret, inexplanatum relinquere voluit.

Laudabilis Heroinæ GABRIELIDIS CAROLÆ PATINÆ, ejus Patini de quo ſuprà locuti ſumus filiæ, mentio facienda eſt, quòd cum in his ſtudiis perinde atque in aliis ſeſe gnaviter exercuiſſet, elegantem *De nummo Caracallæ in quo Phœnix expreſſa* Diſſertationem in lucem edidit Venetiis anno 1685. 4. in quâ congeſſit omnia quæ prodita erant à veteribus de illâ ave, quam ex ſe mirâ quâdam ratione renaſci fabulantur. GABRIELIS CAROLA PATINA.

FRIDERICI FEVERLINI, Norimbergenſis, an habenda quoque ratio eſt, quod cum orationem à ſe habitam *de Strenis* ederet Norimbergæ anno 1687. 4. notis eam & aliquot numiſmatibus in æs inciſis illuſtravit? Quæ ſcribendi ratio Germanorum propria videtur, nec aliis in exemplum à nobis proponetur. FRIDERICUS FEVERLINUS.

Inter Miſcellanea Gallica Jacobi Spon extat Cl. Abbatis DECAMPS Diſſertatio de nummo Caracallæ Cyzici cuſo, in quo funambuli expreſſi ſunt: DECAMPS

Digitized by Google

quæ quidem Diſſertatio non elegantiùs quam eruditiùs conſcripta eſt, brevemque & accuratam funambulorum hiſtoriam continet.

ANDREAS ERASMUS A SEIDEL.

ANDREÆ ERASMI A SEIDEL, Nobilis Marchici, Diſſertatio prodiit anno 1687. in quâ Vetranionis nummum inſcriptum SALVATOR REIPUBLICAE explicavit, ac primum de titulo Domini, qui ſequiore ævo Principibus Romanis tributus eſt, ac de voce *Salvator*, num latina eſſet diſſeruit; deinde uter Salvator dictus ſit, Vetranio an Chriſtus, cujus monogramma in labaro depictum eſt, quæſivit, poſtremo de variis Chriſti monogrammatis nonnulla notavit.

De nummo Vetranionis aureo ſingulari Vratislaviæ reperto Epiſtola ad amicum. Wratiſlaviæ 1687. 4.

CLAUDIUS DU MOLINET.

CLAUDII DU MOLINET, nobilibus parentibus Catalauni in Campaniâ nati, & Canonici Regularis, aliquot opera extant, quæ eruditorum plauſu excepta ſunt: ſed ex iis unum ad hancce Bibliothecam pertinet, quod ejus ſodalis P. Sarrebourſe curâ editum eſt anno 1692. quinto ſcil. poſtquam vir pius juxtà ac doctus vitam hanc meliori commutaverat: fato enim conceſſit anno 1687. die 2. Septembris. Liber ille titulum hunc præfert:

Le Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Geneviéve. Paris 1692. fol.

& cum alia complectitur Antiquariæ ſupellectilis monumenta, tum in quatuor æneis tabulis nummos veteres ex ære, argento, auro, quibus ponderis ac valoris nota appoſita eſt, ac in totidem tabulis nummos Imperatorum ex ære integros, exceptis nummis primi moduli, quorum averſæ partes ſolæ comparent cum epigraphe capitis. Omnibus breves nec ineruditæ notæ adjunctæ ſunt Sculpta etiam in quinque tabulis, & deſcripta numiſmata Patavina, hoc eſt ea quæ Alexander Baſſianus, & Joannes Cavinus, Patavini, è nummis veteribus expreſſa cælarunt vergente ſæculo decimo-ſexto.

JOANNES PETRUS BELLORI.

JOANNI PETRO BELLORI, Reginæ Chriſtinæ Bibliothecario & Antiquario, Angeloni ſororis filio, tribui ſolent *Il Bonino, overo auvertimenti al Triſtano*, & *Scelta de Medaglioni più rari*, &c. de primo diximus in Angelono; alterum Joſephi Monterchii nomen præfert, quod verum eſſe nomen viri docti à Bellorio diverſi, nec affirmo, nec nego. Alia ſunt opera, quibus Bellorius nomen ſuum præfixit: primum enim cum Symbolicâ Dianæ Epheſiæ ſtatuâ à Menetreio expoſitâ, publicavit Romæ anno 1657. *Numiſmata Epheſia & aliarum urbium apibus inſignita*, in ſeptem æneis tabellis, quibus eruditiſſimos Commentarios adjunxit. Ejus etiam ſunt

Nummus Antonini Pii de anni novi auſpiciis explicatus, ac Diſſert. de nummo Commodi & Annii Veri Cæſ. Romæ 1696. 8.

quæ Diſſertationes ad calcem Monterchii iterum prodierunt Amſtelodami: & utiliſſimum opus,

L'Hiſtoria Auguſta da Giulio Ceſare à Coſtantino il Magno, illuſtrata con la verita dell' Antiche Medaglie, da Franc. Angeloni, ſeconda impreſſione. In Roma 1685. fol.

Angeloni enim σφάλματα haud pauca, cùm ex illius ſchedis, tum ex ingenio ſuo emendavit Bellorius, præterea averſas partes quæ deſiderabantur in Angeloni tabulis quàm plurimæ, cælari curavit, expreſſas è nummis Reginæ Chriſtinæ.
Quidni etiam ad hunc referatur

Colonna Trajana, &c. nuovamente diſegnata & intagliata da Pietro S. Bartoli, con l'eſpoſitione d'Alfonſo Ciaccone, accreſciuta di Medaglie, Inſcrittioni e trofei. In Roma fol.

eum poſt columnam in grandi tabulâ æneâ cælari curaverit Bellorius quadraginta numiſmatum, quæ ad expeditionem Dacicam pertinere videbantur, averſas partes. Poſtremo

Veteres arcus Auguſtorum triumphis inſignes. Romæ 1690. fol.

hîc quoque memorandi ſunt, quod eos nummis ornavit vir doctus, ac præterea duodecim arcus è totidem nummis maximâ formâ expreſſis repræſentavit: quos nummos in extremo tabulæ æneæ margine deſcripſit integros, cum eorum averſas duntaxat partes cælari curaviſſet.

JOANNIS REISKII, Guelferbytenſis Scholæ Rectoris, quem hoc ſæculo, die ſcil. 25. Maii anni 1701. obiiſſe legimus, vidimus JOANNES REISKIUS.

Exercitationes de Vaticiniis Sibyllinis, pluribuſque quotquot Chriſti natalem præceſſiſſe leguntur. Lipſiæ 1688. 8.

quarum mentionem idcirco facimus, quòd iis acceſſit de nummo Sibyllino Imp. Commodi & Troadenſium Diſſertatio, in quâ Reiſkius Triſtani & Patini ſententiam, Herophilen illic expreſſam fuiſſe, propugnat, aliaque de ſacris illis vatibus haud vulgo cognita congerit: ſed viri docti, aut ejus qui libelli edendi curam in ſe receperat, oſcitantiam mirari ſubiit, qui in titulo Diſſertationem de duobus nummis pollicitus fuerit; prætereaque hanc iterum, & quidem continenter ſub prælo ſudare juſſerit, primùm cum Appendicis elogio; deinde cum titulo falſo, quaſi nempe Cumanorum fuiſſet nummus ille, qui Troadenſium erat.

Ad hæc tempora pertinent aliquot eruditorum Gallorum diſſertationes, quas breviter indicabimus: primæ tres FRANCISCI GRAVEROL ſunt, Cauſidici Nemauſenſis, *de nummo Trajani*, in quo triumphus Serapidis depictus; *de nummo Tyriorum*, quem Alexandri M. ætate cuſum exiſtimat; & *de nummo Græco in quo Panis nomen expreſſum*: quarta eſt JOANNIS PETRI RIGORD, nobilis Maſſilienſis, de nummo Herodis Antipæ, cujus ope Chriſti natalem annum inveſtigat: hæ tres gallicè ſcriptæ, & in 4. editæ ſunt; ſed prima anno 1687. altera & quarta anno 1689. tertia anno 1690. FRANCISCUS GRAVEROL. JOANNES PETRUS RIGORD.

Quinta Diſſertatio à CLAUDIO NICASIO, nobili Velauno, qui octo & CLAUDIUS NICAISE.

ſeptuaginta annos natus in patriâ ſuâ obiit menſe Octobri anni 1701. ſcripta eſt *de nummo Pantheo Hadriani Imp.* in eâque vir doctus cum nonnulla de conſecrationibus veterum haud vulgo nota monuit, tum etiam peculiarem inter Hadrianum & Alexandrum M. inſtituit comparationem, quæ vel ob argumenti novitatem & inſolentiam legenda videtur. Edita Lugduni eſt anno 1690 4.

NICOLAUS TOINARD. Cæteræ ſunt NICOLAI TOINARD, Nobilis Aurelianenſis, viri eruditiſſimi, ſed in his ſtudiis minùs verſati: & in primâ quidem *Trajani & Caracallæ Alexandrina duo Numiſmata* exhibuit, eaque ad Alexandriam Ciliciæ pertinere demonſtravit: in alterâ verò quæ cum ſuperiori edita eſt anno 1689. 4. *de Galbæ Numiſmate Ægyptiaco*, novam Imperii annos numerandi rationem inire voluit, quam pauci probaverunt. Operam etiam luſit in tertiâ, cujus titulus eſt,

De Commodi Imp. ætate in nummis inſcripta. Pariſ. 1690. 4.

in hac enim Commodi non Imperii, ſed ætatis annos in pleriſque ejus nummis conſignatos fuiſſe contendit; atque ut eam opinionem tueretur, quam huic in mentem venire potuiſſe perſæpe miratus ſum, varios nummos pro arbitrio ſuo emendat, ut appareat virum doctum non ſatis intellexiſſe quid intereſſet inter libros ab imperitis ſæpe deſcriptos, & integerrima hæc veteris ævi monumenta.

RAPHAEL FABRETTUS. RAPHAELEM FABRETTUM, Urbinatem, principem locum inter Antiquarios Romanæ urbis obtinuiſſe exiſtimant viri eruditiſſimi, quorum judicium plurimi facimus. Hujus eſt,

De Columnâ Trajani Syntagma. Romæ. 1690. fol.

quod cùm nummis quamplurimis ubique diſtinctum ſit, tùm caput nonum complectitur numiſmata omnia quæ Fabrettus arbitratus eſt occaſione utriuſque in Dacos expeditionis percuſſa fuiſſe. Una verò cum eximio illo opere prodiit, & ipſa cum nummis non paucis *Explicatio veteris tabellæ anaglyphæ, Homeri Iliadem, & Ilii excidium continentis*; quæ quidem auctoris famâ digniſſima eſt; ſed in utroque ſyntagmate numiſmata omnia novo quodam ac prorſus ſingulari modo exhibuit Fabrettus; nam ut ſumptibus conſuleret circulos duos in buxo cælari curavit, intrà quorum alterum caput deſcripſit & capitis epigraphen, intrà alterum aversæ partis epigraphen & typum, & quidem minutis, nec admodum nitidis literis.

HENRICUS NORIS Card. Hic memorandus eſt Purpuratorum decus, Emin. Cardinalis HENRICUS NORIS, qui Veronæ natus eſt die 29. Auguſti anni 1631. Auguſtinianorumque ordini adſcriptus, & Pelagianâ Hiſtoriâ jam clarus, Florentiam à Magno Etruriæ Duce literarum patrono accitus eſt anno 1674. primumque Ejus Theologus, mox Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Lector in Piſanâ Academiâ fuit: & cum in utroque munere ſe & Principi ſuo, & Sanctiſſimo Patri approbaſſet, inter S. R. E. Cardinales allectus eſt exeunte anno 1695. ſummamque Bibliothecæ Vaticanæ præfecturam accepit: poſtremo decurſo duorum & ſeptuaginta annorum, prætereaque ſex menſium ſpatio, vitam hanc meliore, ut ſperamus, commutavit anno 1704. die 23. Februarii. Hujus varia

quæ

quæ huc pertinent opera Eruditorum manibus ſummâ cum animi voluptate teruntur. Primum hunc titulum præfert:

> *De duobus Nummis Diocletiani & Licinii Diſſertatio duplex &c. cum Auctario Chronologico de Votis Decennalibus Imperatorum & Cæſarum.* Patavii 1676. fol.

quo in opere primùm nummum ſingularem Diocletiani, è gazâ Mediceâ, in quo ipſe tertiùm & Maximianus Conſules dicuntur, accuratiſſimè explicavit, hujus ope Faſtos ab Onuphrio Panvinio depravatos emendavit, de triumphis nova quædam, aut non ſatis diligenter ab aliis tractata congeſſit, ac denique Diocletiani & Maximiani res geſtas, Carauſiique tempora illuſtrare conatus eſt. Deinde ſingularem Licinii nummum enarrare aggreſſus, anni quidem παραχρονισμῷ ſemper peccavit, quod literis ſingularibus quæ illâ ætate in imo nummorum margine expreſſæ ſunt, memoriam annorum quibus cuſi ſunt conſignatam fuiſſe crederet cum Goltzio, Occone, Mediobarbo, aliiſque ſuperioris ævi Antiquariis; nec minus in interpretandâ inſcriptione quæ Licinii caput ambit, LICINIVS AVG OB DV FILII SVI. conjecturâ aberraſſe mihi quidem videtur; hanc tamen ipſam diſſertationem eximiarum obſervationum quaſi floribus conſperſit. Poſtremo de Votis Decennalibus ideo diſputavit, ut oſtenderet ſoluta plerumque fuiſſe poſt exactum decennium, eorumque veluti hiſtoriam ab Auguſto, à quo inſtituta ſunt, veterum ſcriptorum & numiſmatum ope contexuit utiliſſimam profecto & eruditiſſimam. Alterum Noriſii opus, quod inſcripſit,

> *Epiſtola Conſularis.* Bononiæ 1683. 4.

ſuperiori non minùs utile videtur; in eo enim primùm ſeptuaginta Conſulum Collegia ab anno Chriſti 29. ad annum 229. in Faſtis depravata correxit, ſupplevit & illuſtravit; & Inſcriptionibus quidem præcipuè uſus, nummos tamen non neglexit, imo nullam Faſtos & Hiſtoriam ex iis reſtituendi occaſionem prætermiſit. Deinde quæ adverſus Conſulatuum Cæſareorum regulas ab Erud. Pagio concinnatas objiciebantur à doctis quibuſdam Italis, collegit, & illas regulas ex eorum mente, neſcio an etiam ex ſuâ, petitis è Domitiani Conſulatibus exemplis oppugnavit. Tertium doctiſſimi viri opus titulum hunc in fronte præfert:

> *Annus & Epochæ Syro-Macedonum, in Vetuſtis Urbium Syriæ nummis, præſertim Mediceis expoſitæ.* Florentiæ 1689. fol.

& in quinque diſſertationes tributum eſt, quarum primâ de anno ac menſibus Macedonum, alterâ de Epochâ ſive ærâ Seleucidarum accuratè diſputat, tribus poſtremis urbium Syriæ, Phœnices, Palæſtinæ Epochas demonſtrat ex nummis, quos, ubi opus eſt, lectorum oculis objicit in æs inciſos, atque ita deſcribit, ut nihil quod vel ad conditarum urbium tempus, vel ad earum numina aut ſymbola ſpectet, ſi quæ illorum in nummis veſtigia apparent, prætermittat. His Diſſertationibus ſubjuncta eſt ad Erud. Pagium *Epiſtola de nummo Herodis Antipæ*, qui in Muſeo D. Rigordi, de quo ſuprà, aſſervabatur: & ex eo nummo doctiſſimus Cardinalis non annum ſolum quo Herodes in exilium ejectus eſt, colligit, ſed infinitæ etiam &

concertationum plenæ de anno Natali Chriſti diſputationi finem imponi tandem poſſe indicat. Epiſtolam verò præcedit Appendix Numiſmatum plurimorum quæ in Diſſertationibus deerant, & ad Noriſium miſſa ab Eruditis Gallis fuere, cum ejus liber jam in lucem prodiiſſet.

Supereſt unum opus quod à Noriſiō ſuppreſſum, hoc vita functo editum eſt cum hoc titulo :

Henrici Noriſii S. R. E. Card. Parænesis ad V. C. Joan. Harduinum, &c. Amſtelodami 1709. in 12.

hoc in libello de nummorum aliquot quà Græcorum quà Latinorum interpretatione contra Harduinum diſputat.

JACOBUS DE WILDE.

De JACOBI DE WILDE, Batavi, opere, quod inſcripſit,

Selecta Numiſmata antiqua ; ex Muſæo Jacobi de Wilde. Amſtelodami 1692. 4.

nonnulla monendus eſt lector. Numiſmata hoc in libro centum & quinquaginta tria in quinque & viginti æneis tabellis cælata ſunt integra, Regum, Populorum, Urbium Græcarum, Coloniarum, Imperatorum Romanorum, pleraque rariſſima. Reges & Reginæ ab Amynta Macedone ad Herodem Agrippam Philoclaudii filium, quinque primas tabellas occupatunt ; ſolus Pharnaces cum ſeriùs veniſſet, locum in tabellâ XXV. obtinuit : in cæteris omnia confuſa & indiſtincta ſunt, quod ut ipſe monuit, non ſculptor in exprimendis numiſmatibus ſcripta ; verùm ſcripta, enarrando & explicando, ſculptorem ſecuta ſunt. Vitium tamen hoc præclarè emendavit Erud. Batavus in rerum Indice, quem unum omnium ad illam ætatem accuratiſſimum vidi ; in hoc enim cum omnia ordine recenſuit, tum peculiares indices confecit, Deorum Dearumque, Regum & Reginarum, Imperatorum, Auguſtarum, Regionum, Urbium, ac denique ſymbolorum. Quod ad Commentarios ſpectat, in his profecto Wildius nullius ſcripta ſibi in exemplum propoſuit, ita à cæteris omnibus diverſi ſunt : non enim ſingulos nummos, ut plerique omnes, explicare contentus fuit ; ſed de omnibus quæ in iis occurrunt, ſingulatim diſſeruit ; ita ad primam tabellam, occaſione exuviarum Nemæi Leonis, quem

Primus anhelantem duro Tyrinthius angens
Pectoris attritu ſua fregit in oſſa,

duodecim Herculis labores enumeravit, & quibus in nummis antea editis depicta ſint, indicavit : ita quod nummus 39. Dioſcurorum pileis ſtellatis cælatus eſt, quæ de iis prodita ſunt à veteribus enarravit, nec omiſit urbes quæ nomen ab iis accepere : ſi cæteras ad idem exemplum deſcriptas obſervationes perſequi vellem, totus penè liber exſcribendus foret : quod enim in Diis & Deabus, idem in Urbibus præſtitit ; hoc eſt ad earum numiſmata congeſſit, quicquid vel ex aliis earum nummis antea editis, vel ab antiquis & à recentibus Scriptoribus, quod ad earum originem, nomina, numina, ſymbola pertineret, diſcere potuit : adeoque ſi quæ harum honorifico quodam titulo inſignis eſt, cæteras quæ eodem ornatæ erant, recenſuit : nec indiligentior ubi de Regibus, ac Reginis dicendi occaſio ſeſe obtulit,

aut ubi alia in nummis notatu digna offendit, notas omnes ſuas ita ſcripſit, ut timuiſſe videatur, ne ſcrinia ſua non ſatis citò exhauriret.

JOANNES CHRISTOPHORUS OLEARIUS.

Joannis Christophori Olearii, Hallenſis Saxonis, Philoſophi & Medici, ac denique Verbi Divini Miniſtri apud Arnſtadienſes, ſimulque Inſpectoris & Bibliothecarii, duæ extant Epiſtolæ; prima

> *De nummo (uti vocant) conturniato M. Aurelii Antonini.* Jenæ 1692. 4.

in quâ primùm de nummis conturniatis in univerſum, mox de Tribunitiâ Poteſtate, deinde de Victoriâ & veterum trophæis diſputat, ac denique rationes profert, cur nummum hunc pertinere exiſtimet ad nobilem illam victoriam de Quadis, fulminatricis legionis precibus & armis partam. Altera eſt

> *De nummo L. Septimii Severi, in quo Mars cum ſcalis.* Jenæ 1692. 4.

quo nummo Byzantii à Severo captæ memoriam conſignatam fuiſſe arbitratur. Ut auctorem indoctum non eſſe, ita multa ab eo reſecanda, aut accuratiùs pertractanda fuiſſe facilè quivis intelliget. Utraque epiſtola iterum edita eſt Hamburgi anno 1709. curâ Chriſtophori Woltereck.

FRANCISCUS CAMELUS.

Franciscus Camelus, Italus, Chriſtinæ Suecorum Reginæ Antiquarius, Numiſmatum quæ in ejus Muſeo Romæ aſſervabantur ſeriem ita edidit, ut eas divitias oſtentare magis, quàm cum viris ſtudioſis communicare, theſaurumque illum non tam recludere, quàm de eo Dominæ ſuæ gratulari voluiſſe videatur; deſcriptiones enim Numiſmatum Imperatorum hoc in opere non jejunæ ſolùm, quales in Mediobarbo & Occone, ſed mancæ ac mutilæ ſunt, in quibus partem adverſam ſæpiſſimè, averſæ etiam epigraphen non rarò deſideres: Conſulares verò & veterum Regum nummos plerumque ne deſcripſit quidem, ſed horum numerum duntaxat dedit, illos certis quibuſdam notis ad Fulvii Urſini Familias Romanas accommodatis indicavit:

> *Nummi antiqui aurei, argentei, ærei primæ, ſecundæ ſeu mediæ, minimæ & maximæ formæ, Latini, Græci, Conſulum, Auguſtorum, Regum & Urbium, in Theſauro Chriſtinæ Reginæ Suecorum, &c. Romæ aſſervati &c.* Romæ 1692. 4.

Theſaurum meritò appellat, in quo Numiſmata veterum Regum & Urbium argentea & ærea; clarorum virorum ærea maximæ formæ: Familiarum Romanarum aurea & argentea: Imperatorum, aurea ad Alexium Comnenum, argentea ad Phocam; ærea maximæ formæ ad Alexandrum Severum; primæ ad Phocam, mediæ & minimæ ad Juſtinianum: poſtremò aurea quæ ad certam claſſem referri non potuerunt. Ex his numiſmata primæ formæ Reginæ juſſu inciſa in quadraginta æneas tabulas fuiſſe, monet Vaillantius in Præfatione Numiſmatum in Coloniis cuſorum.

BURCARDUS GOT-

Burcardus Gotthelff Struvius, in Jenenſi Academiâ Hiſtoriæ Profeſſor Primarius, cùm variis in gratiam ſtudioſorum libellis con-

THEIFF STRUVIUS ſcriptis prima ſcientiarum elementa tractavit, tum etiam Antiquarium informare conatus eſt

Bibliotheca Numiſmatum antiquiorum. Jenæ 1693. in 12.

Et in hac quidem primùm recenſet auctores qui de nummis ſcripſere; deinde ſeriem edit Familiarum & Principum Romanorum, quorum numiſmata ad nos pervenere; poſtea quæ nomina iis dari olim ſolita ſint, & quibus è metallis conſtent edocet; mox eorum typos & inſcriptiones in certa quædam capita diſtribuit, de iiſque incertum majori brevitate an eruditione diſſerit; poſtremo voces literâ ſingulari, aut alioqui per compendium ſcriptas explicat. Quoniam verò ſunt qui arbitrantur Bibliothecam hanc ita accuratè adornatam eſſe, ut vix quidquam abſolutius confici poſſe deſperent, hos pro more noſtro candido monemus, idem Struvio in recenſendis ſcriptoribus, quod antea Philippo Labbe, uſu veniſſe videri, ut plerorumque titulos ex aliorum Bibliothecis jam editis peteret: alioqui nec Paulum Petavium ob *Veterum nummorum* ΓΝΩΡΙΣΜΑ retuliſſet inter eos qui Introductionem, ut cum ipſo loquamur, ad rem nummariam ſcripſerunt, & facilè intellexiſſet ſuperiorem libellum à Patino recenſeri cum falſo titulo *Numiſmata vetera atque nova:* nec duos velut diverſos in Numiſmata Arſchotana Commentarios Alberti Rubenii & Caſperii Gevartii nominaſſet; nec denique capite quinto commendarâ Diſſertatione Caroli du Freſne de Numiſmatibus inferioris ævi, mox laudaſſet Ducangii Diſſertationem.

POLYCARPUS TENZELIUS. POLYCARPI TENZELII, Germani, operâ & ſtudio prodiere in æneis tabellis tribus, aliquot

Selecta Numiſmata aurea, argentea, & ærea maximi moduli ex Nummophylacio Ill. Comitis Schvvarsburgici. Jenæ 1693. 4.

quibus ſubjuncti ſunt ejuſdem Commentarii prolixi & erudiri.

JOANNES WEIDNERUS. Extat etiam JOANNIS WEIDNERI, Auguſtani, lucubratio non inelegans, cum hoc titulo:

Pietas in nummis antiquioribus delineata. Jenæ 1694. 4.

in quâ ſunt primum æneæ tabellæ duæ numiſmatum, in quibus Pietas expreſſa eſt, aut ejus ſymbola occurrunt, accuratiſſimè cælatorum, deinde in illa Commentarius prolixior.

CASPAR SAGITTARIUS. CASPAR SAGITTARIUS, Luneburgenſis, Hiſtoricus Saxonicus, hîc nominandus eſt, non quòd Commentaria in nummos ſcripſerit, quæ hactenus nulla à doctiſſimo viro confecta audivimus; ſed quia in *Introductione ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam, & ſingulas ejus partes,* quæ Jenæ anno 1694. edita eſt in 4. capite 23. de iis qui veteris ævi Hiſtoriam nummorum ope illuſtrare, aut reſtituere aggreſſi ſunt, diſſeruit, & quidem accuratiùs multo, quàm ab ullo antea factum fuerat.

ABRAHAM SELLERUS. De ABRAHAMI SELLERI, Londinenſis, opere inſcripto,

The Antiquities of Palmyra, &c. London 1696. 8.

ſive

ſive Antiquitatibus Palmyrenis, Urbis illius hiſtoriam uſque ad noſtram ætatem complexis, pluribus dicere alienum quidem eſt ab inſtituto noſtro; ſed tres quatuorve ejus obſervationes indicare haud inutile fortaſſe erit: ſcilicer cum omnes Hadrianopolitanorum nummos cæteri Antiquarii exiſtiment cuſos fuiſſe in Thraciâ aut in Cyrenaicâ, quod in utrâque Provinciâ urbs nobilis, cui Hadrianopoli nomen, extiterit; duos nummos Sellerus ad Palmyram refert: primum Hadriani, ΑΔΡΙΑΝ....ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. in quo Mulier ſcopulis inſidens, dextrâ pateram tenet, & lævo humero trophæum gerit; alterum Caracallæ, ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. cum Sagittario: ſuamque opinionem quadruplici argumento firmat, quod Palmyra ab Hadriano reſtaurata ſit; quod eam Metropolim fuiſſe ſcribat Ptolemæus, quod tumulis paſſim cincta ſit, quod ſagittariis militibus olim præſtiterit. Idem Odenathi, Ignatii, Egnatii nomina à ſe invicem diverſa non eſſe ſcribit, indeque rationem reddit, cur in aliquot nummis Græcis Egnatius dictus fuerit Gallienus, cujus etiam nummos Latinos PAX AUGG. CONCORDIA AUGG. exiſtimat tum cuſos fuiſſe, cum Odenathum Auguſti titulo auxit. Non minus ſingulare eſt quod monet in nummis Græcis Vabalathi, ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟC ΑΘΗΝΟΥ, diſtrahendum eſſe poſtremum nomen, ex iiſque duo conficienda nomina ΑΘΗΝαίου ΟΥωρώδου ſupple υἱός, ut intelligatur Vabalathum Herodis filium, Odenathi nepotem fuiſſe: in ejuſdem Latinis, in quibus cum cæteris perperam legit UCRIMPR. & UCRIMPP. vel mentionem fieri *Urimæ*, aliàs *Urimæ* Metropoleos Cyrrheſticæ, quam Provinciam Vabalathus nactus fuerit, vel eum dici *Virum Clariſſimum*, *Rectorem Imperii Orientalis.*

OLIGER JACOBÆUS.

Eſt Hafniæ in Regiâ Daniæ Bibliothecâ Muſeum variis divitiis refertum, quas inter eminent Numiſmata, cùm Daniæ Regum plurima, tùm etiam haud pauca Imperatorum Romanorum: quod Muſeum deſcribere cum inſtituiſſet OLIGER JACOBÆUS, nobilibus parentibus in Cimbricâ Cherſoneſo natus, Medic. & Philoſ. Profeſſor Regius Hafniæ, qui vivendi finem fecit anno 1701. die 18. Junii, duas operis ſui partes eſſe voluit, & in primâ quidem res naturales recenſuit, in alterâ verò res artificiales, & has inter Numiſmatis quintum locum aſſignavit:

> *Muſeum Regium, ſeu Catalogus rerum tam naturalium, quàm artificialium, quæ, &c. Hafniæ aſſervantur.* Hafniæ 1696. fol.

Numiſmata illic ſervantur Principum Romanorum à Julio Cæſare, aurea ad Anaſtaſium, argentea ad Tetricum, ærea ad Julianum: deſcriptio eadem quæ in Occone & Mediobarbo; notæ raræ, & breviſſimæ.

JOANNES BURCARDUS MENCKENIUS.

JOANNES BURCARDUS MENCKENIUS, Lipſienſis J.C. Hiſtoriæ in Patriâ Profeſſor, Schediaſmate anno 1696. in 4. edito de monogrammate quo Chriſti nomen Sacratiſſimum indicari olim ſolitum eſt, quæſivit primùm, quis fuerit in nummis Ægyptiis ante Chriſtum natum ejus monogrammatis ſenſus, variorumque ſententias, aut veriùs conjectationes collegit; deinde quis ejus uſus à Chriſto nato fuerit.

CHRISTOPHORUS CELLARIUS.

Utri adſcribenda ſit Diſſertatio adverſus Harduini librum de nummis Herodiadum, inſcripta,

Flaviana Herodum Hiſtoria aſſerta, & nummis antiquis conciliata, &c. Halæ Magdeburgicæ 1696. 4.

Joanni Justo Bdelung, qui eam ad diſputandum propoſuit, an Christophoro Cellario, Hiſtoriæ & Eloquentiæ Profeſſori Primario in Academiâ Fridericianâ, ac Diſputationis Præſidi, haud ſatis ſcio; quanquam huic tribuere malim, viro, magni, dum vixit, nominis, quod aliquot operibus nobilitavit; eſt enim planè elegans hic libellus, itaque ſcriptus ut nihil in eo luxuriet, nihilque brevius dici queat; quâ de cauſa ejus σύνοψιν exhibere ſine ſtultitiæ notâ non poſſumus.

CAROLUS HEIDANUS. Carolus Heidanus, Lugduno Bat. à Secretis Ration. Publ. non parvam manum nummorum veterum collegerat, quam cum heredes ejus diſtrahere vellent, eorum indicem curaverunt parari quàm breviſſimum, qui quidem pàlam prodiir cum hoc titulo:

> *Theſaurus Elegantiſſimus Vett: tam Græcorum, quàm Romanorum, aliorumque Numiſmatum ex auro, argento, ære, &c. quem &c. collegit D. Carolus Heidanus &c.* Lugduni Batav. 1697. in 8.

In hoc Theſauro Numiſmata Græca ſunt & pauciſſima, & peſſimè deſcripta; Conſularia ſive Familiarum multo plura, ſed quæ in Fulvii Urſini recognitione antea prodierant, ea ne quidem deſcripta ſunt, ſed numeris indicata, quæ verò deſunt in Patino, perpauca numero ſunt. Sequuntur nummi argentei Imperatorum, ac deinde ærei; in utriſque ordinem rabularum Arſchotanarum anni 1654. ſecutus eſt qui Theſaurum digeſſit; ſed eo artificio, quod cum ipſe non prodiderit, nos libenter detegemus, ut uſui eſſe poſſit Index ille in quo rariſſima numiſmata interdum reperimus: qui ſcil. nummi illud Imperatoris caput habent, quod unum cælatum eſt in Tabulis, agmen ducunt, eos ſequuntur in quibus diverſæ ſunt capitis epigraphæ quæ in Tabulis deerant; in utriſque verò non paucæ ſunt averſæ partes, quæ in Arſchotano Cimelio deſiderabantur. Aurei nummi ſubjuncti ſunt haud plures quinquagenis.

MARCUS MAIER. De re literariâ optimè meruit Marcus Maier, cujus curâ prodiit tertium Parutæ Sicilia, cum hocce titulo:

> *La Sicilia di Filippo Paruta, &c. hora in miglior ordine diſpoſta, &c.* In Lione 1697. fol.

nimirum in hac tertiâ editione, cùm omnia quibus alteram locupletaverat Leonardus Auguſtinus, tùm etiam hæc nova occurrunt: Breves totius Inſulæ primùm, deinde ſuis locis ſingularum urbium, quarum numiſmata hîc exhibentur, deſcriptiones, ſimul notæ in ſingula numiſmata, ſuccinctæ quidem, eruditæ tamen, & quales expectari fas erat ab eo viro qui rem nummariam datâ operâ illuſtrandam non ſuſcepetat.

JOANNES EVELYN. Joannes Evelyn, Anglus, patriâ linguâ conſcripſit Introductionem, ut vocant, ad nummorum ſcientiam, cui titulum hunc præfixit:

Numiſmata a Diſcourſe of Medals antient and Modern, &c. London 1697. fol.

Hæc novem capitibus conſtat, in quibus diſſerit de præſtantiâ & uſu numiſmatum, quatenus memoriam rerum geſtarum ſervant, & tutiſſima ſunt veteris ævi monumenta; de effigiebus in iis cælatis, ac de ornamentis Conſulum & Imperatorum, de averſis partibus, de inſcriptionibus, de literis ſingularibus, ac de vocibus per compendium literarum ſcriptis, de ratione numiſmata vera à falſis cognoſcendi, de iis qui nummis colligendis & illuſtrandis operam dedere, de optimo nummos in ordinem diſponendi modo, poſtremo de arte multiplices hominum naturas è vultuum inſpectione cognoſcendi. In his porro argumentis, & in cæteris quæ omittimus, cum recentiores non pauci verſati ſint ante Evelynum, utrum novi quiddam conterraneos ſuos docuerit neſcimus; ſed profecto novam tyronem inſtituendi viam iniit: tametſi enim de nummis veteribus, non minùs quàm de recentibus acturum ſe eſſe promiſiſſet, nullos tamen propemodum, niſi recentes & proximâ ætate cuſos in æs incidi curavit.

Numiſmata maxima è Muſeo Emin. Card. Gaſparis Carpegna, ſed perpauca numero, à Joſepho Monterchi illuſtrata antea vidimus: eadem ad centum & triginta edidit PHILIPPUS BUONARROTI, Florentinus, Senator ampliſſimus, cum ejuſmodi notis, quas doctiſſimus quiſque ſuas eſſe vellet; PHILIPPUS BUONARROTI.

Oſſervazioni Iſtoriche ſopra alcuni Medaglioni antichi. Roma 1698. fol.

cum enim vir acri & limato judicio non minùs, quàm præclarâ eruditione atque doctrinâ pollens, probè noſſet, pleraque numiſmata nec ſine Scriptoribus intelligi poſſe, & eos mirum in modum illuſtrare; in id unum incubuit, ut quæ ab Hiſtoricis traduntur, vel ad Imperatorum mores & res geſtas, vel ad Græciæ antiquitates pertinentia, eorum veſtigia in nummis inveſtigaret; ac viciſſim ſi quæ in monumentis illis perſpicuè conſignata ſint, ut hæc à Scriptoribus non omiſſa demonſtraret: & utrumque ita præſtitit, ut eum modeſtiæ ſuæ obſecutum magis, quàm veritati conſuluiſſe appareat, dum librum ſuum rudem & indigeſtam dubiorum molem eſſe ita libenter confeſſus eſt, ut etiam profiteri videretur; nam & plurima quæ antea fortaſſe in dubitationem adduci poterant, graviſſimis argumentis firmavit, & præclarâ luce perfudit ea, quorum fides nondum certa eſt.

Quod ab Huberto Goltzio, Wolffgango Lazio, & Jacobo Strada patrum noſtrorum ætate, idem quadraginta fermè ab hinc annis ſuſceptum eſt ab ANDREA MORELLIO, Helvetio Bernate: omnes enim Græcos & Latinos nummos, prætereaque Judaicos, & gentium barbararum, in æs inciſos publico exhibere aggreſſus eſt, ſuæque in pretioſiſſimis monumentis exprimendis induſtriæ & accurationis ſpecimen edidit, ſemel Pariſiis anno 1683. deinde auctius poſt duodecim annos, cum variis caſibus jactatus, certam ſedem apud Set. Principem Schwartzburgicum tandem reperiſſet. ANDREAS MORELLIUS.

Andreæ Morellii, &c. Specimen rei nummariæ antiquæ. Lipſiæ 1695. 8.

Præter abſolutiſſimam nummorum omnium, qui in Theſauro Chriſtianiſſimi Francorum Regis ante annum 1690. ſervabantur, picturam, extant in ampliſſimo eodem Theſauro ejuſdem Morellii libri ſex, quos aliquoties ſummâ cum animi voluptate evolvimus; levi quidem, ſed eruditâ manu picti; nullius enim peritiam hac in arte magis enituiſſe fatendum eſt. Horum librorum primus numiſmata aurea & argentea complectitur; illa quidem ad Heraclium, hæc verò ad Zenonem; & quidem argenteorum plerorumque averſas partes ſolùm; ſed quæ ex utroque metallo maximæ formæ erant, ſimul compegit Morellius, & cæteris præfixit. Altero collecta ſunt numiſmata ex ære maximo, Urbis Romæ, Auguſti, ac cæterorum Principum uſque ad Juſtinianum; deinde Alexandri, Olympiadis, Virorum aliquot illuſtrium: ſimulque compacta eſt ſeries nummorum ex ære primi moduli, quæ ad Juſtinianum quidem perducta eſt, ſed perpauci ſunt à Criſpo. Maximam etiam ſegetem æreorum ſecundi & tertii moduli, horum ad Iſaacium Deſpotam, illorum ad Joannem Zimiſcem, volumina duo, tertium & quartum, complectuntur: at quinto ſunt numiſmata Familiarum, & incerta: quibus Morellius ſubjecit nummos varios à Triſtano, Strada, aliiſque obtruſos, quorum ſinceritatem plerique, nec immerito, in dubium vocant. Sextus denique liber Regum, Virorum Illuſtrium, Urbium numiſmata Græca exhibet: quamobrem eorum quæ deliniaverat molem ad viginti millia jam tum excreviſſe, cum in arcem, quam Baſtilianam vocant, incluſus eſt, non fruſtra jactitaſſe videtur. Poſtquam è carcere emiſſus, Germanico cælo reſtitutus eſt, intermiſſum, imo interverſum opus adeo alacriter repetiit, ut ſuprà quinque & viginti nummorum millia intrà breviſſimum tempus collegerit; ſed propè immenſi, & rei literariæ utiliſſimi operis nihil ad nos pervenit, præter hoc, de quo loquimur, Specimen, in quo centum & ſeptuaginta quatuor numiſmata, ex omnibus generibus ſelecta, in æs inciſa ſunt, cum notis haud vulgaris ſaporis. Æneas tamen tabulas ſuprà quinquaginta apud Thomam Fritſchium Typographum Lipſienſem, cujus ſumptibus ſcalptæ ſunt, extare non ita pridem monebat Wilhelmus Ernеſtus Tenzelius Biblioth. Cur. tom. 1. pag. 508. ipſeque Morellius in Epiſtolâ ad Perizonium, anno 1701. Numiſmatum Imperatorum partem his tabulis contineri ſcripſit; ſed quominus abſolverentur, per valetudinem eruditiſſimi Antiquarii ſtetit, qui diuturniori morbo conflictatus, poſtremo vitam morte commutavit anno 1703. cum novam Conſularium nummorum editionem, Patinianæ haud abſimilem, ſed accuratiorem & auctiorem urgeret, quæ & ipſa acerbo hominis fato intercepta eſt. Cæterum ſi quæ Morellii picturæ in Germanicis gazis deliteſcunt, has nemini magnopere profuturas conjicimus, niſi qui in veteribus nummis aſſiduâ contrectatione exercitus fuerit, ac peritiſſimo Chalcographo uſus fuerit, qualem fuiſſe Ertingerum, Helvetium, ante paucos annos experti ſumus; idcirco enim omiſſam nummorum Imperatorum ſcalpturam teſtatus eſt vir doctiſſimus, quod eos, dextrâ manu captus, deliniare nequiret. Laudatam epiſtolam in *Electis Rei Nummariæ* Hamburgi editis anno 1709. leges, ſi voles, nec operam malè collocaveris; eruditiſſima enim eſt; plurimaſque

rimaſque in nummos Conſulares obſervationes Morellius in eam congeſſit.

JOANNES DU BOS, novam Gordianorum hiſtoriam ante viginti annos, & quod excurrit, Gallico ſermone ſcriptam edidit ; JOANNES DU BOS.

Hiſtoire des quatre Gordiens, prouvée & illuſtrée par les Medailles. Paris 1695. in 12.

in quâ Gordianos quatuor ſtatuit, duos ex his Africanos ; tertium Africani Jun. filium, quem Cæſarem tantum fuiſſe, & eodem tempore, quo patrem & avum periiſſe conjecit ; quartum, qui Pius dicitur, ac primum Cæſar, deinde Auguſtus fuit. Virum doctum in errorem impulit Capitolinus, dum ſcripſit de Gordiani Pii parentibus non conſtare ; pleroſque enim hunc Gordiani ſenis filiâ natum ; alios, atque in his Dexippum, alterius Africani filium fuiſſe teſtari : ſcil. cum aut veteres, & Gordiano Pio coævos ſcriptores cæcutiiſſe in ſuorum temporum hiſtoriâ, aut in his exſcribendis Capitolinum erraſſe oporteret ; hoc, quod benignius videbatur, ſecutus eſt ; & è duobus Cæſaribus, quorum unus Africano Jun. alter Metiâ Fauſtinâ natus erat, unum Gordianum de cujus parentibus hiſtorici inter ſe turpiſſimè diſſentirent, conflatum ab hoc fuiſſe exiſtimavit. Verum quid de eâ opinione ſentiendum ſit ; ſimul quàm verùm ſit, quod ibidem legitur, Gordianum Cæſarem in nummis à Pio diverſum videri, non Gallandius ſolùm oſtendit in Epiſtolâ Gallicâ :

Lettre touchant l'Hiſtoire des quatre Gordiens. Paris 1696. in 12.

verum etiam Cl. vir Giſbertus Cuperus in

Hiſtoria trium Gordianorum ex Numiſmatibus. Daventriæ 1697. 8.

nec multum profuit Erud. viro opinionem ſuam propugnaſſe in libro inſcripto:

Pro quatuor Gordianorum hiſtoriâ Vindiciæ. Paris 1700. in 12.

niſi quod hinc apparuit, quantum in bonâ causâ potuiſſet, qui tantum potuerit in malâ. Ejuſdem tom. x. Antiq Roman. breves ſed eruditæ Animadverſiones extant ad Nicolai Bergerii libros de Publicis & Militaribus Imperii Romani Viis, quatuor nummis diſtinctæ, inter quos eum Hadriani nummum qui epigraphen habet TELLUS STABILITA, de ſiccato lacu Fucino explicat.

OTTHONIS SPERLINGII, Dani, Hiſtoriæ & Eloquentiæ Profeſſoris Primarii in Academiâ Hafnenſi, extat OTTHO SPERLINGIUS.

Ad nummum Furiæ Sabiniæ Tranquillinæ Aug. &c. Diſſertatio. Amſtelædami 1688. in 12.

quæ ita ſcripta eſt, ut nihil quod vel Auguſtæ ipſius hiſtoriam ſpectaret, vel in nummo expreſſum eſſet, inexplanatum reliquerit. Altera ejuſdem

Diſſertatio de nummis non cuſis tam veterum quàm recentiorum. Amſtelædami 1700. 4.

& ipſa ad hanc Bibliothecam quadantenus pertinet: ibi enim verſatur in eâ quæſtione, quam Inſtitutorum rei nummariæ ſcriptores leviter perſtringunt, quis monetæ cudendæ auctor fuerit; & veteres nummis non cuſis diutiùs, quàm hactenus creditum ſit, uſos in commerciis fuiſſe, demonſtrat, aut ſaltem demonſtrare conatur vir doctus, variis & multiplicibus argumentis quæ nunc recenſendi otiùm non eſt.

PETRUS BURMANNUS. PETRI BURMANNI Diſſertationem, quæ hunc titulum præfert

ΖΕΤΣ ΚΑΤΑΙΒΑΤΗΣ *in Cyrrheſtarum Nummis.* Trajecti Batav. 1700. 4.

indicaſſe ſuffecerit; quo namque in argumento verſatus ſit, ex ipſo titulo intelligitur; quod argumentum ejuſmodi eſt, ut ipſum per ſe lectores alliciat, de eoque breviter, niſi obſcurè dici non poſſit.

GISBERTUS CUPERUS. GISBERTUS CUPERUS, Daventriæ Conſul, & noſter in Regiâ Inſcriptionum Academiâ Collega, quem nuper amiſimus, tam eruditione, quàm natalibus, ac muneribus publicis quæ obiit, clarus, varia edidit opuſcula, in quibus quanti nummos faceret, oſtendit: ſingula quibus annis prodierint, indicabimus

Obſervationum libri IV. Ultrajecti 1670. & Daventriæ 1678. in 8.

in iis, ut ipſe in titulo monuit, multi auctorum loci, qua explicantur, qua emendantur, varii titus eruuntur, & nummi elegantiſſimi illuſtrantur.

Apotheoſis vel Conſecratio Homeri. Amſtelod. 1683. 4.

ad calcem additæ decem de totidem nummis Græcis ac Romanis diſſertatiunculæ, quæ habent quiddam novi: necnon Oratio qua demonſtratur utilitas, quam Principes ex nummis capere poſſunt.

Monumenta antiqua inedita. Trajecti ad Rhen. 1687. 4.

illic tria exhibentur ac illuſtrantur Græca numiſmata rariſſima.

Hiſtoria trium Gordianorum ex Numiſmatibus. Daventriæ 1697. 8.

in eâ viri docti, de quo ſuperiùs locuti ſumus, opinionem, quatuor fuiſſe Gordianos, refellit. Poſtremo ejus ſunt Epiſtolæ undecim ad Zachariam Goëſium, de quibus infrà dicturi ſumus.

JOANNES GEORGIUS GRÆVIUS. JOANNES GEORGIUS GRÆVIUS, Naumburgenſis Saxo, inter viros doctiſſimos locum ſibi vindicat, vel ob Theſaurum Antiquitatum Romanarum, qui duodecim in folio voluminibus complectitur doctorum virorum, qui rem Romanam illuſtrare conati ſunt opera omnia, cum elegantiſſimè edita, tum etiam nummis, ubi res tulit, diſtincta: in ſingulorum enim voluminum præfatione, quæ à ſcriptoribus quorum editionem accurabat, minus rectè tradita erant, benè multa emendavit Grævius, & quidem tam candidè, quàm eruditè, nec quod aliis in ſimili argumento accidere

ſolet, ex aliorum contumelia gloriam quæſivit; ſed veris laudibus ita omnes ornavit, ut omnium laudes collegerit, ac ſibi merito jure aſſeruerit. Atqui ſingula opera quæ numiſmatibus diſtincta ſunt, cum ſuis locis deſcripſerimus, hic iterum recenſere inutile & odioſum foret: quamobrem ſuffecerit monuiſſe, ab eodem Grævio Amſtelodami anno 1697. editos in 8. fuiſſe XII. Suetonii Cæſares cum eruditiſſimis notis, ac ſingulis Cæſaribus præfixam fuiſſe æneam tabellam, cui inſculpta eſt eorum effigies, cum rariſſimorum nummorum averſis partibus, iis præſertim, quæ Cæſarum uxores, liberos, agnatos, cognatoſve exhibent. Obiit Grævius Ultrajecti anno 1703. die 11. Januarii.

Grævio non minus eruditus JACOBUS GRONOVIUS, Joannis Friderici filius, Græcæ linguæ, Hiſtoriarum & Eloquentiæ Profeſſor in Academiâ Lugduno-Batavâ, quiddam etiam amplius præſtitit in duodecim voluminibus Antiquitatum Græcarum, quæ ejus curâ prodiere Lugduni Batavorum: tria enim prima volumina, quæ titulum hunc præferunt, JACOBUS GRONOVIUS.

> *Theſaurus Græcæ Antiquitatis reparatæ & digeſtæ ab Jacobo Gronovio.* Lugduni Batav. 1697. & 1698. fol.

ſingulis foliis exhibent, ut plurimum ex nummis antiquis, interdum ex marmoribus & gemmis, virorum ac feminarum illuſtrium effigies eleganter in æs inciſas, prætereaque oratio quam ſingulis tabulis ſubjunxit Gronovius, numiſmatibus quæ ad idem argumentum pertinerent non raro diſtincta eſt. Sunt etiam legenda quædam de nummis in quibus Amphitrite ſculpta eſt in ſexti voluminis præfatione, in quâ etiam Sponium & Chaillovium graviſſimè peccaſſe, dum nummos Melitenſium explicare conati ſunt, demonſtravit Gronovius, ſimulque eos nummos, in æneâ tabellâ inciſos, ſolerter explanavit. Ejuſdem Gronovii curâ prodiere

> *Pomponii Melæ libri tres de ſitu Orbis, nummis antiquis & notis illuſtrati.* Lugduni Batav. 1696. 8.

quem librum hîc ob unum ferè titulum exhibemus; nummi enim in eo perpauci ſunt, nullis notis illuſtrati, ſed Pomponio ipſi velut aſſuti; quos Gronovius idcirco ſe adduxiſſe profitetur, ut *quod* lector *verbis auctoris deſcriptum animo percurreret, oculorum pariter delectatione in eo frueretur, aut planiùs hinc intelligeret, aut etiam rideret.*

Hîc etiam memorandus eſt, qui Antiquitatum Dictionarium utiliſſimum nuper edidit, vir doctiſſimus SAMUEL PITISCUS, quanquam non illo nomine, ſed ob *Sexti Aurelii Victoris Hiſtoriæ Romanæ breviarium*, ſeu verius ob utriuſque Victoris opera, & librum inſcriptum *Origo Gentis Romanæ*, quæ ſimul prodire curavit Trajecti ad Rhenum 1696. 4. Illic ſcil. omnium Principum, qui ab utroque Victore enumerantur, effigies è nummis expreſſæ comparent, cum aliquot Illuſtrium virorum effigiebus; additaque eſt tabella, quæ novem exhibet averſas nummorum partes ad Romanæ urbis originem ſpectantes. SAMUEL PITISCUS

Edita eſt primùm in Eccardi excerptis menſtruis, deinde in Electis rei GOTH.

GUILIELMUS LEIBNITZ. Nummariæ Chriſtophori Woltereck, Diſſertatio de nummis in quibus hinc Gratianus AUG G AUG. dicitur, inde commendatur GLORIA NOVI SÆCULI, ab eruditiſſimo viro GOTH. GUILIELMO LEIBNITZ conſcripta. In eâ Diſſertatione, quæ ſit literarum AUG G AUG. explicatio, vir doctus anxiè quæſivit, & opinionem Cl. Harduini qui legerat *Auguſti Gener Auguſtus*, ita oppugnavit, ut ab eâ tandem ſe non alieniſſimum eſſe profiteretur: verùm inde colligi poſſe, fuiſſe alterum Gratianum, non Valentiniani filium, ſed alterius Auguſti generum, firmiſſimè negavit. Quod verò ad averſam nummorum partem ſpectat, eam de primis centenariæ periodi annis intelligendam non eſſe demonſtravit, duplici uſus argumento: primo, de tempore intrà quod ſæculum circumſcribendum foret, non conſtitiſſe inter veteres; altero, variè acceptam fuiſſe *ſæculi* vocem. Cætera in pereleganti diſſertatione legas cenſeo.

ANTONIUS PAGI. ANTONIUS PAGI, Rognis oppidulo Provinciæ natus annò 1624. & Minorum Conventualium ordini adſcriptus anno 1641. magnam ſibi famam comparavit opere inſcripto,

Diſſertatio Hypatica, ſeu de Conſulatibus Cæſareis. Lugduni 1682. 4.

cum enim omnes hactenus in eâ opinione verſarentur, Conſulatum à Principibus pro libidine capeſſitum fuiſſe; ecce tibi de improviſo ille advenit, qui novâ quâdam lege eos conſtringeret, quam legem illi omnes, præter unum Elagabalum, ſanctiſſimè, ut ipſi quidem videtur, obſervarunt. Atqui legis illius capita recenſere non eſt magis noſtri inſtituti, quàm cæteras doctiſſimi viri obſervationes de Conſulatibus ordinariis, ſuffectis, honorariis; de Imperio Aureliani, de ludis Sæcularibus, &c. præſertim cum eas quæſtiones ita tractaverit, ut nondum intellexiſſe videretur, quæ eſſet nummorum utilitas in reſtituendâ hiſtoriâ. Sed ne in eo quidem opere quo Baronii Annales emendavit, ut diù immoremur opus eſt: nam primum ejus volumen, quod ſolum ad nos pertinet, ediderat Pagius Lutetiæ Pariſiorum anno 1689. ſed cum in illo Henrici Spondani, quàm Baronii ordinem ſequi maluiſſet, conſilium mutaverat in ſequentibus voluminibus, ipſumque volumen primum recudere aggreſſus, mortalitate interceptus fuerat menſe Junio ànni 1699. Quamobrem patrui ſchedas magno ſtudio collegit Franciſcus Pagi, ejuſdem ordinis, earùmque ope primum tomum non ſartitum ſolùm, ſed etiam novis incrementis auctum edidit:

Critica Hiſtorico-Chronologica in univerſos Annales Eccleſiaſticos Em. & Rev. Cæſaris Cardinalis Baronii. Antuerpiæ 1705. fol.

Atqui Annales illic frequenter è nummis reſtitutos animadvertas; & quidem feliciùs quàm ab ullo factum antea fuerat: ſed cum nummos Imperatorum Pagius nullos ferè noſſet, niſi qui aut à Mediobarbo & Occone deſcripti, aut cum eo communicati per literas ab amicis fuerant; hinc factum eſt, ut principia quædam non ſatis explorata poſuerit, aut ab aliis poſita receperit: prætereaque ſibi ipſe non ſatis conſtitiſſe videtur, dum aliquoties nummorum

nummorum authoritatem cæteris omnibus veteris ævi monumentis, interdum nummis quidvis aliud præfert.

De Joanne Foy-Vaillant, Bellovaco, Medico, & Ser. Cenomanenſium Ducis Antiquario, omnes ita ſentiunt, neminem vel noſtrâ vel patrum ætate extitiſſe qui genuina Numiſmata ab adulterinis aut adulteratis eruditioribus oculis diſcerneret; eundem his artibus quæ in Antiquario requiruntur, ſatis inſtructum, ad illa enarranda acceſſiſſe plerique negant: ſed utut in aliquot operibus indiligentior fuerit, alia ſunt in quibus nec induſtriam, nec eruditionem, nec elegantiam denique requiras. Ejuſmodi eſſe mihi videtur JOANNES FOY-VAILLANT.

Seleucidarum Imperium, ſive Hiſtoria Regum Syriæ ad fidem Numiſmatum accommodata. Luteciæ Pariſ. 1681. 4.

illic enim ſeries Numiſmatum ex auro, argento & ære, in quibus Regum Syriæ à Seleuco Nicatore ad Antiochum Epiphanem Nicatorem Callinicum expreſſi vultus, pulcherrimè ordinata viſitur; arduum profectò & multi laboris opus, cujus inchoati & conſummati laus ad Vaillantium tota pertinet. Ita porro digeſtum eſt, ut rerum à ſingulis Regibus geſtarum narrationem ænea tabella eorum imagine cælata præcedat, eandem ſequantur Numiſmata in ære ſcalpta, deſcripta & diligenter expoſita.

Non minùs nobiles quos idem Vaillantius confecit rerum Ægyptiarum ſub Ptolemæis Regibus Commentarii:

Hiſtoria Ptolemæorum Ægypti Regum, ad fidem Numiſmatum accommodata. Amſtelædami 1701. fol.

quo in Opere, cum idem facere inſtituerit, quod ante viginti annos in Regibus Syriæ præſtiterat, nihil opus eſt diutiùs immoremur; ſed monere jam debueramus, in his duobus libris Numiſmata omnia ſuâ quæque magnitudine excuſa fuiſſe, hiſque additas notas quæ eorum metallum indicarent. Ægypti Regum Hiſtoriæ appendix duplex ſubjuncta eſt; prima brevior conſtat explicatione numiſmatis Ægyptiaci Cæſari Auguſto cuſi, quod Cæſarioni tributum olim fuerat: altera titulum hunc præfert:

Ægyptus Numiſmatica ex Imperatoribus Romanis deſumpta ordine alphabetico;

& undetriginta nummorum à totidem Ægypti oppidis, poſtquam Provincia Populi Romani facta eſt, cuſorum averſas partes ære expreſſas complectitur, cum integrâ eorum deſcriptione & perbrevi expoſitione. Quæ ad ſingularum urbium originem, ſitum & varios caſus ſpectant, illic etiam breviter attinguntur.

Quam porro ex his operibus collegit Vaillantius eruditi ac diligentis Antiquarii exiſtimationem, hanc profectò retinuit libro quem inſcripſit:

Nummi Antiqui Familiarum Romanarum perpetuis interpretationibus illuſtrati. Amſtelædami 1703. 2. vol. fol.

quid enim in hoc magnopere deſiderare poſſint doctiores non video; in quo nummi propè infiniti in centum ac duabus æneis tabulis incertum accu-

ratiùs, an elegantiùs ſcalpti cernuntur; in ſingulorum verò interpretatione nihil prætermiſſum eſt, quo vel Familiarum decora in memoriam reduci, vel cætera veteris ævi monumenta in nummis expreſſa illuſtrari poſſint. Non omittendum tamen utiliorem, & commodis lectorum aptiorem futurum fuiſſe librum, ſi tabulæ Numiſmatum in ſua quæque loca diſtributæ, hoc eſt, ſuæ enarrationi præfixæ fuiſſent; quas nunc in fronte operis inſimul collectas vidimus: nec in eo ſolùm ab Urſino deſcivit; in Numiſmatibus enim ſingularum Familiarum diſponendis, prænominum ordinem ſecutus eſt, cum temporum ille ſecutus eſſet.

In Nummis Imperatorum Romanorum Vaillantius haud paulo indiligentior fuit, fortè quia cæteris illuſtriores & magis noti erant; ita enim nonnulli ſentiunt, ſed ut magis exiſtimo, quia diligentior eſſe non potuit: horum ſeriei titulum hunc præfixit

Numiſmata Imperatorum Romanorum præſtantiora à Julio Cæſare ad Poſtumum & Tyrannos. Editio altera. Lutetiæ Pariſ. 1692. 4. 2. vol.

Primum volumen Numiſmata ærea complectitur, alterum aurea & argentea: æreorum tres veluti claſſes conſtituit Vaillantius; & ea quidem quæ ad primam & mediam magnitudinem revocari poſſe viſa ſunt, ſimul collecta exhibet; ſeparatim quæ maxima vocantur: horum porro deſcriptio non admodum accurata, illorum etiam manca & mutila; adverſam enim nummorum partem plerumque prætermiſit; quod neceſſario magis quàm conſultò factum ab illo fuiſſe arbitror, cum pleraque Europæ Muſea raptim ac trepidè colluſtraſſet, plurimaque Numiſmata non per otium, & dum ante oculos jacebant, ſed memoriter domum reverſus deſcripſiſſet: itaque non pauca reperies quæ negotium tibi exhibere poterunt, qualia ſunt quæ Titum Antoninum TR P XX & TR P XXI. in tertio Conſulatu, Commodum in ſexto TR P XIIII. appellant, cum ille Conſul quartum anno Tribuniriæ poteſtatis ſeptimo fuerit, hic ſextum conſulatum anno decimo quinto demum auſpicatus ſit: alia ſunt etiam quorum Vaillantium meminiſſe non potuiſſe apparet, quale eſt illud ejuſdem Pii BRITANNIA P M TR P. &c. cum in memoriam non rediiſſet cæterarum literarum quas in nummo legerat. Cæterum nullas omnino notas maximis Numiſmatibus adjunxit Vaillantius, eæ verò quas affixit Numiſmatibus primæ & mediæ magnitudinis, ejuſmodi ſunt, ut Numiſmatopolis magis, quàm viris doctis conſulere voluiſſe videatur; nihil aliud enim quàm ſingulorum formam & raritatem in his indicat; in quâ hunc non raro falli & fallere deprehendimus.

Numiſmata aurea & argentea quibus alterum volumen conſtat, non accuratiùs quidem deſcripta, obſervationibus tamen non contemnendis illuſtrata ſunt; horum ſeries in Corn. Superâ deſinit, quam Vaillantius Valeriano Jun. nuptum collocarat. Non omittendum ſingulorum Imperatorum, Cæſarum, &c. in utroque volumine nummum unum in ære cælatum exhiberi: nec tacendum etiam, quod imprudenti excidiſſe fortè quis exiſtimaverit; collectiones haſce Numiſmatum editas olim à Vaillantio fuiſſe; ſed in iis deſiderari Numiſmata maxima tam ex ære quàm ex argento, omiſſos etiam Quinarios: quod verò tum inſtituerat, appellare eos è quorum cimeliis ſingula Numiſmata prodibant, in alterâ editione omiſit,

nec immerito ſanè, cum in primâ ſæpiculè turbaſſet, mendæque ejuſmodi non aliter eximi poſſe viderentur, quàm totum hoc quicquid erat delendo. Tertium volumen, quod nummorum ex omnibus metallis ſeriem ad Heraclium uſque producturum erat, pollicitus erat Vaillantius; ſed hominum expectationem fefellit.

Alteram ſeriem Numiſmatum maximi moduli, eorum ſcil. quæ in Muſeo Abbatis de Camps aſſervantur, poſt duos annos edidit Vaillantius, planè elegantiſſimam, nec eruditis notis ſolùm, ſed accuratiſſimis etiam cælaturis inſignem: hæc in Auguſto incipit, & deſinit in Decentio Magnentii fratre, conſtatque ex nummis qua Latinis qua Græcis prope centum & quinquaginta:

> *Selectiora Numiſmata in ære maximi moduli, è Muſeo Ill. DD. Franciſci de Camps, &c.* Pariſiis 1694. 4.

Digniſſimum etiam Vaillantii famâ opus quod inſcripſit,

> *Numiſmata ærea Imperatorum, Auguſtarum, & Cæſarum, in Coloniis, Municipiis, Urbibus Jure Latio donatis, ex omni modulo percuſſa.* Pariſiis 1688. fol. 2. vol.

hic enim Numiſmata quotquot reperire potuit in Coloniis cuſa à Julio Cæſare ad Saloninam uſque, repræſentavit, & ſingulorum quidem Imperatorum effigiem ſemel, averſas partes ad unam omnes ære exprimi curavit, notaſque adjecit quæ cujuſque urbis ſitum, varia cognomina, & jura explicent: ſubjuncta etiam Auguſtorum imagini enumeratio urbium in quas Colonias deduci juſſerunt.

Reſtat ut de Numiſmatibus Græcis ab eodem Vaillantio editis mentionem faciamus, cujus duæ editiones intrà breve tempus prodierunt, ſed prima in 4. altera longè auctior in fol.

> *Numiſmata Imperatorum, Auguſtarum, & Cæſarum à Populis Romanæ ditionis Græcè loquentibus, ex omni modulo percuſſa, &c. Editio altera &c. ſeptingentis Nummis aucta, &c.* Amſtelædami 1700. fol.

Hoc in opere graviter peccatum à ſe Vaillantius ipſe non diſſimulabat, quod Numiſmatum nonniſi averſam partem deſcripſiſſet; commodius enim futurum fuiſſe, ſi rationem effigiei habuiſſet; & ſanè nummos aliquot alii Imperatori quàm ad quem pertinent, adſcriptos ipſi deprehendimus. Unius tantum nummi cælatura, eaque paulò rudior, cæteris cujuſque Imperatoris Nummorum deſcriptionibus præfixa eſt; additæ ad calcem tabulæ aliquot, expreſſæ ex æneis laminis quas Carolus Patinus ad Numiſmata mediæ & minimæ formæ, & Jacobus de Wilde ad Numiſmata ſelecta ſcalpi curaverant. Notæ in univerſo opere nullæ, ſed earum vicem ſubeunt Indices accurati, primus alphabeticus, alter Metropoleōn, tertius urbium primatu inſignium; quartus & ſequentes urbium ſacrarum, earum quæ Aſyli jure gaudebant, item quæ legibus ſuis utebantur, ſeparatim primò, deinde conjunctim: Urbium Liberarum, Navarchidum, Neocorarum: item earum quæ concordiâ junctæ erant; explicantur etiam urbium epochæ, ſi quæ in Nummis ſignantur: poſtremo earum Numina, conditores, viri illuſtres, Ma-

giſtratus & dignitates, Feſta & Certamina, denique fluvii recenſentur: adjectus Index urbium Imperatorum nominibus inſignium: nec omiſſa explicatio literarum ſingularium, vocum per compendium ſcriptarum, & Notarum Numeralium quæ in Nummis occurrunt.

Extant etiam Vaillantii notæ & Obſervationes ad Selecta P. Seguini Numiſmata, anno 1684. una cum iis editæ; de quibus notis ſuo loco diximus: atque hæc fermè ſunt. quæ ipſiùs curâ in publicum prodiere, niſi quod in Diariis Trivultianis menſe Aprili 1702. edita eſt Oratio, in quâ demonſtrare volebat comparationem inter Trajanum & Ludovicum Magnum inſtitui poſſe, ſimulque illius Principis res bello ac pace geſtas enarrabat, firmabatque autoritate nummorum veterum. Aliæ verò ſunt ejuſdem Diſſertationes poſtumæ, quæ nuper in Monumentis Regiæ Inſcriptionum Academiæ publicatæ ſunt.

Prima, de ratione annum quo Chriſtus Dominus natus eſt ex nummis inveſtigandi: Chriſtum paulo ante Herodis mortem natum eſſe conſtat; atqui Herodes periit anno V. C. 750. ergo extremo anni 749. natus eſt Chriſtus. Sic Vaillantius, qui deinde mortis Herodis annum rectè conſignatum à ſe fuiſſe demonſtrare cônatus eſt ex Epochâ quæ deſcripta eſt in nummis Antiochiæ, ac præterea ex annis Archelai, & Herodis Antipæ.

Altera eſt de Urbibus Neocoris, in quâ varias cum de ipſo titulo, tùm de ejus multiplicatione eruditorum virorum opiniones accuratè collegit.

Tertia de nummo Zenobiæ inter rudera Palmyræ urbis reperto, quem inter Addendos retulimus. Zenobiæ vitam hîc deſcripſit Vaillantius, qualem potuit auctoribus deſtitutus.

Quarta de nummis Vabalathi planè ſingularis eſt, novamque exhibet illius Principis hiſtoriam; ille enim, ſi Vaillantium audis, non filius Zenobiæ fuit, ſed acerrimus hoſtis; cum Ægyptum poſt Odenathi cædem occupaſſet, conſilia conſociavit cum Gallieno, cujus Ducem Heraclianum fudit ac fugavit Zenobia; copias deinde ſuas junxit cum Aureliani copiis, à quo Palmyram recepit, & quandiu ille vixit, *Vice Cæſaris Rector Imperii Orientis fuit*; poſt mortem denique Aureliani, Auguſti titulum ſumpſit. Præclaram profecto hiſtoriam, ſi argumentis firmetur, quæ quidem argumenta ſi protulit vir doctus, cæcutire nos neceſſe eſt qui ea non deprehenderimus, ſi non protulit, fruſtra expectaverimus. Obiit Pariſiis Vaillantius die 23. Octobris anno 1706.

Haud omittendum eſt, quod de Vaillantii Schedis hac in urbe ſervatis didicimus; primum enim in Bibliothecâ viri eruditi Alexandri le Roy Occonis liber extat, in quem addita ſunt Vaillantii manu numiſmata Græca integra haud pauca in foliis à libro disjunctis, prætereaque ſi quid ab Occone in iis nummis quos exhibuit, peccatum ſit, id in ipſo libro reſtituit Vaillantius: deinde verò apud alterum virum eruditum viſuntur plurimorum nummorum qua Romanorum, qua Græcorum deſcriptiones è variis Italiæ Muſeis, quibus ita uſus eſt vir doctus ad editionem Numiſmatum Selectorum & Græcorum, ut nonnulla, incertum quâ de causâ prætermiſerit, quæ in illis adverſariis cernere juvit.

EUCHARIUS GOTTLIEB RINK.

De EUCHARII GOTTLIEB RINK, Juris Profeſſoris in Academiâ Altdorfenſi, opere quod inſcripſit,

D

De Veteris Numiſmatis potentiâ & qualitate lucubratio: ſive Cognitio totius Rei Nummariæ ad intelligentiam Juris accommodata. Lipſiæ & Francofurti 1701. 4.

pluribus verbis idcirco dicemus, quod ad hanc ætatem nemo tantâ diligentiâ, quæ ad nummorum veterum cognitionem perfectam faciunt, quantâ eruditus ille Germanus conquiſivit: tametſi enim laudabilis ſit plerorumque, qui in eodem argumento verſati ſunt induſtria; atque in iis R. P. Joberti opus, de quo brevi dicemus, ob elegantiam & accurationem ſatis commendari nequeat; varia tamen velut inutilia ab omnibus, præterquam ab hoc uno prætermiſſa ac neglecta ſunt, quæ ut non admodum neceſſaria eſſe libentiſſimè fateor, ita ſi certâ quâdam ratione tractentur, plurima in ſe complecti haud injucunda cognitu, & antiquitatis ſtudioſis utiliſſima exiſtimo. Igitur primùm de nummorum appellationibus diſputat, ac de eorum auctore, quem ubi incertum eſſe faſſus eſt, Græcorum nummorum commendat elegantiam & artificium, eorum materiam & valorem multiplicem, & quæ in iis notatu dignæ ſunt literarum figuras & affectiones breviter indicat. Idem deinde præſtat in nummis Latinis ex ære, quorum præterea auctorem, & quænam in eis expreſſa antiquiſſimis temporibus fuerint ſymbola aut ænigmata inveſtigat, monetque non unius Jani bifrons caput in nummis occurrere. His obſervationibus alias admiſcet, de variis æris antiqui generibus, ac præſertim de ære Corinthio; mox cæteras vilіores è quibus nummi interdum confecti ſunt, materias perſequens, de aſſibus ſcorteis, de nummis ſtagneis, plumbeis, ferreis, quicquid aut à veteribus proditum, aut à recentioribus animadverſum ac notatum eſt colligit & illuſtrat: atque hæc omnia capitibus quinque complectitur. In ſexto materia tractatur una ex iis, quam cæterorum plerique omiſere,

——————— *quæ ſit ſolidæ diviſio libræ*
Sive aſſis.

Septimum eſt de nummis argenteis, hoc eſt, argento puſtulato aut mixto factis, æroſis, incoctilibus, in quibus argentum æri incoctum eſt; ſequenti eorundem valorem docet Rinkius, & denarii, ac libellæ diviſionem exequitur: nono verò diſſerit de nummis ſerratis, de perforatis, de iis quos alii Bracteatos & ferruminatos vocant, ipſe Pelliculatos & Incruſtatos appellare mavult, quod conſtant è duobus metallis, quorum unum altero cruſtatum, ut marmore paries, ac veluti pelliculatum eſt. In his quæ ad aureos & electreos nummos ſpectant, haud minùs accuratus, quicquid de iis dici poteſt capitibus duobus abſolvit. Deinde has quæſtiones agitat, & obſervationum utiliſſimarum de nummis ſciſſis, de umbinis, quos incuſos dicunt, &c. veluti floribus conſpergit, ad quem pertineat jus condendæ monetæ, qua ratione cuſa olim fuerit, quæ veteris numiſmatis poteſtas, hoc eſt, pretiumne an merx fuerit poſt fata Principis cujus effigiem præfert; quis è nummorum cognitione fructus percipi poſſit, quibus denique artibus detegi queant fraudes hominum quorundam, qui incautis vel recentes confictos nummos pro antiquis, vel pro integris adulteratos obtrudunt. Sequuntur vulgaria, ſed quæ omitti non poterant, de quinquepartitâ numiſmatum Regum, Urbium, Familiarum, Principum Romanorum, Deorum ac Dea-

rum ſerie, ob varias effigies quas præferunt: mox de averſâ nummorum parte duobus capitibus diſſeruit Rinkius, & in primo quidem, quod eſt operis XVIII. confusè & ſine ordine varia congeſſit, quarum ignorationem tyroni nocere poſſe intelligebat: in altero verò plerumque exſcripſit ea, quæ Erud. Jobertus antea monuerat de Inſcriptionibus; quæ vel ad privatos ſpectant, & officiorum ſive munerum publicorum cum dignitate conjunctorum mentionem faciunt; vel ad Urbes, & earum nominum, jurium, titulorum honorificorum memoriam ſervant, vel ad Principes, eorumque nomina, prænomina, cognomina, titulos, præclara facinora, beneficia, munificentiæ monumenta, vota pro eorum ſalute ſuſcepta, Deos Deaſve in quorum tutelam ſeſe tradiderunt, indicant. Ex eodem fronte hauſit, quæ capite XX. ſcripſit, de Imperatorum, Auguſtarum, Deorum Dearumque ornamentis, coronis, veſtimentis, & de ſymbolis averſarum partium, his ſcil. quæ vel cum figuris conjuncta, vel ſine iis apparent, ſignis Deorum Dearumque, Virtutum, Provinciarum, & animalibus: poſtremò de nummorum veterum pretio diligenter diſſeruit. Utiliſſimo operi ſubjuncta de nummo uno Juridica diſſertatio, quam ad hæcce ſtudia non pertinere facilè omnes intelligent: hanc verò ſequuntur Indices varii: primus Imperatorum Romanorum, Cæſarum, Auguſtarum, Tyrannorum ex Erud. amici noſtri Baudelot maximam partem deſcriptus, atque ita confectus, ut omnia ſingulorum nomina è variis inſcriptionibus collecta ſimul complectatur, ſed haud paucis ſcriptoris erroribus, pluribus typographi mendis deformis: alter vocum per literas ſingulares, aut alioqui per compendium in nummis ſcriptarum: tertius cognominum, quæ uni genti aut familiæ Romanæ propria, vel pluribus communia fuere: quartus Familiarum: quintus denique Numiſmatum à Joanne Cavino Patavii olim cælatorum, quorum exemplaria in Muſeo San-Genovefano Pariſiis aſſervantur. Non omiſſa etiam eſt ratio nummorum antiquorum ἐκτυπώματα faciendi, quam Morellius, hanc ab Erud. Joberto edoctus, Specimini ſuo ſubjunxit.

EZECHIEL SPANHEMIUS. Ezechiel Spanhemius, nobilibus parentibus natus eſt Aureliæ Allobrogum menſe Decembri anni 1629. In Seren. Electoris Palatini Caroli Ludovici aulam vocatus adhuc adoleſcens, Principis Electoralis mores & ſtudia formavit; deinde in Italiam miſſus, ut Principum Italorum ingenia, & regnandi artes ediſceret, mox variis legationibus ſummâ cum laude functus eſt. Anno 1680. ad Ser. Electorem Brandenburgicum, de quo in Britannicâ legatione optimè prometitus fuerat, quique eum ſibi totum relinqui, ſæpe à Ser. Electore Palatino petierat, ſeſe adplicuir, eique utilem operam præſtitit cum intrà Regnum ipſum, dum Miniſter, ut aiunt, ſtatûs eſſet, tùm in duabus Legationibus apud Francorum Regem tam re, quàm nomine Magnum Ludovicum XIV. tum etiam in eâ quam apud Ser. Britanniæ Inſulæ Reginam Annam obiit. Immaturâ morte, tametſi ferè octogenarius, interiir Londini die 7. Novembris anni 1610. ex cruditate, ut ferunt, ſtomachi. Hoc porro an quiſquam meliùs intellexerit, quantum utilitatis percipi è veterum nummorum contrectatione poſſit neſcio. Qui cum Romæ degeret, ſæpeque prædicaret, hos multa in ſeſe continere occulta in veterum cæremoniis, in hiſtoriâ nobiliſſimarum gentium mutila: multa inde educi & elici poſſe ad morum ac Reipublicæ regendæ normam & leges, ad hiſtoriam plantatum

& animalium illuſtrandam ſpectantia, plurima præterea in iis occurrere ad notitiam temporum, Romanorum faſtos, æras variarum gentium; ad urbium & regionum appellationes, origines, prærogativas, ſacra, ludos, fœdera, conventus, Magiſtratus opportuna valde, & unicè comparata: multa denique omnigenæ antiquitatis modo expreſſa & fixa, modo preſſa leviter veſtigia in iis apparere, quæ literarum ſtudium non parum promoveant, & quorum ope digitos ad fontes intendere continuò liceat; perſuaderi ſibi paſſus eſt, ut horum omnium ſpecimina quædam peculiari opere exhiberet, ſtatimque effudit Diſſertationem

De Præſtantiâ & uſu Numiſmatum Antiquorum. Romæ 1664. 4.

Hac porro ut omnes ſuperiorum temporum Antiquarios, qui idem argumentum tractaverant, ſuperavit; quorum Antonius Auguſtinus Romanos, & patrios tantum nummos illuſtrandos ſuſceperat, cæteri vix eximium aliquid & ſingulare præſtiterant; ita cum probè intelligeret, omne hoc ſtudiorum genus varietate quadam & comprehenſione infinitum eſſe, toto animo ad idem opus qua ornandum, qua emendandum incubuit; & nonnullis, in quibus humani quiddam paſſus fuerat, recuſis; multis quæ antea perquàm breviter perſtrinxerat & attigerat, pleniùs pertractatis; plurimis denique inſertis, quæ omnino prætermiſerat, novum veluti opus prodire curavit Amſtelodami anno 1671. in 4. in novem diſſertationes tributum, de quibus paulò diligentiùs dicendum nobis videtur. In primâ doctiſſimus vir & acerrimi judicii nummos commendari poſſe exiſtimat à dignitate, & à multiplici voluptate, quâ eruditos afficiunt: & eorum quidem dignitatis argumenta profert omni exceptione majora: in his non mutam fermè & mortuam, ut in columnis, ſtatuis, lapidibus, urnis, pateris, fibulis, lampadibus, annulis, teſſeris, aliiſque veteris vel elegantiæ vel ſupellectilis monumentis, verùm penè ſpirantem adhuc, aut quodammodo redivivam ſeſe offerre antiquitatem univerſam: vix ulla poſſe reperiri monumenta vetuſtiora; nulla fuiſſe certiora æternitatis pignora: Sacram olim ac divinam habitam fuiſſe Monetam: denique ex quo tempore elegantiſſimæ quæque artes ac diſciplinæ, è ſitu vetuſtatis erutæ, nitorem aliquem & cultum admiſere, nullam aut candidatos nobiliores, aut patrocinium ſplendidius conſecutam videri: eoque loco, poſtquam monuit domum Medicæam, æternam Muſarum hoſpitem, quæ humanitatem omnem & eruditionem ſinu ſuo excepit & aluit, primam omnium ſuam veteribus nummis dignitatem aſſeruiſſe; Principes, ac nobiles & claros viros recenſet, qui vel colligendis, vel explicandis nummis laudabilem operam impenderunt. Quod ad voluptatem ſpectat, eam multiplicem & innoxiam ac ſuaviſſimam in nummorum contemplatione, vel ipſo aſpectu prodire ſeſe & oſtentare docet Spanhemius; ac primum quidem materiæ pretium & pulchritudinem, plerumque vel ſola ſingulare quoddam habere lenocinium voluptatis; potiores tamen partes ſibi vindicare artis commendationem, quæ ut omni elegantiæ genere ſpectabilis, ita hîc quoque ſingularis, & admiranda frequenter occurrit; ſupereſſe enim numiſmata, quæ plura oſtendant veriùs quàm promittant, & de quibus idem dici poſſit, quod Plinius de gemmis ſcribebat, in iis coarctatam eſſe rerum naturæ majeſtatem, multis nullâ ſui parte mirabilio-

Digitized by Google

rem. Eandem ex nummis delectationem, tot illuſtrium virorum imaginibus in iis conſpicuis mirum in modum augeri ſubjungit; alia denique priſci ævi veſtigia, quibus numiſmata inſignita ſunt, non levi gaudio ſpectatorem perfundere; ſequentibus diſſertationibus demonſtratur quanta utilitas percipi è nummis poſſit.

Altera diſſertatio duas in partes diſtributa eſt, quarum prima circà artem grammaticam verſatur, atque hæc fermè continet. Primùm, genuinas literarum apud veteres formas & ætates, earum vim & affectiones varias, ipſam vocum ſcriptionem & proprietatem non aliundè certiùs, quàm è nummis & marmoribus antiquis diſci ac deprehendi poſſe contendit Spanhemius; deinde non unam, ut Salmaſius opinatus fuerat, verùm diverſam, & pro ætatum diſcrimine multiplicem literarum Græcarum faciem fuiſſe demonſtrat: item ex frequenti latinæ linguæ & Græcæ commercio & commixtione, & maximè Romani ſermonis ſimul ac Imperii ſub Cæſaribus amplitudine factum, ut non literæ ſolùm, ſed voces integræ Romanorum cum Græcis mixtæ nonnunquam & confuſæ, præſertim in Coloniarum nummis occurrant. Sequitur accurata diſputatio de Digammate Æolico, & Faliſcorum nummo Græco: cui ſubjunctæ ſunt conjecturæ non contemnendæ, veteres Phœnicum literas, quales in aliquot nummis Græcis viſuntur, Hebraicæ aut Chaldaicæ formæ, quàm Samaritanæ propiores videri: item à Phœnicibus accepiſſe Siculos, & alios quoſdam Græcos, ut dextrâ ſiniſtram verſus literas nonnunquam ducerent. Suam deinde ſententiam profert eruditiſſimus vir de nummis, quos plerique Hiſpani pro ſignatis Oſcenſibus habent; mox ea quæ in nummis qua Græcis, qua Latinis à recepto & vulgato ſcribendi uſu aliena videntur, illuſtrat, recenſerque varias literas inter ſe olim permutatas, vel ex Scripturæ veteris veſtigiis, vel ex recentioris additamentis, vel ex pronuntiatione literarum ſimilium inter ſe & affinium. Diſputatio concluditur variis exemplis ejus utilitatis quæ ex nummis percipi poteſt, cùm ad veram & rectam ſcribendi rationem perdiſcendam, tùm ad reſtituenda plurima Barbarorum & Romanorum nomina, quæ antea corrupta apud Auctores tradita erant.

Altera pars ſecundæ Diſſertationis circà morum ſcientiam verſatur; ad quam eruditus vir non parum conferre contendit hos priſcæ memoriæ juxtà & elegantiæ theſauros: cum enim præclaris morum magiſtris varia ſemper placuerint ſubſidia, quibus ſingulis hominum ordinibus officii ſui leges inſpiciendas traderent, non fabulis eos ſolum, aut præceptis, aut legibus, ſed ſymbolis etiam quibuſdam, nobiliſſimam vitæ artem non ſemel complexos fuiſſe; at nulla ad imbuendos ſalutaribus moniris animos intuentium opportuniora eſſe nummis, præſertim Latinis, in quibus cùm ſolemnes matronarum virtutes ac præcipua decora, tum diurnos Principum actus, atque ipſam agendorum normam ante oculos poni, nihilque prætermitti demonſtrat, quo luculenta optimi Principis & Felicis Reipublicæ effigies & exemplar adumbrentur. Addita quædam de variis ſingularum Virtutum ſymbolis.

In tertiâ Diſſertatione Spanhemius probat, naturali ſcientiæ lumen aliquod è nummis affulgere, ſeu proprietates animalium, ſeu eorundem formas & effigies conſulamus: & in animalium quidem proprietatibus haud multum immoratur, nec aliud fermè niſi indicat, quibus numinibus ſingula olim ſacta, aut quarum rerum ſymbola fuerint; verùm de iis animalibus, quorum formæ

formæ minus notæ, aut de quibus diſſentiunt priſci & recentiores Naturæ conſulti, ubi ea nummi in conſpectu ponunt, accuratè diſputat: de Hippopotamo, Camelo, Rhinocerote, aut Monocerote, Hyænâ, Crocodilo, Alce, Capris quas Plinius monuit in plurimas ſimilitudines transfigurari, Arietibus ſylveſtribus, Cervâ cornutâ, Pantheris, Biſunte, Draconibus & Serpentibus alatis & terreſtribus, Aſpidibus, Delphine, Pelamide, Polypo, Sepiâ, Cammaro, Pompilo, Apro piſce, quæ animalia omnia dum deſcribit, ſimul veteres nummos quamplurimos mirum in modum illuſtrat. Subjunctæ ſunt velut appendices duæ: prima de fabuloſis animalibus, quæ non magis inter Poëtarum figmenta, quàm inter Gentilium myſteria locum frequenter habuerunt: de Capricorno, de Sphinge quæ, ſi cum alis pingatur, fabuloſa omnino eſt, verum Simiæ quoddam genus eſt, perinde atque Cebus, cui multa cum homine & leone communia ſunt: de Sirene, non in piſcem, ut vulgo, ſed in avem deſinente; de Stymphalide ave, quam nonnulli cum Sirene, alii cum Harpyiâ confundunt: de Scyllâ, Cerbero, Chimærâ, Hydrâ, Gryphe, Pegaſo, Centauris, & Phœnice æternitatis ſymbolo. Altera appendix eſt de monſtris nonnullis, & animalibus hieroglyphicis.

In quartâ Diſſertatione oſtenditur, in ornandâ Plantarum hiſtoriâ non inutilem eſſe hanc veterum nummorum ſupellectilem: primùm enim qualis olim fuerit Silphii aut Laſerpitii Cyrenaici figura, non aliunde quàm ex nummis diſci poſſe: ex iiſdem petendam eſſe Loti Ægyptiæ formam, cujus quidem & flos, & caulis, & fructus in nummis Ægyptiis expreſſi, non Iſidem, & Oſiridem, & Harpocratem ſolùm, verùm etiam ſerpentum capita non raro ornant, tametſi quæ iis ſuperpoſita ſunt, non continuo habenda ſint pro loto. Haud raro etiam occurrere in nummis Strobilos, ſeu Nuces pineas; in Rhodiorum verò nummis non Roſam expreſſam, ſed Balauſtium mali punici florem, quo ad tingendas lanas utebantur: extare etiam Mali Medicæ figuram in nummo Parthico, aliàs inſigni ob arcum Parthicum. Sequitur diſputatio de malis Heſperidum, cujus generis fuerint: huicque ſubjuncta ſunt varia & multiplicia Palmarum genera, Calamus odoratus Arabiæ, Ficus ruminalis, & Ilex. Atque hæc omnia mirum quot obſervationum, quæ vel ad urbium & populorum appellationes & origines, vel ad veteris ſuperſtitionis cognitionem, vel ad cæteras Antiquitates pertineant, veluti floribus conſperſa ſint.

Sequentes Diſſertationes ad rerum geſtarum Hiſtoriam pertinent, ad quam illuſtrandam ſingularem quandam & mirificam eſſe utilitatem nummorum demonſtrat Spanhemius: ac primum illa vulgaria non vulgariter monet, de paucitate Hiſtoricorum qui ſuperſunt, de crebrâ inter eos diſcrepantiâ & repugnantiâ in rebus graviſſimis; de eorundem vitiis, à quibus odio, metu, gratiâ, livore multa aut ſecus enarrata, aut ſilentio prætermiſſa ſunt: deinde Græcorum & Barbarorum ſive Regum, ſive Ducum appellationes reſtitui, præclaraque eorum natalia & facta nummorum ope mirum in modum illuſtrari poſſe, variis in eam rem adductis exemplis docet. Scilicet Macedonum Regum originem ab Hercule, argui ex eorum imaginibus, quæ in nummis obviæ ſunt cum leonis exuviis: Alexandri verò impiam vanitatem, qui Jove Ammone natus videri vellet, haud aliundè magis conſtare, quàm è nummis, in quibus non leonis pelle tectus ſolùm, verùm etiam cornu arietino inſignis haud ſemel conſpicitur. Quæ capitis inſignia,

cum ad ejus ſucceſſores, una cum Imperii dignitate tranſierint, prætereaque ab iiſdem uſurpata ſint cornua hircina & taurina, quæ iis cum Diis & Heroibus & Fluviis communia fuerunt, de ſingulorum ratione accuratiſſimè diſputat; novaque & ſingularia depromit de illo eximio honoris ac dignitatis inſigni, quod deinde famoſiſſimum evaſit ludibrii & contumeliæ argumentum. Porro ut natales & inſignia à Diis & Heroibus, ita nomina & appellationes mutuatos eſſe oſtendit Alexandri hæredes; neque enim Jovis aut Herculis cognatione contentos fuiſſe, niſi Deorum etiam titulos & honores apertè invaderent. Nimirum fuiſſe Nicephorum Jovem & Herculem Callinicum; quæ appellationes à nonnullis Principibus uſurpatæ ſunt, quibuſque affines ſunt, cùm Nicetæ apud Perſas, & Invicti aut Victoris apud Romanos, tum illa Nicatoris, quam primus intulit Seleucus, cui mortuo templum dedicatum, & divini honores delati ſunt. Eandem eſſe Σωτῆρος & Σωτείρας rationem, quæ nomina Regibus, Reginis, Imperatoribus, Auguſtis communia cum pleriſque Diis ac Deabus fuerunt: qui verò Epiphanes dicti ſunt, eos ſatis conſtare pro præſentibus Diis haberi voluiſſe; hanc enim eſſe ejus appellationis vim & dignitatem; quam non Lagidis ſolùm, & Seleucidis, hoc eſt notis Alexandri hæredibus familiarem fuiſſe, ſed ad Reges etiam Bithynos, Armenos & Parthos tranſiiſſe è nummis diſcimus. De Cerauni voce auctores rem in diverſum trahere ſubjungit vir doctiſſimus; potius tamen eſſe ut à Jovis Fulminatoris, Κεραυνίου epitheto derivetur: nec verò cognominibus Deorum ſolum, ſed ipſis etiam nominibus inſignitos aliquot principes occurrere, ut Antiochum Dionyſum, & Ptolemæum Dionyſum, quâ de causâ etiam Deorum ſignis & coronis ſeſe ornarunt: imo fuiſſe, qui, nè quid cœlitibus reliquum facerent, ipsâ Dei appellatione, vivi & in terris etiamnum agentes fruerentur: eamque deinde ad Senatum Romanum, qui & Sacer & Auguſtus; mox ad Urbem Romam, poſtremo ad Imperatores tranſlatam. Nonnulla deinde monet de Magni cognomine; atque interea dum hæc omnia illuſtrat, ſubinde indicat, quantum commodum afferat ampla illa cognominum ſupellex in nummis ad Principes vulgò confuſos ob nominis ſimilitudinem, diſtinguendos: idemque deinceps præſtat in Arſacidis, ac cæteris Barbaris Regibus; ubi etiam diſputat de Regis Regum, Philellenis, Philoromæi, cognominibus, quorum primum Arſacidæ à Perſarum Regibus acceperant, alterum iidem uſurparunt, ad demerendos ſibi Græcos, qui Aſiam, Syriam, Meſopotamiamve incolebant, tertium à Senatu ſociis & amicis Regibus tribuebatur: item de capillorum cultu apud Parthos, & de eorum capitis ornamentis mithrâ, & pileis. Sequuntur diſquiſitiones in nummum Agrippæ Philoclaudii in quo celeberrima duo Judæorum feſta, Tabernaculorum & Pentecoſtes, deſignati videntur; in titulum Regis Imperatoris, qui in Tryphone & Tigrane occurrit; in Tiaram & Cidarim: quas ubi abſolvit, varias Regiones percurrit, & qui in ſingulis regnaverint breviter indicat, in nonnullis tamen, ubi è nummis emendandi auctores, ac reſtituenda rerum geſtarum hiſtoria, immoratur, ut in Aſandro & Sauromata Boſporanorum Regibus, Amaſtride Ponti Reginâ, Philetæro Pergameni Regni fundatore, Caſſandro, Idrieo. Diſſertationem denique concludit accuratiſſimâ explicatione aliquot nummorum, in quibus cum alia notatu digna viſuntur, tum mentio fit Solymi, & Eurypili Heroum, Homeri, & Magiſtratuum qui Prytanes dicebantur.

Sextâ Diſſertatione oſtendit Spanhemius, quam facem Romanæ Reipublicæ Hiſtoriæ præferant nummi veteres: in quibus non gentes ſolùm & familiæ in Hiſtoricorum ſcriptis nobiles, ſed etiam eæ quarum memoria penè intermortua erat, nonnullæque omnino ignotæ occurrunt: quorum ope non tantum communia gentium nomina, ſed etiam prænominum & cognominum appellationes, quibus gentes in familias, & familiæ in plura capita apud Romanos diſtinctæ ſunt, deprehenduntur; qui gentium ſingularum originem & inſignia: qui Magiſtratus & dignitates Quiritium, & officia, atque ex iis quædam aliunde ignota: qui geſta præcipua familiarum & illuſtrium togatorum complectuntur: in quibus denique legum latarum, operum publicorum, Legionum Romanarum memoria conſignata eſt. Portò in hoc latiſſimo, ac propè immenſo eruditionis campo quantum exultet doctiſſimi viri oratio facilè intelligetur: ſed ubi de propriis nominibus Gentium, familiarum, ſingulorum, de prænomine ſive uno ſive multiplici, de variis cognominibus cùm virorum, tum mulierum differit, eorum originem & gradus ita explicat, & pleroſque ſcriptores qui idem argumentum olim tractarunt, adeo apertè & planè interpretatur, ſi quâ in re diſſentire inter ſe videntur, ut nihil accuratius confici poſſe videretur, niſi longè plura deinde in eodem argumento præſtita ab eo fuiſſe ſciremus. Elegantiſſima etiam eſt de cognominum origine, ſive appellationum ratione diſputatio, perinde atque ſequentes de variis muneribus publicis, quorum inſignia, & eximia monumenta plerumque profert; verùm ſufficiet monuiſſe, eandem in ſingulis hujus diſſertationis partibus, quam in ſuperioribus ſcribendi rationem ſecutum eſſe, hoc eſt nihil prætermiſiſſe quod vel minimam cum argumentis quæ tractabat affinitatem aut cognationem habere videretur, ſi quid deprehendiſſet ab aliis omiſſum.

De ſeptimâ Diſſertatione perpauca dicenda ſunt, in quâ eruditiſſimus vir in eam unam curam & cogitationem incumbit, ut probet continuam aut profectò minùs interruptam Cæſarum & Auguſtorum ſeriem alibi quàm in nummis fruſtrà quæri: nemo enim à nobis expectat ut moneamus, ſi quis ab illo indicatus ſit Auguſtus minùs notus è libris; vel ut Auguſtarum ſeriem poſt illum retexamus; haud magis quàm cæteras Auguſtorum neceſſitudines, quas natura, aut ejus ſubſidiaria adoptio Cæſarum familiæ inſeruit: quanquam ibi quoque plurima ſummâ cum animi voluptate legimus de honoribus mulierum apud Romanos, de earundem ſacerdotiis, de carpentis, de Liviâ, eâdemque Juliâ, de Antinoo Heroë & Deo, aliaque aut vulgatia, ſed novâ ratione pertractata, aut omnino nova.

Octava Diſſertatio verſatur circà titulos & honores Auguſtorum & Cæſarum, quibus maximam lucem affulgere è nummis ut demonſtret vir doctiſſimus, diſputat; primùm de titulis qui Candidaris Imperii tribui olim ſolebant, hoc eſt, de Cæſaris, Principis Juventutis, & Nobiliſſimi appellationibus, quarum omnium, ſimulque Sacerdotii Cæſarum originem, & rationem è nummis & auctoribus luculentè declarat: deinde de appellationibus omnibus fermè Imperatoribus communibus, Cæſaris, Auguſti, Imperatoris, Pontificis Maximi, Conſulis, Proconſulis, Patris Patriæ, Pii, Felicis, Domini, quarum vim, rationem, originem, & gradus quibus conferri ſolebant, eâdem ratione explicat, admiſtis nonnullis de Diademate Cæſarum, de variis Sacerdotiis, de Proceſſu Conſulari, de Patris & Matris appellationibus, de Feli-

citate urbium; poſtremò de cognomentis nonnullorum Auguſtorum peculiaribus, ſive à Diis petita fuerunt, ut Olympii & Herculis in Hadriano & Commodo, Romuli in eodem Commodo & Antonino Pio, Herculis in Severo & Val. Maximiano, &c. ſive à Victoriis & titulis devictarum gentium deſumpta ſunt, ut Germanici, Parthici, Francici, Alamannici, &c. ſive denique affectûs, aut affinitatis ſuſcepta ſunt ab illis nomina parandæ benevolentiæ, aut in grati erga deceſſores animi ſignificationem: quo ſpectat Antoninorum nomen tantopere celebratum in monumentis Hiſtoriæ Auguſtæ.

Supereſt nona Diſſertatio ſuperioribus non minùs elegans & erudita: ſed hujus duæ partes ſunt. In primâ oſtendit Spanhemius, Cæſarum acta quæque illuſtria domi & foris nullibi luculentiùs, quàm in eorum nummis depicta repetiri: nec ejus argumenti præſtantiam continuo elevari aſpectu aliquot nummorum obſcænorum quos Antiquarii, nullo ſatis certo auctore, Spintriis Tiberii adnumerant; hos enim & paucos numero eſſe, & rariſſimè occurrere in tantâ & paratâ copiâ præclarorum nummorum; in quibus ſcil. conſignata eſt memoria Coloniarum ſub ſingulis Principibus deductarum; earumque ac cæterarum urbium jura expreſſa, ſi ſacræ, aut Aſyli fuerunt, ſi libertatem & ſuas leges habuerunt, ſi concordiam & communionem inter ſe ſolennibus pactis ſanxerunt, aut identidem renovarunt: qui munificentiam & gratuita beneficia Urbi, aut Provinciis à Cæſaribus conceſſa, de quibus altum ſæpe eſt apud ſcriptores ſilentium, prædicant, ut à Caio Ducenteſimam, à Galbâ Quadrageſimam, à Nervâ Vehiculationem Italiæ remiſſas, ut ab eodem Nerva calumniam Fiſci Judaici ſublatam, ut ab Hadriano reliqua vetera H S. Novies Millies abolita: (cujuſmodi fuerint hæcce beneficia, fusè & accuratè docet vir doctiſſimus, perinde atque jura urbium ſuperiùs nominata) qui eorundem Principum liberalitates, congiaria Populo Romano data, Donativa, Largitiones; necnon Providentiam in peragrandis Provinciis, qui denique Reges ab iis datos variis gentibus, expeditiones ſuſceptas, adquiſitas Provincias, triumphos, adlocutiones, varios exercitus, & eorum decora, pacis fœdera, ludos, opera publica complectuntur: adeo ut ex iis veram Imperii omnium maximi magnitudinem æſtimare nobis hodie liceat.

In altera nonæ Diſſertationis parte exhibet Spanhemius ſpecimen utilitatis nummorum in Chronologiâ, oſtenditque plurimum eos conferre ad Faſtos & acta Cæſarum ordinanda, ad conficiendam barbarorum Regum ſeriem, eorumque annorum calculum rectiùs, quàm à pleriſque Chronologis factum fuerat, ſubducendum: ad æras Seleucidarum, nobiliſſimarum Urbium, Imperatorum, Coloniarum, & alias quaſdam peculiares, ut quæ à novo Templo Jovis Capitolini deducitur in aliquot nummis Græcis Flaviorum: quorum omnium dum exempla profert, nemo non intelligit plurima ab aliis minùs rectè prodita hîc emendari.

In tertiâ parte eandem operam Geographiæ impendit, aut etiam fortè majorem, tametſi quæ ad eam pertinerent plurima jam tradiderat in decurſu præclari operis. Primùm enim retenta eſſe docet in nummis Civitatum inſignia, unde origines ſuas indicarent: deinde conſignata ſæpè in iis fuiſſe conditorum nomina; & jura ac privilegia, quibus gaudebant, cùm alia ſuperiùs memorata, tum Primæ & Metropoleos, inter quæ nonnihil diſcriminis intercedere: iiſdem locorum ſitum præclarè indicari, ac velut in conſpectu poni: item oppida & loca parum nota, & quæ aliunde habitata neſciremus,

in

in nummis ſignari: denique petendas ex iiſdem locorum orthographiam & gentilium rationem; in quo ſtudiorum genere ne tyrones ad eoſdem ſcopulos illidant, ad quos viri alioqui doctiſſimi impegerunt, ſex Canones tradit, ad quos exigi debet omnis ratio & diverſitas nominum Geographicorum, quæ in nummis frequens occurrit. Atque hæc neceſſarium viſum eſt monere de alterâ editione operis omnium utiliſſimi, in quo haud pauca numiſmata viſuntur, cælata ab artifice, ut quidem ipſe Spanhemius monebat, haud valde præſtanti in hac arte; ut nos comperimus, imperitiſſimo. Verùm tertia ejuſdem Editio à clariſſimo viro deinde ſuſcepta eſt, in quâ cùm multo plura numiſmata, & quidem accuratiùs ſcalpta occurrunt, tum ſingulæ Diſſertationes, ne in immenſam molem ob varia, & ea quidem præclara additamenta creſcerent, in duas pluresve diſtractæ ſunt. Primum earum Diſſertationum volumen anno 1706. prodiit,

Diſſertationes de præſtantiâ & uſu Numiſmatum antiquorum. Londini 1706. fol.

ac novem Diſſertationibus conſtat, quibus non ea ſolum quæ primis quinque diſſertationibus tradita antea erant, pleniùs pertractata, ac pluribus nummis illuſtrata, verùm etiam compluria nova complectitur.

Scilicet in eâ quæ alterius Diſſertationis pars fuit, nunc tertia Diſſertatio eſt, de Morali diſciplinâ, hæc addidit; ad eam non inutiles eſſe nummos Græcarum urbium; utpote in quibus & Magiſtratuum à quibus ſingularum res adminiſtrabantur, & Senatûs ac Populi mentio frequens occurrit, ut inde quod apud eas, Magiſtratuumne, an Optimatum, an denique populare regimen obtinuerit, edoceamur: ex iiſdem nummis intelligi, quibus rectoribus variæ Provinciæ ſub Romanorum Imperio obtemperarunt; ac prætereа quo non obſequio duntaxat, ſed cultu & religione Romam ipſam, Senatum ac Imperatores proſecutæ ſunt: conſignata etiam in his fuiſſe varia urbium jura & privilegia, earumque inter ſe fœdera, ſocietates & communionem: poſtremo virtutum quarumdam ſymbola hîc expreſſa conſpici.

Quarta Diſſertatio nova quædam habet, de Elephantibus in ludis ac triumphis Romanorum, ac de piſcibus Phocâ & Phocænâ: in quintâ verò, quæ ejus pars olim fuit, de fabuloſis animalibus, inſtituta eſt diſputatio de Harpyis; perinde atque in ſextâ, quâ plantæ illuſtrantur, de Dictamno.

In ſeptimâ cùm omnia quæ quinta alterius editionis Diſſertatio complectebatur, novis acceſſionibus illuſtrantur, tum etiam ſeries & æræ Macedonum Regum, & Seleucidarum accuratiſſimè enarrantur. In octavâ, eadem diligentiâ Arſacidarum, ac cæterorum Regum memoriam renovavit vir eruditiſſimus: & ad Arſacidas quidem adjecit diſputationem de Candy, regiâ eorum veſte: deinde verò recenſuit Reges Cappadociæ, Ponti & Boſpori, Thraciæ, Pergami: quibus ſubjunxit Cariæ ſive Dynaſtas, ſive Reges, Herodiades, Abgaros Edeſſæ, eos qui vulgo Mauretaniæ Reges habentur, revera Numidiæ fuerunt, Siciliæ Tyrannos ac Reges, ac denique Gothorum Principes.

De nonâ Diſſertatione pluribus dicendum eſt, quod eam Spanhemius, collectis quæ in priori editione ſparſa erant, plurimiſque aliis obſervationibus adjectis, confecit. Cum enim demonſtrare vellet, nummos ad urbium non minùs, quàm ad Regum Hiſtoriam utiles eſſe ac neceſſarios; variis,

& luculentis exemplis oſtendit, primùm antiquæ urbium originis haud pauca, & obſcura extare in earum nummis documenta; deinde quæ ſingularum jura & privilegia fuerint, vix aliunde diſci poſſe; poſtremo earum Magiſtratuum nomina, quæ plerumque à ſcriptoribus prætermiſſa ſunt, in nummis reperiri. Et ad originem quidem urbium hæc notavit; in integerrimis illis veteris ævi monumentis occurrere & primævas urbium appellationes, & nomina conditorum, qui ſæpe conſecrati fuerunt: quas in urbes coloniæ Græcæ deductæ fuerint, haud aliunde meliùs intelligi; quod eæ communia habuerint cum matribus ſuis inſignia, eoſdem loci præſides coluerint, eademque ſacra, quæ antiqua vel major patria, peregerint; atque horum omnium monumenta ſuperſint in nummis: poſtremo quæ urbes plurimas colonias deduxerant eas interdum curaſſe, ut ne ea laus interiret aut oblitteraretur; quam in rem profert & explicat nummum Heracleæ in Ponto, quæ ſe Matrem Coloniarum dicit. Quod ad jura urbium ſpectat, eas quæ Colonias deduxiſſent, Metropoles propriè fuiſſe demonſtrat; ſed fuiſſe etiam Metropoles alio, & eo quidem vulgari intellectu, cùm in Romano Imperio, tum antequam huic acceſſiſſent Græcia & Aſia. eas porrò recenſet, & ſi cujùs Provinciæ duæ pluresve Metropoles fuerunt (fuerunt autem haud paucarum) de eo lectorem monet, & ſingularum, ac præſertim earum quæ in Proconſulari Aſiâ fuerunt, conditionem inveſtigat. Eâdem ratione deinde illuſtrat, quæ ad Primatum urbium pertinent, ſimulque de Πρώτης & δευτέρας appellatione in nummis Macedonum; necnon de nummo ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΕΒΔΟΜΗ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ. diſputat. His ſubjunguntur urbes quæ Ιεραὶ, & Ασυλοι, aut quæ Ιεραὶ tantum, quæ liberæ, quæ Αὐτόνομοι, quæ Ναυαρχίδες fuerunt, quæ omnia plerumque ſunt à ſcriptoribus prætermiſſa; earumque appellationum vim & proprietatem planè & apertè explicat eruditiſſimus vir. Quod denique pertinet ad Magiſtratus Urbium Græcarum, quænam munera aut dignitates fuerint eorum, qui Αρχοντες, aut Στρατηγοὶ, aut Πρυτάνεις, aut Γραμματεῖς, pro locorum conſuetudine dicebantur, fusè exponit; de Sophiſtis qui varios Magiſtratus geſſere diſputat; & poſtremo qui Επιμεληταὶ, aut Επιςάται dicti olim fuerint inveſtigat.

Alterum Diſſertationum Spanhemii volumen Amſtelædami prodiit anno ſuperiori, Iſaaci Verburgii curâ, & quatuor Diſſertationibus conſtat, quæ totidem alterius editionis Diſſertationes repræſentant, ſed ita auctas ut novum hoc opus videri poſſit.

Harum Diſſertationum prima, quæ univerſi operis decima eſt, circà nummos Conſulares tota verſatur, & quatuor capita complectitur. In primo, nummorum ope Familias Romanas aliquot aliunde ignotas, Crepuſiam, Fabriniam, Minciam, Trebaniam, Cipiam, &c. ignota in Familiis quibuſdam cognomina, in Liciniâ Cæcinarum, Norbanorum in Juniâ; Gentium ſeu Familiarum origines & inſignia è tenebris erui demonſtrat Ill. vir. In altero capite, ut eam utilitatem quam nummi ad cognoſcenda Familiarum nomina afferunt, patefaciat, colligit ac ſub certis quibuſdam titulis collocat ea quæ ad iſtam concertationem pertinentia ſubinde deprehendit, & in Prænominibus quidem hæc ferè docet; fuiſſe illa Romanis in uſu ab ipſis Romæ incunabulis; à patribus ad filios, ac nepotes natu majores vulgò tranſiiſſe: quædam fuiſſe quibuſdam familiis peculiaria, & quidem duplici ratione; primâ, quòd duo tantum triave, nec temerè alia certæ

familiæ uſurpaverint ; alterâ, quod prænomine quodam una gens uſa ſit : hujus generis fuiſſe prænomen Appii in Claudiâ familiâ , ac Servii in Sulpiciâ , quæ deinde gentilitiorum nominum vicem obtinuere hactenus, ut gentilitio nomini conjuncta , prænomina adhuc eſſent ; ab eodem diſjuncta, pro nomine ipſa haberentur , iiſque prænomen alterum præfigeretur : ac v. c. *Lucius Servius Rufus* diceretur idem , qui *Servius Sulpicius Rufus* aliàs : quæ in certâ quâdam gente cognomina fuerint, ea interdum fuiſſe prænomina vel in ejuſdem gentis familiâ quadam, vel in alterâ gente : ita *Paullus* Æmiliæ gentis cognomen , Lepidorum & Regillorum prænomen nonnunquam fuiſſe : eodemque prænomine uſam Fabiam gentem ; ita Lentulis prænomen *Coſſus* quandoque datum , quod in eorum gente Corneliâ cognomen eſſet : in Valeriâ verò Meſſallas *Voluſus* & prænomen & cognomen habuiſſe : ita denique *Agrippa*, *Mamercus*, *Tullus*, variarum familiarum cognomina fuiſſe, cum olim mera prænomina fuiſſent. Quæ ſequuntur de prænominibus in quibuſdam familiis damnatis , ac de prænominibus & cognominibus mulierum non moror , quia ex nummis haud ita multum illuſtrantur ; ſed ex iis quæ ad cognomina ſpectant varia extudit Eruditiſſimus vir : non ea ſolum quæ apud ſcriptores habentur, ſed etiam ignora aliunde , aut certè parum cognita Gentium Romanarum cognomina in nummis conſignata eſſe : in iiſdem perinde atque in libris deſcripta eſſe altera cognomina , prioribus addita ſcilicet , quo liquidiùs conſtaret de diſcrimine familiarum quæ non ex eâdem gente ſolùm , ſed ex eâdem etiam in eâ ſtirpe profluxerant ; in iis verò denariis quæ duo cognomina exhibeant , prætermiſſa eſſe gentium nomina ; poſtremo tria interdum cognomina Quiritibus attributa eſſe ; quæ à ſcriptoribus cognomina dicantur , perinde atque prima , non ut à Grammaticis agnomina. Subjuncta eſt diſputatio , utrum , prænomen an cognomen , proprium fuerit Romanorum nomen ; quæ quidem , ut verùm dicam, tota eſt de nomine , ſed accuratè Spanhemius prænomen tandiu fuiſſe Romanis proprium nomen ; quandiu gens aut familia cognomine caruit , ut Vitellia; verum ſi quod fuerit in gente vel familiâ cognomen , fuit autem in pleriſque , id proprium nomen cenſeri debere , ſi nummis fidem adhibemus. Ad veritatem haud minus exacta quæ ſequitur concertatio de origine cognominum, quæ à notis & partibus corporis , à muneribus, & moribus, à rebus geſtis indita ſunt; inter quæ non pauca vel parum decora , vel etiam contumelioſa monumentis haud minus inſculpta , nec minus ad eorum à quibus incepere poſteros tranſmiſſa eſſe monet vir doctiſſimus , quàm ea quæ viri quidam nobiles rebus magnis geſtis pepererunt : prætereaque in iis fuiſſe plurima quæ femininâ poſitione mares ſignificarent. Varia porro hîc congeſta ſunt quæ ad Scipionum familiam illuſtrandam pertineant, in quibus tamen humanitùs quiddam Spanhemio accidit , dum aliud agens Scipionis Africani & Scipionis Æmiliani parentes confudit; ad hæc de *Africani*, & *Maximi* cognominibus in variis familiis , de *Magni* cognomine in Pompeiâ , & Pompeii è filiâ nepote Cinna , de duobus Syllæ cognominibus , *Felicis* nimirum & *Venuſti* , quorum alterum in nummis deſcriptum eſt , alterius ſymbola tantum conſignata ſunt , neutrum tranſmiſſum eſt ad poſteros , quippe qui non *Felices* , ſed *Fauſti* dicti ſint ; haud magis quam *Pii* cognomen , quod Metelli Numidici filius tulerat : ſed hæc , & alia de variis modis , quibus Romani patrum naturalium & adoptivorum nomina & cognomina

Digitized by Google

prænominave ſimul conjunxerint, cum in iis brevitas obſcura ſit, indicare ſuffecerit. Tertium caput eſt de Dignitatibus Populi Romani quæ in nummis conſignantur; & in Sacris quidem haud ita multum immoratus eſt Spanhemius; ſed Ordinarias mirum in modum illuſtrat; primùm omnium, ſupremum inter liberæ urbis Magiſtratus Conſulum faſtigium, cujus inſignia fuere ſella curulis, faſces ac ſecures, lictores; de quibus varia ſcriptorum loca perobſcura, & ἐναντιοφανῆ explanavit, & inter ſe quàm ſolertiſſimè fieri poteſt, compoſuit: deinde Cenſuram, Magiſtratum ἀνυπεύθυνον, omnium maximè ſacrum, ad quem de tranſvectione Equitum, & luſtro nonnulla indicat è nummis; tertio loco Præturam, Conſulari dignitati proximam, in quâ docet è nummis, Prætori Urbano ſex faſces ſine ſecuribus præferri ſolitos, cæteris Prætoribus extrà Urbem totidem cum ſecuribus, Præfectos Urbi pro Prætoribus à Cæſare conſtitutos Prætoriæ dignitatis inſignibus uſos eſſe; Prætori Urbano conceſſam poteſtatem celebrandi ludos Apollinares, Apollini ſcil. ac Latonæ ejus matri, non verò etiam Dianæ ſacros; quod cum fefelliſſet nobiles Antiquarios, eos ludos videre ſibi viſi ſunt in nummis qui Ludorum Sæcularium memoriam poſteritati propagarunt; in illis præbitos Circenſes quorum monumenta eſſe celetum ſive ſingulatorum, bigarum, aut etiam quadrigarum imagines; exhibitam etiam venationem; editos etiam à Prætore Urbano ludos votivos; poſtremo omnium fermè ludorum curam Prætoribus Cæſarum imperio delatam fuiſſe. Quartum locum obtinent Ædiles, Curules quidem, a quibus ludi ſanctiſſimi maximâ cum cæremoniâ fiebant Cereri, Libero, Liberæque Cereales, Floræ Matri Florales, Jovi, Junoni Minervæque Romani, Idææ Matri Megalenſes Scenici, quorum extant adhuc, ut & annonæ ab iiſdem curatæ, præclara monumenta; Plebeii verò, quibus ſola fermè Annonæ curatio conceſſa eſt; & quidem ita, ut interdum in Provincias ad frumentum emendum Quæſtores ex Senatuſconſulto mitterentur. Ædilitiam dignitatem excipit Quæſtorum munus, qui vel Urbani fuere, & Ærarium provinciam obtinuere, vel in Provincias miſſi ſunt; illicque faſces ſemper contrà quàm Urbani habuerunt, etiam ſecures, cum pro Prætore aut pro Conſule præfuerunt. Poſtremo nonnulla monetur lector de III.viris & IIII.viris Monetalibus, indicanturque urbes quæ permiſſu Imperatorum & Proconſulum monetam à ſe cuſam teſtatæ ſunt. In extraordinariis Magiſtratibus brevior eſt Spanhemius, quòd eorum nuda fermè nomina exhibeant nummi veteres; ſed horum genera duo fuere; intrà Urbem Dictatoris, Triumvirorum R. P. C. Tribunorum Militum Conſulari poteſtate: extrà urbem Proconſulum & Proprætorum, quorum alii cum militari tantum Imperio ſine Magiſtratu in Provincias mittebantur, alii Magiſtratus Populi Romani erant; Legatorum Proconſule, aut Proprætore, Legatorum Auguſti, Præfectorum Claſſis & Oræ maritimæ; illicque cum de aliis compluribus obiter, tùm de Imperatoris appellatione accuratiſſimè diſputatur. Quartum caput complectitur quædam in Familiis Romanis belli ac pacis decora, quorum memoriam nummi ſervarunt, pacis quidem, opera publica, velut Baſilicam Æmiliam, Puteal Libonis, Roſtra vetera ac nova, Comitia duo, Villam publicam, Vias munitas, Aquam Marciam, in quibus illuſtrandis, cum multa ab aliis aut ſecus obſervata, aut prætermiſſa ſint, ſingularem viri doctiſſimi diligentiam mireris licet; pacis etiam decora fuere, & quidem

dem maximè inſignia leges, è quibus Caſſia & Cœlia Tabellariæ, ac Porcia de Provocatione ſtrictim explanantur, item fœdera, quæ non à Patre Patrato ſolum, ut opinabatur quidam vir doctus, ſed etiam à Fecialibus feriebantur; ac denique ſigna reſtituta. Quod ad bellicam laudem ſpectat, ejus plurima eſſe monumenta in nummis obſervat vir eruditiſſimus; quippe è quâ maximum Romanis decus quæſitum ſemper fuerit; in iis igitur victoriarum & triumphorum memoriam ſervatam eſſe, nec omiſſam eſſe ovationem, de quâ nonnulla minùs rectè ab aliis tradita ſint; illic etiam depicta eſſe tropæa, inter quæ maximè memorabile eſſe illud L. Æmilii Paulli, in quo ter triumphaſſe dicitur, & opima Coſſi de Tolumnio, ac Marcelli de Viridomaro ſpolia; poſtremo quædam in iis eſſe ſingularis Romanorum virtutis exempla. Sequuntur duo veluti parerga, quæ tamen ad diſciplinam militarem pertineant: primo, Spanhemius illuſtrare conatur nummos tres, in uno Vaala quidem, ſive Umonius ſive Numonius vallum tutatur; alter Licinii Imperatoris, vallum quoque exhibere videtur; in tertio T. Didii, victoriam de Servis ab illo duce relatam commendari exiſtimat; ſed qui hoc volumen edendum curavit Iſaacus Verburgius, vir profecto doctiſſimus, Spanhemii conjecturis aſſenſum non præbet, ut in Præfatione videre eſt; altero Parergo diſputatur de duobus nummis M. Antonii, in quo Cohortium Prætoriarum & Cohortis Speculatorum mentio, ac ſigna militaria inter ſe diverſa inſculpta ſunt.

Undecimæ Diſſertationis tria ſunt capita; primo ſeries Auguſtorum è nummis illuſtratur, ſed hîc haud fermè magis quàm cum de alterâ editione ageremus, immorari animus eſt, quòd pleraque leviter perſtringuntur, ac de iis qui vel Trajani Decii ætate, vel deinde imperarunt, eadem quæ Spanhemius, aut etiam paullò plura, quæ nummorum ope deprehendere licuit, ipſi obſervavimus; de hoc tamen celandus non eſt lector, hîc de Gordianis, tres an quatuor fuerint, quæri; ſingulíſque in utramque ſententiam argumentis accuratiſſimè perpenſis, tres fuiſſe aſſeri; præterea viro doctiſſimo Hoſtilianum Trajani Decii generum potius quàm filium fuiſſe videri. Quod verò idem monet Tiberii Tyranni Conſtantiniano ævo memoriam in nummo conſignatam eſſe, vereor ne eum quidam minùs diligentes fefellerint, nummuſque ille haud diverſus ſit ab aureo, quem è Regio Galliarum Theſauro exhibuimus in Tib. Conſtantino: DN COSTANTINUS (ſic) P P A. in averſâ parte VICTORIA TIBERI AUG. In altero capite colligit Spanhemius ſeriem & hiſtoriam Auguſtarum è nummis; monetque interdum non uxores Principum ſolùm, ſed etiam matres, âvias, filias, neptes, ſorores, ſive virgines eſſent, ſive privatis nuptæ, Auguſtas dictas eſſe; nonnullas poſt mortem inter Auguſtas, etiam inter Divas relatas eſſe: inter utraſque Domitillam Veſpaſiani adhuc privati uxorem; Liviam poſt Auguſti mortem, vel Liviam vel Juliam, etiam Auguſti filiam & Sacerdotem dictam, eandemque pro Junone habitam; ſed Juliam Auguſto natam, Agrippæ conjugem, Venerem quandoque appellatam eſſe, nunquam Auguſtam. His adjuncta ſunt ſpicilegia non contemnenda de flaminiis ac ſacerdotiis Auguſtalibus, ac de carpentis à mulis vectis; quæ poſtquam abſolvit Spanhemius, ſeriem Auguſtarum ita exequitur, ut ſimul rariſſima quæque numiſmata exhibeat, & quæ in iis paullo obſcuriora ſunt, tam aptè quàm breviter explicet. Supereſt tertium caput, in quo liberi quidam & adfines Auguſtorum reviviſcunt,

næ vitam ſolum, ſed ſplendorem etiam ſuum recuperant: hos inter conſpicui ſunt Agrippa invictus bello, ejuſque liberi Caius & Lucius, Nero Claudius Druſus, qui Cæſar Auguſti filius in nummo Græco dictus eſt, Druſus & Germanicus ille naturalis, hic adoptivus, Tiberii filii; Germanici liberi Nero & Druſus; Claudii etiam & Vitellii Imperatorum liberi, ac Trajani pater Trajanus, in quorum nummis explanandis eandem, quam in Auguſtarum, operam impendit. Hos ſequitur Hadriani catamitus Antinous, de cujus cultu ita diligenter diſſerit, ut nihil ſuprà, ſingulaque ejus nummorum ſymbola quâ ratione in eum convenerint aperit, adductis ad eam rem maximè appoſitis ſcriptorum locis, ac ſimul quid fuerit ΗΡΩΣ & ΑΓΑΘΟΣ ΗΡΩΣ. edocet. In Galerio Antonino, & Annio Vero filiis, illo Pii, hoc Marci deſinit diſſertatio, niſi quòd natos Commodo è Criſpinâ liberos monetur lector.

Duodecima Diſſertatio ſuperiori operoſior eſt, quod in eâ Spanhemius depugnandum ſibi eſſe exiſtimavit cum viro quodam pereruditо, ac ingenio præſtanti, qui ut Hiſtoriam Auguſtam reſtitueret, confecit novam: hujus varias conjectationes in ſuperioribus Diſſertationibus ſubinde profligaverat vir doctiſſimus, ſed in quibus ſumma victoriæ non conſtaret; hic verò ipſa adverſarii caſtra, hoc eſt principia quibus Hiſtoria ab eo confecta veluti vallo munitur, ſummâ vi expugnare conatur. Atqui nonnullos reperimus, quibus Spanhemius vires ſuas in ventum effudiſſe videretur, quòd vincere voluerit authoritate Scriptorum, quos ſibi adverſari Harduinus ultrò profitetur. Quibus reſerimus, primùm Spanhemium non tam laboraſſe ut vel confutaret Harduinum, cujus acumen & eruditionem merito ſuſpiciebat, vel cum reconciliaret cum Hiſtoricis, quibuſcum in gratiam illum rediiſſe exiſtimabat, quàm ut cæteros à novis Hiſtoriarum figmentis comminiſcendis deterreret; deinde eam quæ maximè appoſita ad Harduinum refellendum ratio eſt, quæ in eo conſiſtit, ut demonſtretur nummos Harduino non favere, quandoque etiam adverſari, à viro diligentiſſimo non neglectam: ſed ad rem. In hac Diſſertatione colligit Spanhemius quæ pertinent ad titulos, qui vel deſignatis Imperii heredibus, vel Imperatoribus ipſis tribuebantur, vel utriſque communes erant. Hujus poſtremi generis fuit *Cæſaris* appellatio, quæ in Auguſto, aliiſque ad Galbam uſque cognominis locum ita obtinuit, ut ſimul aut ſummæ dignitatis, aut proximi ad ejus ſucceſſionem gradûs titulus foret; at finitâ Juliorum Claudiorumque domo hereditarium cognomen eſſe deſiit. Cæſaris appellationi ſubjunctus eſt *Principis Juventutis* titulus, quem nobiliſſimis adoleſcentibus liberâ Republicâ conceſſum fuiſſe hic monemur; fuiſſe enim tres equitum turmas, quibus præfectos fuiſſe *Seviros*, & qui trium turmarum Juniorum primæ præeſſet, eum Principem Juventutis dictum, habitumque pro Equeſtris ordinis ductore cùm aliàs, tum in decurſionibus & Trojæ ludicro. Additur hæc intrà non ſtetiſſe delatam Principum liberis eam appellationem, è nummiſque conſtare Principes Juventutis tam pedeſtris quàm equeſtris militiæ duces fuiſſe; hoc quoque addi potuit, non Cæſares ſolum, verùm etiam Auguſtos Principes Juventutis appellatos interdum in nummis fuiſſe. Poſtremo inſtitutum eſſe docet Spanhemius, ut Cæſares in plurima, vel etiam omnia ſacerdotum Collegia cooptarentur, vel ſuprà numerum; quod nobiliſſimis quibuſque ſacerdotia decerni moris erat Romæ, ac præterea quod ut cætera

omnia, ita etiam ſacra in ſuâ poteſtate habere volebant Principes. Hæc de titulis ſecundi faſtigii: inter appellationes ſummæ poteſtatis prima ſeſe offert *Cæſaris*, altera *Auguſti*, cujus ea vis erat, ut Principes dum adhuc colerent terras, ipſo nomine ac titulo conſecrarentur: hac Harduinus deſignari volebat imperium in Provincias quaſdam à Senatu conceſſum, quod, ne ultra vicenos annos prorogaretur, diligenter cautum erat: eâdem Spanhemius non peculiarem quandam poteſtatem aut Imperii partem, verum dignitatis ſplendorem declarari ita demonſtravit, ut quæ argumenta ex nummis petivit, non quidem admodum firma, ſi aliâ probatione deſtituantur, ſed iis tamen quæ indidem protulit ejus adverſarius, multo probabiliota videantur. Haud ſpernenda quæ ſequuntur de duobus tribuſve ſimul Auguſtis, ac de præcipuâ unius, ac maximè Diocletiani contrà eundem adverſarium, poteſtate, tametſi in Caro ac ejus filiis mirè fluctuet doctiſſimus vir inopiâ veterum nummorum: quòd verò in nummo GRATIANUS AUG G AUG. cum probam lectionem *Auguſti Gener Auguſtus* tradidiſſet, ac maximè accommodatis argumentis firmaſſet, alteram *Auguſti Auguſtus* finxit, perinde ac ſi tres Auguſti ſimul nominarentur, duo æquâ poteſtate, Gratianus ipſe ac Valens, tertius minor ac nomine tenus, Valentinianus Jun. nemo mirabitur qui noverit, nullum eſſe tam egregium corpus in quo non ſit nævus aliquis. Subjungit Spanhemius Auguſti dignitatem in nummis Græcis promiſcuè cùm Latinâ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ. tùm Græcâ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. voce appellari, adeo ut diſcrimen inter has duas voces ne ſuſpicatus quidem videatur: quoddam tamen fuiſſe hactenus obſcurum, indicant nummi in quibus Principes Αὔγουστοι Σεβαστοὶ dicuntur, quales nonnullos in ſerie noſtrâ reperies. In ſequenti verò concertatione de Principum dignitate, ut nummis magis inſtructus fuit, ita laudabilior eſt ejus opera; illicque an quidquam vel ad illuſtrandum veterum uſum, vel ad tuenda, ac inter ſe & cum nummis componenda ſcriptorum loca, deſiderari poſſit neſcio. Auguſti appellationem excipit *Imperatoris* titulus, quem duplici ratione uſurpatum à Principibus conſtat; primâ, prænominis ut plurimum vice, ut ſummum in orbe Romano imperium; alterâ, vice cognominis, & quidem ſæpè iteratum, quo partæ de hoſtibus victoriæ decus deſignarunt: ſed cum Imperatorem Harduinus eum eſſe diceret, qui exercitui cuidam ſummo cum imperio præfectus eſſet; & cum duo ſimul Imperatores erant, habuiſſe unumquemque Imperatorem ſub ſe militantem exercitum; in iis refellendis exultat ac triumphat Spanhemii oratio, cum è nummis oſtendat, eos fuiſſe Imperatores, quos ejus adverſarius fuiſſe negabat; Imperatorem eundem eſſe quem Αὐτοκράτορα, hoc eſt ſupremâ pollentem in exercitibus & in rebus civilibus poteſtate; ac denique Imperatores Βασιλεῖς dictos. Alia etiam hic notanda occurrunt, Cæſares aliquot ante dictos Imperatores quàm Auguſtos; primo omnium Julio Cæſari ſummum illum Imperatoris titulum conceſſum à Senatu fuiſſe; Claudium *Imperatorem* XXVII. ob victorias idcirco appellatum, quod præter Romanorum morem ſæpiùs in uno bello nomen illud ſumſerit, idemque ab aliis Principibus deinceps factum; ſed hæc præ iis quæ ſequuntur levia ſunt, in quibus Spanhemius, ut evincat rationem non habendam ejus opinionis quæ ſingulorum Principum Imperium intrà certum & à Senatu definitum tempus circunſcribit, demonſtrat, primùm ejus opinionis auctorem ſibi non conſtare, deinde nihil fermè ab eo prodi-

tum de illis, ut vocat, Triumviris quibus variæ Provinciæ poſt Neronis cædem commiſſæ ſunt, quod non adverſetur, aut nummis ab eo prolatis, aut principiis quæ ipſe recepit. Quartus *Pontificis Maximi* titulus Imperatoribus conceſſus eſt, quo ſupremam ſacrorum adminiſtrationem ſibi à Senatu Populoque Romano commiſſam teſtabantur: hîc verò tria præſtat vir eruditione præſtans: primùm an Chriſtiani Principes Pontificis Maximi titulum ſumpſerint quærit; in eamque ſenrentiam propendet, quam ipſi amplexi ſumus, illud nomen ab iis aliquandiu retentum ut ſacra pro ſuo jure moderarentur: deinde apud varios populos oſtendit eoſdem ſacerdotes fuiſſe ac ſummos Magiſtratus; tertio Imperatores Pontificis Maximi munia perſæpe obiiſſe. Sequitur *Tribunitia Poteſtas*, de quâ cùm alia non injucunda cognitu hîc indicantur, tum quæ fuerint hanc inter ac Tribunorum Plebis poteſtatem diſcrimina; ſimulque virum quemdam doctiſſimum fruſtrà commentum eſſe geminam Tribunitiam Poteſtatem, aliam in exercitibus, aliam in Provinciis, oſtenditur. Superſunt tres perpetuæ Imperatorum appellationes, *Pii*, *Felicis*, *Patris Patriæ*, de quibus pro more ſuo diſſerit Spanhemius; at iidem *Conſulatum* non διὰ βίυ vel perpetuum, crebro tamen, & quidem ſtatis ut plurimum temporibus iteratum ſuſcepere, eorumque proceſſus Conſularis memoria interdum in nummis expreſſa eſt. Hîc profectò nollem à Spanhemio mendacii dicam impactam ſacro primi libri Machabæorum ſcriptori, dum adinventos ab adverſario ſuo duos Orbis & Urbis Conſulatus confutaret; id enim quàm maximè alienum eſt ab eâ moderatione quam adhibuit cùm in aliis rebus, tùm in ſequenti concertatione, in quâ ſententiam ſuam de *Proconſulari* Principum *Imperio* vindicat, docetque triplicem Proconſulatum fuiſſe, primum Imperatorum, cujus ea vis erat, ut in Provinciis omnibus major iis quàm Præſidibus poteſtas eſſet; alterum ejuſdem generis, qui in magnâ Orbis Romani parte, & ad tempus quibuſdam conceſſus eſt, ac intrà pomerium deponebatur; tertium eorum qui in ſingulas Provincias cum Imperio ac Proconſulum nomine mittebantur, ut in iis ordinarii Populi Romani Magiſtratus eſſent. Atqui ille Imperatorum Proconſulatus raro in nummis apparet, rariùs etiam *Cenſoria Poteſtas*, de quâ tamen varia dici poterant, quæ ab aliis prætermiſſa Spanhemius diligentiſſimè collegit: ſed qui Imperatoris ac Cæſaris locum in nummis Principum ſequioris ævi obtinuit, *Domini* titulus, maximè obvius eſt: qui quidem jam inde ab Auguſto tribui Auguſtis cœpit, ſed ita ut eum averſati ſint nonnulli, quidam ultro ambierint, plerique tribui ſibi paſſi ſint, nulli tamen ante Philippos, quorum numiſmata Spanhemii diligentiam fugerant, delatus ſit in nummis niſi Græcis, in quibus ipſis cum non Δέσποται, ſed Κύριοι dicantur, hinc apparet cur Julianus ille qui fidem deſeruit Dominus nunquam non dictus fuerit in nummis, cum Δεσπότης ſe à Græculis appellari nollet, cujus rei cauſam à viro ſagaciſſimo repertam non eſſe miror. Aurelianum deinde & Carum Deos ac Dominos dictos fuiſſe monemur dum adhuc viverent, tum Diocletianum & ejus collegam Maximianum Dominos, ſed poſt addicatum Imperium; itaque honoris hanc eſſe in illis, non poteſtatis appellationem; poſtea perpetuum fermè in nummis titulum hunc occurrere, denique ſolam Δεσπότυ appellationem in nummis conſignatam eſſe. Tria ſuperſunt titulorum genera illuſtranda; primum neſcio ſuperbius an vanius, cum Principes vel Dii dicerentur, vel Deorum & quidem

quidem Conſentium nomina, vel inde deductas appellationes reciperent, ut nihil Deorum honoribus relictum foret; ac Deos quidem in Græcis urbibus dictos Auguſtos, Auguſtas, Cæſares ipſos evincunt nummi quam plurimi Auguſti, ac Liviæ ejus uxoris, Tiberii, ejuſque liberorum Druſi ac Germanici, Meſſalinæ etiam ac Neronis, qui adhuc Cæſar ΘΕΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ. dictus; at in Larinis nummis Carus *Deus ac Dominus*, Aurelianus verò *Deus ac Dominus natus* appellati ſunt, ſi Spanhemium audis, adhuc vivi; & hic quidem *natus*, quo diſtingueretur à Sole, velut *Deo ac Domino Imperii Romani*, qui eſſet ἀγέννητος. Quod ſpectat ad nomina Deorum recepta, præter Auguſtas quæ Juniores Junones, ac Juniores Cereres dictæ, præter Caracallam & Getam, qui *novi* vel *Orientes Soles*, Nero etiam Apollo dictus, Hadrianus verò & Commodus, uterque Hercules Romanus: at quòd Diocletianum Jovem, Maximianum Herculem appellatos etiam in nummis fuiſſe hîc traditur, verum non eſt, ſaltem colligi non debuit è nummis qui hocce loco exhibentur, in quorum aliis Jupiter quidem & Hercules nominantur, ſed ita ut *Auguſtorum*, non *Auguſti* ipſi dicantur; in aliis Principes duo non Jupiter & Hercules, verùm primus *Jovius* appellatur, alter Herculius. Ad appellationes igitur à Deorum nominibus deductas referenda erant, inter quas conſpicua eſt illa *Olympii*, quam primus Auguſtorum uſurpavit Hadrianus, in cujus honorem ludi in Aſiâ inſtituti ſunt Olympii Hadrianei, ac poſt eum Commodus; item Σωτῆρος, & *Jovis* Φιλίυ; ac denique *Optimi*, & *Optimi Maximi*. Alterum eſt titulorum à victoriis, vel devictis gentibus adſumptorum genus, quos dum recenſet vir præſtanti ingenio ac doctrinâ, ſimul quædam minus obvia docet de Alemanniâ: poſtremum eorum, quibus adſcitas & origo, veræ vel adfectatæ deſignabantur, quive parandæ benevolentiæ causâ, aut in grati erga deceſſores animi ſignificationem ſuſcipiebantur: de quibus breviter, niſi obſcurè dici non poteſt. In titulis Diocletiano & Maximiano poſt abdicatum Imperium tributis deſinit Diſſertatio duodecima.

Quod ad decimam tertiam ſpectat, in eâ demonſtrat Spanhemius multo plura in nummis rerum quæ ad Hiſtoriam Imperii Romani ac Imperatorum pertineant, quàm in Scriptoribus monumenta conſignata occurrere; pietatis quidem Principum, Sacerdotia ab illis ſuſcepta, inſcriptiones quibus ſe in tutelâ Deorum eſſe declarant, vota nuncupata ac ſoluta, templa erecta, refecta, dedicata; eorundem munificentiæ ac Providentiæ, Congiaria populo Romano data, & inſtar perpetui congiarii Εὐθηνίαν, ſive affluentiam Annonæ, Alimenta pueris puelliſque ingenuis præſtita, remiſſas à Caio Ducenteſimam, à Galba Quadrageſimam, Italiæ vehiculationem à Nerva, reliqua vetera HS. Novies Millies ab Hadriano abolita, ſublatam à Nerva Fiſci Judaici calumniam; quæ omnia vir doctiſſimus non recenſet ſolùm, ſed pluribus verbis explicat, ac tenebras quæ iis obductæ erant à nonnullis; diſcutit. Sequuntur quæ ad Romani Orbis adminiſtrationem propiùs ſpectant, conſtitiſſe eum è Provinciis, Urbibus liberis & Regnis: ut liberâ Republicâ, ita poſtquam omnia unus ſub imperium accepit, fuiſſe Reges qui Imperii majeſtatem comiter colerent, eoſque in tutelâ fuiſſe Auguſtorum, quorum effigies in nummis ſuis exhibuerunt: Reges aliquot gentibus à Principibus datos, à Trajano Parthis, ab Antonino Pio Armeniis & Quadis: libertatem Urbium ejuſmodi fuiſſe, ut earum ſtatum Auguſti per Le-

gatos ordinarent; in Provincias verò miſſos fuiſſe vel Præſides vel Proconſu'es, de quibus non pauca obſervari potuerint in nummis, quibus præclara lux ſcriptoribus affunderetur, quæque hîc colliguntur. Ad eandem Romani Orbis adminiſtrationem referri debent Coloniæ, quas ad centum & viginti à Principibus deductas, pleraſque à ſcriptoribus prætermiſſas, ſibi notaverat Spanhemius; ſed quòd idem argumentum Vaillantius occupavit, perpauca de illis, hoc eſt, ea quæ in ſuperiori editione ſcripſerat, novâ tamen luce perfuſa, repræſentat: perinde atque de Ομονοίᾳ Urbium, de quâ jam multa in priori volumine, quâque vel ſacrorum communio indicatur, vel hoſpitii, aut commercii, aut connubiorum jus. Quæ etiam diurnis actis mandari ſolebant, Adventus ſcil. ac Profectiones Auguſtorum, in nummis perſæpe conſignata ſunt, ac præterea elogia quibus Urbem, & Orbem, varias Provincias & urbes, exercitus, Monetam reſtituiſſe dicuntur; indeque facilè intelligitur omiſſa in illis non eſſe belli acta, hoc eſt adlocutiones Auguſtorum, victorias, triumphos, trophæa, præterea virium Imperii, legionum, cohortium, exercituum commendationem; ſed horum tantam eſſe copiam perſpexit vir bono literarum natus, ut inde juſtum opus confici poſſet; quamobrem pauca quædam de his à vulgi cognitione remota indicaſſe contentus, enumeratione templorum quorundam celeberrimorum, quæ vel ab Imperatoribus extructa, vel in eorum honorem, cum in Urbe, tum in Provinciis condita ſunt, abſolvit immortale opus, cui cum addere vellet in tertio volumine quæ ad Religionem Gentilium, Conſecrationem, & ſupellectilem veterum ſpectabant, fato functus eſt, & quidem ita immaturo, ut ne hoc quidem volumen polire potuerit, in quo ut non plus eruditionis, ita orationem magis terſam ac limatam profectò deſideramus.

Alia Ill. Spanhemii opera nunc recenſenda ſunt, inter quæ eminet illud, quo Juliani Apoſtatæ Cæſares illuſtravit, Gallicè ſcriptum,

> *Les Ceſars de l'Empereur Julien, traduits du Grec, avec des remarques, & des preuves illuſtrées par les Medailles, & autres anciens monumens.* Paris 1696. 4.

& auctoris famâ digniſſimum; qui cum intellexiſſet, homines ita eſſe comparatos à naturâ, ut libris in ſcientiarum commendationem ſcriptis minùs moverentur, novam hæc ſtudia promovendi rationem inire voluit, ſcriptorem nobilem arripiendo, in quo quidquid obſcurum, aut obiter ac velut in tranſcurſu dictum, aut ab aliorum denique ſcriptorum ſententiâ diſpar ac diſſentiens animadvertitur, id omne è veteribus nummis illuſtraret, & incertis quidem fidem confirmaret, ac falſis demeret; obſcuris lucem affunderet; in his verò quæ auctores in diverſum trahunt, quid potiſſimum ſequendum ſit, demonſtraret. Hinc profectò intelligis, nihil fermè hîc reperiri aut à Juliano ſcriptum, aut à Spanhemio adnotatum, quin illud continuo certiſſimis numiſmatum teſtimoniis confirmarit; verùm in hoc Commentario commendando haud opus eſt ut diutiùs immoremur; quippe in quo eandem ſecutus eſt ſcribendi rationem, quam in cæteris lucubrationibus, in quibus omnibus, ut id ſemel dicamus, mirari ſubit ſingularem quandam, atque omnia complexam eruditionem, prætereaque propè incredibilem memoriæ felicitatem cum acri & certo judicio conjunctam: quippe cui

ſcribenti ita ſemper opportuna adfuere cùm veterum ſcriptorum loca, tum etiam maximè appoſita numiſmata, ut in ſtatione quâdam parata, atque illum expectaſſe, quo juberet prodire loco aut tempore, videantur.

Nec verò aliter ſentiendum de eâ, quam tamen inter alias curas effuderat,

De Nummo Smyrnæorum, ſeu de Veſtâ & Prytanibus Græcorum Diatriba,

quæ Selectis Seguini Numiſmatibus ſubjuncta eſt anno 1684. in hac enim primùm de Amazonibus & Sophiſtis Smyrnæ in honore habitis diſputat; mox de Veſtæ cultu intrà parietes privatos & in Prytaneis plurima congerit antea obſcura & ſparſa: eam primam fuiſſe Dearum in Græcis & Aſiaticis Civitatibus; ſacra huic primùm, deinde Jovi facta; huic primum initiatos fuiſſe Græcos, cultam fuiſſe in Prytaneis ejus imaginem, ſive ſtatuam, cujus ſigna accuratè deſcribit: eandem denique præſertim nummorum ope demonſtrat, & Rheæ filiam, & Rheam, & Cererem, & Tellurem, & ignem fuiſſe. In Prytaneis illuſtrandis haud minùs accuratus & elegans, ita appellata fuiſſe oſtendit loca, in quibus benè de Republicâ meritis, Hieronicis, Legatis urbium alimenta è publico præbebantur: eadem ob Veſtæ cultum & æternum ignem frequens ſupplicum aſylum, & ſacra habita fuiſſe; ac denique eorum curam pertinuiſſe ad eos qui ſummum gerebant in urbibus magiſtratum, atque idcirco Prytanes variis in locis dicti ſunt.

Ejuſdem Spanhemii Diſſertationes quinque extant, Morellii Specimini rei nummariæ ſubjunctæ. Primâ explicat nummos duos Ancyræ, in quibus ludi memorantur Aſclepii Soterii cum Iſthmiis & Pythiis conjuncti: ac primum quidem docet, eos ludos Æſculapio, quem vulgo Servatorem appellarent, factos; deinde varia congerit ad Iſthmiorum & Pythiorum originem, ſolennitatem, & loca in quibus edebantur pertinentia: tum quâ de causâ Aſclepiis conjungantur, aperit; & Pythiorum quidem rationem conſtare, quòd Apolline natus ferretur Æſculapius; Iſthmiorum verò Aſclepios veluti continuationem fuiſſe. His addit obſervationes de vaſis diverſi generis, quæ in nummis, quibus ludorum memoria conſignata eſt, viſuntur cum inſertis ſingulis, pluriſve palmæ ramis: mox num peculiaris quædam ratio Ancyranos impellere potuerit, ut in Æſculapii honorem ludos inſtituerent aut renovarent, diſquirit: poſtremo quæ ad Ancyram ipſam ſpectant, illuſtrat.

Altera Diſſertatio eſt de nummo Nyſæ in Cariâ, in quo occurrunt ΘΕΟΓΑΜΙΑ, ludi in honorem feralium Plutonis & Proſerpinæ nuptiarum: in eâ verò de quatuor potiſſimum capitibus diſputari adnotavimus; de ipſâ eorum ludorum appellatione; de Scribis, quod genus Magiſtratûs in Aſiâ Proconſulari frequens fuit; de Oecumenici voce; de ludis Iſelaſticis. In tertiâ Diſſertatione nulla cauſa eſt cur immoremur; in quâ Spanhemius Morellii conſilium commendat, & quàm lætos & uberes, ipſe gloriæ, alii ſcientiæ & eruditionis fructus ex ejus opere, ſi aliquando perficiatur, percipere poſſint, oſtendit.

In quartâ Diſſertatione duo Pergamenorum nummi illuſtrantur. In primo ſtat Æſculapius in rhensâ, quam duo Centauri δᾳδοῦχοι trahunt: hunc Spanhemius fuiſſe docet patrium & præſidem Pergamenorum Deum, deinde de

baculo ſerpente circunvoluto, de pompâ ſacrorum, de Centauris variorum Deorum thenſæ jungi ſolitis, de facum uſu in myſteriis varia colligit, ſimulque cur Æſculapium Centauri vehant, eique faces præferant, ſolerter inveſtigat. In altero nummo ſtat Jupiter juvenis cum fulmine & hâſtâ: hinc Solis caput, inde Lunæ; in imo fluvii duo, de quibus, poſtquam cætera enarravit, ſententiam ſuam profert; hos Selinum & Cetium eſſe, niſi Selini loco Caicum malis; arreptâque inde occaſione, topographiam Pergami, atque univerſi illius tractûs, accuratam exhibet.

Quinta Diſſertatio eſt de ludis in honorem hominum inſtitutis, cujus generis cùm plurimos recenſet, tùm maximè immoratur in iis qui Alexandro, Auguſto, Severo, Antonino & Getæ, qui Philadelphii dicebantur, ac denique Antonino ſoli facti ſunt.

LAURENTIUS BEGERUS. LAURENTIUS BEGERUS, natus Heidelbergæ anno 1653. primum Ser. Electoris Palatini, deinde Ser. Electoris Brandenburgici, ſive Regis Pruſſiæ Conſiliarius, ut vocant, ab Antiquitatibus & Bibliothecâ, plurima edidit opera ad rem nummariam pertinentia, quorum primum ſic inſcriptum,

Theſaurus è Theſauro Palatino Selectus. Heidelbergæ 1685. fol.

duas in Sectiones tributum eſt, quarum una gemmas, altera nummos elegantiores Palatinæ gazæ complectitur. Ac de gemmis quidem nihil attinet dicere; nummos verò tribus capitibus illuſtrandos ſuſcepit vir doctiſſimus. Primo capite exhibentur numiſmata Regum aliquot Macedoniæ, Aſiæ, Syriæ, Ægypti, Bithyniæ, Ponti; Tyrannorum Siciliæ, ac Philiſtidis Reginæ, Herodis Φιλοκλαυδίν, Batti & Nymphæ Cyrenes, Arati Poëtæ, Hecatomni cum Jove Labranteo, Philetæri, Euphemi Argonautæ cum monumentis Argonauticæ expeditionis, & Cadmeis Serpentibus, Phidonis Argivi cum menſuris ſuis, Patræi & Taurionis; iiſque notæ adjunguntur haud multum uberes quidem, non contemnendæ tamen. Alterum caput repræſentat numiſmata urbiûm & populorum, ita diſpoſita, ut primum locum teneat Magna Græcia cum Româ, Coſâ & Maſſiliâ; alterum Sicilia, Creta, & cæteræ Mediterranei maris Inſulæ: has ubi abſolvit Begerus, tum Peloponneſum, Græciam, Macedoniam, Theſſaliam, Epirum, Thraciam percurrit; mox Boſporum tranſgreſſus, Aſiæ & Syriæ urbes colluſtrat, eaſque, perinde atque ſuperiores, à viâ, ut ita dicam, ſalutat; trajectâ denique Ægypto Cyrenen reviſit, & Carthaginem uſque pervadit. Tertio capite breviter enarrantur Numiſmata Græca & Latina Imperatorum, Auguſtarum, Cæſarum & Tyrannorum, à Julio Cæſare, bene multa quidem ad Heraclium; ab Heraclio viginti circiter uſque ad Manuelem Calo-Joannis filium. Porrò nummi hoc in opere cùm integri omnes, tum etiam ad unum exemplum inciſi in ære ſunt, præter admodum paucos qui magnitudine ſuâ præcellebant; adjectæque literæ & numerorum notæ, quæ ſingulorum metallum & magnitudinem nos docerent.

Alterum Begeri opus hunc titulum præfert:

Obſervationes & Conjecturæ in Numiſmata quædam antiqua. Coloniæ Brandenburgicæ 1691. 4.

& nonnulla complectitur ad Romanas origines ſpectantia, variaque Romanorum

norum decora in nummis depicta demonſtrat: quæ ſcil. ab Hiſtoricis de Herculis in Italiam adventu; quæ de lupâ & aquilâ ab Ænea Lavinium condituro conſpectis, quæ de Tulli Hoſtilii fœdere cum Albanis, & pace ab eodem Fidenatibus conceſſâ narrantur, horum memoriam in nummis conſignatam fuiſſe: in iiſdem commendatas, prudentiam ejus Fabii qui cunctando Romanam rem reſtituit, victorias Sulpicii de Philippo Macedonum Rege, Scauri de Areta, de Bacchio Plautii; ne omiſſam quidem legationem, aut Aburii ad Carthaginenſes & Maſaniſſam, ad auxilia contra Perſeum roganda, aut Syllæ ad Bocchum, ad Jugurtham repetendum: denique cum haud pauca alia in Familiarum Romanarum nummis indicat ab eruditis nondum obſervata, tum Cæſarem juvenem, cum commendatione originis à Venere, & civis ab eo ſervati; item Indutiomarum Trevirum, Auguſti victorias de Sexto Pompeio, ac poſtremo vota ob fratrum concordiam ſuſcepta in nummo Getæ, in quo Janus expreſſus. Nec verò ibidem defuit Begero induſtria aut ſtudium ad illuſtrandos nummos Græcarum urbium, imò fortè ſuperfuit; cum enim præter alia Apollinem pileatum in nummis Ætolorum & Cyrenæorum, ac Vejovem in Abderitarum nummo videre ſibi viſus fuiſſet, leniter per Epiſtolam caſtigatus eſt à Spanhemio, quòd à vulgari opinione, quæ in eorum nummorum primo Meleagrum, in altero unum è Battiadis, in tertio denique Apollinem ſtatuebat, deſciviſſet; ac ne ſic quidem ſententiâ ſuâ dimoveri ſe paſſus, alteram Spanhemii epiſtolam elicuit, in quâ perinde atque in priori, & in eâ Begeri, multa præclara occurrunt de Apolline, de pileis, de galeis, de Abderâ, &c. Sequitur

Spicilegium Antiquitatis, ſive variarum ex Antiquitate elegantiarum, vel novis luminibus illuſtratarum, vel recens etiam editarum faſciculi. Coloniæ Brandenburgicæ 1692. fol.

quo in opere, cùm gemmæ & ſtatuæ haud paucæ, tùm in primo faſciculo permulti nummi Græci illuſtrantur: Biſaltiorum cum Minervâ Hippiâ; Caryſtiorum cum Mercurio & Gallo, Samiorum cum Venere, & Veneris concubitu: Syracuſanorum cum Iceta Leontiorum Tyranno, Agrigentinorum cum Acragante Nymphâ, Buthrotiorum cum Nauplio, necnon Phintiæ Regis, & Herois, ut quidem Begerus opinabatur, Εὐμενὴς: alii è quibus diſcimus, Amorgum deductam fuiſſe coloniam à Samiis, Chium à Cretenſibus, Coum ab Argivis, Chalcedonem à Megarenſibus: præterea Epiri cum bobus, Rhodi cum uvis & ollulâ, Cythni cum caſeis, Opuntis cum hydriâ argenteâ quam Apollini conſecraverant: quos nummos omnes, item eum in quo Jovis Caſii templo inſiſtit aquila, & nonnullos Syriæ urbium cum ariete, accuratè explicat.

Porro ut ſuperioribus operibus haud ineruditi, ita eruditiſſimi & diligentiſſimi Antiquarii famam conſecutus eſt eo opere, quo recluſit Brandenburgici Theſauri opes; quibus, cùm per ſe magnæ ſint, tùm haud vulgaris è Commentario quo veluti ambiuntur, commendatio acceſſit:

Theſaurus Brandenburgicus Selectus. Coloniæ Marchicæ 1696. fol.

Continuatio. Ibid. 1699. fol.

Volumen tertium. Ibid. 1701. fol.

Quatuor numiſmatum genera hi libri complectuntur, Regum & Illuſtrium virorum; Provinciarum, & Urbium in quibus nummi Græci cuſi ſunt; Familiarum Romanarum, ac denique Imperatorum; ſed de ſingulis diſſerendum eſt. Igitur in primo capite occurrunt Numiſmata aliquot Macedoniæ Regum, Archelai, Amyntæ, Philippi, Alexandri: hunc ſequuntur quidam ex iis qui heredes ejus vulgo dicuntur, Macedoniæ, Aſiæ, Syriæ, Ægypti; necnon Ponti & Bithyniæ Reges, cum Pyrrho Epirota, Siciliæ ſive Tyrannis ſive Regibus, & utroque Juba: adjunguntur his cum cæteri clari & illuſtres viri qui in Theſauro Palatino prodierant, præter unum Euphemum Argonautam, tùm etiam Poſidippus, Poſidonius, Nicoclia Heroina, Audoleon Pæoniæ Rex, cujus nummum antea Phidolæ adjudicarat, Diocrates exulum Dux ſub Agathocle, Commius Arrebas, Indutiomarus Trevir, Donnus Alpium Regulus, Ninnius Marrucinus, ac denique Ulatus Ateula, cujus nummum referre ſolent ad Attilam Hunnorum Regem. Non omittenda ſunt quæ in primo tertii voluminis capite viſuntur numiſmata, benè multa quidem plerorumque Syriæ Regum & Reginarum, nonnulla verò & ea quidem rariſſima variorum Regum Ægypti, Cappadociæ, Ponti una cum vetuſtiſſimo Amynta, Pixodaro Cariæ Dynaſtâ, & duobus, ut quidem opinatur, Arvernorum Regibus Bituco & Bitovio: ſed ut rara & inſignia pleraque ſunt, ita in his explicandis ea eſt Begeri accuratio, quâ nulla major eſſe queat; de ſingulis enim ſymbolis in iis expreſſis ita diligenter diſputat, atque ille qui propè juſtam ad ea Diſſertationem conſcribere vellet; & num ad hiſtoriam illuſtrandam conducere poſſint, ſolertiſſimè inveſtigat.

Haud minus ad illuſtrandos Urbium nummos ſtudium adhibuit Begerus; nihil enim cujus quidem memoria in eximiis illis antiquitatis monumentis conſignata ſit, ad earum originem, ſitum & ſoli ingenium, decora, ſacra, & varios caſus pertinens, inexplanatum reliquit. Nec verò unum aut alterum cujuſque loci nummum, ſed quotquot in ampliſſimâ gazâ ſervantur, tam in primo volumine, quàm in tertio protulit: ſed quia eundem ordinem, quem in Palatino Theſauro inſtituerat, ſecutus eſt; hoc eſt, Italiæ primùm, & Magnæ Græciæ; deinde Liparæorum, Siciliæ, ac cæterarum Mediterranei Maris Inſularum; mox Græciæ, & populorum huic circumjectorum; poſtea Aſiæ, & Syriæ; denique Ægypti, Africæ, & Hiſpaniæ numiſmata exhibuit, nulla cauſa eſt cur hic immoremur; niſi fortè monendus ſit lector, qui nummi antea Tarſi Hiſpaniæ adjudicati à Begero ipſo fuerant, eos nummos Tarſo Phœniciæ reſtitutos eſſe.

Ut in ſuperioribus capitibus & in poſtremo Theſauri Palatini numiſmata cum aliis pluribus publicata ſunt, ita in tertio capite, quod antiquiſſima Romanorum ex ære gravi, Familiarum, & incerta quædam numiſmata complectitur, iterum, ſuis quæque locis, prodeunt ea, quæ in Spicilegio, illuſtrata antea fuerant: verùm hujus Commentarii longè alia ratio quàm ſuperiorum eſt; tametſi enim omnia hujuſcemodi numiſmata quæ in Brandenburgico muſeo ſervantur, exhibet, non omnia tamen explicat; ſed ſi quæ in Patino deſint, aut ſi in iis quæ habet, ejus aut Urſini diligentiam, acumen, judicium deſideret, in iis ſeſe exercet Begeri induſtria, cætera obiter duntaxat recenſet.

Supereſt poſtremum caput, quo prodeunt Numiſmata Imperatorum, Au-

guſtarum, Cæſarum & Tyrannorum à C. Julio Cæſare ad Alexium Angelum, non Romæ ſolum, ſed etiam in Coloniis, in Urbibus Græcis, in Ægypto cuſa, & erudiris, tametſi plerumque brevibus notis illuſtrata; ſed earum ratio intelligi non poteſt, niſi univerſæ lucubrationis ratio deſcribatur; quod quidem aliquandiu jam lector à nobis expectat. Non enim eo more quem didacticum appellant, ſed in Dialogorum formam ſcripti ſunt libri iſti: finxit enim Begerus adfuiſſe ſibi amicum quendam antiquitatis amatorem, nec mediocriter erudirum; cui ſe quidem Brandenburgicas opes ordine pandiſſe, eum verò ad ſingulas aut ſuam opinionem protuliſſe, aut auctorem ut ſuam proferret rogaſſe: & ſi quidem ipſi conveniret cum cæteris Antiquariis qui eadem monumenta illuſtranda ſuſceperunt, in iis ſe plerumque immoratos non fuiſſe: ſi verò veteres opiniones convellere, novaſque inſerere vellet, tum ut utriuſque partis argumenta faciliùs inter ſe compararentur, finxit ab amico, cui Archæophilo nomen dedit, illas ſtrenuè propugnatas, has gnaviter oppugnatas fuiſſe; eâdemque ratione ubi monumenta hactenus ignora publicavit, ſuam ſententiam poſuiſſe non contentus, num etiam alia in alterius mentem venire poſſet, anxiè quæſivir, eique Archæophilum patronum dedit. Atque hæc fermè dicenda habebamus de præſtanti opere, in quo Numiſmata omnia ita ſcalpta ſunt ut in Theſauro Palatino, cuique ſubjuncti ſunt indices locupletiſſimi.

Sunt & alia Begeri eaque erudita opera, quorum duo,

> *Cranaë Inſula Laconica, eadem & Helena dicta, & Minyarum poſteris habitata*

> *Meleagrides & Ætolia ex Numiſmate* Κυρίων. Coloniæ Brandenburgicæ 1696. 4.

ſimul edita ſunt; ſed hoc brevius, ſingulari diſſertatione conſtat in nummum, quem Lud. Nonnius Cyrii in Cypro Inſulâ cuſum exiſtimaverat, ipſe ad Cyrium Ætoliæ urbem pertinere demonſtrat, nec Cygnos in eo aut anſeres, ſed meleagrides aves expreſſas eſſe; ejuſque typi ænigma explicat: altero verò, quod prolixius eſt, numiſmata Κραναάτων & Ελενίτων illuſtranda ſuſcepit; primumque ea numiſmata probavit cuſa fuiſſe in Inſulâ non Atticâ, verùm Laconicâ, quæ Cranaë, eademque Helena dicta eſt, quod illic ſtuprum fecerat Paris cum Helenâ: deinde de ſymbolis in iis expreſſis diſputavit, ac potiſſimum de veſpertilionibus, in quorum formam mutatas fuiſſe Myniæ filias veteres finxere. Hîc etiam occurrunt velut corollaria, nummi Gythei, in quo Victoria Actiaca celebrarur; Nyſæ, in quo Begerus videre ſibi viſus eſt umbram cymbæ Charontis inſiſtentem, & ferali illi portitori naulum porrigentem; Athenarum, & Ereſii, in quibus varia ſymbola. An eo loco mentio facienda ſit de opere inſcripto,

> *Bellum & Excidium Trojanum ex Antiquitatum reliquiis.* Berolini & Lipſiæ 1699. 4.

haud equidem ſatis ſcio; in eo enim occurrunt perpauci nummi, duo Hectoris, & totidem Eurypyli, ſingulares Achillis & Thetidis cum armis, Ajacis manus ſibi inferentis, Nauplii facem ſceleratam attollentis, Ulyſſis domum reducis, prætereaque ille in quo depictum judicium Paridis; qui

nummi haud ſemel antea, vel à Begeto ipſo, vel ab aliis publicati fuerant; nec obſervationibus indigebant. At piaculum eſſet omittere

> *Regum & Imperatorum Romanorum Numiſmata &c. à Romulo & C. Julio Cæſare ad Juſtinianum Aug. curâ & impenſis &c. Caroli, Ducis Croyaci & Arſchotani, &c. olim congeſta, &c.* Coloniæ Brandenburgicæ 1700. fol.

Tametſi enim nihil in tabulis numiſmatum immutarit, nec magis conſtet, quæ aurea fuerint, quæ argentea & ærea; tamen de iis qui ad hæc ſtudia animum appellere volunt optimè meritus eſt, dum in Adnotationibus, quæ ab Alberto Rubenio minùs rectè ſcripta erant, emendavit, quæ obſcurè, explicavit; his enim effecit, ut nullus eſſet tyronibus utilior Commentatius. Begeri famâ digniſſima etiam eſt

> *De nummis Cretenſium ſerpentiferis diſquiſitio antiquaria.* Coloniæ Marchicæ 1702. fol.

in quâ nonnullorum opinio, Cretenſes ex Aſiaticis, hos è ſerpentibus ortos fuiſſe, confirmatur; indeque explicantur numiſmata Antonii, Auguſti, aliorumque Principum, in quibus ciſta depicta eſt inter ſerpentes duos. Levior eſt, quæ eodem anno prodiit,

> *Colloquii quorundam de tribus primis Antiquitatum Græcarum voluminibus ad eorum Authorem relatio.* Anno 1702. fol.

hanc enim idcirco duntaxat ſcripſit Begerus, ut ſuas nummorum quorundam interpretationes adverſus Gronovium tueretur: quod quidem ita præſtitit, ut nec prorſus inutilis ſit ea lucubratio, & haud paulo jucundior futura fuiſſe videatur, ſi eruditiſſimum virum minùs inclementer exagitaſſet. Nonnulla etiam ad hanc Bibliothecam Nummariam pertinentia complectitur

> *Examen dubiorum quorundam.* Berolini 1704. fol.

nam & ad nummam C. Memmii, num ipſe Quirinus dictus fuerit inveſtigat, & dictum fuiſſe aſſerit, perinde atque in aliis nummis Perillium Capitolinum, & L. Antonium Pietatem: præterea quæ fuerit corona Iſthmica? eamque docet contextam olim fuiſſe è ſemine & cauliculis, deinde è foliis Selini, eandemque piceam interdum fuiſſe. Atque hæ quidem ſunt Theſauri Brandenburgici veluti appendices: poſtremum Begeri opus,

> *L. Annæi Flori Rerum Romanarum libri duo priores ex Criticorum obſervationibus correcti.* Coloniæ Marchicæ 1704. fol.

eodem conſilio editum eſt, quo Juliani Cæſares ab Ill. Spanhemio: ut enim ab hoc Imperatorum Romanorum, ita ab illo Romanæ Reipublicæ hiſtoria breviſſimè ſcripta eſt; plurimaque in utroque ſcriptore reperias aut obſcura, aut à cæteris ſcriptoribus diſſentientia, quibus præclara lux affundi è nummis poterat: quamobrem nullam auctorem ſuum nummis illuſtrandi occaſionem amiſit Begerus in notis, quas ubertimas ad eum ſcripſit; prætereaque huic præfixit Italiæ hiſtoriam à Jano ad Romam conditam, eamque ipſam nummis haud paucis Italiæ, Tiberis, Jani, aliiſque diſtinxit. Mortuum hunc aiunt Berolini anno 1705. die 20. Februarii.

Viri

Viri Illuſtriſſimi JOANNIS CHRISTOPHORI BATTELLI Diſſertatio prodiit anno 1702. ad nummum Heraclii Imperatoris, qui tametſi nihil in ſe continet admodum eximii & ſingularis, occaſionem tamen dedit eruditiſſimo viro, plurima notandi planè ſingularia : JOANNES CHRISTOPHORUS BATTELLUS.

Expoſitio Numiſmatis Heracliani. Romæ 1702. in 12.

Videri poſſunt quæ de illâ Diſſertatione ſcripſerunt auctores Diarii Trivultiani.

Eſt in Theſauro Regio nummus Gallieni inſcriptus, VBIQVE PAX. cum Victoriâ in bigâ : in adverſâ parte Gallieni coronâ ſpiceâ, vel potiùs gramineâ redimitum caput cælatum eſt, cum hoc elogio, GALLIENAE AVGVSTAE. Plerique hunc nummum cuſum fuiſſe in ludibrium Gallieni contendebant; nec improbabilis eorum opinio videbatur, cum & ignavia illi objiceretur à Treb. Pollione, & ſatis conſtaret nunquam minùs prædicari potuiſſe pacem & tranquillitatem Imperii, quod tyranni & barbari certatim dilacerabant. Altera erat acutiſſimi Harduini opinio, qui, cum nihil in nummis ludicrum, aut ſcurrile, nihil Romanâ majeſtate & gravitate indignum occurrere exiſtimaret, GALLIENAE AVGVSTAE. ſcriptum eſſe dicebat, pro GALLIENE AVGVSTE. in vocandi caſu; monebatque nullum fuiſſe Auguſtum Gallieno, ſi nummos teſtes audimus, vel in bello magis ſtrenuum, vel magis acceptum Populo Romano Galliiſque : ſimul quod nonnullos movere poterat corona graminea, docebat è Plinio lib. XXII. Sect. IV. nullam coronam eâ fuiſſe nobiliorem... cæteras militibus Imperatores dediſſe, hanc ſolam militem Imperatori, &c. Sed eundem nummum LUDOVICUS DE VALLEMONT novâ ratione explicare aggreſſus eſt, peculiari diſſertatione; LUDOVICUS DE VALLEMONT.

Nouvelle explication d'une Medaille d'or du Cabinet du Roy, ſur laquelle on voit la tête de l'Emp. Gallien avec cette legende GALLIENAE AVGVSTAE. Paris 1698. in 12.

Scil. narrat Pollio Celſum quendam, olim Tribunum, cum in Africâ degeret, Imperatorem factum fuiſſe auctoribus Proconſule Africæ, & Duce Limitis Libyci; additque : *Quare creatus per quandam mulierem, Gallienam nomine, conſobrinam Gallieni, ſeptimo die interemptus eſt.* Atqui eum Pollionis locum omnes ita intelligebant, per factionem Gallienæ Celſum creatum fuiſſe Imperatorem; ſed eâ impellente cæſum fuiſſe contendit Vallemontius, ideoque cuſum fuiſſe in ejus honorem nummum, in quo caput ſuum Gallienus conſobrinæ nomine cingi, ac veluti coronâ redimiri voluit. Porro argumentis, quibus novam hanc opinionem ſtabilire conatus eſt, vel in hac ipsâ Diſſertatione, vel in Epiſtolâ ejuſdem argumenti, quam anno ſequenti edidit, vel in eâ quæ in Diariis Eruditorum anno 1701. publicata eſt, recenſendis aut confutandis, nihil cauſæ eſt cur immoremur, cum utrumque abundè præſtitum ſit à viris doctis : ſed hæc breviter monere neceſſarium viſum eſt, quia varias eruditorum de Gallieni nummo opiniones indicare in notis, præter morem noſtrum ſuperſedimus. Altera eſt ejuſdem Vallemontii Diſſertatio in nummum Alexandri Macedonis, quem nonnulli falſum; alii veterem quidem, ſed Alexandro recentiorem eſſe exiſtimant; ipſe Alexandri ipſius ætate cuſum, fideique Q. Curtio confirmandæ maximè

appoſitum eſſe contendit; atque ita explicat, ut nihil vero ſimilius excogitari poſſe videatur, modo hoc unum concedatur, fuiſſe illâ ætate Monetarium ita acri ingenio præditum, ut futura, non conjecturâ ſolum, eaque cum præſentibus copulando augurari, ſed etiam certò velut divinè prædicta ſcire potuerit. Ejus Diatribæ titulus hic eſt:

Diſſertation ſur une Medaille ſinguliere d'Alexandre le Grand, par laquelle on juſtifie l'Hiſtoire de Quinte-Curce. Paris 1703. in 12.

quam deinde adverſus tres viri docti, qui ἄδηλος eſſe fruſtrà voluit, epiſtolas, fortaſſe paullo acriùs propugnavit in libello inſcripto:

Réponſe à M. Baudelot, où ſe trouve détruit tout ce qu'il a avancé contre l'antiquité de la Medaille d'Alexandre le Grand, & contre la Diſſertation faite ſur cette Medaille ſinguliere. Trevoux 1706. in 12.

JOANNES ANTONIUS MEDIOBARBUS.

Joannes Antonius Mediobarbus, Clericus Regularis, eruditi patris non ineruditus filius, novam rationem nummos commendandi iniit, ex his nimirum contexendo Panegyricum Principi verè Magno, quem ante hos tres annos tam pia mors, quàm mirabilis vita fuerat, cœlo reddidit. Ejus Oratio titulum hunc præfert:

Ludovico Magno Panegyricus Imperatorum Romanorum nummis contextus, in Gallicum à Car. Cæſ. Baudelot de Dairval, in Italicum ab ipſo Auctore translatus. Pariſ. 1703. 4.

Ejuſdem Mediobarbi diſſertatio extat in Diariis Trivultianis menſe Decembri 1703. in nummum Sept. Severo cuſum ab Acraſiotis in Lydiâ; quæ Diſſertatio in Begerum potiſſimum ſcripta eſt, quod Harduino malè lecto, Acraſum alteram in Lybiâ poſuiſſet.

MICHAEL ANGELUS DE LA CHAUSSE.

Michael Angelus de la Chausse, Pariſienſis, qui Romæ ſedem fixit, Diſſertationem elegantem ſcripſit in nummum Conſtantini M. inſcriptum, GLORIA EXERCITVS GALL. quo in nummo de cæſo Maxentio, ac liberatâ Româ exercitui Gallicano gratulatos fuiſſe monetarios contendit, eâdemque ratione intelligendam cenſuit alteram epigraphen VIRTVS EXERCITVS GALL.

Aureus Conſtantini nummus, de Urbe, devicto ab exercitu Gallicano Maxentio, liberatâ explicatus. Romæ 1703. 4.

Ejuſdem eſt Diſſertatiuncula de ſignis militaribus, quæ prodiit volum. X. Antiquitatum Romanarum.

N. GENEBRIER.

N. Genebrier, Doctoris Medici, duæ extant Diſſertationes; prima de Magniâ Urbicâ, cujuſnam Principis uxor fuerit? Hanc Occo Magnentio nuptum collocaverat, Triſtanus Maxentio; utrumque in eas opiniones impulerat ſola nominum affinitas & ſimilitudo: at hic ſcriptor demonſtrat, literas quæ in imo nummorum Magniæ margine leguntur, nec ante Aurelianum, nec ferè poſt primos Diocletiani annos occurrere in cæteris num-

mis, quorum præterea artificium ſimillimum eſt ei, quod in nummis Principis feminæ animadvertitur; quamobrem eam intrà decennium illud vixiſſe, quod inter Claudii mortem & Diocletiani initia interceſſit: quoniam verò duorum liberorum matrem eam fuiſſe conſtat è nummo maximæ formæ, in quo pudicitia, aut veriùs fecunditas ejus commendatur, Cari, quàm alterius cujuſquam eorum Principum quos interea terris fata oſtenderunt, conjugem fuiſſe, propius vero videri.

Altera Diſſertatio eſt de Nigriniano, quem Occo Conſtantii ætate rebellaſſe, Triſtanus Alexandri Africæ Tyranni filium fuiſſe conjecerant, tametſi ipſa nummorum fabrica, & literæ in eorum imo margine expreſſæ, Divum illum Magniæ Urbicæ coætaneum fuiſſe indicarent. Sed quanti facienda ſit docti viri conjectura, Nigrinianum ex Aureliani familiâ, & quidem vel ipſius, vel ejus ſororis, fratriſve filium fuiſſe videri, quòd in Domitiâ gente fuerit olim Nigrinus Conſul Ælii Cæſaris pater, peritiores viderint; profectò eâ ſibi ipſe adeo non ſatisfecit, ut alteram deinde proferret, Numeriano fortè natum fuiſſe. Nec verò aſpernanda eſt hujuſce Commentarii longitudo, quæ nonnullis immodica viſa eſt: ex hac enim vel illum fructum percipere licet, ut ne in re incertâ, & quam nulla vis ingenii explicare queat, operam deinceps conteramus: prætereaque delectat auctoris acumen in interpretando Probi nummo inſcripto, ADLOCVTIO AVG. Hi ſunt Diſſertationum tituli:

Diſſertation ſur Magnia Urbica, &c. Paris 1704. in 12.

Diſſertation ſur Nigrinianus, &c. Paris 1704. in 8.

ſed in poſteriori alia quædam occurrunt haud injucunda cognitu; primùm enim huic præfixit velut alteram Diſſertationem, in quâ ſuam de Magniâ Urbicâ opinionem adverſus doctum quendam virum tuetur; deinde in ipſo Commentario demonſtrat, qui Maximianus Jun. in aliquot nummis dicitur, eum eſſe Galerium Maximianum Conſtantii Collegam; item rectè ſcriptum ab Erud. Harduino fuiſſe, Conſtantium Jun. eundem eſſe quem auctores Gallum appellant, eique adſcribendos eſſe nummos omnes, quotquot Cæſarem nudo capite, virili vultu, naſo longiori ac penè adunco exhibent. Utrique Diſſertationi adjuncta eſt tabella una ænea Numiſmatum.

Has Diſſertationes brevi intervallo excepere duæ Diatribæ, Gallico ſermone ſcriptæ à viro eruditiſſimo CLAUDIO GROS DE BOSE, Perpetuo Regiæ Inſcriptionum Academiæ Secretario, de Jano veterum, ac de cultu Salutis Deæ. In utrâque eruditio certat cum elegantiâ; ac prima quidem hunc titulum præfert, CLAUDIUS GROS DE BOSE.

Diſſertation ſur le Janus des Anciens, & ſur quelques Medailles qui y ont rapport. Paris 1705. in 12.

in eâque cùm variæ de Jano opiniones diſcutiuntur, & quæ ad ejus cultum pertinent mirificè illuſtrantur, tum etiam numiſmata haud pauca accuratè ſcalpta explicantur: altera verò cum hocce titulo comparet:

Diſſertation ſur le culte que les anciens ont rendu à la Deeſſe Santé. On y a joint les Medailles, &c. qui ont rapport à cette matiere. Paris 1705. in 12.

qui titulus cum perſpicuè doceat quod fuerit doctiſſimi auctoris conſilium, ut ſingula indicemus, minus nobis laborandum eſt; maximè cum nihil in illâ Diſſertatione, haud magis quàm in ſuperiori, luxuriet, argumentumque à ſe ſuſceptum vir eruditiſſimus tam breviter, quàm planè & apertè tractaverit.

Ejuſdem elegantiæ eſt, quæ in Diariis Trivultianis anno 1706. menſe Auguſto prodiit Diſſertatio de Termino Deo, cujus cultum ut illuſtraret, numiſmatis potiſſimum uſus eſt.

N. OUDINET. Nuper in Hiſtoriâ Regiæ Inſcriptionum Academiæ editæ ſunt viri humaniſſimi N. OUDINET, dum viveret Regiorum Numiſmatum cuſtodis, duæ Diſſertationes, quæ in Academiâ lectæ fuerant annis 1705. & 1706. Prima eſt de nummis Athenienſium, inter quos nullus ad hanc ætatem uſque repertus eſt, qui Principum Romanorum effigiem referret, nullus contrà quin Minervæ cultum exhiberet, aut ſolum, aut cum Jovis cultu conjunctum. Altera Diſſertatio eſt de nummis Lacedæmoniorum: in illis plerumque Dioſcuri depicti ſunt, interdum Lycurgus, etiam in nummis Imperatorum; quibus de cauſis, nemo neſcit, quas vir doctus cum enarraviſſet, alias etiam adjunxit, quæ nobis quidem paulo ſubtiliores videntur; ita enim comparati ſumus, ut ultrà illud quod indubitanter verum eſt nihil quæri velimus; itaque in nummis Urbium, ſi quis Triſtani more numina expreſſa ad res Imperatorum geſtas referre velit, eruditionem ejus, diligentiam, acumen mirari ſolemus, ſed eam tamen ſequi malumus nummos explicandi rationem rudiorem & minus ornatam, quæ certa numina idcirco in nummis, puta Lacedæmoniorum inſculpta eſſe docet, quòd in horum tutelâ eſſent Lacedæmonii, illave maximè colerent.

R. P. BERNARDUS DE MONTFAUCON. R. P. BERNARDI DE MONTFAUCON, Monachi Benedictini, nobilibus orti parentibus in Occitaniâ, quanta ſit eruditio, quæ diligentia, quod denique acumen, nemò ignorat qui literas norit. Cum fermè omnia quæ ad memoriam inſignia ſunt in Italiâ, oculis ipſe ſuis colluſtraſſet, quæ ab aliis prætermiſſa erant collegit in eo libro, quem inſcripſit:

Diarium Italicum, ſive Monumentorum, Bibliothecarum, Muſæorum, &c. notitiæ ſingulares in Itinerario Italico collectæ. Pariſiis 1702. 4.

qui liber cùm varias antiquitates quibus nummi illuſtrentur complectitur, tùm etiam nummos aliquot rariſſimos. Sunt etiam quædam in eximio de Palæographiâ Græcâ opere libri ſecundi capita, in quibus vir eruditus de vetuſtiſſimis Græcorum literis diſputat, nòn ſolùm Inſcriptionum ope, verùm etiam numiſmatum, in quibus cum monogrammata plurima lectu difficillima occurrant, eorum aliquot ad ſpecimen interpretatur. Plura intrà biennium expectamus, quæ digniſſima erunt ejus famâ.

Vidimus

Vidimus etiam R. P. Spiridionis Poupart, ex Tertio Ordine Pœnitentium S. Franciſci, vulgo *Piquepus*, libellum inſcriptum, R. P. SPIRIDION POUPART

Reflexions ſur la ſcience des Medailles. Paris 1705. in 12.

in quo vir doctus demonſtrare inſtituerat, nummos libris ſcriptis ad perdiſcendam hiſtoriam veterem non minùs utiles eſſe, in iiſque contrectandis majorem percipi voluptatem, quàm in evolvendis libris.

Inter cætera literaturæ monumenta, in Regiâ Inſcriptionum Academiâ olim lecta, edita eſt viri docti Moreau de Mautour, Regiorum Computorum in Curiâ Pariſienſi Auditoris, Diſſertatio de Deo Bono Eventu, ac de nummis in quibus depictus eſt: quâ in Diſſertatione quæ ſint Boni Eventûs attributa, quæ illius cultûs origo, perſpicuè docet; deinde numiſmata ejus omnia jam inde à Galba ad Gallienum uſque ita explicat, ut ſingularem quandam uniuſcujuſque Imperatoris felicitatem iis prædicatam fuiſſe appareat. Erudita Diſſertatio eſt, ac diligenter ſcripta: paulo tamen obſcuriora ſunt, quæ de Bono Eventu inter Conſentes Deos relato in principio leguntur. MOREAU DE MAUTOUR.

Joannes Nicolai; Antiquitatum Profeſſor, & Contub. Tubingenſis Rector, in tractatu *de ſiglis veterum* Lugduni Batavorum edito anno 1706. in 4. duobus capitibus XXI. & XXII. numiſmatum ſigla explicare conatus eſt; quâ de causâ ejus mentio facienda erat. JOANNES NICOLAI

Paulus Alexander Maffei, Patritius Volaterranus, eximii Operis quod inſcripſit, PAULUS ALEXANDER MAFFEI.

Le Gemme Antiche figurate. In Roma 1707. 1708. 1709. 4. vol. in 4.

tertiæ parti unam, quartæ quinque in rariſſimos nummos diſſertationes ſubjunxit. Prima eſt in nummos duos maximos Antonini Pii & Fauſtinæ: & in illius quidem nummo, in quo ſtant, hinc Jupiter dextrâ haſtam, ſiniſtrâ fulmen tenens; inde Atlas cœlum gerens humeris; inter utrumque ara, ſive cippus, in cujus baſi Gigas fulmine proſtratus jacet: cùm Antonini prudentiam & virtutem his ſymbolis commendari arbitratus eſt, tùm etiam victorias de Barbaris, quas quia non ſuo ductu, ſed per Duces retulit, idcirco Jovem habitu pacifico repræſentatum fuiſſe; præterea ne quid in nummo inexploratum relinqueret, etiam illa vulgaria congeſſit de ſtaturâ Deorum & Heroum humanâ majori, de Gorgonis effigie in Jovis fibulâ, de Conſulatu, de Tribunitiâ Poteſtate, de titulis Auguſti, Imperatoris, Patris Patriæ. Quod verò ad Fauſtinæ nummum ſpectat, quia in illo Diva eſt, de Conſecratione diſputavit, ejus originem demonſtravit eandem eſſe quam idololatriæ, progreſſionem accuratè, præſertim in Romano Imperio perſecutus eſt; minus rectè tamen Conſtantinum & ejus ſucceſſores ad Juſtinianum uſque eâdem propemodum ratione quâ ſuperiores Principes conſecratos fuiſſe conjecit; denique cur Diana Lucifera cælata ſit in hoc nummo quem illuſtrandum ſuſceperat, inveſtigavit.

Altera Diſſertatio eſt de nummo M. Antonii & Cleopatræ, in quâ Trium-

viri illius, & Bibuli Præfecti, aut potiùs Prætoris hiſtoriam illuſtrare conatus eſt eruditiſſimus vir: tertia verò de nummo maximo Commodi ſacris Neptuni operantis, juxtà quem Pharus, & naves duæ velivolæ, cum lemmate VOTIS FELICIBVS. quem nummum ſcripſit monumentum eſſe vel expeditionis Britannicæ, vel potius Africanæ Claſſis à Commodo inſtitutæ, ut ſubſidio eſſet, ſi quando frumenta ex Ægypto haud ſatis opportunè in Urbem Æternam adveherentur.

In quartâ Diſſertatione nummus maximus Treb. Galli, qui in noſtrâ ſerie deeſt, illuſtratur: hunc Erudit. Maffæus ſic deſcripſit;

IMP GALLVS AVG. IMP VOLVSIANVS AVG. Treb. Galli & Voluſiani capita laureata adverſa.

PON MAX TR P II COS II ET COS. Imperatores duo togis pictis induti in curru ſex equis juncto à Victoriâ coronantur; currum prætoriani quatuor, hinc & inde duo, comitantur. In ejus verò explicatione pleraque collegit, quæ de Principum Romanorum triumphis notata à viris doctis & animadverſa ſunt; ſed ut hæc exſcribere animus non eſt, ita neceſſarium videtur monere, quod conjecturâ vix aſſecuti eramus, id firmiſſimis argumentis demonſtratum ab illo fuiſſe, Hoſtilianum ſcil. anno 352. & quidem ante Kalendas Auguſti aut peſte abſumptum, aut veneno occiſum fuiſſe, Voluſianumque continuo Auguſtum factum: id enim cum ex hocce nummo ſingulari conſtat, tùm etiam ex Inſcriptione quam pag. 65. exhibuimus.

Quinta Diſſertatio eſt de nummo maximo Diocletiani, in quo ſolitus typus Monetarum trium, ejuſque explicatio tota conjecturalis eſt, & vulgari opinioni innixa, Principem illum divinos honores uſurpaſſe, & pro Jove præſenti haberi voluiſſe; idcirco enim & ejus caput nudum eſſe, & in averſâ parte expreſſam eſſe Monetam, quæ haud diverſa eſſet ab Æquitate, quam Sophocles *Ζηνὸς πάρεδρον* eſſe dixit. Sexta de nummo item maximo Val. Maximiani, quem, quia in ſerie deeſt, hîc ex ipſo Maffæo exſcribere juvat:

IMP C M AVR VAL MAXIMIANVS P F AVG. Caput Val. Maximiani leonis exuviis tectum.

IOVI CONSERVATORI AVG. Templum, in cujus atrio ſtat Jupiter, fulmen dextrâ, haſtam ſiniſtrâ tenens; ad pedes aquila: in templi epiſtylio IOVIVS AVG. *è Muſ. Sabbatini.*

Enimvero non IOVIVS AVG. ſed IOVIOMVC. hoc eſt, *Jovi Optimo, Maximo, Victori, Conſervatori.* legi hoc in nummo debuiſſe conſtat ex altero Diocletiani ſimillimo: ideoque exiſtimo, expreſſum hîc eſſe templum quoddam, quod Jovi ſuo Diocletianus conſtrui juſſerat: ſed tametſi hanc opinionem haud improbabilem eſſe, illudque templum vel Jovi & Herculi in Capitolio, vel ſoli Jovi, quo loco modicum huic ſacellum, aramque Domitianus poſuerat, ædificari potuiſſe agnoverit Clar. vir, maluit tamen cuſum fuiſſe nummum in honorem Diocletiani Jovis perſonam jam ferentis; templumque illud non templum fuiſſe, verùm ædiculam, quales ad ludos ſolennes, Theatri Circive ornandi cauſa effingi ſolebant; ideoque monumentum hoc eſſe ludorum quorumdam, quos Maximianus ediderit in honorem Diocletiani, quem Jovis habitu repræſentari, dubitanter tamen, ſcripſit; indeque arreptâ occaſione de ſigillaribus, ſive ædiculis, quæ vel in privatis armariis & larariis, vel in ædibus ſacris, vel in publicis locis ſervabantur, & à Græcis *Ναΐδια*, & *Θεώρια* vocabantur, accuratiſſimè diſſeruit.

Paulus Pedruſi, è Societate Jeſu, Numiſmata Muſei Farneſiani, ſive Sereniſſimi Parmæ Ducis publicavit: primum quidem aurea à Pompeio ad Conſtantem II. deinde argentea à C. Julio Cæſare ad Heraclium; maxima ex ære; atque horum pleraque ex eorum genere ſunt, quæ vocant conturniata; nonnullaque ibidem illuſtrium virorum Imperatoriis præfixa viſuntur: poſtremo ærea primæ formæ à Julio Cæſare ad L. Ælium. Si ſingulorum numerum ſcire juvat, in octo & viginti æneis tabellis cælata ſunt Numiſmata ex auro ducenta triginta: multo major eſt argenteorum copia, quippe quæ ad nongenta numero complexæ ſint una & ſeptuaginta tabulæ: at quos *Medaglioni* vocant, haud plures centum & ſexaginta ſunt, eoſque in ſeptem & viginti tabulis exhibuit Pedruſius: ærea verò primæ formæ numero trecenta viginti in tabulis quadraginta inciſa ſunt. Nummis adjunctus eſt perpetuus Commentarius, novo prorſus ſtylo conſcriptus; in quo ſi quis reconditam eruditionem quæſierit, fecerit contra mentem Pedruſii, qui hoc unum ſibi propoſuiſſe videtur, ut arreptâ è nummis occaſione, Nobilium adoleſcentum, qui in Parmenſi Collegio humanioribus literis operam dabant, animos ad virtutem inflammaret, & à vitiis quæ Romani in pleriſque Principibus deteſtati ſunt, averteret. Sed librorum tituli exſcribendi ſunt: PAULUS PEDRUSI

> *I Ceſari in oro raccolti nel Farneſe Muſeo, e publicati colle loro congrue interpretazioni.* In Parma 1694. fol.
>
> *I Ceſari in argento, da Giulio Ceſare ſino a Eraclio.* 3. vol. fol.
>
> *I Ceſari in Medaglioni.* In Parma 1709. fol.
>
> *I Ceſari in Metallo grande, da Giulio Ceſare ſino a L. Elio.* In Parma 1714. fol.

Nicolaus Chevalier, Gallus, cum cætera veteris ævi monumenta, quæ Ultrajecti in Muſeo publico ſervantur, ederet, numiſmata non omiſit, eaque ter centena numero in quinque & viginti æneis tabulis incidi curavit ad unum exemplum; ſed cujus metalli moduli ve fuerint cur non monuerit neſcio; quod enim nullas ad ea notas ſcripſerit, minus mirum videtur, cum ea ſciret à viris doctis illuſtrata jam eſſe: haud enim eximios quoſdam & ſingulares nummos hîc quæras cenſeo; Familiarum omnes ſunt, aut Imperatorum ad M. Aurelium uſque, ſæpius publicati; niſi rari habeantur, qui reverâ adulterini ſunt, & recentes conficti, cujuſmodi nonnullos in eo libro deprehendi, quos profectò alterius cujuſvis, quàm auctoris hujus conſilio editos credere malim. Operis titulus hic eſt: NICOLAUS CHEVALIER.

> *Recherches curieuſes d'Antiquitez, &c. que l'on voit dans la Chambre des raretez de la ville d'Utrecht.* Utrecht 1709. fol.

Extat ab Anglo quodam, qui nomen ſuum non prodidit, concinnata INCERTUS.

> *Numiſmatum Antiquorum ſylloge, Populis Græcis, Municipiis, & Coloniis Romanis cuſorum.* Londini 1708. 4.

in eâ ſunt Numiſmata Imperatorum à C. Julio Cæſare ad Carum, non pauca, ſed obvia, præter admodum viginti quæ in ære inciſa ſunt. Notæ raræ, quæ

lectorem haud multum juvent, & parum morentur. Subjuncta eſt Appendix Numiſmatum quorundam Regum Syriæ, Ægypti, & Urbium Græcarum.

INCERTUS. Sunt etiam in Diariis Trivultianis anni 1709. Epiſtolæ novem à viro quodam pererudito, & acris ac limati judicii ſcriptæ de optimâ nummos explicandi ratione: in quibus poſtquam regulas duas ab errore tutiſſimas ſtatuiſſet; ab hiſtoricâ veritate nunquam eſſe recedendum; in nummorum explicatione id potiſſimum ſequendum, quod frequentatum fuiſſe conſtat, docuiſſetque in utramque regulam conſulto ac per imprudentiam ſæpiſſimè peccatum eſſe noſtrâ ætate à viro acuto & docto; tum literas quæ in imo nummorum margine & in areâ, ac numerales notas interpretatus eſt, demonſtravitque à vero alieniſſimas eſſe quas idem excogitaverat literarum ac numerorum explicationes.

ANTONIUS GALLAND. Varia extant ANTONII GALLAND, opuſcula, quæ nobis indicanda ſunt; ſed alia ſeorſim, alia variis in libris prodiere. In Miſcellaneis Gallicis Sponii xv. Diſſertatio de nummo Treb. Galli à Colophoniis cuſo, in quo tredecim Ioniæ urbes Apollini Clario ſacrificant: ſeorſim, Epiſtolæ tres, prima de novâ quatuor Gordianorum Hiſtoriâ, quam vir doctus ſcripſerat, ut auctores à Capitolino laudatos inter ſe conciliaret; altera de nummis quatuor Juliæ Mamææ, Marinianæ, Pacatiani, Poſtumi utriuſque, à R. P. Steph. Chamillart publicatis: tertia de eâ quam Vallemontius excogitaverat novâ explicatione nummi Gallieni, in quo Gallienam Auguſtam exhiberi arbitrabatur.

Lettre touchant l'Hiſtoire des quatre Gordiens. Paris 1696. in 12.

Lettre touchant quatre Medailles antiques publiées par le P. Chamillart. Caën 1697. 8.

Lettre touchant la nouvelle explication d'une Medaille d'or du Cabinet du Roy. Caën 1698. in 12.

præterea de nummis Tetricorum, & aliis à V. C. Georgio de Ballonſeaux comparatis, ac de variis cùm ipſius viri docti, tum maximè Harduini in illos nummos conjectationibus.

Obſervations ſur les explications de quelques Medailles de Tetricus le pere, & d'autres tirées du Cabinet de M. de Ballonſeaux. Caën 1701. in 12.

In Diariis Trivultianis, menſe Julio anni 1701. de nummis Gratiani, in quibus AVG G AVG. dicitur; eodem anno, menſe Septembri, de nummo Caracallæ in quo Βασιλεὺς dicitur, fruſtrà reclamante viro doctiſſimo, quem Gallandius refellit: anno 1702. menſe Maio, excerpta è literis ad Morellium, occaſione Epiſtolæ quam ad Perizonium ſcripſerat de novâ Conſularium nummorum editione: item menſe Septembri, de nummo Auguſti, in cujus aversâ parte columna viſitur cum epigraphe CC AVGVSTI. quas literas cum vir doctus ita interpretatus eſſet *Circenſes Auguſti*, Gallandius argumenta quibus illa interpretatio nitebatur ſolvere conatus eſt, & alteram protulit,

protulit, *Caii Cæſaris Auguſti*, nummumque prodidit cuſum fuiſſe in monumentum columnæ Milliariæ: anno 1714. menſe Januario, de nummo Hadriani, in cujus averſâ parte legitur RESTITVTVS AVG.

In Hiſtoriâ Regiæ Inſcriptionum Academiæ Diſſertationes variæ: prima de Domitio Domitiano, quem quidem demonſtravit, non Aureliani, verùm Diocleriani ætate imperaviſſe, ſed alia ſimul de Achilleo prodidit quibus aſſenſum præbere non poſſumus: altera de nummis Conſtantii Galli, qui diu inter nummos ejus patruelis Conſtantii, filii Conſtantini M. delituetunt: tertia de nummo Helenæ cujuſdam, quæ HELENA·N F. dicitur: hanc eſſe Conſtantini matrem contendebat Gallandius, quod ut probaret, varia ſcripſit quæ cum hiſtoticâ veritate minus congruunt: quarta denique de formulis SC & EX SC. quas inter ſe diverſas eſſe arbitratus eſt; ac formulâ quidem SC. moneri nos, nummum ex auctoritate Senatûs cuſum fuiſſe; alteram verò indicare, certos quoſdam honorum titulos Principi, vel illuſtri viro qui illis ornatus eſt, conceſſos fuiſſe à Senatu.

CHRISTIANUS FRIDERICUS RUHE

CHRISTIANUS FRIDERICUS RUHE, Arnſtadienſis, laudabilem operam impendit in illuſtrandâ veterum nummorum ope γραμματικῆς Latinæ arte. Ejus ſunt

> *Specimen Philologiæ Numiſmatico-latinæ primum. Et Specimen Philologiæ Numiſmatico-latinæ ſecundum.* Francofurti & Lipſiæ 1708. 4.

in quibus literarum figuram & permutarionem examinar, de digammate Claudiano, ac de more vocales longas delineandi diſſerit, διφθογγολογίαν, ut vocat, veterum numiſmatum, ac veterum variationem in aliquot vocibus ſcribendis demonſtrat, alia denique colligit quæ ad ſcribendi artem pertinent, tam utilia, quàm jucunda cognitu.

CHRISTOPHORUS WOLTERECK.

Eſt etiam CHRISTOPHORI WOLTERECK mentio facienda hoc loco, quòd anno 1709. triginta quinque eruditorum virorum diſſertationes quibus nummi illuſtrantur, ſparſas collegit, & eas quæ Gallico ſermone ſcriptæ erant, in Latinum vertit. Libro titulum hunc tribuit:

> *Electa rei Nummariæ, ſive Selectæ Diſſertationes de rarioribus nummis antiquis tam Græcis quàm Latinis.* Hamburgi 1709. 4.

has inter primum locum obtinent, quæ Deos ſpectant, ſequuntur ex quibus nummi Conſulares exponuntur; poſtremo exhibentur quæ ad nummos Imperatorum pertinent: ad calcem additæ ſunt in quinque æneis tabellis numiſmata, quæ ſinguli auctores diſſertationibus ſuis adjunxerant.

R.P. JOANNES HARDUINUS.

R. P. JOANNIS HARDUINI, è Societate Jeſu, compluria extant Opera, in quibus ſingularem eruditionem cum miro quodam ingenii acumine conjunctam deprehendere licet; ſed quæ ad hancce Bibliothecam pertinenr, cum variis temporibus ſeorſim, tum inſimul cum aliis operibus edita ſunt, cum hoc titulo:

> *Jo. Harduini &c. Opera Selecta, tum quæ jam pridem Pariſiis edita nunc emendatiora & multo auctiora prodeunt, tum quæ nunc primum edita.* Amſtelodami 1709. fol.

In iis, quæ ad prima Numiſmatum ſcientiæ rudimenta ſpectent, duæ Diſſertationes ſunt; prima pag. 185. *De Re Monetariâ Veterum Romanorum ex Plinii Secundi ſententiâ*, in quâ Sectionem XIII. libri XXXIII. Plinii ita explicat; ante Pyrrhum devictum fuiſſe aſſem ex ære, librali pondere, ſive duodecim unciarum, ſignatumque eſſe notâ pecudum: argentum ſignatum eſſe quinque. annis ante bellum primum Punicum, & placuiſſe denarium pro decem eſſe libris æris, quinarium pro quinque, ſeſtertium pro aſſibus binis cum dimidio aſſe. Aſſis deinde pondus imminutum bello Punico primo, conſtitutumque ut è librâ unâ ſeni aſſes conflarentur, quorum nota eſſet ex alterâ parte Janus geminus, ex alterâ roſtrum navis, trientium verò, & quadrantium ratis. Poſtremo aſſes unciales factos, quo tempore Minucium urgebat Hannibal; eodemque tempore antiquatam veterem pecuniam ex argento, & novam conflatam cujus nota fuere bigæ atque quadrigæ; ac tum demum denarium ſedecim aſſibus permutari cœpiſſe, eâque ratione dimidium lucratam eſſe Rempublicam; cum enim pro argenteo denario vetere, qui ad ærarium deferebatur, ſedecim duntaxat aſſes unciales daret, quaternos; eandem deinde aucto novi denarii pretio àd ſedecim aſſes, iterum ſenos lucrifeciſſe. Addit Harduinus ex Plinio, ſemunciales etiam aſſes factos, ac deinde octavam partem æris argento miſtam, quæ quidem levia ſunt; ſed hoc maximè memorabile, auri infecti ſcrupulum fuiſſe antequam nummus aureus percuteretur, quindenis ſeſtertiis permutatum; cum verò percuti cœpit; hoc eſt decimo tertio anno belli Punici ſecundi, placuiſſe ut idem vicenis ſeſtertiis valeret; itaque in ſingulas auri libras Rempublicam lucrifeciſſe ſeſtertios MCCCCXL. ratione ſcil. eorum ſeſterriorum qui duobus aſſibus ac ſemiſſe æſtimabantur, quales ſemper intelligi debent, quòd hi fuerint antiquiſſimi ſeſtertii, niſi aliter eam vocem accipiendam eſſe moneant auctores; ſive ſeſtertios DCCCC. ratione eorum ſeſterriorum qui tunc erant, hoc eſt, quatuor aſſibus æſtimabantur. Hæc pluribus exequi libuit duplici de causâ; primâ quòd harum rerum cognitio maximè neceſſaria ſit ei qui in hiſce ſtudiis verſari velit; alterâ, quod in ipſo limine juvabat eximium ſingularis Harduini ſubtilitatis & judicii ſpecimen præbere in eâ re, ad quam velut ad ſcopulum doctiſſimi viri adhæſerant.

Altera Diſſertatio extat pag. 506. in quâ hoc probare nititur Harduinus, monetæ loco ac vice non fuiſſe per ſe nummos Imperatorum memoriæ, honori, ac venerationi deſtinatos, indulgentiâ tamen Principum pecuniam publicam fuiſſe.

Quod ad nummos ipſos, ſive ea quæ in illis exhibentur ſpectat, totam de iis diſputationem tres potiſſimum in partes diſtribui oportere arbitratus eſt, quarum prima Symbolica appellaretur, altera Hiſtorica eſſet, tertia Geographica. De Symbolicâ Diſſertationem ſingularem exhibuit pag. 183. cujus duæ partes ſunt: prima complectitur non quidem omnia, ſed inſigniora, ut ipſe monuit, ſymbola vocalia, Gallicè, *Armes parlantes*, cujuſmodi haud pauca in nummis Familiarum occurrunt: an hæc inter referenda fuere, aut Siren in Petronio Turpiliano, aut Stymphalis avis in L. Valerio? Illam quidem in virum ad femora nudum, pedibus, alis, & caudâ avis; hanc in noctuam galeatam mutavit vir ſingulari acumine præditus; ſed ne ſic quidem avis *Petronium* videtur exhibere, quòd *de medio petrarum dare voces* dicatur in Pſalmis; aut noctua *Valerium*, quòd ſacra ſit Palladi Deæ virtutis, ſive

valoris, cum eo intellectu valoris vox à ſcriptoribus non ſit uſurpata. Altera pars exhibet ſymbola, quæ aliis fabuloſa, ipſi ænigmatica videntur, Pegaſum, Gryphum, Sphingem, Chimæram, Centauros, Minotaurum, Capricornum: horum omnium rationem à fabulis accerſendam eſſe hîc negatur, quippe quibus dotes opeſve populorum, aut hominum quorundam virtutes ac res geſtæ repræſententur.

In alterâ parte, Hiſtoricâ, potiſſimum deſudavit Harduini induſtria; ad eamque pertinent opera quatuor,

> *Chronologiæ ex Nummis antiquis reſtitutæ Proluſio, de nummis Herodiadum.* pag. 328.
>
> *Chronologiæ ex Nummis antiquis reſtitutæ Specimen primum. Numiſmata Sæculi Conſtantiniani.* pag. 419.
>
> *Chronologia Veteris Teſtamenti ad Vulgatam verſionem exacta, & Nummis antiquis ſubinde illuſtrata. Chronologiæ ex Nummis antiquis reſtitutæ ſpecimen alterum.* pag. 513.
>
> *Hiſtoria Auguſta ex Nummis antiquis, Græcis Latiniſque illuſtrata.* pag. 681.

quæ ſingula ut ſuo ordine exequamur, de Chronologiâ Veteris Teſtamenti primùm dicemus. In hac Harduinus deſcriptionem temporum per annos ſingulos ab ipſis rerum initiis ad annum Chriſti 70. contexere inſtituit; ac ne profanorum ſcriptorum varietas, inſcitia, perpetuaque inter ſe pugna ac diſſenſio, præterea Codicum Græcorum Veteris Teſtamenti à Latinis Græciſque, in ipſis annorum notis diſcrepantia, labori ſuo, ac veritati detrimento forent, (ipſiſſimis ejus verbis utimur) primùm ſolam ſequutus eſt Verſionem Vulgatam; deinde è ſcriptoribus antiquis Herodotum unum, Pliniumque in medium teſtes adduxit; adjecitque ſubinde veteres nummos, ac cœleſtes obſervationes à ſe probè exploratas. Hinc facilè intelligitur, quid vel de ſcriptoribus veteribus, vel de Rationariis temporum à recentioribus concinnatis ſentiat vir præſtanti ingenio atque doctrinâ; de iis tamen planiùs etiam variis in locis loquitur: qui veteres ſcriptores inter ſe conciliare volunt, eos ex vetuſtis fabulis novas cudere; ſe verò non quid ſcriptores referant, ſed quid nummi veteres ac probi, ex quibus emendari pleroſque omnes ſcriptores oporteat, repræſentare; nec recentiores etiam ſcriptores appellare, à quibus in ſingulis ferè ſententiis diſſidet; ne ex alienâ clade palmam quærere videatur. His accedit, veteres ſcriptores nonnunquam ſuſpectos huic eſſe, ut pagg. 547. & 573. ſi diverſam à nummis in urbium ac Principum nominibus, ſcribendi rationem ſequuti videantur; ſed hæc, & cætera hujuſmodi libenter prætermittimus, ut moneamus, in Amynta, quem ſextum Macedoniæ Regem fuiſſe exiſtimat Harduinus, ejuſque coætaneo Polycrate Samiorum Tyranno incipere ſeriem Numiſmatum, quæ deinde hîc benè multa deſcribuntur. In his maximè conſpicua ſunt Numiſmata Ægypti ac Syriæ Regum, quorum etiam novæ ſeries hîc inſtituuntur, uno potiſſimum argumento ſubnixæ, qui ΘΕΟΙ. dicuntur in nummis Ægypti ac Syriæ, eos fuiſſe patre, avo, proavo, abavoque Regibus editos; hancque propriam eſſe vocis Θεῶ ſignificationem, perinde atque Επιφα-

τῆς & Κλεοπάτρας. Hinc ſcil. colligitur, eum Ptolemæum qui ΦΙΛΟΜΗΤΩΡ ΘΕΟΣ in nummis dicitur, fuiſſe quintum Ægypti Regem, Ptolemæi Soteris abnepotem; ipſum cui M. Lepidus à Senatu datus eſt tutor; ejus ſororem & conjugem fuiſſe Cleopatram, quippe, ut ex nomine ipſo intelligitur, quatuor ſaltem regibus ortam; eoſque Θεὼς Ἀδελφὼς eſſe in rariſſimis quibuſdam nummis: ex eo matrimonio natam alteram Cleopatram, quæ Alexandro primùm, deinde Demetrio, Syriæ Regibus nupſit: aliam deinde Cleopatram fuiſſe nullam, præter illam notiſſimam, quæ *Regina meretrix* Plinio dicitur; hanc verò Θεὰν Νεωτέραν idcircò dici, quòd una tantum priùs fuiſſet Regina Ægypti Cleopatra Dea; eandemque *Reginam Regum Filiorum Regum* appellari, quòd filia eſſet Regum duorum, qui & ipſi Regum duorum filii erant; hoc eſt, eam ante ſe habuiſſe Reges quatuor, ex quibus rectâ lineâ ortum duceret; non tamen plures, quòd *filius* nonniſi de filio ac nepote dicatur; quamobrem ejus atavum Regem non fuiſſe, ſed Ptolemæi Philometoris fratrem, patrem Evergetæ, ipſum Epiphanem dictum. In ſtemmate Regum Syriæ aliquanto plura occurrunt, in quibus Harduinus à cæteris diſſentit; primum enim ut Antiochum Magnum quintum Regum cum Plinio ſtatuat, Antiochum Θεὸν & unum è Seleucis expungit, hiſque ſubſtituit Ptolemæum Antiochi filium, Seleuci Nicatoris nepotem, quem Plinius profectò Regem appellat, ſed vivo adhuc ejus patre, cui ſuperſtitem eum fuiſſe non ſcribit; deinde tres ſtatuit Antiochi Magni filios, Seleucum *Epiphanem Nicatorem*, Antiochum *Deum Epiphanem*, & Demetrium *Deum Nicatorem*; hos nimirum eâdem ratione *Deos*, quâ Seleucum *Epiphanem*, dictos. quæ deinde cæterorum Regum cognomina nummi repræſentant, non arbitraria eſſe monet ut vulgus exiſtimat, aut temerè accepta; ſed hereditaria, quæ Regum originem, ſtirpemque ac ſeriem certiſſimè indicent; quamobrem ex iis conſtare, Antiochi Dei filios fuiſſe Antiochum *Eupatorem*, & Alexandrum *Theopatorem*, qui patrem haberet *Deum*; Alexandroque natum Antiochum *Epiphanem Dionyſum*: inde etiam liquere Demetrio *Deo Nicatore* natos, Demetrium *Deum*, Antiochum *Epiphanem*, Philippum *Epiphanem*, omnes *Philadelphos*: poſtremo Antiochi Evergetæ, qui Demetrii *Soteris* filius, Seleuci *Epiphanis* nepos fuit, haud dubium, quin filii fuerint Demetrius *Philometor Evergetes*, & Antiochus *Philopator Epiphanes*, uterque *Callinicus*. Ingenuè fatemur, quæ perſpicua Harduinus eſſe exiſtimat, eadem nobis obſcuriſſima videri; necdum à nobis intelligi potuiſſe, ſi certa ſit, eaque quam vir acutiſſimus reperit, horum cognominum ratio, cur Demetrii *Dei* filius natu maximus *Deus* fuerit, alii liberi *Epiphanes*: Antiochi liberorum primus *Eupator* tantum, alter *Theopator*: in Seleuci verò poſteris, unus ſit tantum *Epiphanes*, & quidem ejus abnepos Antiochus *Philopator*, cum vel illius Seleuci filius Demetrius *Soter*, aut *Deus*, aut *Epiphanes* dici debuerit. Cætera hujuſmodi, veluti Mithridatem dici *Eupatorem*, quod ante ſe quintum numeraret in ſuâ familiâ, eundemque atavum Regem: Reges quoſdam, veluti Parthorum, idcircò Αὐτοκράτορας appellatos quòd in eorum Imperio multæ erant liberæ civitates, quorum copiis præfuerunt, &c. recenſere, aut perpendere longius foret: quamobrem hæc pauca, ut de cæteris judicet lector, indicare ſuffecerit; hocque unum quod ad Romanam hiſtoriam pertinet, addemus, Harduino Cæſarem videri, non Gallos deviciſſe, ſed Parthos ex Aſiâ, una cum Antonio, pepuliſſe; eundem deinde interfectum, ſed nec Idibus Martiis,

tiis, nec à Bruto & Caſſio; & iis nummis, in quibus EID. MAR. leguntur, cum pileo inter pugiones duos, *Regifugii* memoriam renovari, cujus decus ad Bruti familiam pertineret: quo in argumento ut Harduino aſſentiri nequimus, ita artem ejus, ac diligentiam in omnibus ſuſpicionum latebris peragrandis libentiſſimè prædicamus. Hoc etiam penè imprudentes omiſeramus, plerarumque urbium quæ æras conſignaverunt, numiſmata hîc exhiberi; ſed in ærarum initiis ſtatuendis auctorem à cæteris nuſquam non diſſentire.

Superioris Operis veluti ſegmen eſt Diſſertatio de nummis Herodiadum, in quâ Harduinus Regum ex Herodis familiâ delineationem inſtituit, quæ ipſi tam ſacris Codicibus, ac nummis antiquis conſenranea videtur, quàm revera eſt à Joſepho aliiſque Annalibus diſpar ac diſſentiens. Primum enim ſcribit, Herodem Judææ principatum Ethnarchæ nomine iniiſſe anno V. C. 723. quo M. Antonius & Octavius Cæſar, fugatis Parthis, Aſiam receperunt, huicque ſucceſſiſſe Archelaum filium, qui anno Chriſtianæ æræ octavo obiit; ac tum Judæam factam eſſe Auguſti Provinciam: Herodis fratrem fuiſſe Zenodorum, qui Galilææ ſimul & Iturææ ac Trachonitidis Tetrarcha fuit: Zenodori filios fuiſſe Herodem & Philippum, è quibus hic Cæſaream Paneadem condidit anno V.C. 751. ille Tiberiadem anno quarto Tiberii Imp. ac poſt fratris mortem Regio donatus eſt titulo à Claudio Imp. cum Ituræam & Trachonitidem Galilææ adjunxiſſet; & Φιλοκλαύδιος dictus eſt, ac Cæſaream Palæſtinæ condidit anno Chriſti 42. quo ejus urbis æra incipit: Philippo verò natum Agrippam, qui patruo ſucceſſit anno 51. ac Μέγας Βασιλεὺς dictus eſt; ejuſque ætate capta eſſe Hieroſolyma; poſtremo Agrippæ filium Agrippam non Regem fuiſſe, ſed vice Cæſaris Præfectum rei militaris in Judæâ & Palæſtinâ, cujus rei ſymbolum eſſe tentorium in ejus nummis. His adduntur quamplurima de aliquot civitatum æris, quæ profecto miram ſcriptoris ſubtilitatem declarant, quibuſque oſtendit ſingula à ſe in nummis diligenter inveſtigata priùs fuiſſe, quàm de his pronunciaret: ſed hæc prætermittenda ſunt, ut moneamus Joſephi libros Harduino pag. 339. videri eâ mente ſcriptos, ut ſacri ſcriptores non tam rerum geſtarum hiſtoricam narrationem, quàm allegoriam ſecuti eſſe exiſtimarentur; ideoque ſedulo operam dediſſe eos qui veteres pleraſque Hiſtorias concinnarunt, ut nunquam cum ſacris ſcriptoribus congruerent tempora & narrationes Joſephi annalium. Quâ obſervatione cum pleroſque hiſtoriarum ſcriptores γοητείας inſimulare videatur, tum de iis conjecturam amici cujuſdam ſui affert pag. 343. cœtum certorum hominum ante ſæcula aliquot extitiſſe, qui hiſtoriæ veteris concinnandæ partes ſuſceperunt, qualem nunc habemus, cum nulla tunc extaret: in eam rem iſtis ſubſidio fuiſſe Tullium, Plinium, Maronis Georgica, Flacci Sermones & Epiſtolas, quæ ſola ſupererant ex omni Latinâ antiquitate ſincera monumenta, præter Inſcriptiones admodum paucas: majori etiam fuiſſe adjumento magnam nummorum antiquorum, quam diligentiſſimè congeſſerant, ſupellectilem; horumque poteſtatem imprimis fuiſſe penes totius conſilii principem, ac primarium operis architectum, cui, propterea quòd nonniſi parcè admodum eorum uſum conſpectumve cæteris impertiret, jocosè ſodales geminum SEVERI ARCHONTII nomen fecere. Duas in partes diſtributa eſt Diſſertatio: in primâ exhibentur per ſingulos annos digeſta numiſmata Græca Herodiadum & aliquot urbium, uſque ad

Nervam, à quo Fiſci Judaici calumnia idcirco ſublata dici videtur Harduino, quòd Judæa fiſco Auguſti addicta poſt Archelai obitum, Nervæ Imperio Senatui Populoque Romano reddita ſit; altera pars notas uberiores exhibet, quarum nonnullas delibavimus.

Sequitur Hiſtoria Auguſta, quæ ex plurimis Epiſtolis ad virum doctum ſcriptis conſtat. In hac Harduinus tria à ſe præſtanda intellexit, 1°. Ductam per ſtirpium ſeriem deſcriptionem generis ſingulorum Auguſtorum, 2°. Deſcriptionem temporum per annos ſingulos, annorumque per nummos antiquos, 3°. Explicationem denique præcipuarum rerum à ſingulis Auguſtis geſtarum. Singula verò quâ ratione præſtiturus eſſet, ipſe docuit: ſe, non quid ſcriptores prodiderunt, tradíturum, ſed quid nummi, in quibus principia à ſe deprehenſa eſſe, è quibus aliam fuiſſe conſtet Reipublicæ Imperiique Romani formam, quàm quæ ſcriptis libris continetur. Principia ſi cognoſcere velis, hæc fermè ſunt: ſupremam ſemper fuiſſe Senatûs Populique Romani poteſtatem, cui obnoxia fuit poteſtas Auguſtorum. Fuiſſe in Senatu Principem, cujus, dum in Urbe fuit, jus omne non exceſſit fines Italiæ, quæ tamen ipſa non Principi, ſed uni Senatui Populoque Romano obnoxia fuit; in Provincias verò miſſos à Senatu Auguſtos, qui res civiles adminiſtrarent; qui & Imperatores fuerunt, hoc eſt exercitum ſub ſe militantem habuerunt; & Principes in Provinciis appellati ſunt, quòd illic Principum jus haberent. Unicuique Principi poſt Neronem definitum à Senatu fuiſſe tempus gerendæ poteſtatis; nam etiam poſt Cæſarem Auguſtum pœnituiſſe Senatum Perpetui Imperatoris à ſe olim creati; itaque nullum deinceps per annos quadringentos, aut rarum fuiſſe; ac ne Auguſtum quidem, uſque ad liberos Conſtantini, perpetuum fuiſſe aliquem; ſed alios ad annum unum & alterum, ad tres, quinque, ſeptem, decem; vix certè ultrà annos novendecim & viginti quemquam: nugas verò eſſe & fabulas, cædes Auguſtorum, quas artifices Romanæ hiſtoriæ comminiſcuntur. Fuiſſe Cæſares omnes inter ſe cognatione conjunctos; idque ex ipſis, quæ Nummi præferunt, nominibus cognominibuſque conſtare: nam Cæſaris domum & nomen ingens Romanos adeo dilexiſſe, ut Auguſtos ex eâ genre genitos vellent ſuccedere prioribus; itaque ſanxiſſe Senatum Populumque Romanum ſub ipſo Auguſto Cæſare, ob egregia tum ipſius, tum patris, Cæſaris nimirum Dictatoris, in Rempublicam merita: quos igitur fabularum conditores tyrannos appellaverunt, eos fuiſſe Auguſtos perinde atque cæteros, ſed haud fermè ultrà tres, aut quatuor, aut quinque annos Provinciæ vel exercitui præfuiſſe: quo tempore exacto, à ſcriptoribus iiſdem hiſtoricis, qui non invenirent quid illis facerent, aut quid illis fieret, omnes fuiſſe interemptos. Ne tamen hereditarium prorſus Imperium in exercitibus cenſeretur, aut in Provinciis Auguſta poteſtas, nunquam hunc alterutrum honorem poſt filios tranſiiſſe ad nepotes; ſed lege cautum fuiſſe, ut ſi quis Auguſti filius patri ſuccederet, vel cum patre imperaret, non ulteriùs in eâ ipsâ domo aliquis Imperator vel Auguſtus eſſet; ſed transferretur Principatus ad eos, qui eſſent in tranſverſo cognationis gradu, reddendus ei familiæ poſt annos fortè viginti. Poſtremo in nummis Latinis annos Tribunitiæ Poteſtatis initium ſemper ducere à die Natali Urbis; in nummis verò Græcis annos Auguſtorum ſemper incipere à Septembri conſequente Natalem Urbis. His principiis adduntur alia, quibus innititur Harduinus ad conſtituendam ſeriem gentium familiarumque ſingularum;

quæ omnia cum recenſere longum foret, duo tantum indicabimus: nomina in *ianus* deſinentia, à conjuge primum eſſe, ut *Domitianus* à Domitiâ; eademque transferri ad primogenitum ſaltem è liberis; poſtea autem recipere formam primigeniam: quod ſi nomina duo ex unâ gente, quorum alterum in *ius* deſinat, alterum in *ianus*, conjungantur, ut *Domitius Domitianus*, ſententiam eſſe, è Domitiâ familiâ aliquem, exempli causâ, gentis ejuſdem, ſed alterius familiæ heredem habuiſſe conjugem, eâ lege, ut nomen à conjuge alterum acciperet, poneretque priore loco familiæ celebrarioris nomen. Utrique nimirum duo objici poſſunt, de quibus celari lectorem iniquum ducimus: primum, veroſimile non videri, illud nomen quod quis à conjuge accepit, ad ejus liberos ex alterâ conjuge procreatos tranſlatum fuiſſe, quod incommodum vitari in hac Hiſtoriâ Auguſtâ non potuit, ut in ſtemmatibus Veſpaſiani & Valeriani videre licet: alterum, ſi Harduinum ipſum in ſtemmate Metellorum audimus, maritum nomen, nonniſi ab eâ uxore, quæ unica heres & ex aſſe foret totius familiæ ſuæ, accepiſſe, eamque non gentis nomen tranſtuliſſe, ſed tantum familiæ, niſi totius gentis heres ipſa fuerit; quamobrem non liquere, quî fieri potuerit, ut gentile Domitii nomen, exempli causâ, Domitius Domitianus acciperet ab uxore, quæ unica non eſſet gentis Domitiæ heres, cum ipſe ex eâdem gente ſupereſſet: nec magis perſpici, cur tres Aurelii Cæſaris filiæ Aureliæ, Probo, Caro, & Carino nuptæ, quæque matres fuerunt, prima Probi, Juliani, & Maximiani Auguſtorum, altera Cari Auguſti, tertia Carini pariter Auguſti, Aureliæ gentis nomen ac prænomen maritis & nepotibus dederent; quippe quæ non poſſent eſſe ſingulæ Aureliæ gentis ex aſſe heredes, ſed ad ſummum ex triente; quæ difficultas eo gravior eſt, quod aliæ antea fuerunt feminæ Aureliæ gentis heredes, avia ſcil. Severi Alexandri & Elagabali, duæque, ut videtur, ſorores, ſaltem Commodi neptes, quarum una Claudii Gothici mater fuit, altera Marii; è quibus tres Aurelias ſuperiores ortum non duxiſſe hîc ſtatuitur. Alia ſunt in ſtemmatibus quæ nobis peroſcura videntur, veluti cur ex Principibus quidam paternum duntaxat nomen habuerint, ut Otho, Vitellius, Trajanus, & originem ſuam ab Auguſti ſorore aut filiabus, ſolis Cæſaris, Auguſti, Germanici cognominibus, quæ hîc hereditaria eſſe dicuntur, deprædicarint; alii paterna ſimul & materna nomina conjunxerint; nonnulli denique maternum duntaxat tulerint nomen, veluti Domitius Aurelianus, & Domitius Domitianus, à Domitiani filiâ longâ avorum ſerie exorti; ſed hæc, & cætera hujuſmodi aliis colligenda libentiſſimè relinquimus; hoc unum, ut univerſum Harduini ſyſtema intelligatur, addidiſſe ſufficerit, Pii titulum Harduino non videri merum laudis titulum, ſed cognomen hereditarium, ab illo tranſmiſſum, qui primus illud merito ſuo adeptus ſit, hoc eſt à Merello Pio, cujus filiam cognomen illud tranſtuliſſe ad maritum ſuum Pompeium Magnum, à quo ortum duxiſſe Antoninum Pium, cujus poſteros *Pios* fuiſſe, perinde atque Commodi, *Felices*; nam hoc quoque hereditarium eſſe cognomen. Epiſtolæ omnes, quibus conſtat hoc opus, eâdem formâ ſcriptæ ſunt, hoc eſt Numiſmata ſingulorum Principum exhibent accurato & eleganti ſtylo deſcripta, cum notis in quibus plerumque principia ab auctore poſita explicantur, argumentiſque ex nummis ductis confirmantur. Metellorum & Pompeii Magni Numiſmata in ſecundâ Epiſtolâ exhibentur, in aliis Cæſarum uſque ad Numerianum.

In Hiſtoriâ Sæculi Conſtantiniani, quæ Numiſmata exhibet à Diocletiano ad Jovianum, haud opus eſt ut immotemur, quod iiſdem principiis, quibus Hiſtoria Auguſta, innititur; nam ſingula quæ in utroque opere eruditè & acutè obſervata ſunt, ſunt autem plurima, illic legere malet lector; ſed Numiſmatum ſeriei præfixæ ſunt Diſſertationes, eidem aliæ ſubjunctæ, de quibus breviter dicendum eſt. Ptima eſt de nummis Gratiani, GRATIANVS AVG G AVG. quem *Auguſti Generum Auguſtum* fuiſſe ſtatuit Harduinus, diverſumque à Valentiniani filio; cum deinde idem argumentum retractaret pag. 503. unum eſſe ſcripſit è poſteris Peſcennii Nigri, Honorii Auguſti generum, Juſtæ Gratianæ Honoriæ patrem: cujus in nummis deprædicata eſt GLORIA NOVI SAECVLI. quod Auguſti Gener & Auguſtus fuit anno CCCCI. à reſtituto genere humano. Altera Diſſertatio eſt de nummo, DN. ZENO ET LEO NOV CAES. tertia de nummo quodam Theodeberti, de quo, petinde atque de Conſulatu, nova traduntur: in ſequentibus ſtemma Flaviæ gentis exhibetur, quam vir doctiſſimus exiſtimat adoptionis jure inſertam fuiſſe in tergeminam gentem aliam, Valeriam, Juliam, Claudiam, & è tribus hiſce familiis prodiiſſe Conſtantinos ſex, & alios pleroſque Conſtantiniani ævi Principes; ſimulque explicantur literæ CONOB. & adfines, ac cæteræ, quæ vel in areâ, vel in imo nummorum margine leguntur, ex iiſque colligitur nummos omnes in Galliis, aut in Pannoniâ cuſos fuiſſe; præterea aliæ quibus ſignificari Indictio dicitur. Atqui hactenus ita exiſtimatum fuerat, literis CONS. & ſimilibus ſignificari Conſtantinopolim, Imperii in Oriente ſedem, ac Novam Romam, nequaquam civitates Narbonenſis Provinciæ; cui ſententiæ cum favere viderentur nummi inſcripti *Conſtantinopolis*, de his peculiari diſſertatione egit Harduinus pag. 493. ac primùm quidem, quòd nulla Conſtantino, aliiſque Principibus Inſcriptio Græca Latinave poſita in Oriente reperitur, negavit in Oriente eos imperaſſe; deinde in nummis aliquot mentionem Orientis urbium maritimarum, Cyzici, Nicomediæ, Alexandriæ, Carthaginis idcirco fieri prodidit, quòd ut merces ex Oriente tuto adveherentur mari, naves bellicas ſubminiſtrarent Auguſti, quibus tributum eo nomine Mercatores pendebant; poſtremo in nummis inſcriptis *Conſtantinopolis* Lugdunum ſe agnoſcere profeſſus eſt, urbem ſcil. addictiſſimam Familiæ Claudiæ, è qua fuit Conſtantinus Jun. cujus extat nummus ita inſcriptus: in priori editione eos nummos ad Arelatenſem urbem retulerat. Inde porrò colligitur Byzantium liberæ conditionis oppidum fuiſſe, diuque habuiſſe Αρχοντας; longo deinde poſt intervallo, ſæculo nimirum undecimo ſeneſcente, factos eſſe Thraciæ Deſpotas, in quorum nummis character eſt conſtantiſſimè, æquè ac ſermo, Græcus. Ab his verò diſtinguuntur qui Βασιλεῖς Ρωμαίων dicuntur, in quorum nummis Græca oratio eſt, Latini characteres, item qui Βασιλεῖς tantum dicuntur, characteres autem in nummis adhibent ferè Latinos, Græcos ſubinde: hi enim Theſſalonicæ, illi Romaniæ minoris Reges videntur Harduino, qui de illis aliàs ſe apertiùs dicturum ſpondet, hîc ſingulorum exhibet numiſmata. Haud omittenda hîc eſt, quæ extat pag. 507. Diſſertatio de nummis inſcriptis hac voce REST. qui quidem omnes accuratè deſcripti ſunt: cum enim vulgo exiſtimaretur Auguſtorum aliquis in his prioris Auguſti reſtituiſſe monetam; contrà Harduinus cenſuit, hanc eſſe excogitatam Principes commendandi rationem, inſculptis in ipſorum numiſmatis inſignium virorum, vel Principum, vel Feminarum etiam de Republicâ

Republicâ benè meritarum nominibus; quorum, qui laudarentur Auguſti, reſtituiſſe, hoc eſt deſideratas jamdudum in Republicâ virtutes, ac dotes, aut res præclarè geſtas, repræſentaſſe ſive exhibuiſſe, & viros illos inſignes, qui periiſſe videbantur, veluti regeneraſſe dicerentur.

Reſtant pag. 645. Epiſtolæ ſex, in quibus Harduinus reſpondet quatuor Epiſtolis Georgii de Ballonfeaux amici ſui ex intimis, & eruditi viri: in his numiſmata aliquot rariora Tetrici Senioris, Aureliani Jun. Maxentii, ac Diocletiani illuſtrantur; ſed quòd illic ex literis ſingularibus nova argumenta deducantur ad eadem principia, quæ exſcripſimus, confirmanda, nihil cauſæ eſſe videtur, cur de ſingulis operoſiùs dicamus; niſi fortè monendus ſit lector, quintam Epiſtolam tam Gallico, quàm Latino ſermone ſcriptam eſſe; & in ſextâ, totum fermè eſſe Harduinum in tuendâ adverſus Gallandium ſuâ de Conſtantinis ſex opinione.

Quod ad tertiam totius de nummis concertationis partem, ſcil. Geographicam ſpectat, hanc Harduinus uno opere abſolvit, ita inſcripto

Nummi antiqui Populorum & Urbium illuſtrati. pag. 1.

quo in opere quid præſtitum ſit ut lector intelligat, hæc fermè monendus eſt; in hoc ſtudiorum genere quæri ſolere, & ab Harduino quæſita, Populorum & Urbium ſitum, æras, originem, prærogativas & Magiſtratus: deinde nullâ in diſciplinâ graviora admiſſa eſſe σφάλματα, quàm in hac parte admiſſa viro eruditiſſimo videantur, etiam ab iis quos magnum in his ſtudiis merito ſuo nomen habere agnoſcit; quamobrem eorum hîc detegi errores ſingulis ferè paginis; hoc eſt, ut neutram in partem propendeamus; in ſingulis ferè ſententiis Harduinum à cæteris, qui rem Geographicam illuſtrandam ſuſceperunt diſſentire, poſtremo ex duabus aliis rei Nummariæ partibus, hiſtoricâ & ſymbolicâ, aſperſa eſſe non pauca, quæ videbantur imprimis neceſſaria ad Γεωγραφικὰ νομίσματα illuſtranda; & ſymbola quidem, præter ea, quæ ſingulari diſſertatione explicantur, ac pluribus urbibus & populis communia ſunt, nulla eſſe prætermiſſa, quòd in iis maxima pars Geographicæ eruditionis lateret; hiſtorica verò cum alia hîc occurrere, tum ſeries Regum ac Tyrannorum Cappadociæ, Siciliæ, Mauretaniæ, Ponti Paphlagonici, ac Thraciæ, ex nummis reſtitutas.

Ad Geographiam etiam pertinebat

Antirrheticus de Nummis antiquis Coloniarum & Municipiorum. Lutetiæ Pariſ. 1689. 4.

in quo ſuas de nummis triginta fermè ſuprà centum, qui illic in tabulis æneis ſculpti ſunt, opiniones vir præſtanti ingenio tuebatur adverſus Vaillantium, ac cæteros Antiquarios; ſed quæ in illo utiliſſima exiſtimabat, in magnum opus deinde tranſtulit.

Sunt etiam in Diariis Trivultianis, menſe Maio 1711. menſe Maio 1712. menſe Auguſto 1713. Harduini Diſſertationes Gallico ſermone ſcriptæ, in quibus nova quædam deprehendas; ſed tandem aliquando manus de tabulâ tollenda eſt, & concludendum caput, in quo, tametſi, perinde atque in Notis ad Numiſmata, quædam variis Harduini opinionibus objecta ſint, verè tamen profitemur, ejus viri eruditionem & ſubtilitatem pluſimi à nobis fieri.

GEORGIUS DE BALLONFEAUX. Cum ſelectis Operibus Harduini extant editæ Epiſtolæ quatuor Latinæ à viro nobili & erudito GEORGIO DE BALLONFEAUX, Conſiliario Regio in Senatu Luxemburgico, ad Harduinum ipſum ſcriptæ; quinta etiam Gallica ad Antonium Galland, in qua diluere conatur, quæ Harduini opinioni de Conſtantinis ſex objecta fuerant.

N. DE GRAINVILLE. R. P. N. DE GRAINVILLE, è Societate Jeſu, extant in Diariis Trivultianis Diſſertationes aliquot, in quibus ſummâ induſtriâ, nec minori modeſtiâ & humanitate confutat acutiſſimi ſodalis ſui paradoxa, rationemque oſtendit, quâ veteres ſcriptores ac numiſmata conciliari inter ſe poſſint. Primâ, menſe Martio 1703. ad nummum Gal. Maximini, Principem hunc Filium Auguſtorum demonſtrat non eâ de cauſâ dictum fuiſſe, quam Harduinus finxit, ſed eâ quam prodidit L. Cæcilius: ſecundâ, menſe Aprili, nummum Vitellii inſcriptum, VICTORIA AVGVSTI. ejuſque hiſtoriam mirificè illuſtravit: tertiâ, menſe Octobri 1709. idem præſtitit in Sept. Severo, quem, cur Pertinax & M. Aurelii filius dictus fuerit, præclarè docuit: quarta, menſe Decembri, in Tetrici nummum haud minus commendabilis; ibi enim de Æternitate Auguſtorum, ac de Principis Juventutis titulo ita diſſeruit, ut nihil vero ſimilius excogitari potuiſſe videatur. Quintâ, menſe Martio 1710. nummi Valeriani, Gallieni, Saloninæ, Poſtumi, Victorini, Claudii, Quintilli, noviter reperti deſcripti ſunt, nec pauci numero, & plerique rari, aliquot etiam ſingulares, cum brevibus, ſed eruditis notis. Sexta, menſe Junio 1712. tota verſatur circa nummos Gallieni, in quibus doctiſſimus vir ironiam, ut vocant, ſive χλευασμὸν videre ſibi viſus eſt, ſimulque occaſionem ſibi oblatam ratus, in Principem illum acriùs invectus eſt. Septimâ, menſe Julio 1714. numiſmata quædam Sept. Severi, Mamææ, Gallieni, Saloninæ, rariſſima & antehac ignota deſcripſit, ac breviter illuſtravit. Octavâ denique, menſe Auguſto 1715. Sacrorum librorum veritatem nummis confirmari poſſe demonſtravit exemplis.

JOANNES CAROLUS SCHOTT. In Miſcellaneis Berolinenſibus anno 1710. editis in 4. prodiit JOANNIS CAROLI SCHOTT, Begeri ſororis filii, & Regiæ Brandenburg. Bibliothecæ cuſtodis, *Diſquiſitio de Nummo Phidonis argenteo in Regiâ Brandenburg. aſſervato*, in quâ vir eruditus adverſus Othonem Sperlingium demonſtrare conatus eſt, nummum de quo agebat, Phidonis ævo ſculptum fuiſſe. Argumenta deſumpſit ex argenti ſynceritate, ex nummi pondere, ex ipſo Phidonis nomine, quod in aliis nummis alioqui ſimilibus deſideratur: ſimul quod Sperlingius objiciebat ancile in nummo expreſſum Phidone multo recentius eſſe, ita diluit; non ancile in nummo, ſed ſcutum Bœoticum ſculptum eſſe, conſtare ex aliis nummis in quibus ancilia & ſcuta Bœotica comparent, quos nummos Schottus in æs incidi curavit. Ejuſdem eſt Diſſertatio in celebrem Auguſti nummum, cujus averſa pars columnam exhibet, ſive cippum, in quo ſcriptum CC AVG. ſed ejus Diſſertationis titulum exhibuiſſe ſufficiet.

Explication d'une Medaille enigmatique d'Auguſte, ſur laquelle d'habiles Antiquaires ont diverſement prononcé. Berlin 1711. 4.

Ab eodem edita eſt nova marmoris antiqui, in quo Homeri conſecratio

ſculpta eſt, explicatio, quo in opere Apollinem muliebri habitu exhibuit è nummis; huicque adjunxit unam Diſſertationem de uſu tripodis, nummis diſtinctam, & alteram de nummo maximo Homeri.

Explication nouvelle de l'Apotheoſe d'Homere, repreſentée ſur un marbre ancien; de l'uſage du trepied, &c. Amſterdam 1714. 4.

JOACHIM MEIERUS, J. V. D. & Præfectus Gymnaſii Gottingenſis, hîc quoque locum ſuum obtinet, quod cum aureum Poſtumi nummum reperiſſet, in quo Tyrannus ille P M GM T P COS III PP. dicitur, inde arripuit occaſionem novam Poſtumi vitam ſcribendi: Diſſertationis titulus hic eſt in tertiâ editione, quam vidimus, JOACHIM MEIERUS

Commentatio de nummo quodam Poſtumi rariſſimo, hiſtoriam & res ab eo geſtas copioſiſſimè explicans, &c. Goſlariæ 1713. 4.

in eâque de ſingulis titulis, quos recenſuimus, Meierus fusè diſſeruit.

CAROLUS DE VALOIS, Hadriani filius, è Regiâ Inſcriptionum Academiâ, excepta ex ore, aut ex adverſariis doctiſſimi patris ſui publicam in lucem protulit hoc titulo,

Valeſiana, ou les Penſées critiques, hiſtoriques & morales, &c. d'Adrien de Valois. Paris 1694. in 12.

quo in opere Auguſtarum aliquot effigies è nummis expreſſas repræſentavit in tabellâ æneâ, ut inde varia capitum ornamenta perſpicerentur. Ejuſdem inter Monumenta literaturæ nuper prodiit Diſſertatio, quæ in Academiâ lecta fuerat anno 1713. in quâ vir doctus demonſtrare volebat, eos nummos, in quibus legitur FL CL CONSTANTINVS IVN N C. non ad filium natu maximum, ſed ad fratrem Conſtantini M. referendos eſſe: quod ut præſtaret, numiſmata Conſtantini filii cum ejuſmodi nummis comparavit, ſingulisque perpenſis, ſtatuit ætatem diverſam eſſe, alia oris lineamenta, artificium diverſum: deinde monuit Conſtantium Chlorum Valerii prænomen accepiſſe cum Cæſar factus eſt, illudque ad filium natu-maximum Conſtantinum tranſmiſiſſe; cujus Conſtantini cum mater foret Julia Helena, hinc factum ait, ut ille Julius præterea eſſet, qui verò ex alterâ Conſtantii uxore Theodorâ nati erant, Claudii dicerentur. Diligenter ſcripta eſt Diſſertatio, plurimaque continet haud injucunda cognitu, quæ contrahi vix poſſunt. CAROLUS DE VALOIS.

Ill. PHILIPPUS A TURRE, Præſul Hadrienſis, vir præſtanti ingenio atque doctrinâ, ut epocham quæ in nummo Græco Anniæ Fauſtinæ conſignata videbatur, explanaret, Diſſertationem ſcripſit, quæ prodiit volum. IV. Diarii Italici; quâ in Diſſertatione de initio Imperii Elagabali, ac de ejus nummis in quibus TR POT V. dicitur, ita diſputavit, ut Pagii opinionem plurimis, nec contemnendis argumentis firmaret. Deinde verò, cum audiiſſet nummum Anniæ Fauſtinæ adulteratum fuiſſe, & à R. P. Valſecchio oppugnari Pagium, alteram conſcripſit Diſſertationem, in quâ probare conatus eſt conjecturâ aberrare virum doctum, dum Elagabali initium refert ad tempus quo Caracalla cæſus eſt; ſimulque ſuam ac Pagii opinionem, à Kalendis Januarii anni 218. deducendos eſſe annos Elagabali, fortiſſimè propugnavit: PHILIPPUS A TURRE.

De annis Imperii M. Aurelii Antonini Elagabali, &c. Diſſertatio Apologetica ad nummum Anniæ Fauſtinæ. Patavii 1713. 4.

Varia ſunt hoc in opere perutilia cognitu, de uxoribus Elagabali, de habitu Pacificatoris, de duplici anno apud Ægyptios, de honoribus Auguſtarum poſt Principum quibus nupſerant, mortem, &c. aliquot etiam nummi illuſtrati.

VIRGINIUS VALSECCHI. R. P. VIRGINII VALSECCHI à Brixiâ, Monachi Benedictini, prodiit anno 1711. Diſſertatio, in quâ demonſtrare volebat initium Elagabali repetendum eſſe à cæde Caracallæ, nec aliter poſſe explicari nummos, in quibus TR POT V. dicitur, aut nummos ejus uxorum, in quibus anni ejus Imperii conſignati ſunt. Lectorem juvabit videre quibus argumentis, vel ſententiam propugnavit, vel aliorum, ac præſertim Pagii & Ill. Philippi à Turre opiniones oppugnavit:

De M. Aur. Antonini Elagabali Tribunitiâ Poteſtate V. Diſſertatio Hiſtorico-Chronologica. Florentiæ 1711. 4.

quæ quidem argumenta retractavit, ac novis firmare conatus eſt in altero opere, in quo Cl. Vignolii novam de initio Imperii Severi Alexandri ſententiam confutavit.

De initio Imperii Severi Alexandri Aug. Diſſertatio. Florentiæ 1715. 4.

JOANNES VIGNOLIUS. In eodem argumento, quod ſuperiores duo viri pertractarunt, verſata eſt induſtria V. Cl. JOANNIS VIGNOLII, qui exiſtimat nihil in vero Elagabali initio mutandum, nec affingendum illi eſſe anticipati Imperii crimen; in hoc enim uno à vero aberraſſe hactenus viros doctos, quod Dionis locum in quo Elagabalus annos tres, ac menſes novem imperaſſe dicitur, corruptum eſſe non intellexerint; indeque collegerint cæſum hunc eſſe menſe Martio, cum vitam ad Julium uſque produxerit:

De anno I. Imperii Severi Alexandri Aug. quem præfert cathedra Marmorea S. Hippolyti. Romæ 1716. 4.

Illic porro, perinde atque in alterâ ejuſdem Cl. viri Diſſertatione, eadem numiſmata, quæ in ſuperioribus, ſæpe examinantur, illiſque potiſſimum illuſtrandis operam dedere tres viri docti, quibus in hacce controverſiâ, ut monebat Ill. Præſul Hadrienſis, idem quod Tullio in Diſputationibus Philoſophicis pronuntiare licet: *Nos probabilia multa habemus, quæ ſequi facile, affirmare vix poſſumus.* Ejuſdem Vignolii antea prodierat

De Columnâ Imperatoris Antonini Pii Diſſertatio. Romæ 1705. 4.

quam aliquot nummis diſtinxerat, variiſque ornaverat antiquæ eruditionis veluti corollariis: ac præterea

Epiſtola ad Ant. Gallandium de nummo Imperatoris Antonini Pii, qui in tertio ejus Conſulatu percuſſus columnam quandam exhibet. Romæ 1709. 4.

quæ

quæ epiſtola cæteris viri docti operibus non minus erudita eſt.

INCERTUS.

Haud omittendum eſt opus à viro erudito, qui latere voluit, ſcriptum in papaveris laudes, quod in morbo quodam præſentaneum medicamentum expertus fuerat:

> *Μηκωνοπαίγνιον, ſive Papaver ex omni antiquitate erutum, &c.* Norimbergæ 1713. 4.

illic enim numiſmata in quibus papaver depictum eſt, illuſtrantur.

LUDOVICUS JOBERT.

R. P. LUDOVICI JOBERT, è Societate Jeſu, præter epiſtolam, in quâ Vallemontii opinionem de Gallienâ Auguſtâ, incertum acutiùs, an elegantiùs confutat,

> *Lettre à M. de Vallemont ſur la nouvelle Explication qu'il a donnée à une Medaille d'or de Gallien.* Paris 8.

extat etiam nobile opus, quo omnia, quorum cognitio tyroni, vel ad comparanda Numiſmata, vel ad fructum aliquem ex iis percipiendum neceſſaria videbatur, congeſſit. In publicam lucem emanavit hic liber anno 1692. deinde è Gallico ſermone in Latinum verſus Lipſiæ anno 1695. Ill. Friderici Benedicti curâ; ſed altero tanto majorem auctor ipſe nuper edidit cum hoc titulo:

> *La Science des Medailles antiques & modernes, pour l'inſtruction des perſonnes qui s'appliquent à les connoître.* Paris 1715. 2. vol. in 12.

Quâ in editione, ſi quædam omnino recudere, quàm ita ut erant ſcripta ſub prælum rurſus mittere, & additamentis corrigere, ac ſe ipſum quaſi reprehendere maluiſſet, lectorum non utilitati quidem fortaſſe, ſed tamen voluptati magis conſuluiſſet, nec orationis contextum toties perturbaſſet. Duodecim capitibus univerſum opus conſtat, in quibus primùm de nummorum ætate, quatenus horum pretium auget vel minuit, de metallis è quibus conflati ſunt, de variâ eorum mole, de effigiebus in iis expreſſis, de averſis partibus, de inſcriptionibus, ac de linguis quibus eæ conſtant, vir eruditus accuratè diſputat. Singula deinde vitia percurrit, ob quæ nummi quantumlibet veteres ad aurifices, aut ærarios fabros ablegandi ſunt; ſimul ea, quibus maximè commendantur, vetuſtatis & integritatis ſigna indicat. Mox brevem & accuratam ornamentorum & ſymbolorum quibus numiſmata inſignita ſunt, deſcriptionem exhibet. Sequitur caput longè utiliſſimum, in quo ſordidas hominum quorundam artes, qui aut adulterina numiſmata fabricantur, & pro antiquis vendunt, aut vetera adulterant, ſolertiſſimè detegit. Denique principia quædam ab omnibus fermè Antiquariis recepta recenſet, & rationem oſtendit, quâ quis minimo labore poſſit nummorum cognitionem animo indipiſci. Porto materiam libri, cum ipſa per ſe admodum gracilis eſſet, duplicavit; primùm, quia omnes per quos profecit, item eos qui noſtrâ & ſuperiori ætate his ſtudiis promovendis incubuerunt, recenſuit; deinde quod pleraque argumenta, quæ cum hocce cognationem quandam habere videbantur, tractavit, ſæpe velut in tranſcurſu, nonnunquam tantâ induſtriâ, tantoque ſucceſſu, ut benè nobiſcum actum putemus, quòd fines,

quos ſibi olim præſcripſerat, exceſſerit; varia enim Erud. ſodalis ſui de literis, quæ vel in areâ, vel in imo nummorum margine leguntur, paradoxa ita confutavit, ut eruditorum vota impleviſſe videatur. Librum ornant ſexaginta fermè numiſmata undecim æneis rabellis inſculpta. Huic etiam acceſſit novum veluti opus,

Nouvelles decouvertes dans la ſcience des Medailles.

in quo videtur Jobertus huic uni rei incubuiſſe, ut ſe gratum præberet acutiſſimo ſodali ſuo, cujus curis alteram hanc editionem acceptam debemus; ejus enim ſunt effata penè omnia, quæ commendavit.

STEPHANUS CHAMILLART R. P. STEPHANUS CHAMILLART, è Societate Jeſu, cum aliquot Diſſertationes in nummos muſei ſui edi curaviſſet in Diariis Trivultianis, omnes deinde collegit, ſub hoc titulo:

Diſſertations du R. P. Etienne Chamillart ſur pluſieurs Medailles & Pierres gravées de ſon cabinet. Paris 1711. 4.

In primâ & ſecundâ quæritur, num veteres nummi moneta publica fuerint, de eoque diſputatur in utramque partem; argumenta ſic collecta videre juvir. In tertiâ docemur qui ſint veri Quinarii, & qui ἀναλόγως Quinarii dicantur. In quartâ nummorum è terræ viſceribus noviter erutorum deſcriptio exhibetur; at in quintâ duo ex his nummis, M. Aurelii unus, alter Fauſtinæ illuſtrantur, & confutantur ii, qui averſas nummorum partes in eos Principes quorum effigies exhibetur ſemper convenire negant, illicque opinantur Monetariorum imperitiâ aut negligentiâ non raro peccatum eſſe. Sexta eſt de nummo Græco Anniæ Fauſtinæ, in quo Raphaneotarum æra conſignata eſt: in ſequentibus explicantur nummi rariſſimi, Juliæ Mamææ, Marinianæ, Gallieni, Poſtumi & Pacatiani, quem vir pereruditus à Marino, cujus extat nummus Philippopoli cuſus, diverſum non eſſe arbitratur. Decima tertia exhibet nummos duos ſuprà octoginta, non deſcriptos ſolùm, ſed etiam in æneis rabellis ſex inciſos, cum aliquot notis. Decima quarta poſtrema eſt, quæ ad hancce Bibliothecam pertineat: in illâ duo Juliani tyranni numiſmata publicantur, ex iiſque colligitur Julianum non in Veneriâ, ſed in Pannoniis rebellaſſe. Addendæ ſunt, quæ in Diariis Trivultianis poſtea prodiere Diſſertationes duæ: prima anno 1712. menſe Aprili, in nummum Claudii Gothici, cum lemmate VICTORIA GERMAN. in quo GM. dictus eſt; num *Gothicus Maximus*, an *Germanicus Maximus* illic legendum ſit, quæritur: altera 1714. menſe Junio ad nummos Carini, in quibus eſt IMP. CAES. ac trium Auguſtorum mentio ſit; eâ de re ſententiam noſtram protulimus, à viri doctiſſimi & humaniſſimi ſententiâ non abhorrentem.

STEPHANUS SOUCIET. R. P. STEPHANI SOUCIET, è Societate Jeſu, viri doctiſſimi, Diſſertatio edita eſt in Diariis Trivultianis, menſe Decembri anni 1713. ad nummum C. Julii Cæſaris planè eximium & ſingularem; quæ omnino legenda eſt.

ZACHARIAS GOESIUS. ZACHARIAS GOESIUS, Rector Gymnaſii Oſnabrugenſis, Diſſertationes viginti de variis nummis edidit, quas ita ſcripſit, ut ad ſingula ſymbola, quæ in eorum nummorum quos illuſtrare inſtituit, typis occurrunt, auctores

benè multos indicet, qui de illis ſymbolis aut conſulto, aut in tranſitu egerunt: præfixa eſt brevis diſſertatio de nummis in univerſum, cum Indice ſcriptorum qui varia nummorum genera illuſtrarunt. Libri titulus eſt:

> *De nummis Diſſertationes xx. antehac in diſputationibus ſolemnibus ventilatæ partim, partim orationibus panegyricis præmiſſæ.* Vitembergæ 1716. 8.

Hæ porro diſſertationes, cum auctoris curâ ad aliquot in Germaniâ & Bataviâ viros doctos miſſæ eſſent, non paucas ab iis Epiſtolas elicuere, quæ ſimul in lucem prodierunt:

> *Celeberrimorum Virorum Epiſtolæ de Re Numiſmaticâ ad M. Zachariam Goëſium. Acceſſit Muſeum Goëſianum &c.* Vitembergæ 1716. 8.

Inter epiſtolas eminent undecim V. Cl. Giſberti Cuperi, qui tamen monuit eas non tam ſcriptas fuiſſe quàm effuſas, & illa à ſe notata, quæ feſtinanti ſponte ſe obtulerunt. Quod ad Muſeum pertinet, nec dives illud eſt, nec accuratè deſcriptum: perpauca Familiarum & Imperatorum Numiſmata complectitur, in iiſque nonnulla aut adulterina, aut minimum adulterata ſunt.

CAROLI CÆSARIS BAUDELOT, J C. è Regiâ Inſcriptionum ac Bonarum literarum Academiâ, aliquot opera extant, quibus hæc ſtudia pro virili promovit. Primi titulus hic eſt: CAR. CÆSAR BAUDELOT.

> *De l'utilité des voyages, & de l'avantage que la recherche des Antiquitez procure aux Sçavans.* Paris 1686. in 12. 2. vol.

qui maximam quidem partem ad nos non pertinet; ſed in altero volumine capite ſingulari complexus eſt ea fermè omnia quæ antiquarium informare queant; illic enim primum de tempore quo numiſmata cudi cœpere, diſputavit, deinde de metallis è quibus conflata ſunt, tum de variis eorum nominibus ac modulis. Sequuntur quæ ad nummos Hebræos, Græcos, Punicos, Barbaros, ac denique Romanos ſpectant, varias in ſectiones diſtributa; illicque nova prodidit vir doctiſſimus de radiatis coronis in nummis Græcis, in Latinis de Saturnalibus. Subjunctæ ſunt tres ſectiones de nummorum raritate, ac de ratione falſos à genuinis dignoſcendi, eorumque ἐκτυπώματα exprimendi. Poſtremo ſeries illic Regum ac Principum Romanorum deſcriptæ ſunt, cum indice muſeorum, quæ illâ ætate aliquo in numero erant. Non paucæ ſunt numiſmatum tabellæ in univerſo opere, quod in Anglicam linguam verſum deinde eſt, ac Londini editum anno 1692. in 8.

Ejuſdem anno 1697. prodiit in 12. epiſtola ad R. P. Chamillart, de nummis Pacatiani, Mamææ, Marinianæ, Poſtumorum; ac ſequenti, altera in 8. ad Gallandium Epiſtola de iiſdem nummis: in hac legenda ſunt quæ ad Auguſtarum honores pertinent. Utraque porro Gallico ſermone ſcripta eſt, ac tabellâ numiſmatum ornata.

Eodem anno 1698. in lucem edita eſt Diſſertatio ad gemmam cælatam è Theſauro Dominæ Regentis Matris, in quâ vir doctus cum Ptolemæum letem pictum eſſe exiſtimaret, occaſionem arripuit Principis illius biarum hiſtoriam ſcribendi. Itaque duæ Diſſertationis partes ſunt;

quidem congeſſit, quæ rebus Ptolemæi illuſtrandis conducere videbantur, novamque Ægyptiorum illâ ætate Principum hiſtoriam contexuit; in alterâ verò de tibiis veterum ac de φορβειᾳ varia, quæ cæterorum diligentiam fugerant, collegit.

Hiſtoire de Ptolemée Auletes. Diſſertation ſur une pierre gravée antique du Cabinet de Madame. Paris 1698. 8.

Eidem viro docto tribui ſolet, quæ R. P. Joberti Diſſertationi, de quâ ſuprà diximus, præfixa eſt ad Bibliopolam epiſtola, in quâ Vallemontii conjectationes ad tantopere celebratum Gallieni nummum exagitantur: quod argumentum iterum tractatum eſt anno 1700. in præfatione Epiſtolæ ad Liſterum.

De Panegyrico Ludovico Magno ſcripto ab Abbate Mediobarbo ſuperiùs diximus; hunc anno 1703. è Latino in Gallicum ſermonem vertit vir doctus, præfationemque eruditam adjunxit. Sequenti anno tres Epiſtolas ad Marchionem d'Angeau ſcriptas publicavit, in quibus ſingula quæ ad nummum Alexandri M. tradiderat Vallemontius expendit:

Lettres à M. le Marquis de d'Angeau ſur une prétenduë Medaille d'Alexandre, publiée par M. de Vallemont, où l'on traite pluſieurs matieres curieuſes d'Antiquité. Paris 1704. in 12.

in iis Αδηλος eſſe voluerat, ſed nec adverſarium ſuum, nec cæteros eruditos fefellit. Superſunt tres Diſſertationes, prima anno 1710. ſcripta eſt ad gemmam cælatam è Muſeo Ill. Comitis de Pontchartrain: aliæ duæ ſuperiori anno ſimul prodiere in 4. prima titulum hunc præfert:

Lettre ſur le prétendu Solon des Pierres gravées.

in quâ non Solonis legumlatoris, ac Sapientis, verùm Solonis ſculptoris nomen in aliquot gemmis ſcriptum eſſe demonſtrare conatus eſt: altera

Explication d'une Medaille d'or de la Famille Cornuficia.

duabus partibus conſtat; nam in eâ primum Cornuficii Auguris prolixa exhibetur hiſtoria; deinde quodnam numen in unâ nummi parte pictum ſit, quæritur, eumque non Panem eſſe, ſed Faunum, quem alibi etiam agnoſcere oportuerat, ope nummorum veterum demonſtratur.

Haud omittendum eſt in hiſtoriâ Regiæ Inſcriptionum Academiæ Diſſertationem editam eſſe de curribus, quos in pleriſque nummis Familiarum cernere licet.

R. P. TOURNEMINE.

R. P. TOURNEMINE, è Societate Jeſu, Diſſertationes quinque in Diariis Trivultianis editæ ſunt, breves quidem, ſed eruditæ & elegantes: prima anno 1703. menſe Februario, ad nummum Fauſtinæ matris, in cujus averſâ parte legitur SOVSTI, altera menſe Junio 1704. ad nummum Gallieni inſcriptum PIET SAECVLI, cum caprâ puerum lactante: quo typo pietatem erga Jovem puerum commendari contendit: quod cum minus placeret viro cuidam docto, qui Gallieni pietatem idcirco prædicari exiſtimabat, quia pueris expoſititiis alimenta ex ærario præberi juſſerat, ſententiam ſuam novis argumentis firmavit menſe Julio. Quarta anno 1708. menſe Januario

Januario prodiit, ad nummum Hadriano cuſum Athenis, cujus typum ingenioſè explicavit: quinta denique menſe Maio 1710. ad nummum Græcum, quo victor in ludis publicis commendatur.

Aliæ ſunt in Diariis Trivultianis eruditorum virorum Diſſertationes, quas recenſere juvat: prima anno 1701. menſe Martio, ad nummum Argis cuſum, in quo Nero & Agrippina hinc cælati ſunt, inde gryphus: altera eodem anno menſe Julio, ac tertia menſe Octobri 1702. ad nummum Gratiani, in quo AVG G AVG. dicitur, in averſâ legitur GLORIA NOVI SAECVLI. utriuſque auctores Harduino adverſantur, ſcribenti legendum eſſe *Auguſti gener Auguſtus*; ſed inter ſe diſſentiunt; ille enim *Auguſti Germanus Auguſtus* legit, hic mavult *Auguſto genitus Auguſtus*: ille præterea novam æram Diocletianeæ ſimilem in averſâ nummi parte conſignatam eſſe conjecerat, hic affirmavit. Quarta prodiit menſe Novembri 1704. ad nummum in quo duarum urbium Fortunæ, ac duæ ſphinges ſculptæ ſunt: in quintâ, menſe Decembri, perpenditur, quàm rectè Harduinus, plures quàm hiſtorici tradant, Conſtantinos fuiſſe collegerit ex nummis: ſexta menſe Februario 1708. ſcripta eſt ad nummum Græcum ΚΟΣΩΝ, quem auctor Coſæ in Hetruriâ cuſum fuiſſe demonſtravit, & Harduinum qui è ſingulis literis vocem conficiebat, confutavit: ſeptima menſe Aprili 1709. ad nummum Neronis, in quo decurſio ſculpta eſt: octava menſe Julio varias continet obſervationes in diſſertationes quas Diarii auctores ab aliquot annis edi curaverant; in nonâ denique menſe Julio 1716. quæ ſint vera numiſmata maxima, ſive Medaglioni, examinatur.

Ibidem anno 1707. prodiit ad nummum ſequioris ævi in quo Leo & Conſtantinus picti ſunt, diſſertatio elegans & erudita R. P. LEMPEREUR, è Societate Jeſu.

Poſtremam huic operi manum aliquando tandem admovemus, quod ut perfectum ſit, id unum ſupereſt, ut nonnulla doctorum hominum opera quæ diligentiam noſtram fugerunt, recenſeamus. Duo ſunt Balthazaris Bebelii quæ Olearius in Diſſertationibus laudavit;

> *Theſes Philologicæ de re nummariâ veterum.*
> *Diſputationes Philologicæ de Theologiâ Gentili ex antiquis nummis erutâ.* Witebergæ 1658. 4.

neutrum opus noverat Philippus Labbe, à quo laudatus eſt, quem neſcio an unquam prodierit, collectus à Parura Theſaurus nummorum Hiſpanorum, & Hiſtoria Gallica Principum Romanorum à C. Julio Cæſare ad Poſtumum, cum eorum nummis omnibus ex argento. Si huic credas, prodiit opus ipſo titulo inſigne Pariſiis anno 1642. in fol. & quidem apud Auguſtinum Courbé & Stephanum Sommaville; ſed qui de hujuſmodi hiſtoriâ quidquam audierit, hactenus reperi neminem. Deeſt etiam hàc in ſerie Ulrici Obrecht Diſſertatio de nummo Domitiani Iſiaco, quæ Argentorati edita dicitur anno 1675. in 4°. necnon Joannis Joachimi Bockenhoffer Muſeum Brackenhoffetianum, quod eâdem in urbe, ſed biennio ſeriùs prodiit, & varia quidem quæ ad hiſtoriam naturalem pertinent, numiſmata verò haud ita multa complectitur. Haud omittendus liber quo Mediobarbus uſum ſe eſſe profeſſus eſt:

> *Raccolta di Medaglie Imperiali del S. Pellegrino Aſcanii Pittore.* In Modena 1677.

& Joannis Andreæ Schmidii opera duo à Germanis celebrata

Otium negotioſum. Jenæ 1692. 4.

De nummo Philippeo aureo. Jenæ 1692. 4.

Eodem anno Amſtelodami prodiit in 8. cum notis Salmaſii, Grævii, & aliorum Florus aliquot numiſmatum tabellis ornatus: poſt ſexennium verò laudatur Joannis Chriſtophori Oleatii

Specimen rei nummariæ. Jenæ 1698. 8.

Jacobi Perizonii tres diſſertationes vidimus; ſed ejuſdem commendantur

Animadverſiones Hiſtoricæ, in quibus quamplurima in priſcis Romanarum rerum utriuſque linguæ auctoribus notantur, multa etiam illuſtrantur atque emendantur, varia denique antiquorum rituum eruuntur & uberiùs explicantur. Amſtelodami 1685. 8.

Diſſertatio de ære gravi; cui ſubjuncta eſt Epiſtola ad Morellium de nummis Conſularibus. Lugduni Bat. 1713. *in* 12.

Utrumque opus evolvere ſanè juviſſet, perinde atque aliud Chriſtophori Cellarii, cui titulum hunc præfixit:

Orthographia Latina ex vetuſtis monumentis, hoc eſt, nummis, marmoribus, &c. excerpta, digeſta, &c. Halæ Magdeburg. 1703. 8.

necnon qui à Laurentio Begeto conſcripti dicuntur Commentarii in nummos maximos Theſauri Regii Galliarum: & Dapperi Deſcriptionem numiſmatum quæ in Inſulis Ægæi maris cuſa olim fuerunt; & Gleichii numiſmatum hiſtoriam ſuccinctam: & Ernesti Locheri Diſſertationes quinque de uſu nummorum veterum in Theologiâ: & J. Groningii hiſtoriam numiſmatico-criticam: & Henrici Bohmer Diſſertationem de Providentiâ Auguſtorum in nummis: & Joannis Conradi Schemarts Miſcellanea, quæ Coburgi anno 1716. prodierunt: & Alexandri Wilthemii, e Societate Jeſu, Icones Conſtantini M. & Helenæ; ſed hæc & alia, ſi quæ fortè deſint, alter haud fortaſſe diligentior, ſed felicior reperiet; nos enim à lectore, quem jam diu fatigamus, miſſionem facilè impetraturos eſſe confidimus.

FINIS.

INDEX SCRIPTORUM

QUORUM OPERA IN BIBLIOTHECA NUMMARIA recenſentur.

ANDRES Joannes Franciſcus.
ANGELONI Franciſcus.
ASCANII Peregrinus.
AUGUSTINUS Antonius.
AUGUSTINUS Leonardus.

BALLONFEAUX Georgius DE
BARONIUS Cæſar.
BATTELLUS Joannes Chriſtophorus.
BAUDELOT Carolus Cæſar.
BEBELIUS Balthazar.
BEGERUS Laurentius.
BELLORI Joannes Petrus.
BOCKENHOFFER Joannes Joachimus.
BOHMER Henricus.
BOSE Claudius OROS DE
BOUTEROUE Claudius.
BRACCIUS Ignatius.
BUONARROTI Philippus.
BURMANNUS Petrus.
BYE Jacobus DE

CAMELUS Franciſcus.
CAMPS Franciſcus DE
CANGE Carolus Dufreſne DU
CANINI Joannes Angelus.
CANINI Marcus Antonius.
CAPACIUS Julius Cæſar.
CAPELLUS Rudolfus.
CAPPONIUS Joannes.
CARRERA Petrus.
CARUS Annibal.
CASTALIO Joſephus.
CELLARIUS Chriſtophorus.
CHAILLOU.
CHAMILLART Stephanus.
CHAUSSE Michaël Angelus DE LA
CHEVALIER Nicolaus.
CHIFFLETIUS Claudius.
CHIFFLETIUS Henricus Thomas.
CHIFFLETIUS Joannes Jacobus.
CHÔUL Guillelmus DU
CROPHIUS Joannes.
CUPERUS Giſbertus.

DAPPER.
DONATUS Alexander.

EGGELINGIUS Joannes Henricus.
ERIZZO Sebaſtianus.
EVELYN Joannes.

FABER Joannes.
FABRETTUS Raphaël.
FABRICIUS Joannes Seobaldus.
FÆSCHIUS Sebaſtianus.
FALCONERIUS Octavius.
FEVERLINUS Fridericus.
FREHERUS Marquardus.
FRESNE Raphaël TRICHET DU

GALLÆUS Theodorus.
GALLAND Antonius.
GENEBRIER.
GEVARTIUS Caſperius.
GLEICHIUS.
GOESIUS Zacharias.
GOLTZIUS Hubertus.
GORLÆUS Abraham.
GOTLIEB RINCK Eucharius.
GRÆVIUS Joannes Georgius.
GRAINVILLE.
GRAVEROL Franciſcus.
GRETSERUS Jacobus.
GRONINGIUS Jacobus.
GRONOVIUS Jacobus.
GUICHARD Claudius.
GUICHARD Martinus.
GUIRANUS Gaillardus.
GUTHERIUS Jacobus.

HARDUINUS Joannes.
HAULTIN Joannes.
HEIDANUS Carolus.
HEKELIUS Joannes Fridericus.
HEMELARIUS Joannes.
HOLSTENIUS Lucas.
HULSIUS Lævinus.
HUTTICHIUS Joannes.

JACOBÆUS Oliger.
INCERTUS.
INCERTUS.
INCERTUS.
INVEGES Auguſtinus.
JOBERT Ludovicus.

KIPPINGUS Henricus.

LABBE Philippus.
LACARRY Ægidius.
LANDUS Conſtantius.
LAURENBERGIUS Joannes.
LAZIUS Wolfgangus.

Digitized by Google

INDEX SCRIPTORUM, &c.

LEGATI Laurentius.
LEIBNITZ Goth. Guilielmus.
R. P. LEMPEREUR.
LINCK Mathias.
LIPSIUS Juſtus.
LOCHERUS Erneſtus.

MADERUS Joannes Joachim.
MAFFEI Paulus Alexander.
MAIER Marcus.
MAJOR Joannes Daniel.
MARMORA Andreas.
MEDIOBARBUS Franciſcus.
MEDIOBARBUS Joannes Antonius.
MEIBOMIUS Henricus.
MEIERUS Joachim.
MENCKENIUS Joannes Burcardus.
MENESTRIER Joannes LE
MENETREIUS Claudius.
MIRABELLA Vincentins.
MOLINET Claudius DU
MONTERCHI Joſephus.
MONTFAUCON Bernardus DE
MOREAU DE MAUTOUR.
MORELLIUS Andreas.
MOSCARDO Ludovicus.

NARDINUS Famianus.
NICAISE Claudius.
NICOLAI Joannes.
NONNIUS Ludovicus.
NORIS Henricus.

OBRECHT Ulricus.
OCCO Adolphus.
OISELIUS Jacobus.
OLEARIUS Joannes Chriſtophorus.
ORTELIUS Abraham.
OUDAAN Joachim.
OUDINET.

PAGI Antonius.
PANVINIUS Onuphrius.
PARISIUS Proſper.
PARUTA Philippus.
PASQUALINUS Lælius.
PATINA Gabrielis Carola.
PATINUS Carolus.
PEDRUSI Paulus.
PERIZONIUS Jacobus.
PETAVIUS Paulus.
PETIT Petrus.
PHILIPPUS II. Pomeranorum Dux.
PIGNORIUS Laurentius.
PITISCUS Samuel.
POIS Antonius LE

QUIÑONES Joannes DE


RAIAS Paulus Albinianus DE
RAINSSANT Petrus.
REINECCIUS Reinerus.
REISKIUS Joannes.
RIGORD Joannes Petrus.
ROSINUS Joannes.
ROSLEIN Heliſæus.
RUBENIUS Albertus.
RUHE Chriſtianus Fridericus.

SADA Dionyſius Octavianus.
SAGITTARIUS Caſpar.
SAMBUCUS Joannes.
SAVOT Ludovicus.
SCHEMARTS Joannes Conradus.
SCHMIDIUS Joannes Andreas.
SCHOTTUS Andreas.
SCHOTTUS Joannes Carolus.
SEGUINUS Petrus.
SEIDEL Andreas Eraſmus A
SELLERUS Abraham.
SIRMONDUS Jacobus.
SMETIUS Joannes.
SPARESIUS Joſephus Maria.
SOUCIET Stephanus.
SPANHEMIUS Ezechiel.
SPEED Joannes.
SPERLINGIUS Ottho.
R. P. SPIRIDION.
SPON Jacob.
STANOSA Vincentius Joannes DE LA
STRADA Jacobus DE
STRADA Octavius DE
STRUVIUS Burcardus Gotthelf.
SYMEON Gabriel.

TENZELIUS Polycarpus.
TERZAGUS Paulus Maria.
TOINARD Nicolaus.
TORRENTIUS Lævinus.
R. P. TOURNEMINE.
TRISTANUS Joannes.
TURRE Philippus A

VAILLANT Joannes Foy-
VAL Joannes DU
VALERIANUS Joannes Pierius.
VALLEMONT Ludovicus DE
VALOIS Carolus DE
VALSECCHI Virginius.
VELSERUS Marcus.
VEYREL Samuel.
VICUS Æneas.
VIGNOLIUS Joannes.
VOLCKAMERUS Joannes Georgius.
URREA Franciſcus Ximenes DE
URSATUS Sertorius.
URSINUS Fulvius.
WEIDNERUS Joannes.
WILDE Jacobus DE
WOLTERECK Chriſtophorus.
ZABARELLA Jacobus.
ZACHIUS Zacharias.
ZANTANUS Antonius.

FINIS.



NUMISMATA IMPERATORUM ROMANORUM


LATINA, GRÆCA, ÆGYPTIACA, EX OMNI METALLO AC MODULO;

A Trajano Decio ad Palæologos Auguſtos.

TRAJANUS DECIUS.

CNæus Messius Quintus Trajanus Decius Bubaliæ ſeu Budaliæ in Pannoniâ inferiore natus, cum varios militiæ gradus obtinuiſſet, tandem invitus ac penè reluctans Imperio præficitur. Cum enim Marinum Pannoniæ exercitus ad ſummam rerum evexiſſet, eoque non multò poſt de medio ſublato, in officio tamen ſe continere nollet, Philippus Decium miſit, ut in complices Marini factionis animadverteret, militatemque diſciplinam in iis regionibus reſtitueret. Recuſavit primò Decius, quòd illud nec ex ſuâ, nec ex Philippi re eſſe duceret; verùm cogente Principe profectus, ut primum Provinciam attigit, Imperator omnium conſenſu appellatus eſt. Hoc nuncio accepto Philippus cum ingentibus copiis ad eum opprimendum movit; nec ſegnior Decius licet numero militum impar illi occurrit: concurrunt itaque exercitus Veronæ, & virtute Ducis compenſante militum paucitatem, complures à Philippi partibus ceciderunt, inter quos &

ipſe periit unà cum filio quem Auguſti dignitate ornaverat. Hæc ex Zoſimo; nam Aurelius Victor rem accuratiùs & diſtinctiùs narrat, patremque Philippum Veronæ occiſum pulſo amiſſoque exercitu, filium verò Romæ apud caſtra prætoria interfectum ſcribit. Utriuſque mors contigit circa menſem Julium Fulvio Æmiliano II. & Vectio Aquilino Coſſ. anno Chriſti 249. Hoc modo Decius ſummo potitus Imperio, bellum civile in Galliâ motum oppreſſit, octavamque in Chriſtianos perſecutionem excitavit, quam pluribus deſcribunt S. Cyprianus, Euſebius, Oroſius, aliique. Mox filium Etruſcum Cæſarem fecit, quem poſtmodum in Illyricum præmiſit ut Gothorum incurſionibus obſiſteret, dum ipſe mœnia reficit, urbemque thermis exornat. Sub idem tempus Jorapiani, ſive Papiani, ut eum vocat Zoſimus, (idem enim videtur) qui ſub finem Imperii Philipporum tyrannidem in Syriâ arripuerat, caput Romam ad Decium defertur; qui in urbe uſque ad annum 251. ut colligitur ex Cypriano, moratus, in Illyricum tandem contendit. Gothi enim Danubium tranſgreſſi Romanos exercitus fuderant, captâque Philippopoli per Thraciam & Macedoniam impunè graſſabantur; Priſcus verò Macedoniæ Præſes purpurâ ſumptâ Gothis ſe adjunxerat. Itaque Decius Priſcum hoſtem patriæ à Senatu appellatum ſtatim oppreſſit, Gothos verò variis cladibus ita attrivit, ut Danubium remeare coacti ſint. Hoc enim cùm ex Zoſimo & Aurelio Victore, tùm ex nummis diſcimus, in quibus ſcriptum legitur: DACIA CAPTA. RESTITVTOR ILLYRICI. VICTORIA AVGVSTI. VICTORIA GERMANICA. & VICTORIAE CARPICAE. Interea dum Decius Rempublicam armis reparat, Julius Valens ſummo plebis ſtudio Imperator eſt appellatus, ſed brevi cæſus, temeritatis pœnas luit. Hæc Aurelius Victor, quibus innuere videtur tyrannidem Romæ ab eo arreptam: nec tamen diverſum hunc puto à Valente avunculo alterius ejuſdem nominis ſub Gallieno tyranni, quem in Illyrico periiſſe tradit Pollio: ſed an idem ſit quem Victor Junior Valentem Licinianum appellat, merito dubitari poteſt; Licinianuſque ille Victoris idem videtur quem nummus M. Auſ. Perpennam Licinianum appellat, ut ſuo loco monebimus. Cæterum Decius victoriis ſuis non diù ſupervixit; cùm enim Gothos vehementiùs urgeret ultra Iſtrum, filium Etruſcum, quem Auguſtum paulò ante nuncupaverat, amiſit in acie; mox ipſe cùm audaciùs quàm conſultiùs pugnaret, fraude Galli limitis Mœſiæ Ducis, ut ait Zoſimus, in paludem deductus, lutoque defixus cum univerſo exercitu cæſus eſt; corpus paludis voragine abſorptum reperiri non potuit. Sic periit anno ætatis quinquageſimo menſe Novembri exeunte aut Decembri ineunte anni 251. poſt duos annos & ſex Imperii menſes (Victorem enim potiùs quàm cæteros ſequimur, maximè cum illius ſententiam confirmet nummus Ægypriacus tertii moduli, in quo tertius annus hujus Imperii conſignatus legitur) Princeps quem pleríque Scriptores maximum tùm belli tùm pacis artibus prædicant. Præclaram ſanè moderationis ſpeciem præbuit paulò ante extremam illam pugnam, cum Cenſuram, quam Principes ex quo Reſpublica unius nutu gubernari cœpta erat, ſoli exercebant, Senatui permiſit. Memorabile extat de eâ re Senatuſconſultum datum VI. Kalend. Novemb. quo Valerianus abſens Cenſor electus; quod Senatûs judicium Decius & Etruſcus Coſſ. quibuſcum Valerianus tùm in procinctu erat, inſigni oratione approbarunt. Nec dubito quin ſuas eximio Principi laudes Noſtrates Scriptores denegaturi non fuiſſent, niſi tam crudeliter & inhumanè in Chriſtianos ſæviiſſet.



BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Digitized by Google



P. S. f.f

NUMISMATA AUREA.

IMP TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros eum paludamento.

ABVNDANTIA AVG. (1) Figura muliebris ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, cornucopiæ tenet utrâque manu, ex quo varias opes effundit. *RE.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

ADVENTVS AVG. (2) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ geſtat haſtam. *Regius. Brandenburg.*

IMP TRAIANVS DECIVS AVG.

ADVENTVS AVGG. Imperator eques. *MB.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

AEQVITAS AVGVSTI. (3) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *RE.*

IMP TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

DACIA. Mulier ſtans dextrâ tenet haſtam, in cujus ſummitate caput aſini, ſiniſtrâ ſtolam colligit. *Regius.*

IMP CAE TRA DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

DACIA FELIX. (4) Mulier ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ ſtolâ involutâ. *Regius.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Genius ſtans dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris ſignum militare erectum. *Regius. M.*

IMP TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

(1) Nummus hic aureus cum hac epigraphe ſingularis eſt, argenteus non ità, imò obvius; & notandum omnes hujus Imperatoris nummos ex auro raros eſſe.

(2) Prædicat hic nummus Decii in urbem adventum, poſtquam Philippo occiſo ſummâ rerum potitus erat, unde ſunt qui ſequentem nummum unico G. legendum putant, nimirum Auguſti, non verò Auguſtorum: verum duplex G. nonnumquam referri poſſe arbitramur ad Auguſtum & ejus uxorem Auguſtam, ut ſuo loco dicemus.

(3) Decius erat *vir*, ut ſcribit Aurelius Victor, *artibus cunctis, virtutibuſque inſtructus*, æqui & boni cultor, nomenque Optimi Principis judicio Senatus meruit. Nummus hic ex auro ſingularis.

(4) Olim etiam Dacia ſub Trajano, cum ejus virtute addita eſſet Imperio Romano, Felix appellata fuit in marmore apud Zamoſium; ſic ſub Decio, qui in Pannoniâ Daciæ confini ortus, Senatus ei nummos cum hac inſcriptione percuſſit, quaſi hæc tanto Imperatore priſtinam felicitatem recuperaſſet & fortaſſis, quod primis prælis Gothos repreſſiſſet, recepta ab eis præda, qua potiti erant, dum Tanaim, imò Danubium tranſgreſſi vicina Thraciæ loca deprædati eſſent, ut ſcribit Zoſimus.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Typus ut ſuprà. *RE.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PANNONIAE. Duæ figuræ muliebres tunicatæ, vultu dextrorſum converſo ſtantes; quæ à dextris eſt, dextrâ tantiſper elatâ, & expanſâ, ſiniſtrâ ſtolam ſuſtinet, habetque à tergo ſignum militare erectum; quæ à ſiniſtris eſt, dextrâ pariter elatâ ac expanſâ, ſignum militare tranſverſum geſtat ſiniſtrâ, quâ & ſtolam ſuſtinet. *RE. MB.*

IMP C M Q. TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Trajani Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

PANNONIAE. Typus ut ſuprà, ſed mulier quæ à ſiniſtris ſtat, ſiniſtrâ trophæum gerit. *Brandenburg.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VBERITAS AVG. (1) Figura muliebris ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ geſtat crumenam, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius. Brandenburg.*

. . . .

VBERTAS AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

VBERITAS AVG. Figura muliebris ut ſuprà, dextrâ tenet ſpicas, ſiniſtrâ cornucopiæ. *RE.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. (2) Victoria ſtans, dextrâ tenet coronam lauream, ſiniſtrâ palmam. *RE.*

(1) Epigraphe hæc tum primum in nummis Imperatorum occurrit.

(2) Plures victorias ab hoſtibus reportavit Decius, ſed hunc nummum referendum putamus ad victoriam quam ipſe primis congreſſibus de Gothis adeptus erat, ut tradit Zoſimus. Hic nummus ex auro ſingularis.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C M Q. TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

ABVNDANTIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, cornucopiæ tenet utrâque manu, ex quo varias opes effundit. *Fouc. Regius. RE. Cham. Fontaine. MB.*
Eadem epigraphe.

ABVNDANTIA AVG. Figura utrâque manu ſinum effundens. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Trajani Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

ADVENTVS AVG. Trajanus Decius eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ ac expanſâ pacificatoris habitu, haſtam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. RE. Cham. M MA. Le Roy. Fontaine. MB.*

IMP TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Trajani Decii ut ſuprà.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. B. MB.*

. . . .

AEQVITAS AVG. Figura ſtans, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

IMP C M Q. TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. (1) Capita Herenniæ Etruſcillæ cum lunâ bicorni ad humeros, & Meſſii Decii, & Hoſtiliani jugata ſe reſpicientia. *Regius. MB.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

DACIA. Figura muliebris tunicata, cum ſtolâ ad talos pendulâ, haſtam tenet dextrâ, in cujus ſummitate caput aſininum, ſiniſtrâ ſub ſtolâ latente. *Fouc. Regius. RE. Cham. M MA. Fontaine.*

Alius cum S. C. in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

IMP TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

DACIA. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *M MA.*

IMP CAES C MESS Q. DECIO TRAI AVG.

DACIA. Typus ut ſuprà. S. C. in areâ. *MB.*

IMP C M Q. TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

DACIA. Figura muliebris ut ſuprà, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ ad pectus compoſitâ. *Cham.*

Alius cum S. C. in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

IMP CAE TRA DEC AVG. Caput Trajani Decii radiatum ad humeros.

DACIA. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ. *Fouc.*

(1) Hic nummus junctus Græcis, quos infra proponimus; palam declarat Herenniam Etruſcillam uxorem Decii fuiſſe, matremque Etruſci & Hoſtiliani; atque ab ea filius Etruſcus denominatus videtur. Hic nummus rariſſimus eſt.

Eadem epigraphe.

DACIA CAPTA. Figura ſtolata ſtans, dextrâ ignotum quid. *MB.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG.

DACIA CAPTA. (1) Figura ſtans, dextrâ ſignum militare : in areâ S. C. *MB.*

Eadem epigraphe.

DACIA FELIX. Figura muliebris tunicata ſtans, cum ſtolâ pendulâ, ſignum militare tenet dextrâ, ſiniſtrâ ad pectus compoſitâ : in areâ S. C. *MB.*

IMP CAE TRA DEC AVG. Caput Trajani Decii radiatum, ad humeros cum loricâ.

DACIA FELIX. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ. *Fouc. Cham. Fontaine. MB.*

IMP CAE TRA DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

DACIA FELIX. Typus ut ſuprà. *Regius. Le Roy.*

IMP CAES C MESS Q DECIO TRAI AVG.

EXERCITVS INLYRICVS. (2) Figura ſtans, ambabus manibus ſignum militare tenens: in areâ S. C. *MB.*

IMP CAES MESS TRAI Q DECIVS AVG.

EXERCITVS INLYRICVS. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *MB.*

IMP CAES MES Q DECIO TRAI AVG.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Genius ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ cum ſigno militari : in areâ S. C. *MB.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

GENIVS EXERC LLYRICIANI. Genius ſtans ad aram ignitam, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ : à dextris ſignum militare erectum. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum loricâ.

GENIVS EXERC ILLVRICIANI. (3) Figura virilis nuda, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Typus ut ſuprà, cum ſigno militari à ſiniſtris erecto. *Fouc. M MA. Regius. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum loricâ.

GENIVS EXERCITVS ILLYRICIANI. Genius ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ, cum ſigno militari. *RE.*

IMP CAES MESS TRAI Q DECIVS AVG.

GENIVS EXERCITVS ILLVRICIANI. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *MB.*

Eadem epigraphe.

GENIVS EXERCITVS ILLYRICIANI. Genius dextrâ pateram ſuper aram tenens, ſiniſtrâ ſignum militare : in areâ S. C. *MB.*

IMP CAE TRA DEC AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

GEN ILLVRICI. Figura virilis nuda, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Regius. Cham. MB.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum loricâ.

GEN ILLYRICI. Typus ut ſuprà, cum ſigno militari à ſiniſtris. *Fouc. Le Roy. MB.*

Alius cum S. C. in areâ, eodem typo. *MB.*

Alius abſque ſigno militari, & literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

GENIVS ILLYRICI. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. *Fouc.*

Eadem epigraphe.

LIBERTAS AVG. (4) Libertatis typus. *MB.*

(1) Nummus hic cuſus videtur, quo tempore in Illyrico victoriam contra Scythas, alioſque Barbaros reportavit Decius ut videre eſt apud Zoſimum. Cum hac epigraphe nummos nullos vidimus præter laudatos, quos hic ex Occone poſt Mediobarbum proferimus.

(2) Nummi cum hac epigraphe ex argento rari ſunt, quippe nullibi ſimiles vidi præter hoſce quos hic ex Mediobarbo profero.

(3) Mirè Decius exercitum Illyricianum dilexit. non ſolum quòd in iis partibus ortus eſſet. ſed etiam quod ab exercitu Illyriciano primùm Imperatoris nomen accepi et.

(4) Nullum alium nummum cum hac epigraphe præter hunc, quem ex Occone profert Mediobarbus, reperi inter numiſmata Decii, unde inter rariores recenſendus videtur.

Eadem epigraphe. Caput Trajani Decii radiatum, ad humeros cum loricâ.

PANNONIAE. (1) Figuræ duæ muliebres tunicatæ, vultu dextrorſum converſo ſtantes; quæ à dextris eſt dextrâ tantiſper elatâ ac expanſâ, ſiniſtrâ ſtolam ſuſtinet, habetque à tergo ſignum militare erectum; quæ à ſiniſtris eſt, dextrâ pariter elatâ ac expanſâ, ſignum militare tranſverſum geſtat ſiniſtrâ, quâ & ſtolam ſuſtinet. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. RE.*

Eadem epigraphe.

PANNONIAE. Duæ figuræ muliebres ſtantes, ſingulæ ſignum militare tenentes. *MB.*

Alius cum S. C. in areâ, eodem typo utràque ex parte. *MB.*

Eadem epigraphe.

PANNONIAE. Figura ſtans. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum loricâ.

PANNONIAE. Figuræ duæ muliebres ſtolatæ ſtantes ex adverſo dextras jungunt, ſigno militari erecto intermedio. *Fouc. Regius. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

PANNONIAE. Typus ut ſuprà. *Fauvel. Fontaine.*

IMP CAE TRA DEC AVG. Caput Trajani Decii radiatum, ad humeros cum loricâ.

PANNONIAE. Typus ut ſuprà. *B.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

PANNONIAE. Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP CAE TRA DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

PANNONIAE. Typus ut ſuprà. *Hen.*

IMP TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Trajani Decii ut ſuprà.

PANNONIAE. Figura muliebris ſtans, dextram attollit, ſiniſtrâ ſignum militare. *Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum loricâ.

PANNONIAE. Typus ut ſuprà. *Fouc. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVGVSTI. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Fontaine.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà. *MMA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AETERNA. (3) Figura muliebris gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ ramum tenet, ſiniſtrâ haſtæ adnixa. *Laiſné.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. (4) Mercurius ſtans dextrâ tenet crumenam, ſiniſtrâ caduceum. *Regius.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG.

PVDICITIA AVG. (5) Pudicitiæ ſedentis typus. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Trajani Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

Q HER ETR MES DECIVS NOB C. (6) Caput Etruſci radiatum, ad humeros cum paludamento. *Pem.*

. . . . Caput Trajani Decii.

Q HER ETR DECIVS C VALEN. HOSTIL. (7) Capita Etruſci, & Hoſtiliani ſe reſpicientia. *MB.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG.

REST. ILLYRICI XXI. (8) Duæ figuræ muliebres, altera labarum, altera ſignum militare. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum loricâ.

SECVRITAS AVG. Figura muliebris

(1) Pannonia hîc ſuperior ac inferior exhibetur, prout ab antiquis ſcriptoribus dividitur; in ſuperiore duæ hiemabant legiones decima Gemina, & decima quarta Gemina; in inferiore autem una tantum, nimirum, Prima Adjutrix: atque in ea ortum fuiſſe Decium Auguſtum tradunt Scriptores.

(2) Nummus hic cuſus videtur poſtquam Decius Marinum oppreſſiſſet, Philippos deviciſſet, ac motus civiles in Gallia ſedaſſet.

(3) Nummus cuſus, poſtquam cæſis Philippis, ſublatoque Jotapiano ſive Papiano tyranno, Decius urbem Romanam ſolus tenuit. Nummus ſingularis.

(4) Ara Decii appellatus fuit locus ille Mœſiæ prope Abtittum urbem, ubi ante congreſſum Decii Imperatores Diis immolarunt.

(5) Typus hic atque epigraphe frequenter occurrunt in nummis Auguſtarum, raro vero in nummis Imperatorum. Nummus inter rariores recenſendus.

(6) Nummus hic ſingularis eſt, quem, quia mihi non viſus, ex aliorum fide profero.

(7) Nummus hic Herennium Etruſcum ac Hoſtilianum filios Decii fuiſſe confirmat, uti ſupra diximus in CONCORDIA AVGG. ubi in parte averſa caput Etruſcillæ cernitur reſpiciens duo capita jugata Etruſci nimirum & Hoſtiliani. Nummus hic, quem ex Spanhemio profert Mediobarbus rariſſimus eſt.

(8) Poſt oppreſſum Marinum, qui in Illyrico tyrannidem arripuerat, nummus cuſus videtur. Hæc epigraphe in hujus Auguſti nummis tantùm occurrit.

ſtolata ſtans, dextrâ geſtat pileum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Trajani Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VBERITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, crumenam tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. M MA. MB.*

Eadem epigraphe.

VBERTAS AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum loricâ.

VERITAS AVG.(1) Figura muliebris ut ſuprà, dextrâ tenet neſcio quid, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata ac ſuccincta, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. RE. Fontaine. MB.*

IMP TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP C DECIVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà. *DC. Quir.*

IMP CAE TRA DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA GERMANICA. (2) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, præeunte victoriâ, dextrâ lauream tenente. *Cham. MB. Farneſianus.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG.

VICTORIAE CARPICAE VOTIS X. (3) Duæ Victoriæ clypeum tenentes. *MB.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG. Figura galeata inſidens thoraci, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

Alius cum S.C. in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*

IMP TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Trajani Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVG. Figura muliebris ſtolata ac galeata, inſidens loricæ à ſiniſtris dextrorſum, ramum elatum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Fontaine.*

(1) Cum eadem epigraphe habetur nummus ex argento Herenniæ Etruſcillæ Decii uxoris ex Gaza Regia, in quo typus idem, dextraque tenet mulier crumenam, qui ſanè typus Ubertati optimè convenit, & non dubito quin utrobique pro VERITAS AVG. legendum ſit VBERITAS AVG. Mendum quippe eſſe Monetarii typus ipſe arguit; nummus tamen ſingularis.

(2) De hac victoria, quam à Germanis reportaſſe Decium declarat hic nummus, altum eſt apud ſcriptores ſilentium; quod non eſt mirum, cum de eo potius epitomæ quàm hiſtoriæ loquantur. Nummus inter rariores recenſendus.

(3) Philippus contra Carpos pugnavit, & licet victor, fortaſſis quod ipſos domare non poſſet pacem cum ipſis fecit. Decius ex iiſdem victoriam reportaſſe videtur; ſed de ea nulla mentio apud ſcriptores occurrit. Nullum autem alium nummum cum hac epigraphe præter hunc, quem ex Occone exhibuit Mediobarbus, reperi inter Decii numiſmata, unde inter rariores recenſendus.

NUMISMATA ÆREA LATINA
maximi moduli, vulgò Medaglioni.

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS SAECVLI. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet caduceum oblongum, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S. C. *Cham. RE. SG.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS SAECVLI. (1) Typus ut ſuprà cum S. C. in areâ. *Frad. Fouc. Vaillant. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

(1) Nummi maximi moduli hujus Imperatoris cum hac epigraphe omnino obvii ſunt: Felicitatem vero ſæculi ſub hoc Imperatore ſperabat Senatus, cum eſſet Decius *vir*, ut tradit Aurelius Victor, *artibus cunctis, virtutibuſque inſtructus*, æqui & boni cultor, bonitate Trajano adæquatus, nomenque Optimi Principis judicio Senatus meruiſſet: & talis quidem ab omnibus prædicaretur, niſi tam crudeliter ac inhumanè in Chriſtianos deſæviiſſet.

MONETA AVG. (1) Tres Monetæ ſtantes dextrâ bilancem, lævâ cornucopiæ gerunt. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. (2) Victoria ad dextram gradiens, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam: in areâ S. C. *Frad. Regius. Cham. Le Roy. RE.*

(1) Nummus maximi moduli inter rariores recenſendus; quippe nullum alium in Cimeliis præter hunc, quem ex Vaillantio profero, reperi.

(2) Ad quam victoriam referendus ſit hic nummus, non ſatis liquet, cum plures ab hoſtibus reportaverit Decius; verum ſi conjecturæ locus ad illam victoriam referendum putamus, quam ipſe primis congreſſibus de Gothis adeptus erat, ut ſcribit Zozimus: Τῶν δὲ πραγμάτων διὰ τὴν Φιλίππου περὶ πάντα ἐκμέλειαν τεταραγμένων, Σκύθαι τὸν Τάναϊν διαβάντες ἐληΐζοντο τὰ περὶ τὴν Θρᾴκην χωρία· οἷς ἐπεξελθὼν Δέκιος, καὶ ἐν πάσαις κρατήσας ταῖς μάχαις, παρελόμενός τε καὶ τὴν λείαν, ἣν ἔτυχον εἰληφότες, ἀποκλείειν αὐτοῖς ἐπειρᾶτο τὴν οἴκαδε ἀναχώρησιν, διαφθεῖραι πανωλεθρίᾳ σπουδάζων, ὡς ἂν μὴ καὶ αὖθις ἑαυτοὺς συναγαγόντες ἐπέλθοιεν. *Cæterum rebus ob Philipp. ſocordiam ubique perturbatione refertis, Scythæ Tanaim tranſgreſſi, vicina Thraciæ loca prædis agendis infeſtabant: quos adgreſſus Decius, & omnibus præliis ſuperior, prædâ quoque receptâ, qua potiti fuerant, quominus domum reverterentur, abitum eis intercludere conabatur, & univerſos ad internecionem delere ardebat, ne denuo coactis copiis irruerent.* Notandum autem eſt hîc à Zoſimo Tanaim cum Danubio confundi.

NUMISMATA ÆREA GRÆCA maximi moduli, vulgò Medaglioni.

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΜΕΣ. ΚΥΙΝ. ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΔΕΚΙΟΣ. *Imperator Cæſar Cnæus Meſſius Quintus Trajanus Decius.* Caput Tra. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠΙ ΣΤΡ. Μ. ΑΥΡ. ΠΑΥΛΟΥ ΠΙΤΝΑΙΟΣ ΑΙΓΑΕΩΝ. *Sub Prætore Marco Aurelio Paulo Pitnæus Ægæenſium.* (1) Fluvii figura decumbens à ſiniſtris dextrorſum, dextram capiti imponit, ſiniſtrâ tenet cornucopiæ, cubito ſiniſtro urnæ innixo. *Regius.*

ΑΥΤ. Κ. ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΔΕΚΙΟΣ. *Imperator Cæſar Trajanus Decius.* Caput Tra. Decii laureatum; ad pectus cum paludamento

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΕΑΝΔΡΟΣ. *Antiochenſium Mæander.* (2) Pons ſeptem fornicibus conſtans, in cujus medio fluvius imberbis decumbens à ſiniſtris dextrorſum, dextra arundinem tenet, ſiniſtra cornucopiæ, cubito ſiniſtro innixus: pone eum ſtat mulier veſtita manibus ad pectus compoſitis, non verò puerulum geſtans, ut ait Vaillantius, & vir nudus ſiniſtra haſtæ innixus: ab altera pontis parte ante figuræ fluvii pedes erigitur arcus quatuor columnis inſtructus. *Regius.*

ΑΥΤ. Γ. Μ. ΚΥΙΝΤΟΣ ΤΡΑΙΑΝ. ΔΕΚΙΟΣ ΣΕΒ. *Imperator Cnæus Meſſius Quintus Trajanus Decius Auguſtus.* Caput Tra. Decii ut ſupra.

ΕΠΙ ΣΤΡΑΤΟ. ΑΠΑΜΕΩΝ. (3) *Sub Stratoniciano Apamenſium.* Tres Cabiri altera gladium, altera clypeum gerentes circa mulierem velatam, quæ ſiniſtra puerulum tenet, dextram capiti imponit. *Regius.*

(1) Pitnæus nomen amnis eſt; huncque nummum pertinere putamus cum Harduino ac Vaillantio ad Ægenſes Æolidis, eumque amnem ipſum eſſe qui & Myrinen quoque alluit, quod vicina ſit Ægis Myrine, teſte Plinio, Stephano, cæteriſque Geographis; & Galeno quoque lib. de cibis boni malignique ſucci. Eum fluvium Eruditiſſimus Harduinus Πυθικὸν ab Agathia in proœmio Hiſtoriæ ſuæ perperam appellari opinatur; ſed Agathiæ lectionem confirmat Stephanus de Urbibus, in v. Αἰγαῖον πέλαγος. Sic enim ſcribit: Λέγεται ἀπὸ τὸν Αἴγαν ποταμὸν φερόμενον ἀπὸ τῦ περὶ τὸ Πύθιον ὄρυς. *Dicitur ab Æga fluvio, qui delabitur à monte circà Pythium.* Vaillantius inverſo ordine legit ΑΙΓΑΕΩΝ ΠΙΤΝΑΙΟΣ. *Ægenſium, Pitnæus, in Æolide.* Ægæ Æolidis, inquit, videntur à Pelaſgis nuncupatæ, qui è Theſſalia profecti oram Æolicam appulerunt, ab iiſdem etiam Penei Theſſaliæ fluvii nomine flumen Æolidis appellatum videtur. Cæterum Ægæenſes in Æolide Magiſtratus habebant Prætores. Στρατηγὸς quippe in nummis *Prætor* eſt, ſummus urbis Magiſtratus; ut in civitatibus Latinis duumvir: Magiſtratus autem ille ab Athenienſibus, ut Archontum auctoritatem minuerent, inventus eſt.

(2) Plurimæ hujus nominis urbes fuerunt; ſedecim ſiquidem urbes de nomine patris Antiochi condidiſſe Seleucum ſcribit Appianus in Syriac. pag. 124. Sed hæc in Caria ad Mæandrum ſita eſt, ut docemur ex nummo, & ex Strabone, qui Antiochiam mediocrem urbem ad ipſum Mæandrum, ab ea parte, quâ is Phrygiam alluit, ſitam eſſe, fluviumque ponte junctum ait. Plinius lib. v. ſect. xxix. in Caria: *Antiochia..... nunc eam circumfluunt Mæander & Orſinus.* In Notitia antiqua inter Epiſcopos Cariæ Provinciæ, pag. 17. ὁ Ἀντιοχείας τῆς Μαιάνδρου. pag. 49. τῆς Μαιάνδρου. Ptolemæo & Straboni Ἀντιόχεια πρὸς Μαιάνδρῳ. Mallem cum Stephano Antiochiam Lydiæ appellare, δευτέρα, inquit, ἐκλήθη ἀπὸ Ἀντιόχου τῦ Σωτῆρος, Λυδίας.

(3) Apamea hæc eſt Phrygiæ minoris urbs, ut dicitur Stephano Byzantio, cognominataque eſt πρὸς Μαιάνδρῳ, ut videre eſt apud Euſebium, lib. 5. Hiſt. Eccl. cap. 16. Perperam autem Vaillantius legit ΕΠΙ ΣΤΡΑΤΟΝ, &c.

. . . .

. . . .

ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩΝ. (1) *Aphrodiſienſium.* Victoria in quadrigis cum palmâ. *Vaillant.*

Α. Κ. Γ. Μ. Κ. ΔΕΚΙΟΣ ΤΡΑΙΑΝΟΣ. *Imperator Cæſar Cnæus Meſſius Quintus Decius Trajanus.* Caput Tra. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΕΠ. ΑΥΡ. ΑΠΦΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΑΡΧ. Α. ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦ. ΜΑΙΟΝΩΝ. (2) *Sub Aurelio Appbiano Athenæi F. Archonte Primo, & Stephanephoro Mæonum* Bacchus in curru à dextris ſiniſtrorſum à geminâ tigride tracto cum Ariadne, cui ſiniſtrâ abblanditur, dextrâ thyrſum teuet, Cupidine prævolante ac tædam utrâque manu geſtante: à parte Ariadnes vitis erigitur. *Regius.*

. . . .

ΕΠ. ΑΥΡ. ΑΠΦΙΑΝΟΥ ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β. ΣΤΕΦΑΝΗ. ΜΑΙΟΝΩΝ. *Sub Aurelio Apphiano Archonte Primo iterum, Stephanephoro Mæonum.* Baechus in curru Pantherarum, dextrâ cantharum, ſiniſtrâ thyrſum: mulier vitem utrâque tenet ad ejus latera. *Vaillant.*

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΜΕϹ. ΚΥΙΝ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ. Caput Tra. Decii laureatum, ad humeros eum paludamento.

ΕΠΙ C. ΚΟΜ. Φ. ΓΛΥΚΩΝΟϹ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (3) *Sub Prætore Cominio Fabio Glyconis F. Pergamenorum Primorum ter Neocororum.* Decius ſtans ſacra facit ſuper aram, ſiniſtrâ haſtam: Bacchus Nebridis pelle coopertus ſtat à ſiniſtris, illi coronam porrigit, & ſiniſtrâ thyrſum præfert. *De Camps. Vaillant.*

ΑΥΤ. Κ. Γ. ΜΕ. ΚΥ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ. Caput Traj. Decii radiatum, ad pectus cum loricâ.

ϹΑΜΙΩΝ. *Samiorum.* Jupiter nudus ſtans dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam tenet: ex adverſo Neptunus ſtat cum coronâ radiatâ, dextrâ tridentem tenens, ſiniſtrâ femori innixâ, pede dextro capiti cujuſdam animalis fortaſſis marini innixo. *Vaillant. De Camps.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. (4) Salus à dextris ſtans, dextrâ tenens ſerpentem, ſiniſtrâ pateram ex qua ſerpentem paſcit: à ſiniſtris ſtat Æſculapius cum baculo ſerpente circumvoluto; medius eorum ſtat Teleſphorus. *Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad pectus cum paludamento.

ϹΑΜΙΩΝ. (5) Figuræ duæ muliebres ſtolatæ ac velatæ, ſtantes à fronte, quarum quæ à dextris dextram protendit, ſiniſtrâ ad latus compoſitâ; altera pateram tenet dextrâ, brachio verò ſiniſtro figuram puel-

(1) Aphrodiſienſes in finibus Lydiæ & Cariæ ſub Archontum poteſtate nummos ſignabant. Stephanus, Ἀφροδισιάς, πόλις μεταξὺ Λυδίας καὶ Καρίας . . . . . τὸ ἐθνικὸν, Ἀφροδισιεύς. Plinin lib. v. ſect. xxix. *Aphrodiſienſes liberi* dicuntur.

(2) *Archon* ſupremus Magiſtratus apud Athenienſes, à cujus nomine faſti præſcribebantur, ut à Conſulum Romæ; præerat quoque judicibus, judiciorumque moderator erat, & eodem ferme munere fungebatur quo Romæ Prætor; ſub hujus poteſtate ac nomine moneta etiam ſignabatur. Quamplurimæ aliæ urbes ab Archontibus regebantur, & ſub eorum poteſtate ac nomine moneta ſignabatur, ut ex nummis patet; verum hujuſcemodi urbes Athenienſium Coloniæ erant, vel ex illis quæ Colonias alias deduxerant, vel quæ Athenienſium leges ſequebantur, ſicut in Bithynia urbes ab Hadriano inſtauratæ, aut conditæ Archontas habuere. *Stephanephorus* autem erat dignitas annua, atque è Sacerdotibus eligebatur, ut curam haberet eorum quæ ad Deos ſpectabant. Apud Athenæum Stephanephorus Tarſi tunicam purpuream indutus, albo diſtinctam, coronam lauream ferebat, quam Plato lib. de leg. ſemper gerere ait, cum alii Sacerdotes illam tantum inter ſacra celebranda portarent. Mæonia olim Lydia dicebatur ut patet ex Stephano, qui id ex Herodoto vel Strabone deſumpſit: idem tradunt ex noſtris Plinius & Virgilius. Bacchus autem cum vite & thyrſo vini feracitatem in Mæonia denotat; hujuſque regionis optimum vinum celebrat & Strabo lib. 13. quare *Bacchus* dicitur *Mæonius* Virgilio Georgicorum lib. 4. v. 380.

——*Cap: Mæonii carcheſia Bacchi.*

de quo vide Cæl. Rhodig. Lect. Antiq. lib. 7. cap. 14.

(3) Ex hoc nummo Pergameni primi ex Aſia ſub Decio Neocori fuiſſe videntur. Urbes autem illæ Neocoræ dicebantur cujus populus numinis alicujus templi curam habebat, ut Epheſii Dianæ, & Magnetes Leucophrynæ Neocori dicebantur; at cum Imperatores in Deorum numerum relati fuere, urbes ut in illorum honorem templa erigerent, petierunt, ut ſcribit Tacitus, ex quibus cives ſui Neocori fierent. Poſtmodum vero conceſſa eſt civitatibus Neocoria, quæ pro ſalute Imperatoris ſacra publica facerent, templa extruerent, & ibi certamina, vel jam Diis dicata, vel nova de Imperatorum nominibus, aut alia quæcumque ederent. Pergamus autem Phrygiæ majoris urbs celeberrima, inter civitates Primaru inſignes numeratur. Hæc Auguſto templum dicavit; alterum Trajano; tertium Caracallæ; & ſæpe in nummis Pergameni ter Neocori dicuntur. Mutilum autem produxit Vaillantius hunc nummum, quippe omiſit Γ. hoc eſt, *ter.*

(4) Stephanus, Σάμος, inquit, ἐπιφανὴς πρὸς τῇ Καρίᾳ νῆσος· ἐκλήθη δὲ πρότερον Παρθενία. Plinio lib. v. ſect. xxxvi. inter inſulas quæ Ioniæ oræ adjacent, *Samos libera* dicitur. A Strabone Ἰωνικὴ Σάμος appellatur lib. viii. pag. 347. & lib. x. pag. 457. tum quòd ſit in Ioniæ Aſiaticæ ora poſita, tum quòd Ionum, qui in Thracia fuêre, caput olim extiterit. Nummus hic non extat apud Vaillantium.

(5) Nummus hic ex ære maximi moduli non extat apud Vaillantium, ſed ſimilis ex ære primi moduli,

larem tutulatam inſidentem, ac cornucopiæ utrâque manu geſtantem ſuſtinet. *Regius, De C.*

Eadem epigraphe. Caput Trajani Decii radiatum, ad pectus cum loricâ.

CAMIΩN ΠΡΩΤΩΝ IΩNIAC. (1) *Samiorum Primorum Ioniæ.* Eques à ſiniſtris dextrorſum; ante ipſum ſtat figura militaris paludata ad ipſum converſa, dextrâ extenſâ, ſiniſtrâ ſpiculum geſtans ad humerum ſiniſtrum. *Ban.*

AT. KAI. Γ. MEC. KTIN. ΔEKIOC TPAIANOC. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento: in areâ π. π. *Pater Patriæ.*

TAPCOT MHTPOΠOΛEΩC. A. M. K. Γ. B. (2) *Tarſi Metropoleos Primæ ſolius Ciliciæ. Decreto Senatus.* Tres Gratiæ ſtantes. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

TAPCOT MHTPOΠOΛEΩC. A. M. K. Γ. B. Diana Venatrix dextrorſum gradiens, dextrâ pharetræ admotâ, ſiniſtrâ arcum tenet. *Regius.*

....

TAPCOT MHTPOΠOΛEΩC. A. M. K. Γ. B. (3) Diana Venatrix, dextrâ telum, ſiniſtrâ extenſâ arcum: pro pedibus canis venaticus. *Vaillant.*

AT. KAI. Γ. MEC. KTIN. ΔEKIOC TPAIANOC. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento: in areâ π. π.

TAPCOT MHTPOΠOΛEΩC. A. M. K. Γ. B. (4) Leo taurum necans. *Regius.*

....

EΠ. CT. ATP. APTEMIΔΩPOT THIΩN. (5) *Sub Prætore Aurelio Artemidoro Teiorum.* Bacchus muliebri habitu ſtans, dextrâ cantharum, ſiniſtrâ thyrſum: pro pedibus tigris. *Vaillant.*

ATT. K. Γ. ME. KT. TPAIANOC ΔEKIOC. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

EΠI ATP. POT*Φ*EINOT APX. ΦIΛAΔEΛΦEΩN NEΩK. EΦECIΩN OMONOIA. (6) *Sub Aurelio Rufino Archonte Philadelphenorum Neocororum Epheſiorum Concordia.* Etruſcilla ſtolata graditur verſus templum duarum columnarum cum quinque gradibus, utrâque manu ſignum Dianæ Epheſiæ ſuſtinens; adſtant Decius laureatus ac paludatus, & Quintus Herennius filius capite nudo paludatus. *De Camps. Vaillant.*

....

EΠI ATP. POT*Φ*EINOT APX. A. TO B. ΦIΛAΔEΛΦEΩN NEΩKOPΩN. (7) *Sub Aurelio Rufino Archonte Primo iterum Phi-*

(1) Extat & Gordiani nummus cum eadem inſcriptione, unde apparet, Samios ſub bis Imperatoribus primos inter Ionas ludos & ſacra feciſſe: quantum autem Samii in Athleticis certaminibus, & navalibus pugnis præter cæteros Ionas ſemper excelluerint teſtis eſt Pauſanias. Nummus hic maximi moduli non extat apud Vaillantium, ſed ſimilis ex ære primi moduli malè ab eo deſcriptus.

(2) Stephano, Ταρσὸς μητρόπολις πόλις Κιλικίας. Plinio lib. v. ſect. xxii. *Cydnus Tarſum liberam urbem procul à mari ſecans*, atque etiam ab eo in Cilicia ponitur. Hæc urbs magnæ dignitatis ita Julio addicta fuit, ut Juliopolim ſe appellarit; à M. Antonio libera declarata fuit, & ab Auguſto Provinciæ facta eſt Metropolis, ut ſcribit Strabo, ac ejus nummi teſtantur. Literas autem illas A. M. K. Γ. B. nimirùm tres priores, eruditi variè interpretantur, alii *Prima Metropolis Ciliciæ.* alii, *Prima Majoris Ciliciæ.* alii, *Prima Maxima Cilicum*; alii, & fortaſſis veriùs, *Prima ſolius Ciliciæ* vel *Cilicum.* Duæ aliæ literæ Γ. B. Γράμματι Βουλῆς, *Decreto Senatus.* ſunt qui Γ. inverſam literam L. putent eſſe, legantque Λυκάβαντος B. *anno ſecundo.* ſed falluntur, nam non unus nummus, ſed multi cum hiſce literis reperiuntur, & ſemper eodem ordine diſpoſitæ literæ illæ leguntur. Cæterum duo Π Π. quæ in area partis anterioris cernuntur, Πατὴρ Πατρίδος interpretor. Sunt qui Πίος Πατρωὸς legant, ſed hæc lectio mihi minimè probatur. Nummus hic non extat apud Vallantium.

(3) Nummum hunc profert Vaillantius ex proprio cimelio; fortaſſis idem qui ſuperior, ſed ab eo malè deſcriptus.

(4) Nummus Trajani Decii cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

(5) Hæc urbs in Ionia ponitur à Stephano, Τέως πόλις Ἰωνίας· ἔςι δὲ μέση Ἰωνίας...... τὸ ἐθνικὸν, Τήϊος, *&c.* Hujus urbis conditor Auguſtus in nummis appellatur, fortaſſis quod eam reædificaverit. Erat una ex eis urbibus ad quas Panionium pertinebat. Vide Herodotum lib. 1. Strabonem lib. 14. Plures protulit viros doctos, in quibus Anacreon Poëta Lyricus, Protagoras Philoſophus, cujus libri Athenienſium juſſu combuſti fuêre; Hecatæus hiſtoricus. Bacchus autem cum cantharo, & thyrſo in hoc nummo ſculptus agrum vini feracem denotat. Nummum hunc ſingularem profert Vaillantius ex cimelio Reginæ Sueciæ.

(6) Philadelphiæ tres; una Cœleſyriæ, quæ in nummis KOIΛHC CTPIAC ad diſtinctionem inſcribitur; altera in Cilicia ex Ptolemæo; tertia Lydiæ, de qua hîc loquimur. Hæc ab Attalo Bithyniæ Rege cognomine Philadelpho dicta, ſocietatem ſuam cum Epheſo per Sacrorum communionem denotat; ſiquidem Etruſcilla marito Decio & Q. Herennio filio præſentibus, ſub urbis Genii ſpecie, Dianæ Epheſiæ ſignum, Epheſiorum conſenſu in templum nomini ſuo dicatum ferre videtur, unde communis ejus Deæ in utraque civitate cultus. Urbes enim Græcæ per illam, quam Ὁμόνοιαν nuncupant, ſolemnibus pactis ſocietatem inter ſe, & Sacrorum communionem ſanciebant, eoque cognationis vinculo tanquam ſorores de rebus ad ſe ſpectantibus agebant.

(7) Philadelphia Neocoriam ab Hadriano accepit, ut teſtantur Antinoi nummi, in quibus templum quatuor columnis ſuffultum viſitur, & in eo ipſe Antinous ſub Harpocratis effigie, itaque Philadelpheni

Iudelphenorum Neocororum. Hercules imberbis clavâ contra Hydram decertat. *Vaillant.*

ejuſdem Neocori fuiſſe videntur : Bithynienſes ipſum etiam ut Deum coluerunt. Nummus hic profertur à Vaillantio ex cimelio Fr. Cameli.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP CAES G MESS Q DECIO TRAI AVG. Caput Trajani Decii laureatum, ad pectus cum loricâ.

DACIA. (1) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet haſtam in cujus ſummitate caput aſini, ſiniſtrâ ſtolâ involutâ : in areâ S. C. *Frad. SG.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

DACIA. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Lamoignon.*

IMP CAES G MESS Q DECIO TRA AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

DACIA. Typus ut ſuprà, cum S. C in areâ. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum loricâ.

DACIA. Typus ut ſuprà, cum S.C. in areâ. *Fontaine.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

DACIA. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Lamoignon.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

DACIA. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Regius. Frad. De C.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

DACIA FELIX. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ ſtolâ involutâ : in areâ S. C. *Fouc. Regius. RE. DC.*

C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

DACIA FELIX. (2) Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *B.*

IMP CAES G MESS Q DECIO TRAI AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum loricâ.

EXERCITVS INLYRICVS. (3) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet ſignum militare inclinatum, alterum erectum ſiniſtrâ : in areâ S. C. *Fouc. Regius. Frad.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Trajani Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIVS EXER ILLYRICIANI. (4) Genius cum modio ſtans ante aram ignitam, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ ; à tergo hinc inde duo ſigna militaria : in areâ S. C. *Frad. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Genius cum modio ſtans dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ ; à ſiniſtris ſignum militare erectum : in areâ S. C. *Regius. Frad. Val. S G.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Fontaine.*

IMP CAES G MESS Q DECIO TRAI AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIVS EXERCITVS ILLYRICIANI. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad.*

IMP CAES G MESS TRAI Q DECIO AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum loricâ.

GENIVS EXERCITVS ILLYRICIANI. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fontaine.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

GENIVS EXERCITVS ILLYRICIANI. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Bau.*

(1) Non Decio Caii prænomen ſed Gnæi, vel, ut alii ſcribunt, Cnei fuiſſe oſtendunt non ſolùm nummi Latini, ſed etiam Græci, ut ſolo loco videre eſt. Sunt autem qui putant mulierem dextrâ tubam tenere, quâ in bello utebantur Daci ; quales videre eſt in marmoribus antiquis, & in Auguſti ac aliorum Nummis. Euſtathius ad Iliad. 2. ubi varia tubarum genera recenſet : Tertia, inquit, tuba Gallica, haud nimis magna, quæ os habet deformatum in beſtias, & canalem ipſum plumbeum, quem inſpirant tubicines ; atque illa eſt acuti ſoni. Vocatur autem ipſis Gallis Carnix. Quarta Paphlagonica, cujus os effigie Bovis gravi mugitu ſurſum inflatur.

(2) Hæc epigraphe tùm primum in nummis Imperatorum occurrit.

(3) Nummi Decii primi moduli cum hac epigraphe, quæ tum primum in nummis Imperatorum occurrit, haud obvii ſunt.

(4) Hæc epigraphe legitur tantùm in nummis hujus Auguſti, & Herennii Etruſci ejus filii.

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

GENIVS EXERCITVS ILLYRICIANI. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *RE. DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GEN ILLYRI. (1) Genius ſtans dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ geminum: in areâ S. C. *RE.*

Eadem epigraphe eum eodem capitis typo.

GEN ILLYRICI. Genius ut ſuprà, ſed unieum cornucopiæ ſiniſtrâ tenens: in areâ S. C. *Fouc. Regius. Frad. Val.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum loricâ.

LIBERALITAS AVG. (2) Imperator ſedens in ſellâ curuli ſuprà ſubſtructionem; à dextris ſtat mulier paludata, dextrâ tenens teſſeram, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris ſtat Præfectus Prætorio; ante ſubſtructionem figura militaris pariter ſtans: in imâ parte S. C. *Fouc. De C. DC.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

LIBERALITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in imâ parte. *Regius. Cham.*

IMP CAES G MESS Q DECIO TRAI AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

LIBERALITAS AVG. Typus ut ſuprà cum S. C. in imâ parte. *RE.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

PANNONIAE. Duæ figuræ muliebres paludatæ ac ſtolatæ, capite velato, ſtantes ex adverſo; quæ à dextris eſt dextrâ elatâ, ad latus habet ſignum militare erectum, ſiniſtrâ ſtolam colligit; quæ à ſiniſtris dextrâ elatâ, ſignum militare brevius tenet ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc. Regius. RE. Cham. Frad. De C.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

PANNONIAE. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum loricâ.

PANNONIAE. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVGVSTI. (3) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſtolam verò colligit ſiniſtrâ, quâ & ſceptrum demiſſum tenet: in areâ S. C. *DC.*

IMP CAES G MESS Q DECIO TRAI AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria ad dextram gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Frad. Cham.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Regius. DC. SG.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *RE. DC.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. (4) Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad.*

IMP CAES G. MESS TRAI Q DECIO AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

VICTORIA AVGO. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. (5) Figura muliebris galeata ac ſtolata inſidens thoraci à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte S. C. *Frad.*

IMP C M Q TRAIANVS D AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in imâ parte. *M D M.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, cum S.C. in imâ parte. *Cham. De C.*

Eadem epigraphe. Caput Trajani Decii

(1) Hæc inſcriptio tùm primum in nummis Imperatorum occurrit.

(2) Largitionibus Decium ſolium ſtabiliviſſe indicat hic nummus, qui hujus moduli inter rariores recenſetur à Vaillantio.

(3) Nummi Decii primi moduli cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

(4) Victoriam hanc Auguſtorum non ad aliam referre poſſumus, niſi ad illam quam à Gothis primis prælis reportarunt Decii, ut teſtatur Zoſimus; cum paulo poſt Etruſcus filius à Patre Auguſtus appellatus fuerit, unde Senatus utrique Auguſto in monumentum Victoriæ cudit nummos, qui cum duplici G. nimirum Auguſtorum, inter rariores recenſendi ſunt.

(5) Mulier thoraci incidens Dea Virtus eſt quæ fermè ſemper cum lauri ramo repræſentatur. De hac Deâ, quæ ſe in Mantho Tireſiæ filiam transſmutavit, ſic habet Statius:

——Torviſque ligatur
Vitta comis, (nam Laurus erat.)

laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in imâ parte. *Fouc. Regius. Frad.*

IMP CAES G MESS Q DECIO TRAI AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in imâ parte. *RE. Cham. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS DECENNALIBVS S. C. (1) in coronâ quercea. *RE.*

(1) Nummi Decii cum hac epigraphe rariſſimi ſunt.

NUMISMATA Æ. I.
in Coloniis cuſa.

IMP C MESS QVIN TRAIANVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL AEL KAP COMM P F. (1) *Colonia Ælia Capitolina Commodiana Pia Felix.* in coronâ laureâ. *Vaillant.*

IMP CAES C MES Q DECIVS P F AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

COL AEL KAP COMM P F. (2) in coronâ laureâ. *RE.*

IMP C MESS TRAI DECIVS P F AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

COL PR F AVG F CAES METR....... (3) *Colonia Prima Flavia Auguſta Felix Cæſarea Metropolis.* Imperator radiato capite in equo, decurrens à dextris ſiniſtrorum, dexträ haſtam tenet. *Regius. Vaillant.*

IMP CAES TRAI DECIVS P FEL AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL PR F AVG F CAESAR METR P S P. (4) *Colonia Prima Flavia Auguſta Felix Cæſarea Metropolis Provinciæ Syriæ*

(1) Ptolemæus lib. VIII. in Aſiæ Tab. IV. Αἰλία Καπιτωλιὰς Ἱεροσόλυμα. Urbs Jeroſolyma cum eſſet à Tito & Veſpaſiano funditus everſa, ab Hadriano poſtmodum inſtaurata fuit; qui deducta in eam colonia, Æliam nuncupavit, ut ſcribit Dio lib. 69. in Hadriano. Cedrenus: Κτίζει νέαν Ἱερουσαλὴμ, ἣν καὶ Αἰλίαν προσηγόρευσε. Capitolina vero appellata fuit ab Jovis delubro, quod in ea ædificavit idem Auguſtus, ut ait Dio loco citato: Ἐς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν αὐτοῦ ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης οἰκίσαντος, ἣν καὶ Αἰλίαν Καπιτωλῖναν ὠνόμασε, καὶ ἐς τὸν τοῦ ναοῦ τοῦ θεοῦ τόπον, ναὸν τῷ Διὶ ἕτερον ἀντεγείραντος πόλεμος οὔτε μικρὸς, οὔτ' ὀλιγοχρόνιος ἐκινήθη. *Cum autem in urbem Jeroſolymam quæ everſa fuerat, quamque Æliam Capitolinam appellavit, Coloniam deduxiſſet, & quo in loco templum Dei fuerat, alterum Jovi ædificari curaviſſet, magnum bellum & diuturnum moveri cœpit.* Poſtmodum autem Commodianæ nomen ob aliquod inſigne beneficium à Commodo Imperatore acceptum aſſumpſit. Nummos Decio percuſſit ob eandem fortaſſis cauſam, cui & coronam ex lauro dedicavit tanquam hoſtium victori.

(2) Ita hunc nummum legendum puto cum Vaillantio; alii verò legunt: C L AUR CAR COMM P F. ſed quum rectè eruditi viderint.

(3) Cæſarea Palæſtinæ urbs, olim dicta Turris Stratonis, ab Herode Rege condita fuit, & in honorem Cæſaris Cæſarea appellata. Divus Hieronymus in Chron. anno IV. Olymp. CXCI. *Herodes Cæſaream in nomine Cæſaris condidit, quæ prius Turris Stratonis vocabatur.* Eadem habet Plinius, lib. V. ſect. XIV. qui etiam ſubjungit, Coloniam Primam Flaviam à Veſpaſiano Imperatore deductam fuiſſe: *Stratonis turris, eadem Cæſarea, ab Herode Rege condita: nunc Colonia Prima Flavia, à Veſpaſiano Imp. deducta.* Ulpianus, lib. I. Digeſt. tit. XV de Cenſibus: *Divus Veſpaſianus Cæſarienſes colonos fecit*, &c. *Flavia* itaque dicta eſt hæc Colonia à Veſpaſiani nomine, qui ex familia Flavia erat. Cur autem PRIMA appelletur, variæ ſunt eruditorum opiniones: doctiſſimus Harduinus, *Prima*, inquit, vel *Primana* vocatur, quod primæ legionis milites colonos haberet; cui profectò opinioni libens ſubſcriberem, ſi quæ *Legio Prima Flavia* in vetuſtis inſcriptionibus, aut in nummis occurreret; ſed cum nullibi *Prima Flavia* dicatur, ſed LEGIO III. IV. X. &c. idcircò hujus eruditi viri opinio mihi haud arridet. Vaillantius autem, *Prima*, inquit, dicta eſt, quod Judææ caput eſſet, ut tradit Tacitus Hiſt. lib. 2. *diſceſſere, Mucianus Antiochiam, Veſpaſianus Cæſaream, illa Syriæ, hæc Judææ caput eſt.* Sic Vaillantius; cui quidem objicere aliquis poſſit, cur Cæſarea hoc in nummo *Prima* & *Metropolis* dicatur, cui reponendum Tarſum aliaſque nonnullas urbes & Primæ & Metropoleos prærogativam ſimul præferre, ut videre eſt in nummis Græcis. Fortaſſis aliquis dicet, nec diſplicet conjectura, Cæſaream ideò Primam inſcribi, quod inter Colonias à Veſpaſiano deductas prima fuerit. Metropolis autem primùm illa in nummis Alexandri Severi inſcripta eſt, idcò eam Metropolim ab hoc Imperatore factam putat & Vaillantius, qui ait: Imperator in hoc nummo exhibitus decurrens, profectionem Decii aliquam indicat, nimirum contra L. Priſcum in Syriam, aut illius Gothicam expeditionem. Sed fallitur vir eruditus dum L. Priſcum in Syria rebellaſſe putat; nam ille tum Macedones Præſidatu regebat, & Gothis ei faventibus purpuram ſumpſit, ut tradunt Scriptores, qui Papianum, ſive Jotapianum in Syria ſub Philippo ad ſummam rerum evectum fuiſſe aiunt, ut in Decii Vita monuimus. Cæterum hic nummus ſic legitur à Vaillantio: COL. PR. F. AUG. CAES, &c. omiſit F. CAES. nimirum *Felix*.

(4) In hoc nummo Cæſarea inſcribitur METR. P. S. P. quas quidem notas, *Metropolis Provinciæ Syriæ Palæſtinæ* interpretati ſumus cum Vaillantio; Ammianus quippe lib. 14. inter Syriæ Provincias Palæſtinam recenſet, & Cæſaream primam illius urbem nominat: *Ultima Syriarum eſt Palæſtina per in-*

Palæſtinæ. Duæ arbores ſuper aram rotundam, nimirum palma arbor à dexteris, & laurus à ſiniſtris. *Regius. Vaillant.*

IMP CAES G M Q DECIVS P F AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

P M S COL VIM. (1) *Provincia Mœſia Superioris Colonia Viminacium.* Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ taurum tangit, ſiniſtrâ leonem: in imâ parte AN. XI. *Frad. RE.*

IMP C TRAIANVS DECIVS A.... Caput Traj. Decii laureatum ad humeros.

P M S COL VIM. Typus ut ſuprà: in imâ parte AN. XII. *Frad.*

IMP CAES C MES Q DECIVS P F AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

P M S COL VIM. Typus ut ſuprà: in imâ parte AN..... *Fouc.*

Alius cum AN. XI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

tervalla magna potentia, cultis abundans terris & nitidis, & civitates habens quaſdam egregias, nullam nulli cedentem, ſed ſibi viciſſim velut ad perpendiculum æmulas: Cæſaream, quam ad honorem Octaviani Principis exædificavit Herodes, & Eleutheropolim, & Neapolim, itidemque Aſcalonem, Gazam, & Judæam, ævo ſuperiore exſtructas. Arbores autem palmam ac laurum ex ara erumpentes in hoc nummo repræſentatas ſpectare arbitratur eruditus Vaillantius ad certamen in Auguſti honorem ab Herode Rege inſtitutum: de quo quidem certamine loquitur Joſephus de Bel. Jud. pag. 748. Καὶ πενταετηρικοὺς ἀγῶνας καταστησάμενος ὁμοίως ἐκάλεσεν ἀπὸ τοῦ Καίσαρος. *Et quinquennali certamine inſtituto, nomen ei Cæſaris donavit.* Ara ſignata eſt, ob ſacra ante ludos inchoandos, in cujus honorem ipſi erant inſtituti, perpetranda. Palma quidem ex eâ erumpit, ob ejus ramos victoribus pro præmio conceſſos; laurus verò ob coronam quâ victores coronabantur. Actios autem fuiſſe hoſce ludos, ex his quæ diximus ſatis conſtat; nam & quinquennales erant, & Apollini dicatos fuiſſe laurus & palma indicant.

(1) Viminacium Mœſiæ ſuperioris urbem à Gordiano Juniore Coloniam fuiſſe deductam anno ejus imperii ſecundo exeunte, aut tertio ineunte, annorumque numerum in ejuſdem nummis ſignatorum annos æræ à deducta Colonia deſignare manifeſte demonſtrat eruditus Vaillantius, cujus quidem ſententiæ libens ſubſcribo. Sunt qui nummos Alexandri Severi & Juliæ Mæſæ à Goltzio productos cum inſcriptione COL VIM AN. I. & II. genuinos fuiſſe exiſtimant, ac proinde à Gordiano Juniore tantum renovatam hanc coloniam fuiſſe aiunt. Quæquidem ſi vera eſſent, numerus ille annorum in ejuſdem nummis ſignatus annos procul dubio æræ non à deducta colonia, ſed à renovata deſignaret. In Viminacii coloniæ nummis perpetuus eſt mulieris inter Bovem & Leonem ſtantis typus; & quidem Triſtanus Bovem ad coloniæ ſymbolum, Leonem ad populum Provinciæ bellicoſum revocat; Vaillantius vero, an non potius, inquit, populi ferocitatem per Colonos lenitam indicare videtur Leo cum Bove concors, ut innuit D. Paulinus Poëm. 30. ad Nicetam Daciæ Epiſcopum.

Sic tuo mitis lupus eſt ovili,
Paſcitur concors vitulus leoni.

Cæterum recenſet Vaillantius in ſuo de Coloniis opere nummos ſimiles, ſed ex ære ſecundi moduli tantum.

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

AYT KAI MEC KY ΔΕΚΙΟС ΤΡΑΙΑΝΟС СΕΒ. *Imperator Cæſar Meſſius Quintus Decius Trajanus Auguſtus.* Caput Trajani Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΛΩΝ. (1) *Antiochenſium Metropoleos Coloniæ.* Caput muliebre velatum ac turritum: in parte nummi ſuperiore Aries Zodiaci ſignum; in inferiore ſtella: in areâ, Δ. E. S C. *Tribunitia poteſtate, Senatuſconſulto. Fouc. De C.*

AYT K Γ ΜΕ ΚΥ ΤΡΑΙΑΝΟС ΔΕΚΙΟС СΕΒ. *Imp. Cæſar Cnæus Meſſius Quintus Trajanus Decius Aug.* Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

(1) Antiochia Syriæ nomen Metropolis ſub Regibus ſuis habuit, Coloniæ verò dignitatem ab Antonino Caracalla accepit. Antiochenſes Trajano Decio nummos cudiſſe videntur, inquit Vaillantius, ob illius in urbem ſuam adventum, cujus meminit D. Chryſoſtomus in orat. pro Juventio & Maximo Martyribus, ubi tradit Decium Babylam Antiochenſem Præſulem occidi juſſiſſe. Decii in Syriam adverſus L. Priſcum profectionem videtur indicare & Aurelius Victor in ejus Vitâ. Caput turritum in hoc nummo exhibitum, Genius eſt urbis; Aries verò in vertice nummi, Antiochenſes annum ſub hoc ſigno incipere denotat. Sic Vaillantius, ſed fallitur; L. Priſcus enim contra Decium non in Syria, ſed in Macedonia rebellaverat, Gothis ei faventibus, uti in Decii Vita adnotavimus. Neque Antiochenſes ſub ſigno Arietis annum incipiebant, ſed ſub ſigno Libræ, uti pluribus docuit doctiſſimus Petavius. Aries autem in Antiochiæ nummis denotare videtur ejus ſitum ac præeminentiam; nam Antiochia Metropolis fuit Syriæ gentis, quas ſub Ariete ſitas docet Manilius:

Laniger in medio ſortitus ſidera mundo
Adſerit in vires Pontum, quem vicerat ipſe:
Illum etiam venerata colit vicina Propontis,
Et Syriæ Gentes.

Vide quæ hac de re ſcribat eruditus vir Laurentius Begerus in Faſciculis.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛΩN. Typus ut ſuprà abſque ſtellâ : in areâ Δ. E. S C. *Regius. Vaillant.*

ATT K Г ME KT ΔEKIOC TPAIANOC CEB. Caput Trajani Decii ut ſuprà.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛΩN. Typus ut ſuprà : in areâ Δ. E. S C. *Lamoignon. Vaillant.*

ATT KAI MEC KT ΔEKIOC TPAIANOC CEB. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛΩN. (1) Templi facies quatuor columnis ſuffulta, ad cujus veſtibulum figura muliebris capite velato ac turrito, inſidens rupibus à ſiniſtris dextrorſum, ſpicas tenet dextrâ : in ſuperiore nummi parte Aries ; in inferiore fluvius emergens : in areâ Δ. E. S C. *Fouc. De C.*

ATT Г ME KT TPAIANOC ΔEKIOC CEB. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛΩN. Typus ut ſuprà : in areâ Δ. E. S C. *Lamoignon.*

ATT K Г ME KT TPAIANOC ΔEKIOC CEB. *Imperator Cæſar Cnæus Meſſius Quintus Trajanus Decius Auguſtus.* Caput Traj. Decii ut ſuprà.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛΩN. Typus ut ſuprà : in areâ Δ. E. SC. *De C. Fontaine.*

ATT Г M K TPAIANOC ΔEKIOC CEB. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

AΠAMEΩN ΠAT ΣTPATONIKIANOT ΠANHΓΥP. (2) *Apamenſium Paulo Stratoniciano Panegyriſtâ.* Hygia à dextris & Æſculapius à ſiniſtris ſtantes, Teleſphoro intermedio. *Regius.*

. . . .

EΦECIΩN ΠPΩTΩN ACIAC. *Epheſiorum Primorum Aſiæ.* Diana Venatrix telum è pharetrâ dorſo appensâ depromit, ſiniſtrâ arcum tenet : pro pedibus canis venaticus. *Vaillant.*

ATT K ME KT TPAIAN ΔEKIOC CEB. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΛΥΡΒΕΙΤΩΝ. (3) *Lyrbitarum.* Mercurius inſidens ſcopulis, dextrâ crumenam, ſiniſtrâ caduceum gerit. *Vaillant.*

AT K Г M K TPAIANOC ΔEKIOC. Caput Traj. Decii radiatum, ad pectus cum paludamento.

EΠ CTP AT APTEMIΔ MAΓNHTΩN CIΠΥΛOΥ. (4) *Sub Prætore Aurelio Artemidoro, Magnetum à Sipylo.* Victoria ſtans à dextris, trophæum erectum à ſiniſtris coronat : ante pedes Victoriæ captivus genu dextro humi poſito. *Cham.*

ATT KAI ΓAI MEC KT TPA ΔEKIOC CEB. *Imp. Cæſar Caius Meſſius Quintus Traj. Decius Aug.* Caput Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

CEΠ PHCAINHCIΩN L HIP. (5) *Septimiorum*, ſive *Septimia Rheſænenſium*, nempe Coloniæ *an.* 118. Figura muliebris capite turrito, inſidens ſcopulis, ſpicas tenet dextrâ, monticulis verò innititur ſiniſtrâ : in parte nummi ſuperiore aquila alis compreſſis, coronam lauream geſtat roſtro ; in inferiore fluvius emergens. *Fouc.*

ATT K TPAIANOC ΔEKIOC. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

CEΠ PHCAINHCIΩN L HIP. (6) Templum diſtylum à ſiniſtris dextrorſum cum

(1) Mulier turrita, Genius eſt urbis ; rupibus inſidet, ad indicandum Antiochiæ in clivo montis Silpii ſitum ; ſpicas gerit, ad denotandam earum in agro abundantiam ; fluvii figura, Orontem exhibet : Templi autem Genio Antiochæ exſtructi meminit Ammianus, lib. 21. *Reverſus ex comitatu Principis, quum tranſiret per ſpecioſum Genii templum*, &c.

(2) Panegyriſtæ munus erat, Deorum vel Imperatorum laudes in publicis Feſtorum, Ludorum & Certaminum conventibus celebrare, ut ex Luciano & Jul. Polluce conſtat.

(3) Λύρβα urbs eſt Phrygiæ ſuprà Cabytam poſita, cujus Euſtathius, ac Dionyſius meminere.

(4) Sipylus mons olim κεραύνιος dicebatur auctore Plutarcho lib. de Fluminibus. Plinius lib. v. ſect. XXXI. *Magnetes à Sipylo.* Vide quæ ad Gallieni nummos adnotavimus. Nummus hic non extat apud Vaillantium.

(5) Rheſainæ urbis Meſopotamiæ meminit Ammianus lib. XXIII. pag. 246. & juxtà eam inquit Perſarum Regem à Gordiano victum, profligatumque fuiſſe. Videtur eſſe Ῥέσινα vel Ῥέσαινα Ptolemæi in Meſopotamia lib. v. cap. XVIII. Hæc urbs Colonia facta eſt fortaſſis à Severo, ut nomen Septimiæ Severi gentis indicat, eodem tempore quo Niſibis hujus tractûs etiam ab eodem deducta eſt, cujus meminit Dio lib. XXXV. Literæ autem illæ L. HIP. ſignificant Λυκάβαντος ριη. anno CXVIII. quæ quidem æra cœpiſſe videtur Hadriani Principatu, anno urbis Romæ ferè DCCCLXXXV. quo anno Syriam is luſtravit : ex quo annis elapſis CXVIII. annus occurrit Decii primus Urbis Romæ M II. Putant autem hanc æram idcirco ab Hadriano incipere, quod hic Imperator tributum illis à Trajano impoſitum remiſerit, ut teſtatur Spartianus in ejus Vita. Mulier autem in nummo repræſentata capite turrito ſcopulis inſidens, Genius eſt urbis, quam ſitam eſſe in clivo, ſcopuli quibus inſidet denotant ; & fortaſſis in clivo montis Maſii, ex quo defluit fluvius Chaboras, ut indicat figura fluminis in nummo expreſſa. Stephanus. Ῥέσινα, inquit, πόλις περὶ τὸν Ἀβόρραν ποταμόν. Spicæ quas Genius geſtat, agri fœcunditatem indicant. Aquilam Imperii Romani inſigne, nemo ignorat. Nummi ſimiles à Rheſænenſibus cuſi recenſentur à Vaillantio, ſed inter nummos ſecundi moduli tantùm.

(6) Templum hoc Minervæ ſacrum fuiſſe ſatis indicat Noctua, quæ in ejuſdem aditu cernitur.

periſtylio quatuor columnarum, ad cujus veſtibulum noctua: infrà fluvius emergens. *RE.*

ΑΥΤ Κ Γ ΜΕ ΚΥ ΔΕΚΙΟϹ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

ϹΕΠ ΚΟΛ ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ Λ ΗΙΡ. (1) Figura muliebris cum modio ſtans, dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ; pro pedibus à dextris ara ignita, ex cujus imo prodit palmæ ramus: à dextris in areâ aquila alis expanſis coronam lauream tenens roſtro, palmæ ramo inſiſtens. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ϹΕΠ ΚΟΛ ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ Λ ΗΙΡ. (2) Colonus haſtæ adnixus ſiniſtrâ, boves duos agit dextrâ à dextris ſiniſtrorſum: in parte nummi ſuperiore aquila alis expanſis inſiſtens palmæ ramo; in inferiore fluvius emergens. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ Γ ΜΕ ΚΥ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ. Caput Decii radiatum, ad pectus cum paludamento.

ϹΑΜΙΩΝ. *Samiorum.* Figuræ duæ muliebres ſtolatæ ac velatæ ſtantes à fronte, quarum quæ à dextris dextram protendit, ſiniſtrâ ad latus compoſitâ; altera pateram tenet dextrâ, brachio verò ſiniſtro figuram puellarem tutulatam inſidentem, ac cornucopiæ utrâque manu geſtantem ſuſtinet. *Fouc. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ. Caput Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ϹΑΜΙΩΝ. (3) Figura muliebris tutulata ac ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum ad cujus imum globus tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. (4) Figura muliebris tutulata ac ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, Junonis Samiæ ſignum ſuſtinet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Le Roy.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. (5) Figura virilis altè ſuccincta, ſiniſtrorſum converſa ac retroſpiciens, pede lævo proræ navis impoſito, dextram protendit retrorſum, clypeum verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. De C.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. (6) Templi facies quatuor columnis Ionicis ſuffulta, ad cujus veſtibulum Juno Samia cum pateris & adminiculis, necnon aliis attributis. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. (7) Meleager venabulo aprum impetens. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. (8) Mulier ſeminuda ſtans à dextris ſiniſtrorſum, ambabus manibus tenet velum. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. (9) Figura muliebris velata, ad cujus pedes rota. *RE.*

. . . .

ϹΑΜΙΩΝ. Juno pronuba cum ornatu ſponſalitio; patera in utrâque manu. *Vaillant.*

. . . .

ϹΑΜΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΙΩΝΙΑϹ. *Samiorum Primorum Ioniæ.* Æſculapius & Hygia ſtantes, Teleſphoro intermedio. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Γ ΜΕ ΚΥ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ. Caput Traj. Decii radiatum, ad pectus cum loricâ.

ϹΑΜΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΙΩΝΙΑϹ. (10) Mulier velata & paludata ſtans à dextris; à ſiniſtris Junonis Pronubæ ſimulacrum. *Regius. Vaillant.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΙΩΝΙΑϹ. (11) Figura

(1) Rheſaineſii in ſuperioribus duobus nummis Septimios ſe tantùm à fundatore appellant, hîc & in ſequenti Colonorum titulum etiam aſſumunt. Mulierem autem in hoc nummo expreſſam, alii Iſidem putant eſſe, alii urbis Genium pro Decio ſacra facientem: unde Victoria Deorum auxilio indicatur per palmam ex aræ imo exſurgentem.

(2) Coloni boves agentis typus ad originem deductæ Coloniæ, & ad ejus inſtaurationem ſpectare poteſt.

(3) Nummus hic Decii ex ære primi moduli non extat apud Vaillantium, ſed ſimilis ex ære tertii moduli.

(4) Similis nummus habetur apud Vaillantium ex ære ſecundi moduli tantum.

(5) Vaillantius hunc nummum primi moduli non vidit, ſed ſimilem refert ex ære ſecundi moduli.

(6) Typus hic in Trajano Decio non extat apud Vaillantium.

(7) Hunc nummum profert Vaillantius ex eodem Regio cimelio inter nummos ſecundi moduli.

(8) Nummus cum hoc typo in Trajano Decio non habetur apud Vaillantium.

(9) Typus hic in Trajano Decio Vaillantio ignotus.

(10) Vaillantius hunc nummum ex cimelio Regio inter nummos maximi moduli refert, & ſic eum deſcribit: Nemeſis, inquit, & Juno Pronuba velatæ ſtantes, illa rhombum, hæc utrâque manu pateram.

(11) Nummum ſimilem profert Vaillantius ex proprio cimelio, ſed fortaſſis quòd exeſus eſſet malè ab eo deſcribitur; nullam quippe mentionem facit figuræ virilis ſtantis cum haſtâ. Vide nummum ejuſdem typi, & epigraphes ex ære maximi moduli à nobis relatum.

virilis

virilis ſtans à dextris dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtam tenet; ante ipſam figura equeſtris à ſiniſtris dextrorſum. *Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΔΕΚΙΟΣ. Caput Trajani Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΠΥΘΑΓΟΡΗΣ ΣΑΜΙΩΝ. (1) *Pythagoras Samiorum.* Pythagoras ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet circinum, quo globum cippo impoſitum metitur, ſiniſtrâ haſtam. *De C. Fontaine.*

ΑΥΤΟΚ Κ ΚΥΙΝ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. Caput Trajani Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΦΛ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠ ΚΟΜ. (2) *Flaviorum Samoſatenſium Metropolis Commagenes.* Mulier turrita inſidens ſcopulis; ſub pedibus equus marinus. *Cham.*

. . . .

ΦΛ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΜ. (3) Mulier turrita inſidens ſcopulis, dextrâ aquilam tenet, ſiniſtrâ rupibus innixa: pro pedibus Pegaſus. *Vaillant.*

. . . .

ΣΕΛΓΕΩΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. (4) *Selgenſium Lacedamoniorum Concordia.* Hercules dextrâ ſacra facit ſuper aram, ſiniſtrâ clavam tenet: ex adverſo Minerva galeata ſiniſtrâ haſtam tenens: pro pedibus ſerpens. *Vaillant.*

ΑΥ ΚΑΙ Γ ΜΕΣ ΚΥΙΝ ΔΕΚΙΟΣ ΤΡΑΙΑΝΟΣ. *Imp. Caſar Cnaus Meſſius Quintus Decius Trajanus.* Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento: in areâ à dextris Π. à ſiniſtris item Π. *Pater Patria.*

ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Α Μ Κ. (5) *Tarſi Metropoleos, Prima Solius Cilicia.* Diana venatricis habitu dextrorſum converſa, cum arcu; à dextris juxtà pedes clypeus. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ Γ ΜΕΣ ΚΥΙΝ ΔΕΚΙΟΣ ΤΡΑΙΑΝΟΣ. Caput Trajani Decii ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ.

ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Α Μ Κ Γ Β. (6) *Tarſi Metropoleos Prima Solius Cilicia, Decreto Senatus.* Hercules nudus ſtans, dextrâ clavæ innixus, ſpolia leonis geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ urna ludorum. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, & iiſdem literis in areâ.

ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Α Μ Κ Γ Β. Figuræ duæ ſtantes dextras jungunt, arâ intermediâ. *Regius.*

ΑΥΤ ΚΑΙ Γ ΜΕΣ ΚΥΙΝ ΔΕΚΙΟΣ ΤΡΑΙΑΝΟΣ. in medio Π Π. Caput Traj. Decii radiatum.

ΤΑΡΣΟΥ ΜΕΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Tres Charites. Suprà Γ Β. infrà Α Μ Κ. *Hard.*

ΑΥΤ Κ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΔΕΚΙΟΣ. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠΙ ΣΤΡ ΦΛ ΕΡΜΟΛΑΟΥ ΝΕΙΚΩΝΟΣ ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. (7) *Sub Pretore Flavio Hermolao Niconis Filio Hypapenorum.* Victoria ſtans à ſiniſtris Junoni Pronubæ coronam imponit. *Regius. Vaillant.*

(1) Vide quæ de ſimili nummo ſecundi moduli ejuſdem Auguſti infrà monemus. Recenſetur hic nummus à Vaillantio inter nummos ſecundi moduli tantùm.

(2) Plinius lib. v. ſect. xx. *Commagenes caput Samoſata*, inquit. Stephanus: Σαμόσατα πόλις Κομμαγηνῆς ἐστι πρὸς Εὐφράτῃ· ὁ πολίτης Σαμοσατεύς. Pluribus de eâ Strabo lib. xvi. eamque ad Orontem fluvium ponit. Flaviæ autem nomen accepit, poſtquam à Cæſennio Pæto Antiochus ejus Princeps pulſus fuit Veſpaſiano imperante, à quo illa Imperio Romano adjecta, & Metropolis facta eſt, cum Sacræ, Inviolatæ, & ſuis legibus utentis immunitatibus. Cæterum mulier turrita inſidens ſcopulis, Genius eſt urbis, quam in clivo poſitam denotant ſcopuli quibus inſidet, ut alibi diximus.

(3) Fortaſſis hic nummus idem qui ſuperior, ſed malè deſcriptus.

(4) Conditores ſuos ac velut parentes Lacedæmonios Selgenſes Pamphyliæ agnoſcebant, ut ſcribit Strabo lib. xii. & ex eo Stephanus. Cognationis autem hujus Selgenſium cum Lacedæmoniis meminit & Polybius lib. v. Nil mirum ſi Selge Lacedæmonem matrem poſt tot ſæcula agnoſcit, cumque eâ ſocietatem init; & quidem Herculem Selge pro Deo tutelari exhibet, Lacedæmon Minervam, quam Pauſanias lib. iii. *Agoræam* appellat. Hunc nummum ſingularem profert Vaillantius ex cimelio Erizzi Nobilis Veneti.

(5) Typus hic paulò diverſus ab eo, quem recenſet Vaillantius inter nummos maximi moduli ejuſdem Auguſti.

(6) Typus hic ac ſequens in Trajano Decio non extat apud Vaillantium.

(7) Hypæpa urbs Lydiæ. Stephanus, Ὕπαιπα πόλις Λυδίας κληθεῖσα ἀπὸ τὸ ὑποκείμενον ὄρος.... τὸ ἐθνικὸν, Ὑπαιπηνός. Strabo lib. 13. hanc locat eâ parte, quâ deſcenditur à monte Tmolo ad Cayſtri campos. Ovidius Met. lib. 11. numero plurali uſurpavit: hujus etiam meminere Ptolemæus & Pauſanias. Hunc autem nummum recenſet Vaillantius ex eodem Regio cimelio inter nummos ſecundi moduli.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP CAES C MESS TRAI Q DECIO AVG. Caput Trajani Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

DACIA. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtam in cujus ſummitate caput aſini tenet dextrâ, ſiniſtrâ ad pectus compoſitâ: in areâ S. C. *Fouc.*

IMP CAES C MESS Q DECIO TRAI AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

DACIA. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Le Roy.*

IMP CAE M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

DACIA. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *RE.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

DACIA. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad. DC.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

DACIA. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

DACIA. Figura muliebris cætera ut ſuprà, ſignum militare tenet dextrâ: in areâ S. C. *Fouc. Regius. Cham. Frad.*

IMP CAES C MESS TRAI Q DECIO AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

EXERCITVS INLYRICVS. (1) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Frad.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Figura virilis nuda cum modio ſuprà caput & pallio, dextrorſum converſa ſtans ad aram, pateram tenet dextrâ, ſiniſtrâ verò cornucopiæ geſtat & pallium colligit: in areâ S. C. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Genius ut ſuprà, cum ſigno militari à dextris erecto: in areâ S. C. *Fouc. Regius. Val. DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Genius ut ſuprà, cum ſigno militari à ſiniſtris erecto: in areâ S. C. *Cham. Hen.*

IMP CAE M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Typus ut ſuprà, cum S. C in areâ. *RE.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Typus ut ſuprà, cum S.C. in areâ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Genius ut ſuprà abſque arâ, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ; à ſiniſtris duo ſigna militaria erecta: in areâ S. C. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. Genius ut ſuprà, ſed à ſiniſtris unicum ſignum militare: in areâ S. C. *SG.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

LIBERALITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, teſſeram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum loricâ.

LIBERALITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad. Val. Le Roy.*

IMP CAES M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

LIBERALITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *RE.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

LIBERALITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Regius. Frad. Cham. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVGVSTI. (2) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ ramuſculum tenet, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: in areâ S. C. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

PANNONIAE. (3) Figuræ duæ muliebres ſtolâ à tergo pendulâ, vultu dextrorſum converſæ ſtantes: quarum altera ſignum militare tenet dextrâ, ſiniſtrâ ad pectus compoſitâ; altera verò ſignum alte-

(1) Nummus hic Decii ex ære ſecundi moduli ſingularis eſt.

(2) Nummi Decii cum hac epigraphe ex ære ſecundi moduli rariſſimi ſunt.

(3) Mediocris formæ nummi cum hac epigraphe, quæ tum primum in nummis Imperatorum occurrit, inter rariores reponendi.

rum ſiniſtrâ, dextrâ tantiſper ſublatâ: in areâ S. C. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc. Regius. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum; ad humeros cum loricâ.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad. Fontaine.*

NUMISMATA Æ. II.
in Coloniis cuſa.

IMP CAES TRAIAN DECIVS AV. Caput Decii laureatum ad humeros.

COLON ANTIOCHI. (1) *Colonia Antiochia.* Aquila ſuprà vexillum erectum inter duo ſigna militaria: in imâ parte SR. *Regius. Vaillant.*

IMP CAES TRAI DECIVS P FEL AVG. Caput Traj. Decii radiatum ad humeros.

COL PR FL AVG CAES MET P S P. (2) *Colonia Prima Flavia Auguſta Cæſarea Metropolis Provinciæ Syriæ Palæſtinæ.* Aquila alis expanſis à fronte, & ſuprà circulus in quo caput muliebre turrIatum. *Vaillant.*

IMP CAES Q TRA DECIVS AVG. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

COL PR F AVG CAESAREA. *Colonia Prima Flavia Auguſta Cæſarea.* Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

COL P FL AV CAES METR. (3) *Colonia Prima Flavia Auguſta Cæſarea Metropolis.* Caput muliebre turritum, ſiniſtrorſum.

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS. Caput Trajani Decii laureatum ad humeros.

PROVINCIA DACIA. (4) Mulier patrio veſtitu ornata ſtans, dextrâ tenet vexillum, in quo V. alterum ſiniſtrâ in quo XIII. pro pedibus à dextris aquila lauream geſtans roſtro, à ſiniſtris leo: in imâ parte AN. IIII. *Vaillant.*

IMP TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

PROVINCIA DACIA. Typus omnino ut ſuprà. *Regius.*

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS. Caput Trajani Decii laureatum ad humeros.

PROVINCIA DACIA (5) Mulier patrio ornatu ſtans, dextrâ tenet gladium Dacicum, ſiniſtrâ vexillo innixa: pro

(1) Hunc nummum ad Antiochiam Piſidiæ jure merito revocat Vaillantius; quippe duæ tantum, licet plurimæ fuerint hujus nominis urbes, factæ ſunt Coloniæ Romanorum; altera ab Auguſto deducta eſt in Piſidia, altera à Caracalla in Syria; prima ut jure Italico inſignis ſuos cum epigraphe Latina nummos cudit, teſte Paulo lib. II. de Cenſibus: *In Piſidia ejuſdem juris eſt Colonia Antiochenſium*; Secunda vero nummos Græcè tantum cudiſſe videtur; idque factum fortaſſis, quòd jus Italicum non habuerit, ut ſcribit idem Paulus, loco citato: *Divus Antoninus Antiochenſes Colonos fecit ſalvis tributis.* Aquila autem vexillo inſidens inter duo ſigna militaria repræſentatur, quia ſignis & vexillis Coloni deducebantur, ut refert Hyginus: *Multis Legionibus contigit bellum feliciter tranſigere, & ad laborioſam agriculturæ requiem primo tyrocinii gradu pervenire: nam cum ſignis, & aquilis, & primis ordinibus, ac tribunis deducebantur.*

(2) De Cæſarea Palæſtinæ urbe ſuprà loquuti ſumus. Aquila vero pro inſigni Romano habetur, ut ſæpe monuimus; Orientis Metropoles ſub Genii forma repræſentabantur, paſſimque in nummis pro urbis ſymbolo exhibentur.

(3) Caput muliebre turritum Cæſaream primariam Provinciæ Palæſtinæ urbem denotat, qualis prædicatur à Joſepho de bel. Jud. lib. 3. cap. 28. Κἀνϑένδε εἰς τὴν παράλιον ἀφικόμενος Καισάρειαν μεγίστην τῆς τε Ἰουδαίας πόλιν, ϗ τὸ πλεῖον ὑφ' Ἑλλήνων οἰκουμένην. *Inde in loco maritimo Cæſaream pervenit, Judææ maximam civitatem, & quæ majorem incolarum partem Græcos haberet.*

(4) Dacia nummos cum epigraphe Latina ſub Philippo Seniore cudere cœpit; idque idèo factum putat Vaillantius, quod ab eodem Auguſto libera, ſeu immunis facta eſſet; quod etiam indicare videtur æra in nummis ſignata anno primo. Mulier in nummo expreſſa Provinciæ Genius eſt; pileo quidem ornatur, quo Daci proceres utebantur; in vexillo vero quod dextra tenet legitur V. in altero quod ſiniſtra, XIII. ſuntque notæ legionum; quippe Legio V. Macedonica, & XIII. Gemina à Trajano in Dacia conſtitutæ fuere; adhuc ſub Alexandro Severo utramque conſtitutam ſcribit Dio lib. 55. pag. 564. Philippus earum Veteranis in omnes Colonias ipſius Provinciæ tranſmiſſis, illos cives Romanos pronuntiavit; ſic etiam factum & à Decio videntur denotare duo ſigna militaria utraque manu à Provinciæ Genio geſtata. Aquil[illegible] dextris pro pedibus Imperii Romani ſymbolum eſt, ut paſſim monuimus; Leo vero Daciæ inſigne.

(5) Gladius, quem Daciæ Genius dextra tenet, à Clemente Alexandrino Strom. lib. 1. ἅρπη vocatur; qui eum à Thracibus repertum tradit. Dacia autem annos ſub Philippo computare cœpit à libertate ſibi conceſſa ut ſuprà monuimus, & ſub Decio quartum & quintum ſignavit; ipſe quippe biennium tantum regnavit.

pedibus à dextris aquila lauream geſtans roſtro, à ſiniſtris leo: in imâ parte AN. V. *Vaillant.*

IMP TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum paludamento.

P M S COL VIM. *Provinciæ Mæſiæ Superioris Colonia Viminacium.* Figura muliebris ſtolata vultu dextrorſum converſo, utrâque manu tantiſper extensâ, ſtat inter bovem à dextris, & leonem à ſiniſtris adverſos: in imâ parte AN. X. *Vaillant.*

Alius cum AN. XI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum AN. XII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

M.............. ΜΗΤΡΟΠ ΑΝΚΥΡΑC. *Metropoleos Ancyra.* Tres urnæ, in quâlibet duæ palmæ. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Γ ΜΕC ΤΡΑΙΑΝΟC CEB. *Imperator Cæſar Cnæus Meſſius Trajanus Aug.* Caput Traj. Decii laureatum.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΛΩΝ. *Antiochenſium Metropoleos Coloniæ.* Apollo muliebri veſtitu ornatus ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ lyram: in areâ SC. Δ. Ε. *Senatuſconſulto, Tribunitia poteſtate. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Γ ΜΕ ΚΥ ΤΡΑΙΑΝΟC ΔΕΚΙΟC CEB. *Imperator Cæſar Cnæus Meſſius Quintus Trajanus Decius Auguſtus.* Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΛΩΝ. (1) Figura muliebris tutulata ac ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in areâ Δ. Ε. SC. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ Γ ΜΕ ΚΥ ΔΕΚΙΟC ΤΡΑΙΑΝΟC CEB. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC. SC. (2) *Tribunitiæ Poteſtatis. Senatuſconſultum.* Aquila alis expanſis inſiſtens palmæ ramo, coronam lauream tenet roſtro dextrorſum converſo. *Cham. Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC. SC. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC. SC. Typus ut ſuprà, ſed aquila coronam radiatam tenet roſtro. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC. SC. Aquila ut ſuprà, ſed roſtro ſiniſtrorſum converſo coronam lauream tenet. *Fouc.*

Alius ejuſdem typi utrâque ex parte, argenteus. *Fontaine.*

ΑΥΤ Κ Γ ΜΕ ΚΥ ΤΡΑΙΑΝΟC ΔΕΚΙΟC CEB. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC. SC. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΤΡΑΙΑΝΟC ΔΕΚΙΟC. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ. *Epheſiorum.* Templum quatuor columnis ſuffultum, ad cujus veſtibulum Diana Epheſia tutulata cum pateris & adminiculis. *Fouc. Vaillant.*

ΑΥ Κ Μ ΚΥΙΝ ΤΡΑΙΑΝΟC ΔΕΚΙΟC. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕΟΚΟΡΩΝ. (3) *Epheſiorum ter Neocororum.* Mulier ſtans cum face accensâ. *Regius.*

ΑΥ ΚΑ ΤΡΑΙΑΝ ΔΕΚΙΟC ΑΥΓ. CE: *Imp. Cæſar Traj. Decius Auguſtus Auguſtus.* Traj. Decius capite radiato, dextrorſum, ad pectus cum paludamento, dextrâ ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum tenens.

ΚΙΑΝΩΝ. (4) *Cianorum.* Dei Luni caput nudum. *Regius. Vaillant.*

....

ΕΠΙ ΠΟ ΑΙΛ ΑΤΤΙΚΟΥ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. (5) *Sub Publio Ælio Attico Colophoniorum.* Apollo muliebri habitu ſedens,

(1) Nummus Decii cum hoc typo ab Antiochenſibus cuſus non extat apud Vaillantium.

(2) Quamvis hujuſcemodi numiſmata Antiochiæ nomen non præferant, ad eam tamen pertinere pluribus docuit Vaillantius in Coloniarum nummis pag. 279.

(3) Epheſii non ſolum ter, ſed & quater ſe Neocoros appellant, dum ſe Artemidis Neocoros nominant; unde illorum inſcriptio, ΕΦΕCΙΩΝ ΜΟΝΩΝ ΑΠΑCΩΝ ΤΕΤΡΑΚΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Epheſiorum qui ſoli ex omnibus Aſiæ civitatibus quater Neocori* fuere. Nummus hic non extat apud Vaillantium.

(4) Caput Q. Herennii ſub imagine Dei Luni creſcente Luna ornati, inquit Vaillantius. Cios vel Cius urbs Myſiæ videtur Regionis. Plinius lib. V. ſect. XL. *Cios amnis cum oppido ejuſdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ*, &c. Straboni, Dionyſio, Apollonio & Euſtathio in Bithynia. In nummo perantiquo Cianorum cernitur caput Cii Herculis ſocii, quem ΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ appellant; eumdemque hujus urbis conditorem agnoſcit & Strabo lib. XII.

(5) Colophon una ex duodecim Ioniæ urbibus eſt, ab Andræmone Pylio condita, ut ſcribit Strabo lib. XIV. cum Pergamo Æolica urbe fœdere juncta fuit, ut teſtatur Caracallæ nummus. Apollinem ſummo honore colebat ob Apollinis Clarii lucum ſibi proximum, in quo oraculum erat antiquitus, ut idem

dextrâ laurum, ſiniſtrâ lyram. *Vaillant.*

....

ΕΠ ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ ΛΑΜΨΑΚΗΝΩΝ. (1) *Sub Apollonide Lampſacenorum.* Priapus ſtans, dextrâ cantharum, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

....

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Nicaenſium.* Tres Charites nudæ ſtantes. *Vaillant.*

....

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Cybele velata ſedens, dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ crotalo innititur. *Vaillant.*

ΑΥΤ ΚΑΙ Τ (ſic) ΜΕC ΚΥ ΤΡΑΙΑΝ ΔΕΚΙΟC CΕΒ. Caput Traj. Decii radiatum.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. (2) Hygia ſtat à dextris, & Æſculapius à ſiniſtris cum attributis, Teleſphoro intermedio. *RE.*

ΑΥ ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝΟC ΔΕΚΙΟC ΑΥΓΟΥ. Caput Traj. Decii.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ (3) Jupiter ſeminudus ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ ad genu protensâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ. *Founc.*

ΑΥ ΚΑ ΤΡΑΙΑΝ ΔΕΚΙΟC ΑΥ CΕ. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚ. (4) *Nicomedienſium bis Neocororum.* Figura muliebris rupibus inſidens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet templum, alterum ſiniſtrâ: à dextris in areâ Γ. *Collegii. Vaillant.*

ΑΥ ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝ ΔΕΚΙΟC ΑΥΓ CΕ. Traj. Decius capite radiato, dextrorſum, ad pectus cum paludamento, dextrâ ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΟΚΟΡΩΝ. (5) Imperator eques ad ſiniſtram currens, jaculum in hoſtem proſtratum jacit. *Regius.* Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΟΚΟΡΩΝ. (6) Pallas ſtans, dextrâ pateram, lævâ haſtam; ad pedes clypeus: à ſiniſtris in areâ Γ. *Regius. Vaillant.*

....

ΙΕΡΑC ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩC. (7) *Sacræ Nicopoleos.* Victoria in bigis cum palmâ. *Vaillant.*

....

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙC ΝΕΟΚΟΡΩΝ. (8) *Perinthiorum bis Neocororum.* Hercules leonem comprimit. *Vaillant.*

ΑΥΤ ΚΑΙ Γ ΚΥ ΜΕΚΙΟC ΤΡΑ ΔΕΚΙΟC

Strabo perhibet. Plinius lib. v. ſect. xxxi. *Colophon, Haleſo affluente: inde Apollinis Clarii fanum.* Pauſanias in Achaïe. pag. 210. Ἐν δὲ τῇ Κολοφωνίᾳ ἄλσος τε τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ δένδρα μελιῶν καὶ οὐ πόῤῥω τοῦ ἄλσους Ἄλης ποταμὸς, &c. *Apud Colophonios lucus viſitur Apollinis, fraxinis condenſus. Ab eo non longe fluvius Hales*, &c.

(1) Lampſacus urbs juxta Propontidem, cujus meminere Ptolemæus lib. v. cap, 11. Plinius lib. v. cap. xxxii. Herodotus lib. v. Strabo lib. xiii. & alii quamplurimi. Hanc urbem propter vini abundantiam à Priapo Veneris & Dionyſii filio conditam fuiſſe, inquit Stephanus ex Demoſthene; nec mirum ſi Priapus in illorum nummis repræſentatur; quippe Lampſaceni pluſquam reliquos Deos Priapum venerabantur, ut auctor eſt Pauſanias lib. ix. huc etiam ſpectare videtur vetus inſcriptio apud Gruterum pag xcv. 4.

(2) Nicæa urbs Bithyniæ, æmula Metropoleos Nicomediæ, in quibuſdam nummis uſque ad Veſpaſianum Proconſulum Provinciæ nomina poſuit, deinde nullos Magiſtratus expreſſit; Primatûs dignitatem ſub Domitiano eam obtinuiſſe nummus illius arguit; quam illi poſtmodum Senatus rogatu Nicomedienſium abrogavit. Horum peculiaris Deus ac Præſes Æſculapius fuit, ut ex nummis illorum apparet. Nummus hic non extat apud Vaillantium.

(3) Nummus hic apud Vaillantium non extat,

(4) Vaillantius legit integrè ΝΕΩΚΟΡΩΝ, & literam Γ. quæ à dextris in areâ cernitur prætermiſit.

(5) Nicomedia Bithyniæ, Metropolis Provinciæ Senatuſconſulto facta videtur ſub Claudio Imperatore, ut illius nummus indicat. Primam ei Neocoriam conceſſit Hadrianus, quem ideò in nummis ΘΕΟΝ ΘΑΥΜΠΙΟΝ appellavit; ſecundam Commodus Imperator, unde Nicomedienſes in illius honorem templum dedicarunt, ac certamina ediderunt, ut auctor eſt Xiphilinus. Tertiam ei Neocoriam Valerianus conceſſit, ut ſuo loco dicemus. Cæterum ſunt qui Nicomediæ Primatum reſtitutum putent Antonino Pio imperante. Nummus hic Traj. Decii non extat apud Vaillantium.

(6) Literam Γ. quæ à ſiniſtris in area viſitur, omiſit Vaillantius.

(7) Nicopolim Epiri urbem ab Auguſto in memoriam Actiacæ Victoriæ conditam eſſe nemo ignorat. De privilegiis huic urbi ab eodem Auguſto conceſſis plura Scriptores, ſed nullus præter nummos eam Sacram appellat; Sacram autem eam eſſe voluit idem Imperator, tum ut eam habitatoribus frequentaret, tum ut Ludi ab illo inſtituti tutè celebrarentur. Poſtmodum hæc urbs ab Alexandro Severo, dum ad bellum Parthicum proficiſceretur, in Auguſti memoriam Navarchidis dignitatem obtinuit, ut docemur ex ejus nummis. Ἱερὰ autem vox, id eſt, *Sacra* in nummis quibuſdam, ut in præfato, ſola appoſita, aliquod urbis privilegium ab Aſylo, cum quo confunditur, ſeparatum declarare videtur. Sacra vero dicitur apud Polybium lib 4. urbs Elæa, cujus populi erant omni periculo exempti, omniſque belli expertes.

(8) Perinthus urbs Thraciæ celebris, cui Byzantii jura ac privilegia Severus tribuit, quòd hæc urbs Peſcennii partibus ſtuduiſſet; ab eodem etiam Imperatore facta eſt Neocora, & plurima edidit certamina, ut ex nummis apparet. Secundam ei Neocoriam Elagabalus conceſſit. Nec mirum ſi in nummo Hercules repræſentatur; quippe illum ut conditorem ſuum colebant, ut præter alios ſcribit Ammianus lib. xxii. unde & Heraclea Thraciæ dicta eſt.

CEB. *Imp. Cæſar Cnæus Quintus Mecius Traj. Decius Aug.* Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum palumento dextrorſum.

CEΠ PHCAINHCIΩN L HIP. *Septimia Rheſænenſium* Colooia, *an.* 118. Templum diſtylum à ſioiſtris dextrorſum, cum periſtylio quatuor columnarum, ad cujus veſtibulum noctua: infrà fluvius nudus emergens. *Vaillant. Regius.*

AYT K Γ ME KY ΔEKIOC TPAIANOC CEB. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

CEΠ PHCAINHCIΩN L HIP. Typus ut ſuprà, niſi quòd fluvius palmæ ramum tenet dextrâ. *Fouc.*

AYT K Γ ME TPAIANOC CEB. Caput Traj. Decii radiatum.

CEΠ PHCAINHCIΩN L HIP. Figura muliebris capite turrito, ioſidens ſcopulis à ſiniſtris dextrorſum, ſpicas tenet dextrâ, monticulis verò iooititur ſiniſtrâ: in parte nummi ſuperiore aquila alis compreſſis, coronam lauream geſtans roſtro; in inferiore fluvius emergens. *Vaillant.*

AYT K Γ ME KY ΔEKIOC TPAIANOC CEB. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

CEΠ KOA PHCAINHCIΩN L HIP. *Septimia Colonia Rheſænenſium, anno* 118. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CEΠ KOA PHCAINHCIΩN L HIP. Figura muliebris cum modio ſtans, dextrâ pateram, lævâ cornucopiæ: pro pedibus à dextris ara ignita, ex cujus imo prodit palmæ ramus: à dextris in areâ aquila alis expanſis, coronam lauream geſtaos roſtro, palmæ ramo inſiſtens. *Fouc.*

AYT K Γ ME TPAIANOC CEB. Caput Traj. Decii lanreatum.

CEΠ XOA PHCAINHCIΩN L HIP. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

AYT X Γ ME KY TPAIANOC ΔEXIOC CEB. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

CEΠ KOA PHCAINHCIΩN L I H P. Typus ut ſuprà. *Regius.*

AYT K Γ ME TPAIANOC CEB. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

CEΠ KOA PHCAINHCIΩN L HIP. Templum diſtylum à ſiniſtris dextrorſum, cum periſtylio quatuor aliarum columnarum, ad cujus veſtibulum noctua: infrà fluvius emergens nudus palmæ ramum tenet dextrâ. *Vaillant.*

AYT K Γ ME KY ΔEKIOC TPAIANOC CEB. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

CEΠ KOA PHCAINHCIΩN L HIP. Coloous haſtæ adnixus ſiniſtrâ, boves duos agit dextrâ à dextris ſiniſtrorſum, in parte nummi ſuperiore aquila alis expanſis inſiſtens alteri ex bobus; in inferiore fluvius emergens. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CEΠ KOA PHCAINHCIΩN L IHP. (ſic) Typus ut ſuprà. *Regius.*

AYT K ΓN ME K TPA ΔEKIOC CEB. EPEN ETPOYCKIAAA CEB. *Imp. Cæſar Cnæus Meſſius Quintus Traj. Decius Aug. Herennia Etruſcilla Auguſta.* Caput Traj. Decii radiatum, ad pectus cum paludamento; & ex adverſo caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ.

CEΠ KOA PHCAINHCIΩN L HIP. Typus ut ſuprà. *Regius.*

AYT K Γ ME TPAIANOC CEB. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludameoto.

CEΠ XOA PHCAINHCIΩN L HIP. Typus ut ſuprà abſque fluvio in imâ parte. *Vaillant.*

AYT K Γ ME TPAIANOC ΔEKIOC CEB. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

CEΠ KOA PHCAINHCIΩN L HIP. Typus ut ſuprà. *R E.*

AYT K Γ ME KY ΔEKIOC TPAIANOC CEB. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

CEΠ KOA PHCAINHCIΩN L HIP. Typos ut ſnprà; ſed corona laurea cum duobus palmæ ramis infrà boves. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CEΠ KOA PHCAINHCIΩN L HIP. (1) Figuræ duæ muliebres ſtolatæ ſtaotes ex adverſo, tripode intermedio dextras jungunt, ſiniſtrâ ſtolâ involutâ: quæ à dextris eſt capite turritò, quæ à ſiniſtris capite galeato. A dextris in areâ trophænm; à ſiniſtris ſagittarius: in parte oummi ſuperiore aquila alis expanſis corooam lauream geſtans roſtro. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CEΠ KOA PHCAINHCIΩN L IHP (2) (ſic) Figuræ duæ muliebres tutulatæ dextras jungunt arâ intermediâ: infrà à ſiniſtris ſagittarius, à dextris icuncula cum cornucopiæ: ſupernè aquila alis expanſis. *Regius.*

AYT K Γ ME TP ΔEKIOC CEB. KY EP EYP M ΔEKIOC KAICAP. *Imp. Cæſar Cnæus Meſſius Traj. Decius Aug. Quintus Herennius Etruſcus Meſſius Decius Cæſar.*

(1) Mulier capite turrito urbem repræſentat, altera galeata Minervam, quam imprimis Rheſainenſi co lebant, ut templum cum Noctuâ in eorum nummis arguit.

(2) Nummus cum hoc typo ac ſequenti non extat apud Vaillantium.

Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento; & Etruſci caput obverſum nudum, ad humeros cum paludamento.

ΣΕΠ ΚΟΛ ΡΗΣΑΙΝΗΣΙΩΝ L ΗΙΡ. Figuræ duæ muliebres tutulatæ ſtantes ad aram dextras jungunt: à dextris icuncula baſi inſiſtens; à ſiniſtris ſagittarius: ſupernè aquila palmæ ramo inſiſtens, coronam lauream tenet roſtro. *Regius.*

ΑΥΤ Κ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΔΕΚΙΟΣ. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΣΑΜΙΩΝ. (1) *Samiorum.* Mulier capite velato ſtans, dextrâ ad pectus compoſitâ, ſiniſtrâ ſtolâ involutâ: pro pedibus à dextris rota. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. (2) Juno Samia ſtans cum attributis. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. (3) Figura militaris capite nudo, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. (4) Figura virilis togata vultu dextrorſum converſo ſtans, ſcipionem tenet dextrâ, ſiniſtrâ togâ involutâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. (5) Figura muliebris tutulata ac ſtolata, vultu dextrorſum couverſo ſtans, navis gubernaculum ad cujus imum globus tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. Figura muliebris typo quo ſuprà, Junonis Samiæ ſignum ſuſtinet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. (6) Templi tetraſtyli facies ad cujus veſtibulum Juno Samia cum ornatu ſolito. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΠΥΘΑΓΟΡΗΣ ΣΑΜΙΩΝ. (7) *Pythagoras Samiorum.* Pythagoras ſedens à ſiniſtris dextrorſum, virgâ globum cippo impoſitum tangit, ſiniſtrâ haſtam tenet. *Regius. Vaillant.*

ΑΥ·ΚΕ (ſic) Γ ΜΕ ΚΥ ΔΕΚΙ ΤΡΑΙΑΝΟΣ ΣΕΒ. *Imp. Cæſar Cn. Meſſius Quintus Decius Trajanus Aug.* Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento: in areâ hinc inde Π. Π. *Pater Patriæ.*

ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. *Tarſi Metropoleos.* Coronæ duæ, laurea altera cippo à dextris impoſita, in quâ Α; altera tæniis & capitibus contexta, in quâ Μ: in areâ Κ. Γ. Β. quæ literæ ſignificant *Primæ Solius Ciliciæ Decreto Senatus. Regius. Vaillant.*

....

ΕΠ ΣΤΡ ΦΛ ΕΡΜΟΛΑΟΥ ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. (8) *Sub Prætore Flavio Hermolao Hypæpenorum.* Proſerpina cum velo. *Vaillant.*

(1) Videtur hic nummus ſimilis illi, quem ex Regio Etruriæ cimelio inter nummos primi moduli recenſuimus. ſed uterque Vaillantio ignotus.

(2) Nummum ſimilem ex ære primi moduli refert Vaillantius ex cimelio P. Aſſeline.

(3) Nummus Trajani Decii cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

(4) Nummus cum hoc typo Trajani Decii Vaillanrio ignotus.

(5) Nummum hunc ex cimelio Fucaltiano refert Vaillantius inter nummos tertii moduli.

(6) Nummum ſimilem ex eodem cimelio retulimus ſuprà inter nummos primi moduli, ſed uterque Vaillantio non viſus.

(7) Samii Pythagoram civem ſuum, etſi apud eos vitam non finierit, ut inſignem virum ſibi vindicantes, nummos cum ejus icone ac nomine percuſſerunt. Cur autem ipſe ſedens & baculo globum tangens repræſentetur, Plinius lib. II. ſect. VI. nos docere videtur, cum ab eo ſtellæ Veneris naturam primùm obſervatam eſſe dicat hiſce verbis: *Infra Solem,* inquit, *ambit ingens ſidus, appellatum Veneris, ipſiſque cognominibus æmulum Solis ac Lunæ: præveniens quippe & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contra ab Occaſu refulgens nuncupatur Veſper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens. Quam naturam ejus Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter* XLII. *qui fuit Urbis Romæ annus* CXLII.

(8) Nummum hunc profert Vaillantius ex proprio cimelio, ſed fortaſſis idem, qui habetur inter nummos tertii moduli à nobis recenſitus ex cimelio Fucaltiano, in quo Juno Pronuba ſtat à fronte, utraque manu expanſa; fortaſſis ab eo malè lectus & malè deſcriptus, ut paſſim ei accidit.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. II.

AK ΓΝ'Κ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ Ε. *Imperator Cæſar Cnæus Quintus Trajanus Decius Pius.* Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. A. *An.* I. Mulier capite turrito ſtans dextrâ elatâ, lævâ haſtæ innixa. *Regius.*

ΑΥΤ Κ Γ Μ ΚΥ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ. *Imperator Cæſar Cnæus Meſſius Quintus Trajanus Decius.* Caput Traj. Decii ut ſuprà.

L. A. Typus ut ſuprà. *RE.*

Α Κ Γ Π Κ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ Ε. *Imp. Cæſar Cnæus Publius Quintus Trajanus Decius Pius.* Caput Traj. Decii laureatum, ad pectus cum loricâ.

L. B. (1) *An.* 2. Aquila alis expanſis à ſiniſtris dextrorſum retroſpiciens, coronam lauream gerens roſtro. *Regius.*

(1) Nummum hunc cuſum putamus anno Chriſti 250. quo etiam anno ſequentes duæ inſcriptiones erectæ fuere; prima abſque nota numerali Tribunitiæ poteſtaris, in quâ Decius Conſul II. dicitur; quam quidem inſcriptionem deſcriptam Florentiæ in Palario Regio refert Vaillantius in ſuo Opere de Coloniis tom. II. page 194. Altera verò in quâ Decius TRIB. P. II. COS. II. dicitur, quam exhibet Gruterus in Auctario page 1021.

1.

IMP. CAES. C. MESSIVS
Q. TRAIANVS. DECIVS
INVICTVS. PIVS. FELIX. AVG.
P. M. TRIB. P. COS. II. PP. PROCOS
ET Q. HERENNIVS. ETRVSCVS
MESSIVS. DECIVS. CAESAR

2.

IMI.......
C. MS......
TRAIANVS. DECIVS
P. AVG. PA. P. TRIB. POT
II. COS. II. PI. C.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

S. C. Figura muliebris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum prægraodem humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ. *Regius. Cham. Val. RE.*

NUMISMATA Æ. III.
in Coloniis cuſa.

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG. Caput Trajani Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL P AV FL CAES METR. *Colonia prima Auguſta Flavia Cæſarea Metropolis.* Caput muliebre turritum dextrorſum. *Fouc.*

IMP CAES TRA DECIVS P F AVG. Câput Traj. Decii ut ſuprà.

COL P F AV CAES METR. Typus ut ſuprà. *Vaillant. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Decii radiatum.

COL PR FL AVG CAES ME P S P. (1) *Colonia Prima Flavia Auguſta Cæſarea Metropolis Provinciæ Syriæ Palæſtinæ.* Serapis ſtaos dextram attollens, lævâ ſcipiooem obloogum teoet. *Vaillant.*

(1) Serapidis cultum apud Cæſarienſes non ſolus hic nummus denotat, ſed multi alii; nam in nummis Antonini Pii, M. Aurelii, L. Veri, Commodi, & Diadumeniani à Cæſarienſibus cuſis Serapis exhibetur. Paſſim autem hoc modo Serapis repræſentatur, dextram nimirum attollens quaſi ſupremus Deus; ſceptrum vero ideo tenere videtur, quòd orbem terrarum ordinet atque ornet, ut ait Phylarchus apud Plutarchum. Σάραπις δ' ὄνομα τοῦ τὸ πᾶν κοσμοῦντός ἐστι, παρὰ τὸ Σαίρειν, ὃ καλλύνειν τινὲς, καὶ κοσμεῖν λέγουσι. *Cæterum Sarapim eſſe nomen ejus qui univerſum ordinat atque ornat, quod voce* Σαίρειν, *quidam exprimunt.* Hujus autem fanum Alexandriæ extra muros extructum, quod ipſi hoſtiæ mactarentur, tradit Macrobius Saturn. lib. 1. *Nam quia nunquam fas fuit Ægyptiis pecudibus aut ſanguine, ſed precibus, & thure ſolo placare Deos: his autem duobus advenis hoſtia erant ex more mactanda: fana eorum extra pomœrium locaverunt, ut & illi ſacrificii ſolemnis ſibi cruore colerentur, nec tamen urbana templa morte pecudum pollurentur: nullum itaque Ægypti oppidum intra muros ſuos aut Saturni aut Serapidis fanum recepit.* Cæterum Serapin gaudium & lætitiam interpretatur Plutarchus de Iſid. & Oſirid. pag. 362. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν Αἰγύπτιόν ἐστι τοὔνομα τοῦ Σαράπιδος, εὐφροσύνην αὐτὸ δηλοῦν οἴομαι καὶ χαρμοσύνην, τεκμαιρόμενος ὅτι τὴν ἑορτὴν Αἰγύπτιοι τὰ Χαρμόσυνα Σαίρει καλοῦσιν. *Ego autem, ſi quidem Ægyptia vox eſt Sarapis, gaudium ea & lætitiam ſignificari cenſeo: hoc adductus argumento, quod Charmoſyna, id eſt, feſtum lætitiæ diem,* Σαίρει *appellant Ægyptii.*

NUMISMATA GRÆCA Æ. III.

AT K Γ ΔΕΚΙΟC CEB. *Imperator Cæſar Cnæus Decius Auguſtus.* Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros.

KOA EΔECCA. (1) *Colonia Edeſſa.* Caput muliebre velatum & turritum dextrorſum, ante quod ara ignita. *Fouc.*

AT Γ ΔΕΚΙΟC CEB. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros.

KOA EΔECCA. Typus ut ſuprà. *Regius.*

AT ΔΕΚΙΟC CEB. Caput Decii laureatum.

KOA EΔECCA. (2) Caput velatum & turritum. *Vaillant.*

ATT K TPAIANOC ΔΕΚΙΟC. *Imperator Cæſar Trajanus Decius.* Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

EΦECIΩN A ACIAC. (3) *Epheſiorum primorum Aſiæ.* Diana pharetrata ad ſiniſtram gradiens, dexterâ facem, ſiniſtrâ arcum. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

EΦECIΩN A ACIAC. Diana pharetrata ſtans, ad ſiniſtram ſpectans, utrâque manu tenet facem. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

EΦECIΩN TYXH. (4) *Epheſiorum Fortuna.* Mulier tutulata ſtans ad aram ignitam, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius. Vaillant.*

....

KIBYPATΩN. (5) *Cibyratarum.* Mars dextrâ haſtam, ſiniſtrâ innixus clypeo. *Vaillant.*

....

ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΛΙΒΑΝΟΥ. (6) *Laodicenorum Libani.* Caput muliebre turritum. *Vaillant.*

....

AΔPIA MOΨEATΩN. (7) *Hadrianorum*

(1) Edeſſa Syriæ urbs, Abgarorum Regum ſedes in Oſrhoëna, facta eſt Colonia & Metropolia ab Antonino Caracalla, poſtquam ejus Regem in vincula conjeciſſet. Hac in urbe, teſte Eutropio lib. 8. defunctus fuit idem Auguſtus, teſte autem Spartiano, Carrhis haud procul Edeſſa. Stephano: Ἔδεσσα, πόλις Συρίας....Κατὰ μὲν τὰς ἐγχωρίους, Ἐδεσσηνός αὐτῇ δὲ τοῖς πλείοσι τῶν ἀρχαίων, Ἐδεσσαῖος. Hodie *Roha* dicitur. Notitia Eccleſ. Antiq. pag. 74. *Sedes tertia Edeſſa, ubi beatus Thomas Apoſtolus requieſcit.... modo dicitur Roxes.*

(2) Videtur hujus nummi typus idem, qui ſuperiorum, ſed forraſſis, quod exeſus eſſet nummus à Vaillantio viſus, aræ ignitæ ante caput illud poſitæ nullam mentionem facit.

(3) Epheſus, Ioniæ civitas in Provincia Proconſularis Aſiæ, etſi apud Ulpianum Prima Metropoleon dicatur, nunquam tamen hanc dignitatem in nummis expreſſit. Primam Aſiæ ſe tantùm ſub Severo inſcribere cœpit; cum vero ſub Antonino Caracalla aliæ quædam ejuſdem Provinciæ urbes Primatûs titulum ſibi arrogaſſent, Epheſii in Macrini nummis ita ſe appellarunt. EΦECIΩN MONΩN ΠPΩTΩN ACIAC. Vide de urbium contentionibus Ariſtidem, Dionem Chryſoſtomum, aliſque Scriptores. Quod autem attinet ad illud verbum ΠPΩTΩN, inquit eruditiſſimus Harduinus, has formulas non tantum contentiones inter ſe urbium ſignificare de prærogativæ dignitate, ut viſum alias eruditis viris: ſed vel ludos primum à communi Aſiæ in eâ urbe editos, ſub eo Auguſto, cujus effigies in nummo eſt, vel in finitimas civitates juriſdictionem, quod eò deferre cauſas hæ cogerentur, ut eo foro diſceptarent, propretereaque principatum inter cæteras ſui quæque tractus obtinerent. Nummum hunc ac ſequentem Vaillantius inter nummos ſecundi moduli recenſet.

(4) Fortunam Ethnicos ut Deam coluiſſe nemo ignorat; quamplurimæ quippe urbes non ſolum ei templa erexere, ſed etiam in nummis eam veluti Deam exhibuerunt: ſic in Tarſi nummo TYXH TAPΣOY: in Boſtræ nummo TYXH BOΣTPΩN, &c. In nummis verò aliis nonnunquam AΓ. TYXH. Ἀγαθὴ Τύχη legitur, hoc eſt, *Bona Fortuna.* Vide Harduini ac Vaillantii nummos Græcos.

(5) Plinio lib. v. ſect. xxix. *Cibyratarum juga, & Cibyratica juriſdictio. Ipſum oppidum Phrygiæ eſt.* Cariæ tamen adſcribitur in Hieroclis Grammatici Synecdemo pag. 44. noſtræ editionis; ut & in Concilio CP. I. Leontius Cibyrenſis ſubſcribit è Provincia Cariæ. Tacito lib. iv. Annal. *Civitas Cibyratica apud Aſiam* dicitur.

(6) Laodicea Cœleſyriæ urbs, non ſolum Provinciæ facta eſt Metropolis in locum Antiochiæ à Severo, cujus partes contra Peſcennium erat ſecuta, verum etiam Primatum ei conceſſit idem Imperator, ut ex nummo Caracallæ videre eſt, & ex Herodiano in ejus Vita, qui Byzantii urbem Perinthiis adjudicatam fuiſſe ait, quemadmodum Antiochiam Laodicenis. Ulpianus lib. 1. Dig. tit. xv. de Cenſibus, lege 1. *Eſt & Laodicena Colonia in Syria Cœle, cui Divus Severus jus Italicum ob belli civilis merita conceſſit.* Plinio lib. v. ſect. xix, *Laodiceni, qui ad Libanum cognominantur.* Nummus Caracallæ, ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΠPOC ΛΙΒΑΝΩ. Antonini verò Pii, EN TΩ ΛΙΒΑΝΩ.

(7) Mopſueſtia, urbs Ciliciæ ad Pyramum fluvium, cujus meminere Cicero Epiſt. 8. lib. 3. & Strabo lib. xiv. à Mopſo Vate nomen accepit: Stephanus: Μόψου ἑστία, Κιλικίας ἐπὶ τοῦ Πυράμου ποταμοῦ....ἀφ' οὗ ὁ Μοψεάτης. Plinius lib. v. ſect. xxii. in Cilicia, *Mopſos liberum, Pyramo amni impoſitum.* Mopſeatæ autem Hadrianorum appellationem ſumpſiſſe videntur ob quædam beneficia ab Hadriano Auguſto accepta, qui eorum urbem ſacram, liberam, & legibus ſuis utentem pronuntiavit, ut ex Antonini Pii nummo, & ex eximiâ inſcriptione, quam Gruterus affert pag. CCLV, conſtat.

Mopſeatarum. Figura virilis nuda retrò ſe aſpiciens, dextrâ ſubmiſsâ, ſiniſtrâ pateram. *Vaillant.*

ΑΥ ΚΑΙ ΤΡΑΙΑΝ ΔΕΚΙΟC ΑΥΓ CΕΒ. *Imperator Cæſar Trajanus Decius Auguſtus Auguſtus.* Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (1) *Nicomedienſium bis Neocororum.* Ceres ſtans dextrâ demiſsâ ſpicas tenet, ſiniſtrâ facem. *Regius.*

ΑΥΤ Κ Γ ΜΕ ΚΥ ΔΕΚΙΟC ΤΡΑΙΑΝΟC CΕΒ. *Imperator Cæſar Cnæus Meſſius Quintus Decius Trajanus Auguſtus.* Caput Traj. Decii ut ſuprà.

CΕΠ ΡΗCΑΙΝΗCΙΩΝ. (2) *Septimiorum,* ſive *Septimia Rheſanenſium.* Labarum in quo LEG. III. GAL. *Legio tertia Gallica. Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Traj. Decii radiatum, ad humeros cum paludamento.

CΕΠ ΚΟΛ ΡΗCΑΙΝΗCΙΩΝ. (3) *Septimia Colonia Rheſanenſium.* Capita duo muliebria velata ac turrita adverſa. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ Γ ΤΡΑ ΔΕΚΙΟC CΕΒ. Caput Traj. Decii laureatum.

CΕΠ ΚΟΛ ΡΗCΑΙΝΗCΙΩΝ L ΗΙΡ. *Septimia Colonia Rheſanenſium, anno* 118. Vexillum erectum cui inſiſtit aquila. *Vaillant.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CΕΠ ΚΟΛ ΡΗCΑΙΝΗCΙΩΝ L ΗΙΡ. Vexillum ut ſuprà, in quo legitur LEG III GAL. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Γ Μ Κ ΤΡ ΔΕΚΙΟC CΕΒ. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

CΕΠ ΚΟΛ ΡΗCΑΙΝΗCΙΩΝ L ΗΙΡ. (4) Vexillum cum aquilâ ſuprà, in quo LEG XIX. ut videtur. *Regius.*

ΑΥΤ Κ ΤΡΑΙΑΝΟC ΔΕΚΙΟC. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

CΑΜΙΩΝ. *Samiorum.* Fluvius barbatus ſeminudus decumbens à ſiniſtris dextrorſum, arundinem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ, quâ & urnæ ex quâ aqua effluit innititur. *Fouc. Cham. Vaillant.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CΑΜΙΩΝ. Fluvius ut ſuprà, ſed imberbis. *RE.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CΑΜΙΩΝ. (5) Fluvius ut ſuprà, ſed barbatus ramum tenens dextrâ, cum pavone in gremio. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CΑΜΙΩΝ. Typus ut ſuprà, ſed columba in gremio fluvii. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CΑΜΙΩΝ. (6) Fluvius decumbens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pavonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius. Vaillant.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CΑΜΙΩΝ. (7) Diana Epheſia in templo. *Cham.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CΑΜΙΩΝ. (8) Mulier capite tutulato ſtans dextrorſum ſpectans, Junonis Pronubæ icunculam tenet dextrâ, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝΟC ΔΕΚ. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

CΑΜΙΩΝ. (9) Junonis Pronubæ ſimulacrum. *Regius.*

ΑΥΤ ΤΡΑΙΑΝΟC ΔΕΚΙΟC. Caput Traj. Decii ut ſuprà.

CΑΜΙΩΝ. (10) Capra à dextris ſiniſtrorſum. *Regius. Cham.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CΑΜΙΩΝ. Mulier tutulata ſtans, dextrâ temonem tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius. Vaillant.*

....

ΦΛ CΑΜΟCΑΤΕΩΝ (11) *Flaviorum Samoſatenſium.* Figura nuda, dextrâ ſpicas, ſiniſtrâ pateram. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Μ ΚΥ ΔΕΚΙΟΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ. *Imperatorem Cæſarem Meſſium Quintum Trajanum.* Caput Trajani Decii male efficτum laureatum, ad humeros cum paludamento.

(1) Nummus hic Trajani Decii non extat apud Vaillantium.

(2) Vexillum ſeu labarum deductæ per veteranos Coloniæ ſymbolum eſt; Legionis nomen denotat, ex qua Legione illi fuerint. Legionem Tertiam Gallicam in Phœnicia Hiberna egiſſe, auctor eſt Dio lib. LV. pag. 564. Dicta autem fuit tertia, quod inter cæteras Alpinas Legiones tertia à Julio Cæſare conſcripta ſit. Nummus cum hac epigraphe Vaillantio ignotus.

(3) Inter nummos Caracallæ ab Edeſſa cuſos reperitur ſimilis nummus cum duobus capitibus muliebribus velatis ac turritis; quibus duo ejuſdem urbis Genii ſignificari videntur, vel potius duæ urbes, una ſuperior in clivo, altera inferior ad fluvium poſita. Nummus Decii cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

(4) Nummus hic Decii Vaillantio ignotus.

(5) Typus hic ac ſequens non extant apud Vaillantium.

(6) Nummus hic ſic à Vaillantio deſcribitur: Mulier, inquit, humi decumbens, dextrâ pavoni ablanditur, ſiniſtro cubito urnæ aquas vomenti innixo tenet cornucopiæ.

(7) Nummus Trajani Decii cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

(8) Nummum ſimilem refert Vaillantius, ſed ex ære ſecundi moduli.

(9) Hunc nummum ex ære primi moduli tantùm recenſet Vaillantius.

(10) Nummus Trajani Decii cum hoc typo Vaillantio ignotus.

(11) Citat Vaillantius hunc nummum ex Regio cimelio, ſed hodie ibi non extat.

ΣΙΔΗΤΩΝ. (1) *Sidetarum.* Pallas galeata ſtans dextrâ globum urnæ injicit, ſiniſtrâ palmam tenet. *Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ. Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. (2) *Hypepenorum.* Templi facies quatuor columnis tortis ſuffulta, ad cujus veſtibulum Juno Pronuba Hypæpenorum peculiaris. *Fouc. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, & capite exiguo collo ſupercuſo.

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ ΕΠ ϹΤΡ ΕΡΜΟΛΑΟΥ. (3) *Hypæpenorum, ſub Prætore Hermolao.* Juno Pronuba ſtans à fronte, utrâque manu expanſâ. *Fouc.*

(1) Plinio lib. v. ſect. xxvi. in Pamphyliâ *Side.* Stephano: Σίδη πόλις Παμφυλίας. . . . . ὁ πολίτης, Σιδήτης. Side Pamphyliæ urbs Cumæorum Colonia fuit teſtibus Strabone lib. xiv. & Arriano de Exped. Alex. lib. i. Hanc urbem Neocoram ab Elagabalo factam fuiſſe, cum victor occiſo Macrino è Syriâ Romam rediret, putat Vaillantius. Minervam imprimis in eâ urbe cultam teſtatur idem Strabo laudato loco: Εἶτα Σίδη Κυμαίων ἄποικος· ἔχει δ' Ἀθηνᾶς ἱερόν. *Deinde Side Cumæorum colonia: habet autem Minervæ fanum.* Videſis alterum Sidetum nummum cum Minervâ inter Numiſmata Græca Æ. I. in Gallieno. Cæterum hanc civitatem junctam fuiſſe concordiâ cum Perga ejuſdem Pamphyliæ urbe fidem facit Tranquillinæ nummus. Ambas πόλεις ἐπιφανεῖς appellat anonymus à Gothofredo editus in Ἐξηγήσει.

(2) Hunc nummum recenſet Vaillantius ex eodem cimelio Fucaltiano inter nummos ſecundi moduli.

(3) Nummus cum hoc typo Trajani Decii non extat apud Vaillantium.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

Α Κ ΚΟΥ ΜΕ ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ ϹΕΒ. *Imp. Cæſar Quintus Meſſius Trajanus Decius Auguſtus.* Caput Traj. Decii laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. Γ. (1) *An.* 3. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ extenſâ, cornucopiæ geminum tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

(1) Confirmat hic nummus, quæ de annis imperii hujus Auguſti diximus, adſtipulaturque Victori, qui eundem triginta menſes imperaſſe ſcribit, nimirum tres annos utrinque incompletos, ut in ejus Vita diximus. Hunc autem nummum cuſum putamus anno Chriſti 251. quo etiam anno ſequentes duæ inſcriptiones erectæ fuerunt, in quibus Decius dicitur TRIB. POT. III. COS. II; quod quidem intelligendum eſt de Conſulatu ordinario uti ſuo loco monuimus. Prima inſcriptio reperta fuit Venciæ in Delphinatu, & refertur à Pagio ex Schedis Peireſkii; ſecunda verò inventa fuit Feltriæ, & exhibetur à Grutero pag. 273.

1	2
IMP. CAES. C. MESSIO. QVIN TO. TRAIANO. DE CIO. PIO. FEL. INVIC TO. AVG. P. M. TRIB POT. III. COS. II PROC. CIVIT. VINT	IMP. CAES C. MESSIO QVINTO. TRA IANO. DECIO PIO. FOELICI. AVG PONTIFICI. MAX TRIB. POT. III. COS. II P. P. PR. COS ORDO. FELTR

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

A............

ABVNDANTIA AVG S C. Figura ſtans, cornucopiæ effundens.

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG.

ADVENTVS AVG S C. (1) Imperator eques pacificatoris habitu dextram ſublevans.

....

CAES DECENNALIA FEL S C. (2) In laureâ. *Vaillant.*

Eadem epigraphe.

FAELICITAS SAECVLI. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

FELICITAS SAECVLI S C. Typus ut ſuprà.

IMP CAES M Q TRAIANVS DECIVS AVG.

LIBERALITAS S C. Imperator in ſubſtructione congiarium diſtribuit, aſſiſtente

(1) Profert hunc nummum Mediobarbus ex indice Cavotortæ. Vaillantius primæ & ſecundæ formæ hunc nummum ratum eſſe ait; at ipſe neque ex ære primi moduli, neque ex ſecundi talem reperi.

(2) Hunc nummum primi moduli eximiæ raritatis eſſe ſcribit Vaillantius; at ipſe illum ex nullo metallo ac modulo reperi, ideoque pro ſuſpecto habeo.

Deâ Liberalitate cum teſſerâ & cornucopiæ, ſive quatuor figuræ.

Eadem epigraphe.

LIBERALITAS AVG S C. Typus ut ſuprà.

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG.

LIBERALITAS AVG S C. Figura ſtolata ſtans, dextrâ teſſeram, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

MONETA AVG. Tres Monetæ cum bilancibus, & coroucopiæ, & nummorum acervo ad pedes.

IMP CAES C M Q DECIO TRAI AVG.

PAX AVGVSTI S C. Pacis typus.

IMP CAES C MESS Q DECIO TRAI AVG.

PAX AVGVSTI S C. Figura muliebris ſtans, dextrâ ramum oleæ, ſiniſtrâ bacillum.

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG.

S C. Figura militaris, dextrâ clypeum, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

S C. Figura militaris ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcuto nixa.

Eadem epigraphe.

S C. Figura paludata,. dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſceptrum.

IMP CAES C MESS Q DECIO TRAI AVG.

VICTORIA AVG S C. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.

Eadem epigraphe.

VOTIS DECENNALIBVS S C. In laureâ.

IMP C M Q TRAIANVS DECIVS AVG.

VOTIS DECENNALIBVS S C. In laureâ.

Eadem epigraphe.

Epigraphe exeſa. Plures figuræ ſedentes in theatro.

Nummi in Coloniis cuſi.

....

ANTIOCHI COLONI. Tria ſigna militaria erecta.

....

COL AVR KAR COMM P F.

IMP TRAIANVS DECIVS AVG.

P M S COL VIM AN XI.

Eadem epigraphe.

P M S COL VIM AN XII. Figura muliebris ſtans inter leonem & taurum, dextrâ labarum.

HERENNIA ETRUSCILLA.

HERENNIA ETRUSCILLA Trajani Decii uxor, mater Herennii Etruſci (à quâ denominatus videtur) & Hoſtiliani; quorum alter Auguſtus à patre dictus in prælio contra Gothos accepto vulnere occubuit; alter Romæ poſt patris obitum Imperator à Senatu factus, paulò poſt peſte atrociùs ſæviente interiit. Uxorem autem Decii Etruſcillam fuiſſe declarant nummi Græci, quos ſuprà in Decio, & hîc infrà exhibemus, in quibus ex adverſo Decii Etruſcilla ſignata cernitur; nummus verò argenteus in Decio propoſitus, in quo ex unâ parte Decius repræſentatur, ex alterâ Etruſcilla cum Etruſco & Hoſtiliano, matrem duorum Auguſtorum fuiſſe confirmat.



P.S. f.f.

NUMISMATA AUREA.

HER. ETRVSCILLA AVG. Caput Her. Etruſcillæ cum ſtolâ ad humeros.

PVDICITIA AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ peplo velans faciem, ſiniſtrâ tenet haſtam tranſverſam. *Regius. RE. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PVDICITIA AVG. (1) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ peplo faciem velat, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenet. *Regius. M. RE. Fontaine.*

(1) Frequentiſſima epigraphe in nummis Auguſtarum, quippe omnes, quòd tanquam præcipuum principis fœminæ decus hæc virtus exiſtimabatur, eâ præditæ videri geſtiebant. Cæterum nummi aurei hujus Auguſtæ rariſſimi ſunt.

NUMISMATA ARGENTEA.

HER. ETRVSCILLA AVG. Caput Herenniæ Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ABVNDANTIA AVG. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans, velum faciei obducit dextrâ, haſtam verò tranſverſam tenet ſiniſtrâ. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ADVENTVS AVG. (2) Traj. Decius eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ pacificatoris habitu, haſtam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AEQVITAS AVG. Figura muliebris vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Fauvel.*

Eadem epigraphe.

FECVNDITAS AVG. (3) Figura ſtolata ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ, cum puero ad pedes. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Her. Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

FECVNDITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ extensâ ad puerum coram ſtantem, cornucopiæ geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. M MA. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FECVNDITAS AVGG. (4) Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

....

IVNO. Figura muliebris ſtolata ac velata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes pavo. *MB.*

HER ETRVSCILLA AVG. Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

IVNO REGINA. (5) Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham. M MA. Fontaine. Brandenburg. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PVDICITIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, velum faciei obducit dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. RE. Cham. M MA. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PVDICITIA AVG. Figura muliebris eodem typo quo ſuprâ, ſedens à ſiniſtris dextrorſum. *Fouc. Regius. RE. Cham. MMA. Fontaine.*

HERENNIA ETRVSCILLA AVG.

SAECVLVM NOVVM. (6) Templum octo columnarum, in cujus medio figura ſedens. *MB.*

....

VBERITAS AVG. (7) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ tenet crumenam, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

HER ETRVSCILLA AVG. Caput Her. Etruſcillæ cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

VERITAS AVG. (8) Typus ut ſuprâ. *Regius.*

....

(1) Typus peculiaris, & qui *Pudicitiæ* magis quàm *Abundantiæ* convenit; nam *Abundantia* repræſentatur, utrâque manu teoens comucopiæ, ex quo varias opes effundit: nummus tamen ſingularis.

(2) Typus hic ad Decium potiùs quàm ad Etruſcillam ſpectare videtur: & ſanè nonnunquam videmus Imperatorum non typus ſolùm, ſed inſcriptiones etiam Auguſtis fœminis adſcribi, ut ex ejuſdem Etruſcillæ nummis duobus argenteis infrà deſcriptis conſtar, in quibus VICTORIA AUG. & AUGG. in aversâ parte legitur. Nummus ſingularis.

(3) Puto hunc oummum malè à Mediobarbo deſcriptum; nam dextrâ non pateram geſtat, ſed eam tantum ad puerum extendit.

(4) Fecunditatem oon Auguſtæ, ſed Auguſtorum commeodat hic nummus, idcircò inter rariores recenſendus.

(5) Paſſim Auguſtæ ſub Junonis Reginæ ſpecie repræſentabantur, quaſi ſingulæ altera Juno eſſent, alterius Jovis uxor. Nummus ex argento haud obvius.

(6) Typus bic, inquit Vaillaotius, Etruſcillæ non convenir, qui Otaciliæ forſan eſt, aut proculdubio Philippi, monetarii incuriâ in aversâ hujus Auguſtæ nummi parte adhibitus; nam ſæculum novom in Philippo ob ſæculares ludos A. V. C. milleſimo celebratos, cælatum eſt. Sic Vaillantius, qui nummum hunc argenteum inter elegantiores habendum cenſet: at ipſe hunc nummum puto reipsâ ad Etruſcillam pertinere, cum plures Hoſtiliani, Treb. Galli & Voluſiani nummi cum eâdem epigrapbe reperiantur. Itaque vel adulationi monetariorum referenda eſt, dum Reipublicæ reparationem deſignare volunt, nec alius ferè erit hujus epigraphes ſenſus, quàm harum quæ paſſim occurrunt: SAECULI FELICITAS. SAECULO FECUNDO. SAECULUM FRUGIFARUM. Vel ipſam ſæculi novitatem intellectam dicendum eſt, quod eo libentiùs amplectimur, quòd omnes Etruſcillæ & cæterorum quos ſuprà memoravimus nummi, intrà primum ſæculi decennium cuſi ſunt.

(7) Inter Etruſcillæ nummos nullum alium cum bac epigrapbe reperi, præter hunc, quem Vaillantius ex Gazâ Ducis Vernolii inter raros refert.

(8) Cum eâdem epigraphe & typo habetur nummus argenteus Trajani Decii à nobis ex Gazâ Farneſianâ deſcriptus, ubi vide quæ adnotavimus: hic tamen inter ſingulares recenſendus.

VENERI VICTRICI. (1) Venus nuda columnæ nixa, dextrâ pomum, ſiniſtrâ ramum palmæ. *MB.*

HER ETRVSCILLA AVG. Caput Her. Etruſcillæ cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

VICTORIA AVG. Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. (2) Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

(1) Nummus hic Etruſcillæ cum hac epigraphe & typo ſingularis eſt, nec ullum alium præter hunc quem Mediobarbus ex Arſchotano cimelio profert, reperi.

(2) Typus & inſcriptio partis averſæ utriuſque præcedentis nummi potiùs ad Decium ſpectant, quàm ad Etruſcillam, uti ſuprà monuimus in altero ejuſdem generis, ubi legitur, ADVENTUS AUG. & Decius pacificatoris habitu cernitur in equo. Ad quam verò victoriam Auguſtorum referendus ſit hic nummus, diximus ſuprà in nummis Decii primi moduli. Cæterum uterque nummus ſingularis.

NUMISMATA ÆREA LATINA maximi moduli, vulgò Medaglioni.

HERENNIA ETRVSCILLA AVG. Caput Etruſcillæ cum ſtolâ ad pectus, & lunâ bicorni ad humeros.

PVDICITIA AVG. Mulier ſtolata ſedens faciei velum obducit, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam gerit. *Vaillant.*

Alius cum S. C. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. RE. DC. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Herenniæ Etruſcillæ cum ſtolâ ad pectus, abſque lunâ bicorni.

PVDICITIA AVGVSTAE. (1) Mulier ſtolata inſignis ſedet, velo faciem obducit, ſiniſtrâ tenet ſcipionem: à dextris ejus ſtat Salus ſtolata, dextrâ anguem præferens; à ſiniſtris verò Securitas dextram verſus caput attollit, ſiniſtrâ columnæ innixa. *Vaillant. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VESTA. (2) Sex mulieres velatæ ſtantes ſacra faciunt ad aram, coram templo rotundo quatuor columnis ſuffulto, in quo figura ſtat ſiniſtrâ haſtam tenens. *Regius. Farneſianus. Vaillant.*

(1) Licet omnes nummi maximi moduli hujus Auguſtæ rari ſint, hic tamen eſt ſingularis propter typum & epigraphen. Habetur nummus ſimilis ejuſdem Auguſtæ ex ære ſecundi moduli, niſi quòd in eo loco Securitatis Felicitas cernitur dextrâ gerens caduceum.

(2) Nummus hic inter rariores recenſendus.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

HERENNIA ETRVSCILLA AVG. Caput Her. Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ.

CONCORDIA AVG. (1) Figura muliebris ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ gerit. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FECVNDITAS AVG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextram puerulo ante ipſam ſtanti porrigit, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Regius. DC. Frad. Cham. SG.*

C HERENNIA ETRVC AVG. (*Alii legunt* CALEONNIA ETRVC AVG.) Caput Etruſcillæ ut ſuprà.

PVDICITIA. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ velum oculis admovet, ſiniſtrâ ſceptrum demiſſum tenet: in imâ parte S. C. *Fouc.*

HERENNIA ETRVSCILLA AVG. Caput Etruſcillæ ut ſuprà.

PVDICITIA AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in imâ parte. *Regius. Frad. RE. Cham. Val. SG. B.*

Eadem epigraphe. Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

PVDICITIA AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in imâ parte. *Fouc.*

(1) Exhibet hunc nummum Vaillantius inter rariores è cimelio Cherchemontii.

NUMISMATA Æ. I.
in Coloniis cuſa.

EREN ETRVSCILLA AVG. Caput Her. Etruſcillæ.

COL IVL AVG FE CREMNA. (1) *Colonia Julia Auguſta Felix Cremna.* Aquila à fronte alis expanſis; in parte nummi ſuperiore tria capita, quorum medium coronâ radiatâ ornatum eſt. *Vaillant.*

(1) Cremna urbs Piſidiæ in confinio Pamphyliæ apud Ptolemæum lib. v. cap. v. à quo Colonia vocatur, ut & à Strabone lib. xii. pag. 569 Τλεῖ μὲν οὖν Κρήμναν Ῥωμαίων ἄποικοι ἔχουσιν &c. Dicitur Julia fortaſſis quòd à Julio deducta ſit; Auguſta verò, quòd ab Auguſto veterani in eam miſſi fuerint; quod confirmat nummus ejuſdem Coloniæ in honorem Elagabali cuſus, in quo ſigna militaria cernuntur. Tria autem capita in partis averſæ nummi vertice; medium coronâ radiatâ cinctum, Decius Etruſcillæ maritus videtur; Etruſcus filius natu major patrem aſpicit, Hoſtilianus alter filius ex alterâ parte. Aquilam verò inſigne Imperii Romani [illegible], nemo ignorat.

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

EPENNIA ETPOTCKIAAA CEB. *Herennia Etruſcilla Auguſta.* Caput Hereniæ Etruſcillæ.

ANTIOXEΩN MHTPO KOAΩN. *Antiochenorum Metropoleos Coloniæ.* Templum tetraſtylum, in quo figura muliebris turrita inſidens ſcopulis, cum fluvio pro pedibus: in parte nummi ſuperiore Aries; in areâ S. C. Δ E. *Senatuſconſultum. Tribunitia Poteſtatis. Vaillant. De C.*

EPEN ETPOTCKIAAA CEB. Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

EΦECIΩN ΠPΩTΩN ACIAC. (1) *Epheſiorum primorum Aſiæ.* Diana altè ſuccincta gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ facem accenſam tenet, ſiniſtrâ arcum & ſagittam; pro pedibus cervus. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo abſque lunâ bicorni.

EΦECIΩN AΠHNH IEPA. (2) *Epheſiorum Tenſa Sacra.* Carpentum à duobus equis tractum. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo & lunâ bicorni.

APTEMIC EΦECIA ACTAOC. (3) *Diana Epheſia Inviolabilis.* Diana Epheſia cum adminiculis & cervis. *Bau. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

EΠ CT AIA AΓAΘOKAEOTC KOAOΦONIΩN. (4) *Sub Prætore Ælio Agathocle Colophoniorum.* Figura nuda ſtans à dextris ſiniſtrorſum. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ.

EΠ ATP A'ΠΦIANOT TOT KE (ſic) AΘHNAIOT AP A' MAIONΩN. (5) *Sub Aurelio Apphiano qui & Athenæus, Archonte primo Mæonum.* Jupiter Philal. ſtans cum pallio, dextrâ aquilam tenet, ſiniſtrâ haſtam. *Val. De C. Fontaine. Vaillant.*

....

EΠI CTP EPMOΓENOTC NIKOMH-

(1) Fallitur Vaillantius dum pro cervo canem eſſe ait.

(2) In Gloſſis veteribus, *Tenſa*, ἅρμα θεῶν vertitur. Ἀπήνη, *vectabulum*; hiſce autem ſacris tenſis ſive vectabulis Deorum imagines in ludis ſupplicationibuſque ferebantur, ut pluribus docent Dionyſius Halicarnaſſeus lib. vii. circà finem, & Herodianus lib. v. in vitâ Elagabali. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. xxi. *Vehitur*, inquit, *ſimulacrum Dei Heliopolitani ferculo, uti vehuntur in pompâ ludorum Circenſium Deorum ſimulacra.* Feſtus; *Tenſam ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuviæ Deorum ludicris Circenſibus in circum ad pulvinar vehuntur. Fuit & ex ebore..... & ex argento.* Tenſæ autem illæ vehebantur equis, mulis, aſinis, ut ex nummis videre licet.

(3) Diana Epheſiæ cognomen ab Epheſo Ioniæ notiſſima urbe, in qua ſumma veneratione colebatur, accepit, & quaſi ſemper Diana Polymammia in nummis ſub hac epigraphe exhibetur; unde & Minucius eam vocat Epheſiam quæ mammis multis & uberibus inſtructa eſt. Huic urbi jus aſyli Senatus Tiberio imperante confirmavit, cum pleriſque civitatibus ademiſſet, ut fusè narrat Tacitus lib. 3. Annalium. De illo Senatuſconſulto mentionem quoque in Tiberio facit Suetonius his verbis: *Abolevit & jus moremque Aſylorum quæ uſquam erant:* ſed hujus brevitas Vaillantium in errorem induxit, cum opinaretur vir eruditus Epheſo ipſi deinde à Tiberio jus Aſyli ademptum fuiſſe, quod illi poſt multos annos Philippus Jun. reſtituerit. Aſylum locus erat quivis conſecrationis lege inviolabilis, unde illi nomen ab, α, privativo, & verbo συλλάω. Recenſet hunc nummum Vaillantius inter numiſmata ſecundi moduli.

(4) Hunc eundem nummum profert Vaillantius ex Theſauro Regio inter nummos ſecundi moduli, ſed ſic eum legit & deſcribit: EΠ CTP ΦA AΓAΘOKAEOTΣ, &; Apollo, inquit, nudus ſtans, dextrâ arcum, lævâ telum.

(5) Vaillantius ſic legit hunc nummum: EΠ ATP AΠΦIANOT TOT AΘHNAIOT APX A MAIONΩN. *Sub Aurelio Apphiano Athenæi filio Archonte Primo Mæonum.*

AEΩN

ΑΕΩΝ Β ΝΕΩΚ. *Sub Prætore Hermogene Nicomedienſium bis Neocororum.* Fortuna in templo quatuor columnarum. *Vaillant.*

ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΑΙΤΡΩΣΚΙΛΛΑΝ(ſic)ΣΕΒ. *Herenniam Etruſcillam Auguſtam.* Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ΣΕΠ ΡΗΣΑΙΝΗΣΙΩΝ Λ ΗΙΡ. (1) *Septimia Rheſænenſium, anno* 118. Templum teraſtylum cum periſtylio ſex columnarum à ſiniſtris dextrorſum, ad cujus veſtibulum aquila: in inferiore nummi parte fluvius nudus emergens. *Fouc. Vaillant.*

ΕΡΕΝ ΕΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑ ΣΕΒ. Caput Etruſcillæ ut ſuprà.

ΣΑΜΙΩΝ. *Samiorum.* Juno Samia cum pateris, adminiculis & pavonibus duobus, altero à dextris, altero à ſiniſtris. *Fouc. RE. De C. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. Figura muliebris velata ac ſtolata ſtans à fronte, utrâque manu ſtolâ involutâ; juxtà pedes à dextris rota, Samiorum nempe Nemeſis. *Fouc. RE. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. (2) Figura virilis altè ſuccincta ſiniſtrorſum converſa, pede lævo proræ navis impoſito ſtans ac retroſpiciens, dextram dextrorſum protendit, clypeum verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Fontaine. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. Figura muliebris ſtolata dextrorſum converſa ſtans, vaſculum geſtat utrâque manu. *Fouc. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. (3) Figura muliebris tutulata ac ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum ad cujus imum globus tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. (4) Templi facies quatuor columnis ſuffulta, ad cujus veſtibulum Juno Samia cum pateris & adminiculis. *Fouc. Regius. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. (5) Figura muliebris ſeminuda ſtans à dextris ſiniſtrorſum, utrâque manu quid veluti ventilabrum, aut velum tenet. *Frad. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. Mulier ſtans capite tutulato, dextrâ Junonis Pronubæ ſimulacrum geſtat, lævâ cornucopiæ. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΣΑΜΙΩΝ. Meleager aprum confodiens; pro pedibus canis. *Regius. De C. Vaillant.*

ΕΡ ΕΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑ ΣΕΒ. Caput Etruſcillæ ut ſuprà.

ΣΑΜΙΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΗΣ. (6). *Samiorum Pythagoras.* Figura virilis ſeminuda ſedens à ſiniſtris dextrorſum, globum columnæ ſeu cippo impoſitum radio attingit dextrâ; ſiniſtrâ verò, quâ & cathedræ innititur, haſtam tenet. *Fouc.*

ΕΡΕΝ ΕΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑ ΣΕΒ. Caput Etruſcillæ ut ſuprà.

ΣΑΜΙΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΗΣ. Typus ut ſuprà. *Regius. Châm.*

ΕΡΕΝΝΙΑ ΕΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑ ΣΕΒ. Caput Etruſcillæ ut ſuprà.

ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Α Μ Κ Γ Β. *Tarſi Metropoleos Prima Solius Ciliciæ Decreto Senatûs.* Bacchus ſtans, dextrâ racemum tenet, ſiniſtrâ thyrſum; ad pedes panthera. *Regius.*

ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΑΙΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑΝ ΣΕΒ. Caput Etruſcillæ ut ſuprà.

ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Α Μ Κ Γ Β. Bacchus nudus ſtans dextrâ cantharum, ſiniſtrâ thyrſum: pro pedibus panthera. *De C. Vaillant.*

ΕΡΕΝ ΕΤΡΟΥΣΚΙΛΛΑ ΣΕΒ. Caput Etruſcillæ ut ſuprà.

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ ΕΠΙ ΣΤΡ ΦΛ ΕΡΜΟΛΑΟΥ ΝΕΙΚΩΝ. (7) *Hypæpenorum ſub Prætore Flavio Hermolao Niconis filio.* Juno Pronuba manibus expanſis, cum tutulo, & peplo à tutuli ſummitate ad pedes. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΠΙ Σ.Ρ ΦΛ ΕΡΜΟΛΑΟΥ ΝΕΙΚΩ ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. Junonis Pronubæ ſimulacrum in templo ſex columnarum. *Regius. Vaillant.*

. . . .

ΕΠΙ ΣΤΡ ΦΛ ΕΡΜΟΛΑΟΥ ΝΕΙΚΩΝ ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. Dea ornatiſſima ſtans coronatur à Victoriâ palmam gerente. *Vaillant.*

(1) Nummum ſimilem refert Vaillantius inter nummos ſecundi moduli tantùm.
(2) Vaillantius recenſet hunc nummum ex eodem Fucaltiano cimelio inter nummos ſecundi moduli.
(3) Nummus Etruſcillæ cum hoc typo à Samiis cuſus, non extat apud Vaillantium.
(4) Recenſetur hic nummus à Vaillantio ex cimelio Regio inter nummos ſecundi moduli.
(5) Nummum hunc Etruſcillæ à Samiis cuſum non vidit Vaillantius.
(6) Nummum hunc recenſet Vaillantius ex eodem cimelio Fucaltiano inter nummos ſecundi moduli.
(7) Nummus Etruſcillæ cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

HERENNIA ETRVSCILLA AVG. Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ.

FECVNDITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ extenſâ, cornucopiæ geſtat ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes figura puerilis utramque manum ad eam tendens: in areâ S. C. *Fouc. Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FECVNDITAS AVGG. (1) Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Her. Etruſcillæ ad pectus, cum lunâ bicorni ad humeros.

PVDICITIA AVG. Figura muliebris velata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, velum faciei obducit dextrâ, haſtam verò tranſverſam tenet ſiniſtrâ: in imâ parte S. C. *Regius. Fouc. Frad. RE. Val. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Her. Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, abſque lunâ bicorni.

PVDICITIA AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in imâ parte. *Fontaine. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PVDICITIA AVGVSTAE. (2) Pudicitia ſedens à ſiniſtris dextrorſum inter Salutem & Felicitatem ſtantes. *Regius.*

(1) Fecunditatem non Auguſtæ, ſed Auguſtorum prædicat hic nummus, cui ſimilem habes inter argenteos ejuſdem Auguſtæ; inter raros tamen numerandus.

(2) Cum eadem epigraphe & typo, niſi quod loco Felicitatis, ſecuritas cernitur, protulimus nummum ejuſdem Auguſtæ maximi moduli, ex Gazâ Regiâ Mediceâ: hunc autem ſecundi moduli qui inter ſingulares recenſeri debet, propoſuit Vaillantius ex Gazâ Regiâ, ſed malè deſcriptum; Mulier, inquit, ſedens, dextram admovens peplo obvelanti faciem, & nullam mentionem facit de duabus figuris Pudicitiæ ſedenti adſtantibus.

NUMISMATA Æ. II.
in Coloniis cuſa.

HER ETRVSCILLA AVG. Caput Herenniæ Etruſcillæ infrà collum cum ſtolâ.

P M S COL VIM. *Provincia Mœſiæ Superioris Colonia Viminacium.* Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans inter bovem à dextris, & leonem à ſiniſtris adverſos, manibus tantiſper expanſis: in imâ parte AN. XI. *Vaillant.*

Alius cum AN. XII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Vaillant.*

Alius cum AN. XIII. (1) in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

(1) Puto hunc nummum malè lectum, & pro AN. XIII. legendum AN. XII. nam hoc anno à deductâ ſeu reſtitutâ Coloniâ, Decius hujus maritus contrà Gothos pugnans periit.

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

ΕΡΕΝΝΙΑ ΕΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ ϹΕΒ. *Herennia Etruſcilla Auguſta.* Caput Etruſcillæ.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. *Antiochenorum.* Mæander fluvius decumbens humi, dextrâ arundinem, ſiniſtro cubito urnæ impoſito. *Vaillant.*

Eadem epigraphe. Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥϹΙΑϹ. S C. *Tribunitiæ Poteſtatis Senatuſconſultum.* Aquila alis expanſis palmæ ramo inſiſtens, coronam lauream tenet roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Fouc. Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥϹΙΑϹ. S C. Aquila ut ſuprà, ſed roſtro dextrorſum converſo. *Regius.*

....

ΚΑϹΑΤΩΝ. (1) *Caſatarum.* Raptus Proſerpinæ: in imo vas & colus. *Vaillant.*

....

ΚΕΛΕΝΔΕΡΕΩΝ. (2) *Celendrenorum.* Fortuna ſtans cum temone. *Vaillant.*

(1) Caſæ Ciliciæ Aſperæ Urbs apud Ptolemæum. Pamphyliæ adſcribitur in Notitia Veteri Epiſcopatuum, geminam autem S S. ſcribitur in Concilio CP. quinto: Θεόδωρος ἐπίσκοπος τῆς Κασατῶν πόλεως. Profert Vaillantius hunc nummum ex cimelio Reginæ Sueciæ.

(2) Κελένδερις, *Celenderis*, Apollodoro, Ptolemæo, Joſepho, Tacito, & Plinio Ciliciæ oppidum; qui lib. v. ſect. XXII. *Regio Celenderitis cum oppido.* In Notitiâ Eccleſ. hoc oppidum Provinciæ Iſauriæ adſcribitur.

....

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. *Colophoniorum.* Fortuna ſtans cum temone & cornucopiæ. *Vaillant.*

ΕΡΕΝ ΕΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ. Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ.

ΕΠ ϹΤΡ ΑΡΤΕΜΑ ΜΑΓΝΗΤΩΝ ϹΙΠΥΛΟΥ. *Sub Prætore Artemago Magnetum à Sipylo.* Fortuna ſtans in templo tetraſtylo, dextrâ tenet temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius. Vaillant.*

....

ΕΠΙ ϹΤΡ ΑΡΤΕΜΑΓΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ ϹΙΠΥΛΟΥ. Jupiter ſedens ſuprà cippum, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

....

ΕΠΙ ΑΡΙϹΤΕΟΥ ΝΕΙΚΑΕΩΝ. *Sub Ariſteo Nicaenſium.* Bacchus ſtans nudus dextrâ poculum, ſiniſtrâ thyrſum : ad pedes panthera. *Vaillant.*

ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΩΤΡΑϹΚΙΛΛΑΝ ϹΕΒ. (ſic) Caput Herenniæ Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ.

ϹΕΠ ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ L ΗΙΡ. *Septimia Rheſanenſium anno* 118. Mulier turritâ inſidens rupibus à ſiniſtris dextrorſum, quibus lævâ innititur, dextrâ tenet ſpicas : pro pedibus fluvius emergens ; ſupernè aquila lauream geſtans roſtro. *Regius.*

ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΩΤΡΑϹΚΛΛΛΑΝ ϹΕΒ. (ſic) Caput Herenniæ Etruſcillæ.

ϹΕΠ ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ L ΗΙΡ. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

ΕΡΕΝΝΙΑ ΕΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ ϹΕΒ. Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ϹΕΠ ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ L ΗΙΡ. Colonus agens boves, ſiniſtrâ haſtæ innixus : in vertice aquila palmæ ramo inſiſtens, coronam lauream gerens roſtro. *Vaillant.*

ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΩϹΤΡΑϹΚΛΛΛΑΝ ϹΕΒ. (ſic) Caput Herenniæ Etruſcillæ.

ϹΕΠ ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ L ΗΙΡ. Aquila palmæ ramo inſiſtens, coronam lauream tenens roſtro : ſupernè caput muliebre tutulatum. *Vaillant.*

ΕΡΕΝΝΙΑ ΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ ϹΕΒ. (ſic) Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ϹΕΠ ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ L ΗΙΡ. Noctua in limine templi diſtyli : in imâ parte fluvius emergens. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΕΠ ΚΟΛ ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ L ΗΙΡ. *Septimia Colonia Rheſanenſium anno* 118. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

ΕΡΕΝΝΙΑ ΕΤΡΟΥϹΚ.....Caput Etruſcillæ ut ſuprà.

ϹΕΠ ΚΟΛ ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ L ΗΙΡ. Colonus agens boves à dextris ſiniſtrorſum : ſupernè aquila coronam lauream gerens roſtro : in imâ parte fluvius emergens. *Regius.*

ΑΥΤ Κ Γ Μ Κ ΤΡΑ ΔΕΚΙΟϹ ϹΕΒ. ΕΡΕΝ ΕΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ ϹΕΒ. *Imperator Cæſar Cnæus Meſſius Quintus Trajanus Decius Auguſtus. Herennia Etruſcilla Auguſta.* Capita Decii & Etruſcillæ adverſa ; illud coronâ radiatâ inſigne, hoc lunâ creſcente ad humeros ornatum.

ϹΕΠ ΚΟΛ ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ L ΗΙΡ. Colonus agens boves, ſiniſtrâ haſtæ innixus : in vertice aquila palmæ ramo inſiſtens, coronam lauream geſtat roſtro. *Vaillant.*

ΕΡΕΝ ΕΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑ ϹΕΒ. Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ϹΑΓΑΛΑϹϹΕΩΝ. (1) *Sagalaſſeorum.* Aræ duæ ſub porticibus ; in utrâque lunâ bicornis & ſtella, columnâ prægrandi intermediâ. *Regius.*

....

ϹΑΜΙΩΝ. *Samiorum.* Fortuna in templo quatuor columnarum, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant.*

ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΕΤΡΟΥϹΚΙΛΛΑΝ ϹΕ. Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ ΑΜΚ Γ Β. (2) *Tarſi Metropoleos, Primæ Solius Ciliciæ. Decreto Senatus.* Figura muliebris galeata ſtans, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ haſtam ferratam & clypeum. *Regius.*

....

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. *Hypæpenorum.* Dea ornatiſſima in templo quatuor columnis ſuffulto. *Vaillant.*

(1) Sagalaſſus urbs Piſidiæ. Plinio lib. v. ſect. xxiv. *Sagaleſſos.* Stephano, Σαγάλασσος, πόλις Πισιδίας..... τὸ ἐθνικὸν, Σαγαλασσεὺς, καὶ Σαγαλασσηνός. Ptolemæo Lyciæ urbs dicitur. Hanc autem urbem junctam fuiſſe concordiâ cum Lacedæmone Peloponneſi urbe, ſive Spartâ, indicat nummus M. Aurelii apud Vaillantium, apud quem non extat hic nummus Etruſcillæ à Sagalaſſeis cuſus.

(2) Nummus cum hoc typo à Tarſenſibus Etruſcillæ cuſus non extat apud Vaillantium.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

HER ETRVSCILLA AVG. Caput Etruſcillæ cum ſtolâ ad pectus, & lunâ bicorni ad humeros.

IVNO REGINA. (1) Figura muliebris ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtæ innixa: à dextris juxtà pedes pavo. *Trad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PVDICITIA AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ velum faciei obducit, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenet. *Ban.*

(1) Licet omnes nummi ærei tertii moduli hujus Auguſtæ rari ſint, tamen hic eſt ſingularis.

NUMISMATA Æ. III.
in Coloniis cuſa.

ERENNIA (ſic) ETRVSCILLA AVG. Caput Etruſcillæ ad pectus cum ſtolâ.

CO P F CAE METRO. (1) *Colonia Prima Flavia Cæſarea Metropolis.* Caput muliebre turritum. *Fouc.*

(1) Nummus hic Etruſcillæ non extat apud Vaillantium.

NUMISMATA GRÆCA Æ. III.

E..........

ΦΕÇΙΩΝ. (1) *Epheſiorum.* Aper. *Vaillant.*

ΕΡΕΝΝΙΑΝ ΑΙΤΡΩΣΚΙΛΛΑΝ ΣΕΒ. (ſic) *Herenniam Etruſcillam Auguſtam.* Caput Her. Etruſcillæ.

ΣΕΠ ΡΗΣΑΙΝΗΣΙΩΝ L ΗΙΡ. (2) *Septimia Rheſænenſium, anno* 118. Templum diſtylum cum ſex columnis à latere, in cujus aditu aquila: in imâ parte fluvius emergens. *Vaillant.*

(1) Ad urbis originem ſpectare hunc nummum inquit Vaillantius, ut videre eſt apud Athenæum pag. 361.

(2) Puto non aquilam, ſed noctuam in templi aditu eſſe, ut diximus in nummis Trajani Decii.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

HERENNIA ETRVSCILLA AVG.

CONCORDIA AVG SC. Figura muliebris ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ.

....

FECVND AVG S C. Figura ſtans cum puerulo.

HER ETRVSCILLA AVG.

FECVNDITAS AVG. Figura ſtolata, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ; cum puerulo ad pedes.

HERENNIA ETRVSCILLA AVG.

FECVNDITAS AVG S C. Typus ut ſuprà.

HER ETRVSCILLA AVG.

PVDICITIA AVG S C. Figura ſtans peplo velans faciem.

HERENNIAE ETRVSCILLAE AVG.

PVDICITIA AVG S C. Figura ſedens peplo velans faciem.

HERENNIA ETRVSCILLA AVG.

PVDICITIA AVG S C. Figura muliebris ſedens, dextram admovens peplo obvelanti faciem.

Eadem epigraphe.

PVDICITIA AVGVSTA S C. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

PVDICITIA AVGVSTAE S C. Figura muliebris ſeminuda ſedens, ſiniſtrâ ſceptrum, hinc Salus cum angui ſtat, inde Securitas ſiniſtro cubitu columnæ nixa, dextrâ caduceum.

....

PVDICITIA AVGVSTAE S C. Figura ſedens inter duas Deas ſtantes.


Nummi in Coloniis cuſi.

HER ETRVSCILLA AVG.

P M S COL VIM AN..... Figura muliebris in medio duorum leonum.

HERENNIUS ETRUSCUS.

QUINTUS HERENNIUS ETRUSCUS MESSIUS DECIUS, Decii Auguſti & Herenniæ Etruſcillæ, à quâ denominatus videtur, filius natu major, Cæſar à patre poſt devictos Philippos appellatus eſt, ac Tribunitiâ Poteſtate exornatus, ut ex nummis conſtat; cumque Gothi Romanas Provincias infeſtarent in eos miſſus, ut eorum incurſionibus obſiſteret, bellum variâ cum iis fortunâ geſſit; tandem patre Duce contrà eoſdem fortiter pugnans cæſus eſt, ipſo ſui Conſulatûs anno, Chriſti nempè 251. circà finem, cum Auguſtam dignitatem paulò ante accepiſſet, ut declarant ejus nummi, in quibus Imperator & Auguſtus nuncupatur. Imperavit unà cum patre annis duobus, ut tradunt Victor & Eutropius, quibus adſtipulatur nummus in quo Tribunitiâ Poteſtate ſecundùm Conſul ſecundùm dicitur, & etiam alter Ægyptiacus, in quo ſecundus annus hujus imperii conſignatus legitur.



P. S. f. f.

NUMISMATA AUREA.

Q. HER ETR MES DECIVS NOB C. Caput Etruſci radiatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG. (1) Mercurius nudus cum pallio ex humeris pendente, & pileo alato ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ

(1) Nummi aurei hujus Imperatoris rariſſimi ſunt; hic autem nummus, qui Auguſtorum pietatem prædicat, nimirum Decii patris ac filii Etruſci, cuſus videtur paulò ante extremam illam pugnam con-

geſtat crumenam, ſiniſtrâ caduceum: in imâ parte punctum. *Arſchotanus.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura paludata ſtans, dextrâ ſceptrum, ſiniſtrâ jaculum per tranſverſum. *MB. ex cimelio Theupol.*

trâ Carpos, in quâ cæſi fuere, cum eo tempore Etruſcus à Patre Auguſtam dignitatem accepiſſet, ut alibi diximus. Mercurius autem in hoc nummo exhibetur cum crumenâ & caduceo, quo modo paſſim repræſentatur; præfectus enim lucris, & mercatorum publicanorumque tutelaris Deus credebatur: Cæſar lib. 6. de Bello Gallico: *Deum*, inquit, *Mercurium colunt........ hunc ad quæſtus pecuniæ mercaturaſque habere vim maximam arbitrantur.* Cornutus in Perſii Sat. v. de Mercurio: *Ipſum Deum lucri dicunt, unde & cum ſacculo pingitur.* Phurnutus de Mercurio agens: ἐντεῦθεν, ait, καὶ τοῦ ἐμπορεύεσθαι ἐπιστάτης ἔδοξεν εἶναι, καὶ ἐμπολαῖος, καὶ κερδῷος ἐπωνομάσθη. Vide Suidam in Ἑρμῆς, Codinum de Signis & Statuis urbis CP. Nazianzenum in 1. & 2. Orat. contrà Julianum, Lilium Gyraldum de Diis Gentium ſyntagmate IX. Mercurii autem caduceum, ac ejus uſum breviter deſcribit Virgilius lib. IV. Æneid.

Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco
Pallenteis, alias ſub triſtia Tartara mittit,
Dat ſomnos, adimitque, & lumina nocte reſignat:
Illâ fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila.———

Libet hîc Mercurii figuram peculiarem expreſſam ex æreo antiquo ſigno, quod aſſervatur in Muſæo eruditiſſimi P. Chamillart exhibere, ubi pileatus, alatus, cum lunâ bicorni inter alas cernitur, dextrâ tenens cornucopiæ, ex quo erumpit caduceus, ſiniſtrâ crumenam, ſeu ſacculum. Vide quæ de hiſce Mercurii attributis habet idem Vir eruditus in Diſſertatione ab ipſo editâ.



EX MVS·P·CH·

NUMISMATA ARGENTEA.

HEREN ETRV MES QV DECIVS CAESAR. Caput Her. Etruſci radiatum, ad humeros cum paludamento.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenet ſceptrum. *Regius.*

Q HER ETR MES DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci nudum, ad humeros cum paludamento.

AEQVITAS AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Ex Schedis R D R.*

Q HER MESS DECIVS P F AVG.

CONCORDIA AVGG. Duæ dextræ junctæ. *MB.*

Q HERE TRAIANVS DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. (2) Duæ dextræ junctæ. *RE.*

Q HER ETR MES DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

CONCORDIA AVGG. Duæ dextræ junctæ. *Fouc. Regius. M MA. Cham. Le Roy. Fontaine. Brandenburg. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

(1) Nummus Etruſci cum hac epigraphe ſingularis eſt.

(2) Duas illas dextras junctas perperam nonnulli ad concordiam inter Etruſcum & Hoſtilianum indicandam expreſſas fuiſſe putarunt; quippe Hoſtilianus poſt patris ac fratris cædem Auguſtus appellatus fuit, ut in ejus vitâ videre eſt; ad indicandam itaque concordiam inter Etruſcum & patrem Decium à quo Auguſtam dignitatem acceperat, nummus hic cuſus videtur.

CONCORDIAE. (1) Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS EXERC ILLYRICIANI. (2) Genius ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtra cornucopiæ: à ſiniſtris ſignum militare erectum. *Cham.*

Eadem epigraphe.

MARTI...... Mars gradivus. *MB.*

IMP C Q HER ETR MES DECIO AVG. Caput Her. Etruſci radiatum, ad humeros cum paludamento.

MAR PROP. (3) Figura militaris galeata gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeo armatâ ſiniſtrâ. *Fouc. Hen.*

Q HER ETR MES DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

MARTI PROPVGNATORI. (4) Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham. MB.*

M HE ETRV MES QV DECIVS CAESAR. (ſic) Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

PANNONIAE. (5) Figura muliebris tunicata ſtans, ramum tenet dextrâ, ſignum verò militare amplectitur ſiniſtrâ. *Fouc.*

Q HERE TRAIANVS DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

PIETAS AVGG. (6) Figura virilis ſeminuda, dextrâ tenet quiddam velut bipennie, ſiniſtrâ cornucopiæ. *RE.*

Q HER ETR MES DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

PIETAS AVGG. (7) Mercurius nudus cum galero, & pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ſtans, crumenam tenet dextrâ, caduceum verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. M MA. Cham. Fontaine. Brandenburg. MB.*

Q HER MESS DECIVS P F AVG.

PIETAS AVGVSTORVM. Vaſa Pontificalia. *MB.*

Q HER EN MES DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci radiatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGVSTORVM. Vaſa Pontificalia. *RE.*

Q HER ETR MES DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

PIETAS AVGVSTORVM. Vaſa Pontificalia. *Regius. M MA. Cham. Fontaine. Brandenburg.*

Q HE ETRVSC MF DECIVS NO C. (ſic) Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

P M TR P II CONS II. (8) Imperator togatus ſtans ad aram ignitam, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ togam colligit. *Cham.*

Q HER ETR MES DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

PRINC IVVENT. (9) Apollo ſeminudus ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ demiſſâ tenet ramuſculum, ſiniſtro cubito ſellæ innixo. *Fauvel. Fontaine.*

(1) Hunc oummum Vaillantius ex eimelio D. Tronſon profert, ac inter raros recenſet; ſed num loco CONCORDIAE legendum ſit CONCORDIA AVGG. eruditi videtint.

(2) Nummi cum hac epigraphe in Etruſeo inter rariores recenſendi ſunt.

(3) Hunc nummum Vaillantius inter rariſſimos recenſet, & cuſum ait, cum Herennius ad bellum, quod vocant Germanicum, proficiſceretur; quod omnino falſum eſt, ut ipſa capitis inſcriptio demonſtrat, in quâ Imperator & Auguſtus Etruſcus dieitur; quam dignitatem paulo ante poſtremam illam pugnam eontra Carpos, in qua cæſus occubuit, nactus erat. Nummum itaque euderunt duo Impp. paulò ante prædictum præ iunt *Marti Propugnatori* ſacta facientes, ut ſe pugnando contra barbaros defenderet.

(4) Hie alter nummus, in quo Etruſcus Cæſar tantùm appellatur, cuſus videtur quo tempore contra Gothos Romanas Provincias infeſtantes à patre præmiſſus fuit. Mars autem ut erat belli præſes, etiam à Romanis, quod Romuli pater putaretur, ſummo honore colebatur.

(5) Nummus ſingularis ob capitis epigraphen, ubi Marcus Herennius appellatur, niſi dicendum nummum malè lectum, & loco M. legendum IV. quæ literæ ſunt notæ Monetarii, ut videre eſt in nummo æreo Hoſtiliani tertii moduli, & in nummo argenteo Voluſiani; in primo hæc nota IV. in ſecundo verò VII. Nummus cum hae epigraphe, & hoc typo in Etruſco rariſſimus, imò ſingularis; in Decio verò communis.

(6) Figura virilis repræſentare videtur Mercurium, ſed cum attributo peculiari, niſi malè deſcriptus ſit.

(7) Nummos hoſce & ſequentes cum epigraphe PIETAS AVGVSTORVM Vaillantius inter rariores recenſet, ſed malè.

(8) Nummus hic ſingularis, nam Victori & Eutropio adſtipulatur ſcribentibus, Etruſcum unà cum patre biennium imperaſſe. Qui aliter epigraphen partis averſæ legunt ac explicant, num rectè? eruditi videtint.

(9) Herennius Etruſcus à patre ſtatim poſt devictos Philippos Cæſar appellatus fuit, ac Principis Juventutis titulo exornatus, ut patet cum ex nummis, tùm ex ſequenti inſcriptione repertâ Valentiæ in Hiſpaniâ, quam profert Gruterus pag. 274.

Q. HERENNIO
ETRVSCO
MESSIO DECIO
NOBILISSIMO
CAES. PRINCIPI
IVVENTVTIS
VALENT. VETER
ET VETERES.

Eadem epigraphe cum eadem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (1) Etruſcus paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, ſpiculum verò tranſverſum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. M M A. Fontaine. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Apollo cum veſtitu muliebri ſeminudus, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, lauri ramum elatum tenet dextrâ, citharæ verò ſellæ impoſitæ innititur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Etruſcus ſedens, dextrâ victoriam, lævâ orbem tenet. *Collegii.*

Q HERE TRAIANVS DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C HER ETR MES DECIO AVG. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

SECVRITAS AVGG. (2) Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextrâ capiti admotâ. *Fauvel.*

Q HERE TRAIANVS DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Figura muliebris tunicata, cum pallio in brachium dextrum rejecto, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ. *RE. M B M.*

Q HER ETR MES DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. M M A. Cham. Val. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Her. Etruſci nudum, ad humeros cum paludamento.

SPES PVBLICA. (3) Figura ſtans in templo quatuor columnis ſuffulto, dextrâ tenet neſcio quid, ſiniſtrâ haſtæ innititur. *Fontaine, Nummus maximi moduli. Vaillant.*

HEREN ETRV MES QV DECIVS CAESAR. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

VBERITAS AVG. (4) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ geſtat crumenam, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

IMP C Q HER ETR MES DECIO AVG. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

VICTORIA GERMANICA. (5) Victoria tunicata & ſuccincta, concitato gradu gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham.*

IMP C Q HER ETR MES DECIVS AVG. Caput Her. Etruſci radiatum.

VICTORIA GERMANICA. Typus ut ſuprà. *MB.*

(1) Nummos cum hac epigraphe & hoc typo inter rariores recenſet Vaillantius, ſed mihi rariores videntur cum ſequenti typo.

(2) Nummus ſingularis, qui, quòd in eo Etruſcus Imperator & Auguſtus dicatur, cuſus videtur paulo ante extremam illam pugnam contra Carpos, in qua Decii cæſi fuere; ſecuritatem Auguſtorum prædicat ob victorias illas, quas Decii primis congreſſibus de Barbaris reportarunt, ut ſcribit Zoſimus.

(3) Spei Deæ ædes erant Romæ in foro olitorio, templum autem novum ejuſdem, quod in hoc nummo videtur expreſſum, in VII. Urbis regione. Spei autem in Cæſarum nummis ſolitus eſt typus. Nummus hic ſingularis ob elegantiam, magnitudinem, ac typi raritatem.

(4) Nummus cum hac epigraphe in Etruſco ſingularis eſt.

(5) Habetur nummus argenteus Decii patris cum eadem epigraphe, ubi vide quæ de victoriâ Germanicâ adnotavimus. Nummi cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

NUMISMATA ÆREA GRÆCA maximi moduli, vulgò Medaglioni.

K TIN EPEN ETPOYCKOC MEC ΔΕΚΙ. *Quintus Herennius Etruſcus Meſſius Decius.* Caput Her. Etruſci nudum, ad pectus cum paludamento.

ΕΠ C ΚΟΜ Φ ΓΛΥΚΩΝΟC ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (1) *Sub Prætore Cominio Fabio Glyconis Filio Theologo, Pergamenorum Primorum ter Neocororum.* Jupiter ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtæ innixus: ante eum ſtat Hercules dextrâ demiſſâ geſtans fulmen, ſiniſtrâ pallium. *Regius. Vaillant.*

....

ΕΠ C ΚΟΜ Φ ΓΛΥΚΩΝΟC ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ ΝΕΩ-

(1) Perperam hic nummus deſcribitur à Vaillantio, qui Jovem ſtantem, & Herculem clavâ armatum ait. De hac autem urbe celeberrimâ Phrygiæ Majoris nonnulla diximus ſuprà in Trajani Decii nummis. Theologus, dignitas erat, ut Sacerdos, Pontifex Maximus, &c. quæ cum Magiſtratu in Pergamenorum nummis exprimebatur; illique erant Theologi, qui rerum divinarum, & ad Deos ſpectantium ſcientiam callebant. Hujus vocis meminere Lucianus in Pſeudom. Porphyrius lib. II. de Abſtin. Cicero de Naturâ Deorum lib. III. aliique nonnulli ex ſcriptoribus antiquis.

ΚΟΡΩΝ.

ΚΟΡΩΝ. *Sub Prætore Cominio Fabio Glycotenis F. Theologo Pergamenarum Primorum ter Neocororum.* Æſculapius ſtans cum baculo cui ſerpens circumvolvitur: ex adverſo Juno Pronuba utrâque tædam ardentem. *Vaillant.*

NUMISMATA LATINA Æ. I.

Q HER ETR MES DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci nudum, ad humeros cum paludamento.

PACI. (1) Templum ſex columnis ſuffultum cum gradibus, & in imâ parte S.C. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Mercurius paludatus ſtans, dextrâ tenet crumenam, ſiniſtrâ caduceum: in areâ S. C. *Frad. Fouc. DC. Regius. Cham. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Herennii Etruſci nudum, ad pectus cum paludamento.

PIETAS AVGVSTORVM. (2) Vaſa Pontificalia: in imâ parte S. C. *Frad. Fouc. DC. Regius. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Her. Etruſci nudum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura militaris paludata ſtans, dextrâ ſceptrum demiſſum tenet, ſiniſtrâ ſpiculum inverſum: in areâ S. C. *Frad. Cham. Val. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Her. Etruſci nudum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad. Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (3) Figura militaris paludata ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ haſtam puram: in areâ S. C. *Frad. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Her. Etruſci nudum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (4) Figura muliebris ſeminuda ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ ramuſculum tenet, cubito ſiniſtro ſedi innixa: in imâ parte S. C. *Frad. Fouc. Regius. Cham. Val.*

(1) Cum eâdem epigraphe habetur nummus Tetrici Junioris à Triſtano productus, ſed diverſo typo, nam in Tetrici nummo templum duabus columnis ſuffultum cernitur, & in ejus medio ſtat Dea ipſa. Nummus hic Etruſci inter ſingulares, & non priùs viſos recenſendus; dedicatus Paci Deæ videtur à Senatu in augurium pacis, quo tempore contrà Gothos à patre in Illyricum præmiſſus fuerat. Hæc epigraphe & hic typus tùm primum in nummis Imperatorum occurrunt.

(2) Hunc nummum Vaillantius inter rariſſimos recenſet.

(3) Nummus hic cum hoc typo rarioribus adſcribendus.

(4) Nummum Etruſci cum hoc typo Vaillantius inter rariores recenſet.

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

KOT ΕΡΕ ΕΤΡΟ ΜΕ ΔΕΚΙΟC ΚΑΙ. *Quintus Herennius Etruſcus Meſſius Decius Cæſar.* Caput Her. Etruſci laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΑΝΑΖΑΡ ΕΝΔ ΜΗΤΡ. ΕΤ ΗΞC. Γ Β. (1) *Anazarbi glorioſa Metropoleos anno 268. Decreto Senatus.* Victoria in bigâ à dextris ſiniſtrorſum, equos regit dextrâ, coronam verò lauream geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

ΚΟΤ ΕΡ ΕΤΡΟ ΜΕ ΔΕΚΚΙΟC ΚΑΙ. Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

ΑΝΑΖΑΡΕΩΝ, (pro ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ) ΜΗΤΡ. Γ. Β. ΕΤ. ΗΞC. Typus ut ſuprà. *Collegii.*

ΕΡΕΝΝ ΕΤΡΟΤ ΜΕ ΚΤ ΔΕΚΙΟC ΚΕCΑΡ. Caput Etruſci nudum, ad humeros cum paludamento.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΛΩΝ. Δ. Ε. S. C. *Antiochenorum Metropoleos Coloniæ, Tribunitia Poteſtate, Senatuſconſulto.* Templi facies quatuor columnis ſuffulta, ad cujus veſtibulum figura muliebris capite velato

(1) Anazarbus, urbs Ciliciæ illuſtris ad Pyramum fluvium, Tarſi Macrino faventis æmula, Elagabali partes ſecuta, à quo, poſt debellatum interfectumque Macrinum, altera Provinciæ Metropolis facta eſt; unde in nummis Juliæ Paulæ ejuſdem Auguſti uxoris hoſce titulos accepit: Πρώτη Μόνη Κιλικίας. Γράμματι Βουλῆς. *Prima Sola Ciliciæ Decreto Senatus.* Hierocles Grammaticus in Synecdemo hanc urbem Ciliciæ Secundæ Metropolim fuiſſe ait; ſed Ciliciam in Primam & Secundam non ante Arcadium diviſam fuiſſe Emin. Card. Noriſius rectè obſervavit. Plinio lib. v ſect. xxii. *Anazarbeni, qui nunc Cæſarea,* &c. Suidas eam olim Κυίνδα, *Quinda* vocatam ait, poſtea Diocæſaream, ab Auguſto nempe, qui huic plurima contulit beneficia, cum in Ciliciam veniſſet anno Urbis 734. unde Epocham numeravit, ut ſcribit Eminentiſſimus Noriſius; Harduinus verò hujus oppidi æram cœpiſſe putat circiter annum Urbis 741. Auguſti Principatûs 31. poſt Actiacam victoriam 19. Cæterum Vaillantius hunc nummum ex eodem cimelio Fucaltiano recenſet inter nummos ſecundi moduli & ſic legit ΕΡΕΝ ΕΤΡΟΥ ΜΕ ΚΤ ΔΕΚΙΟC ΚΑΙC. Epigraphe partis adverſæ: ΑΝΑΖΑΡ ΕΝΔ ΜΗΤ ΕΤ ΗΞC ΓΓ.

ac turrito, inſidens monticulis à ſiniſtris dextrorſum, ſpicas tenet dextrâ, ſiniſtrâ veſte involutâ: in inferiore nummi parte fluvius nudus emergens; in vertice Aries. *Fouc. Regius. Vaillant. De C.*

ΚΥ ΕΡ ΕΤΡ ΜΕ ΔΕΚΙΟϹ ΚΑΙ. Caput Her. Etruſci ad pectus cum paludamento.

ΕΠΙ ϹΤΡ ΦΛ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥϹ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. *Sub Prætore Flavio Agathocle Colophoniorum.* Figura virilis imberbis nuda, ſiniſtrorſum converſa, brachiis demiſſis ac pugnis compreſſis. *Fouc. Vaillant.*

....

ΕΠ ϹΤΡ Π ΚΛ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΚΟΙΝΟΝ ΠΑΝΙΩΝΙΩΝ. (1) *Sub Prætore Publio Claudio Athenæo Commune Panioniorum.* Jupiter Philalethes ſtans, dextrâ aquilam, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

ΚΥΙΝ ΕΡΕΝ ΕΤΡΟΥϹΚΟϹ ΔΕΚΙ. Caput Etruſci nudum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠΙ ΔΟΡΤΛΑΟΥ ϹΑΛΕΙΤΩΝ. (2) *Sub Dorylao Salitarum.* Etruſcus paludatus ſub arbore, paterâ libans ſuper aram ignitam, ſiniſtrâ haſtam tenet. *Regius. Vaillant.*

....

ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ Α Μ Κ Γ Β. (3) *Tarſi Metropoleos, primæ ſolius Ciliciæ, Decreto Senatus.* Obeliſcus; hinc & inde figura militaris cum galeâ. *Vaillant.*

....

ΕΠΙ ΑΥΡ ΡΟΥΦΕΙΝΟΥ ΑΡΧ Α ΤΟ Β. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Aurelio Rufino Archonte Primo iterum, Philadelphenorum Neocororum.* Fortuna ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant.*

(1) Stephano: Πανιώνιον, τέμενος καὶ πόλις ἐν τῇ παραλίᾳ τῶν Ἐφεσίων καὶ Σαμίων. Ο πολίτης Πανιώνιος ὦ τὸ οὐδέτερον τὰ Πανιώνια. *Panionium lucus & urbs in littore maritimo Epheſiorum, & Samiorum. Civis Panionius, cujus neutrum Panionia.* Strabo lib. XIV. Panionium tribus ſtadiis ſuprà mare ſitum ait, ubi Iones ſolemnem conventum celebrant Heliconio Neptuno, & ipſi ſacra faciunt. Vide Herodotum lib. I. cap. 143. & 148. & nummum Saloninæ ſecundi moduli. Cæterum hunc nummum ſingularem profert Vaillantius ex cimelio Falchneriano.

(2) Plurimi habentur nummi diverſorum Imperatorum in eâdem urbe cuſi, ut videre eſt apud eruditiſſimum Harduinum, ſed in lectione horum nummorum variæ ſunt eruditorum opiniones; alii enim ϹΑΛΕΙΤΩΝ & ϹΑΛΙΤΩΝ legunt, ut Patinus & Vaillantius, qui hunc nummum ad urbem Lydiæ, quòd in Notitiâ Eccleſiaſticâ inter Epiſcopos Lydiæ recenſeatur ὁ Σάλων, ſpectare putant; alii verò, qui ſic legunt, ad Hyrcaniæ populum, oppidumque Σαλη nummos hoſce ablegant; Giſbertus verò Cuperus ad oppidum Pannoniæ inferioris, cui Σάλας nomen eſt apud Ptolemæum hos nummos refert. At laudatus Harduinus, qui ΕΛΑΙΤΩΝ legit, ad hanc lectionem confirmandam, Notitiam inquit Eccleſiaſticam multo recentiorem eſſe nummis, neque Hyrcanos unquam hunc Romanis honorem habuiſſe, ut nummos in eorum gratiam cuderent; nec Pannoniam utramque Græcis characteribus uſam fuiſſe, ſed ſemper Latinis. Deinde Plinium, Strabonem, & Stephanum citat; Plinio, inquit, lib. V. ſect. XXXII. *Oppidum Elæa, & ex Myſiâ veniens Caïcus amnis*, in Æolide. Straboni lib. XII. pag. 571. regio per quam Caïcus elabitur, Ἐλαΐτις. Stephano: Ἐλαία, πόλις τῆς Ἀσίας, Αἰολικὴ..... incolæ Ἐλαΐται. Vide nummos Hoſtiliani, ubi ipſe Vaillantius ΕΛΑΙΤΩΝ legit.

(3) Hunc nummum profert Vaillantius ex Patini cimelio.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

Q HER ETR MES DECIVS NOB C. Caput Herennii Etruſci nudum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG. Mercurius nudus cum divinitatis pallio, dextrorſum converſus ſtans, crumenam tenet dextrâ, caduceum verò geſtat ſiniſtrâ, quâ & pallium colligit: in areâ S. C. *Fouc. Regius. RE. Frad. Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (1) Imperator paludatus ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam tenet. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Her. Etruſcus paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſcipionem tenet dextrâ demiſsâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc. Regius. DC. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS (2) Figura muliebris ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ramum tenet dextrâ, brachio verò ſiniſtro ſellæ innititur: in imâ parte S. C. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura feminuda, cætera ut ſuprà, cum S. C. in imâ parte. *Laiſné.*

(1) Nummus Etruſci cum hoc typo adnumerandus eſt cum rarioribus.

(2) Licet omnes nummi hujus Imperatoris ex ære ſecundi moduli haud obvii ſint, tamen hic cum hoc typo inter rariores recenſendus eſt.

NUMISMATA Æ. II.
in Coloniis cuſa.

AETRVSCVS (ſic) ET QVINTVS CAESS. Capita radiata & jugata Herennii & Hoſtiliani, ad pectus cum paludamento.

COL AEL KAP COMM. (1) *Colonia Ælia Kapitolina Commodiana.* Jupiter ſtans ſeminudus ad ſiniſtram ſpectans, dextrâ haſtæ innixus, ſiniſtrâ caput humanum ſuſtinet; à dextris caduceus erectus. *Regius. Vaillant.* Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

COL AEL KAP COMM. Figura militaris vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ, haſtam tranſverſam tenet ſiniſtrâ. *Vaillant.*

ΕΡ ΕΤΡ Δ Μ ΚΥΙΝΤΟϹ. *Herennius Etruſcus Decius Meſſius Quintus.* Caput Her. Etruſci nudum, ad pectus cum paludamento.

COL P F AV CAES METRO. (a) *Colonia Prima Flavia Auguſta Cæſarea Metropolis.* Caput muliebre turritum, ſiniſtrorſum. *Fouc.*

Q HER ETR MES DEC CAES. Caput Q. Herennii nudum, ad humeros.

PROVINCIA DACIA. Mulier patrio veſtitu ornata ſtans, dextrâ tenet vexillum, in quo V. ſiniſtrâ alterum, in quo XIII. pro pedibus à dextris aquila coronam lauream geſtans roſtro; à ſiniſtris leo: in imâ parte AN. IIII. *Vaillant.*

Alius cum AN. V. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Vaillant.*

Epigraphe exeſa. Caput Her. Etruſci nudum, ad humeros cum clypeo, & ſpiculo quod geſtat humero ſiniſtro.

CO DAM METRO. (3) *Colonia Damaſcus Metropolis.* Menſa tripes eximiè fabrefacta. *Fouc.*

Q H ETR MES DEC CAES. Caput Q. Herennii nudum.

P M S COL VIM. *Provinciæ Mœſiæ Superioris Colonia Viminacium.* Figura muliebris ſtans brachiis expanſis, inter bovem à dextris, & leonem à ſiniſtris: in imâ parte AN. XI. *Vaillant.*

Alius cum AN. XII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Vaillant. Regius.*

(1) Nummum hunc recenſet Vaillantius inter nummos Hoſtiliani.
(a) Nummus hic Etruſci non extat apud Vaillantium.
(3) Damaſcus urbs Phœniciæ, quæ ab Auguſto Metropolis facta videtur, & fortaſſis in gratiam Nicolai Damaſceni, ut Tyrus ab Hadriano in gratiam Pauli Tyrii, teſte Suida. Colonia Romana facta eſt à Philippo, ut ejus nummi teſtantur. Hanc Jovis urbem, ac totius Orientis oculum, ſacram & ampliſſimam appellat Julianus Epiſt. ad Serap. τὴν Διὸς πόλιν ἀληθῶς, καὶ τὸν τῆς ἑῴας ἁπάσης ὀφθαλμὸν, τὴν ἱερὰν καὶ μεγίστην Δάμασκον. Nummus hic Etruſci Vaillantio ignotus.

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

ΕΡΕΝΝΙ ΕΤΡΟΤ ΜΕ ΚΤ ΔΕΚΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. *Herennius Etruſcus Meſſius Quintus Decius Cæſar.* Caput Her. Etruſci nudum, ad humeros cum paludamento.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΤϹΙΑϹ. SC. *Tribunitiæ Poteſtatis. Senatuſconſultum.* Aquila alis expanſis palmæ ramo inſiſtens, coronam lauream tenet roſtro dextrorſum converſo. *Fouc. Regius. Gambarini. Vaillant.*

ΕΡΕΝΝ ΕΤΡΟΤ ΜΕ ΚΤ ΔΕΚΙΟϹ ΚΕϹΑΡ. (ſic) Caput Her. Etruſci ut ſuprà.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΤϹΙΑϹ. S C. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

ΕΡΕΝ ΕΤΡΟΤ ΜΕϹ ΚΤ ΔΕΚΙΟϹ ΚΑΙϹ. Caput Etruſci ut ſuprà.

ΚΑϹΑΤΩΝ. (1) *Caſatarum.* Pluto in quadrigis Proſerpinam rapit: in imo vas plenum floribus everſum, & colus. *Vaillant.*

ΑΤΤ Κ Γ ΜΕ ΚΤ ΤΡΑ ΔΕΚΙΟϹ ϹΕΒ. ΚΤ ΕΡ ΕΤΡ Μ ΔΕΚΙΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. *Imperator Cæſar Cnæus Meſſius Quintus Trajanus Decius Auguſtus. Quintus Herennius Etruſcus Meſſius Decius Cæſar.* Duo capita adverſa, alterum Decii coronâ radiatâ ornatum, alterum Herennii nudum.

ϹΕΠ ΚΟΛ ΡΗϹΑΙΝΗϹΙΩΝ L ΗΙΡ. *Septimia Colonia Rheſænenſium, anno* 118. Duæ figuræ muliebres, quæ à dextris eſt capite tutulato; quæ à ſiniſtris capite galeato, dextras jungunt tripode intermedio: à dextris in areâ trophæum; à ſiniſtris ſagittarius: in parte nummi ſuperiore àquila palmæ ramo inſiſtens, alis expanſis,

(1) Profert hunc nummum Vaillantius ex cimelio Magnavaccæ. Habes nummum Etruſcillæ ſecundi moduli cum eâdem epigraphe, & eodem typo, ubi vide quæ adnotavimus.

coronam lauream geſtat roſtro. *Vaillant.*

....

CΑΛΑΕΙΤΩΝ. (1) *Salitarum.* Fortuna ſtans cum temone & cornucopiæ. *Vaillant.*

Γ ΜΕ ΕΤΡΟΥCΚΟC ΚΕ. (ſic) *Cnæus Meſſius Etruſcus Cæſar.* Caput Her. Etruſci nudum, ad humeros cum paludamento.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΜΕΑΝΔΡΟC. (2) *Tripolitarum Meander.* Fluvius decumbens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet arundinem, ſiniſtrâ verò, quâ & urnæ innititur, cornucopiæ geſtat. *Regius. Vaillant.*

....

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Philadelphenorum Neocororum.* Mercurius ſtans cum ſtrophio nudus, dextrâ crumenam, ſiniſtrâ caduceum. *Vaillant.*

(1) Vide quæ de altero nummo ab eodem populo cuſo diximus ſuprà in nummis primi moduli ejuſdem Auguſti.

(2) Tripolis hæc Ptolemæo & Stephano Cariæ adſcribitur: in Notitiâ verò Eccleſ. Lydiæ Provinciæ, Plinio lib. v. ſect. xxxi. *Tripolitani Mæandro alluuntur.* Ponitur à laudato Ptolemæo inter Cayſtrum & Mæandrum: in Oraculis Sibyllinis lib. v. pag. 317. ad Mæandrum; quod etiam nummi confirmant. Hunc nummum refert Vaillantius ex eodem cimelio Regio, ſed mutilum.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. II.

ΚΕΡΕ ΕΤΡ ΜΕC ΔΕΚΙΟC Κ. *Quintus Herennius Etruſcus Meſſius Decius Cæſar.* Caput Etruſci nudum, ad humeros cum paludamento.

L. B. (1) *An.* 2. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtæ innixa. *Cham.*

(1) Nummus cuſus Anno Chriſti 250. ut ſuprà in nummis Decii patris adnotavimus; ſequens autem inſcriptio, quam profert Fabrettus pag. 683. ex archivio Baſilicæ Vaticanæ, erecta fuit anno ſequenti, cum in eâ Etruſcus Conſul dicatur, qui anno tantum ſequenti adhuc Cæſar, Conſul unà cum patre proceſſit.

Q. HERENNIO. ETRVSCO
MESSIO. DECIO. NOBILSS
SIMO. CAES. PRINCIPI
IVVENTVTIS. COS. FILIO
IMP. CAES. C. MESSI. QVINTI
TRAIANI. DECI. PII. FELICIS
INVICTI. AVG.
ARGENTARII. ET. EXCEPTORES.
ITEMQ. NEGOTIANTES. VINI
SVPERNAT. ET. ARIMIN. DEVOTI
NVMINI. MAIESTATIQVE. EIVS

NUMISMATA LATINA Æ. III.

Q HER ETR MES DECIVS NOB C. Caput Her. Etruſci radiatum ad humeros.

PIETAS AVGG. Mercurius ſtans, dextrâ geſtat crumenam, ſiniſtrâ caduceum. *Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Etruſci radiatum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (1) Imperator paludatus ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet baculum inclinatum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *B.*

(1) Nummi omnes hujus Imperatoris ex ære puro tertii moduli rariſſimi ſunt.

NUMISMATA GRÆCA Æ. III.

ΕΡ ΕΤΡΟΥ ΔΕΚΙΟC ΚΑΙ. *Herennius Etruſcus Decius Cæſar.* Caput Etruſci nudum, ad pectus cum paludamento.

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. *Colophoniorum.* Mulier capite turulato ſtans, dextrâ temonem globo incumbentem tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius. Vaillant.*

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

P ....
PIETAS AVGG S C. Inſtrumenta Pontificalia.

Q. HER ETR MES DECIVS NOB CAES. *alii* C *alii* CAE.

PIETAS AVGG S C. Mercurius nudus, dextrâ pileum, ſiniſtrâ caduceum.

Q. HERENNIVS DECIVS NOB C.

PIETAS AVGVSTOR SC. Inſtrumenta Pontificalia.

Q. HER ETR MES DECIVS NOB CAES. *alii* C. *alii* CAE.

. PIETAS AVGVSTORVM SC. Inſtrumenta Pontificalia.

Eadem epigraphe.

PRINCEPS IVVENTVTIS SC. Figura paludata ſtans, dextrâ ſceptrum, lævâ haſtam per tranſverſum.

Eadem epigraphe.

PRINCEPS IVVENTVTIS S C. Figura paludata ſtâns, dextrâ ramum, ſiniſtrâ ſceptrum.

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVTIS S C. Figura ſtans, dextrâ ſcipionem, ſiniſtrâ pilum.

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVTIS S C. Figura ſtans, dextrâ ſignum militare, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVTIS S C. Figura ſedens, ſiniſtrâ ſellæ nixa, dextrâ ramum.

Nummi in Coloniis cuſi.

HETRVSCVS ET QVINTVS CAES. Capita jugata Etruſci cum coronâ, & Hoſtiliani nudum.

COL AEL KA..... Figura virilis ſeminuda ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ globum.

Eadem epigraphe cum iiſdem capitibus.

COL AEL KA...... Figura virilis paludata ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

Q. H ETR MES DEC CAES. Caput nudum.

P M S COL VIM AN XII. Figura muliebris ſtans inter leonem & taurum, dextrâ labarum.

LICINIANUS.

MARCUS AUFIDIUS PERPENNA LICINIANUS, cujus nummum ex Occone & Goltzio profert Mediobarbus Comes, tyrannidem arripuiſſe videtur ſub Decio; eundem enim fuiſſe opinamur, quem Victor Junior Valentem Licinianum malè appellat; eoque potiſſimum fundamento nititur conjectura noſtra, quod Decii filio Hoſtiliano Perpennæ nomen paulò infrà tribuatur; quod ortum fuiſſe è librarii incuriâ qui Perpennæ vocem alienum in locum detruſerit, quivis hujuſcemodi rerum peritus facilè judicabit. Cæterum ubi imperii inſignia ſumpſerit Licinianus, & Victor tacet, nec quidquam de illo habetur apud cæteros Scriptores; civilis tamen belli in Galliâ Ducem fuiſſe conjicimus, quod à Decio ſtatim poſt cæſos Philippos oppreſſum eſſe Eutropius refert.

Nummus incerti moduli ac metalli.

IMP CAES M AVF PERPENNA LICINIAN AVG.

P M TR P PP. *MB.*

LUCIUS PRISCUS.

LUCIUS PRISCUS Philippi Imperatoris frater, cum exercitibus Syriacis ab eo præfectus eſſet, in ſummam invidiam apud omnes ob graviſſimas tributorum exactiones venit; quamobrem inde revocatus, Macedoniam regendam accepit, cæſoque haud multò poſt fratre, purpuram ſumpſit, & ut Imperium ſibi adverſus Decium confirmaret, Gothis ſe adjunxit qui eas regiones jam tum ſuis incurſionibus infeſtaverant: verùm hoſtis patriæ à Senatu appellatus, brevi cæſus eſt, ut ait Aurelius Victor; quod tamen contigiſſe non videtur ante annum 251. duobus Deciis Coſſ.

JULIUS VALENS.

JULIUS VALENS Decio adverſus Gothos profecto, Imperator effectus cupientiſſimo vulgo, ac paulò poſt cæſus eſt, ait Aurelius Victor; unde colligi poſſe apparet Romæ tyrannidem ab eo arreptam; cui tamen adverſari videtur Trebellius Pollio, dum de tyranno quodam loquitur avunculo illius Valentis qui ſe Imperatorem in Macedoniâ ſub Gallieno appellavit, & ipſo Valente nuncupato, quem in Illyrico periiſſe refert, ut in Decio monuimus. Hunc Victor Junior confundit cum Liciniano Perpennâ quem videſis ſuprà.

HOSTILIANUS.

Caius Valens Hostilianus Messius Quintus, Decii Auguſti & Herenniæ Etruſcillæ filius natu minor, ut ex nummis propoſitis liquidò conſtat, & innuere videtur Zoſimus, Cæſar à patre factus eſt ac Tribunitiâ Poteſtate donatus, teſte nummo ſecundi moduli infrà exhibito. Tandem Decio in Illyricum adverſos Gothos profecto Romæ relictus, à Senatu poſt patris cædem Auguſtus renuntiatur unà cum Gallo, à quo illum adoptatum fuiſſe tradit idem Zoſimus. Cæterum nec de tempore ejus Imperii, nec de mortis genere ſatis conſtat: laudatus ſcriptor mortem illi à Gallo per inſidias paratam refert: Aurelius verò Victor, & Victor Junior qui Hoſtilianum Perpennam malè nuncupat, ut alibi monemus, peſte atrociùs ſæviente abſumptum volunt ſub ipſa Imperii initia, nempe anno Chriſti 252. Gallo II. & Voluſiano Coſſ.



P. S. F. f.

NUMISMATA AUREA.

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani laureatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG (1) Mercurius ſtans dextrâ tenet crumenam, ſiniſtrâ caduceum. *Regius.*

....

PIETAS AVGG. Inſtrumenta Pontificalia. *MB. ex Vaillantio.*

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS C N. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Imperator paludatus capite nudo ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ ſpiculum: in imâ parte duo puncta. *Arſchotanus.*

(1) Omnes nummi aurei hujus Imperatoris rariſſimi ſunt; hic autem cuſus videtur patre ſuperſtite, cum in eo Hoſtilianus Cæſar dicatur, unde epigraphen partis averſæ ad patrem Decium, & fratrem Etruſcum Auguſtos ſpectare crederem.

NUMISMATA ARGENTEA.

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS CAES. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextra elatâ, ſiniſtrâ ſpiculum gerit. *MB. ex Vaillantio.*

IMP C VALENS HOSTIL MES QVINTVS AVG.

ADVENTVS AVG. (2) Typus ut ſuprà. *MB.*

C VALENS HOSTILIANVS MES QVINTVS AVG.

AETRVSCVS ET QVINTVS CAES. (3) Duæ facies junctæ Etruſci & Quinti. *MB.*

....

CONCORDIA AVGG. Duæ dextræ junctæ. *MB.*

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. (4) Dextræ duæ junctæ. *Regius. Fontaine. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MAR PROP. Figura militaris galeata, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeo armatâ ſiniſtrâ. *Regius. Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARS PROPVG. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

C VALENS HOSTIL MES QVINT N C.

MARS PROPVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

C VAL HOS MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

MARS PROPVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Fauvel.*

Eadem epigraphe.

MARS PROPVG. Figura ſtans, ſiniſtrâ columnæ nixâ, dextram auri adplicans. *MB.*

C VALENS HOSTILIANVS MES QVINTVS AVG.

MARTI PROPVGNATORI. Mars gradivus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ peltam. *MB.*

QVINTVS NO CAE VALENS HOSTIL AVG.

MARTI PROPVGNATORI. *MB.*

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

MARTI PROPVGNATORI. Figura militaris galeata, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam tranſverſam geſtat dextrâ, clypeum verò ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. RE. MMA. Cham. MB.*

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS AVG. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

MARTI PROPVGNATORI. (5) Typus ut ſuprà. *Fouc. DC. Fontaine. Brandenburg.*

(1) Epigraphen partis averſæ hujus nummi, cum non conveniat nomini Cæſaris, quod circà Hoſtiliani caput legitur, ſpectare putat Vaillantius ad Decium patrem; quod non eſt mirum, nam nonnunquam patris geſta in filiorum nummis expreſſa vidimus, tanquam factorum illorum participes fuerint.

(2) In hoc nummo Hoſtilianus Imperator & Auguſtus dicitur, ſed hujus Imperatoris profectionis in Provinciam & in urbem adventûs nulla fit apud Hiſtoricos mentio. Nummi cum hac epigraphe rariſſimi ſunt.

(3) Hunc nummum ſingularem Mediobarbus ex Occone profert, ſed ſunt qui eum ſuſpectum habent.

(4) Concordiam Auguſtorum etiam ad patrem Decium & fratrem Etruſcum referendam putamus, ob rationem quam ſuprà adduximus ad nummum aureum cum epigraphe PIETAS AVGG: nummus hic inter rariores recenſendus.

(5) Nummos Hoſtiliani cum hac epigraphe haud obvios eſſe ſcribit Vaillantius.

C VALENS

C VALENS HOSTILIANVS MES QVINTVS AVG.

MATRI DEVM. (1) Cybele turrita ſtans, dextrâ globum, cum leoue ad pedes. *MB.*

C VAL HOST MES QVINTVS CAESAR. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PANNONIAE. (2) Figura muliebris ſtans ſiniſtrorſum ſpectans, dextrâ tenet galeam, ſiniſtrâ ſignum militare. *Brandenburg.*

C VAL HOS MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

PIETAS AVGG. (3) Mercurius ſtans dextrâ crumenam tenet, ſiniſtrâ caduceum. *Cham. MB.*

Eadem epigraphe.

PIETAS AVGVSTORVM. Inſtrumenta Pontificalia. *MB.*

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGVSTORVM. (4) Vaſa Pontificalia. *Regius. Fontaine.*

IMP CAES C VALEN HOSTILIANVS MES QVINTVS AVG.

PONTIF TR P COS DES. (5) *MB.*

C VALENS HOSTILIANVS MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PRINC IVVENT. (6) Apollo ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ demiſsâ ramuſculum tenet, ſiniſtro cubito lyræ innixo. *Cham.*

C VALENS HOSTILIANVS QVINTVS N C.

PRINCEPS IVVENTVTIS. Imperator ſtans ſiniſtrâ haſtam, dextrâ ſignum militare. *MB.*

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Hoſtilianus capite nudo paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. M MA. Regius. Cham. Fauvel. DC. Fontaine.*

C VALENS HOSTILIANVS QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà. *RE.*

C OVALENS HOSTILIANVS QVINTVS MESS. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà. *Collegii.*

C VALENS HOSTILIANVS MES QVINTVS N C. Caput Caii Hoſtiliani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Apollo ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ demiſsâ ramuſculum tenet, ſiniſtro cubito lyræ innixo. *Regius. MB.*

C OVAL OSTIL MES COVINTVS CAESAR. Caput Hoſtiliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PVDICITIA AVG. Figura muliebris ſtolata ac velata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, velum faciei obducit dextrâ, haſtam verò tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

C OVAL OSTIL MES COVINTVS CAESAR IV. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

PVDICITIA AVG. (7) Typus ut ſuprà. *Regius. Fontaine.*

C OVAL HOSTIL COVINTVS CAESAR. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

PVDICITIA AVG. Typus ut ſuprà. *Brandenburg.*

M C OVAL OSTIL MES COVINTVS CAESAR.

PVDICITIA AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

C VALENS HOSTIL MES QVINT N C.

PVDICITIA AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

C OVAL OSTILIANVS COVINTVS CAESAR. Caput Hoſtiliani radiatum, ad

(1) Nummus ſingularis quem Mediobarbus ex Occone protulit.

(2) Nummus cum hac epigraphe & typo in Hoſtiliano ſingularis eſt.

(3) Hic nummus Hoſtiliani inter rariores recenſendus; habes ſimilem ex auro.

(4) Obvios eſſe hujuſcemodi Hoſtiliani nummos ſcribit Vaillantius, ſed fallitur, cum inter rariores recenſendi ſint.

(5) Nummum hunc ſingularem profert Mediobarbus ex Occone.

(6) Nummi Hoſtiliani cum hoc typo inter rariores reponendi. Hoſtilianum autem à patre Decio Cæſarem factum, ac Principis Juventutis titulo exornatum fuiſſe conſtat cum ex nummis, tum ex ſequenti inſcriptione, quam repertam Valentiæ in Hiſpania exhibet Gruterus pag. 274.

C. VALENTI
HOSTILIANO
MESSIO. QUIN
TO. NOBILISSI
MO. CAES. PRIN
CIPI. IVVENTVT
VALENT Ꝋ VETERAN
ET. VETERES Ꝋ

(7) Cum eadem epigraphe & typo habetur nummus argenteus Decii patris, ubi vide quæ monuimus. Nummi hi cum rarioribus adnumerandi.

humeros cum paludamento.

ROMAE AETERNAE AVG. (1) Figura mulicbris galcata ac ſtolata, inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ vero adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SAECVLVM NOVVM. Templum ſex columnis ſuffultum in cujus medio ſtat mulier dextrâ clypeo humi poſito innixa, ſiniſtrâ haſtæ. *Cham.*

C OVAL HOSTIL MES COVINTVS CAESAR. Caput Hoſtiliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

SAECVLVM NOVVM. Typus ut ſuprà. *Fauvel.*

C OVL (ſic) *OSTIL MES COVINTVS CAESAR. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

SAFCVLVM NOVVM. (2) Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

....

SAECVLVM NOVVM. Templum octo columnarum, in cujus medio figura ſedens. *MB.*

IMP CAE C VAL HOS MES QVINTVS AVG. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

SECVRITAS AVGG. (3) Figura mulicbris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dexteram ad occiput attollit, cippo verò innititur ſiniſtrâ. *Regius. Cham. Fauvel. Fontaine.*

IMP CAE C VAL HOST MES QVINTVS AVG.

SECVRITAS AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP CAES C VALEN HOSTILIANVS MES QVINTVS AVG.

SECVRITAS AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP CAES C VALENS HOSTILIANVS MES QVINTVS AVG.

SECVRITAS AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

C VAL HOS MES QVINTVS N C.

SECVRITAS AVGG. (4) Typus ut ſuprà. *MB.*

....

SPES PVBLICA. Figura mulicbris ſtans, dextrâ florem trifidum tenet, ſiniſtrâ veſtem colligit. *MB.*

C VAL HOST M QVINTVS C. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

SPES PVBLICA. (5) Typus ut ſuprà. *Regius.*

C OVAL HOSTIL MES COVINTVS CAESAR.

VBERTAS AVG. Ubertatis typus, dextrâ cornu inverſum tenens, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VBERITAS AVG. (6) Figura mulicbris ſtans dextrâ geſtat crumenam, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

C OVAL HOSTIL MES COVINTVS AVG.

VBERTAS AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

C VAL HOST MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA GERMANICA. (7) Victoria ad ſioiſtram gradiens dextrâ ſertum geſtat, ſiniſtrâ palmam. *Cham.*

....

VICTORIA GERMANICA. Victoria gradiens, dextrâ extenſâ coronam, ſiniſtrâ lauream. *MB.*

(1) Nummus hic, in quo Hoſtilianus Cæſar etiam appellatur, cuſus videtur, quo tempore Decius adverſus Gothos cum Etruſco filio profectus erat, Hoſtiliano Cæſare Romæ relicto. Sed notandum tum primum nummos cuſos cum epigraphe, ROMAE AETERNAE AVG. licet multi repetiantur ante eum inſcripti, ROMAE AETERNAE tantùm. Nummus cum rarioribus adnumerandus.

(2) Cum eadem epigraphe & typo habetur nummus Etruſcillæ, ubi vide quæ adnotavimus. Nummi hi inter rariores recenſendi.

(3) Cuſus videtur Hoſtiliano hic nummus cum ipſe unà cum Treboniano Gallo Auguſtam dignitatem obtinuiſſet, pace tributo emptâ à Barbaris. Nummi hi cum rarioribus adnumerandi.

(4) Fortaſſis capitis inſcriptio malè lecta ab Occone, & loco N C. legendum AVG. ut in ſuperioribus nummis legitur.

(5) Nummus rarus, cum typo ſolito in nummis Cæſarum.

(6) Nummos Hoſtiliani cum hac epigraphe & typo inter rariores recenſet Vaillantius.

(7) Cum eâdem epigraphe & typo habentur nummi Trajani Decii & Etruſci, quod indicat in utriuſque honorem, Victoriam à Decio reportatam in nummis fuiſſe ſignatam. Hos rariſſimos ait Vaillantius.

NUMISMATA ÆREA LATINA maximi moduli, vulgò Medaglioni.

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani nudum.
PRINCIPI IVVENTVTIS. Hoſtilianus paludatus ſtans, dextrâ pilum gerit, lævâ haſtam tranſverſam. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
VICTORIA AVGG. (1) Victoria gradiens, dextrâ coronam ferens, ſiniſtrâ palmam. *Vaillant.*

(1) Nummi maximi moduli hujus Imperatoris rariſſimi ſunt: hanc autem Victoriam Auguſtorum ad Decium & Etruſcum Auguſtos referendam putamus.

NUMISMATA ÆREA MAXIMI MODULI, in Coloniis cuſa.

C VAL HOST M QVINTVS CAE. Caput Hoſtiliani nudum, ad humeros cum paludamento.
P M S COL VIM. Mulier ſtolata ſtans manibus expanſis inter taurum à dextris, & leonem à ſiniſtris: in imâ parte AN. XII: *Regius. Vaillant.*

NUMISMATA LATINA Æ I.

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani nudum, ad humeros cum paludamento.
PIETAS AVGG. (1) Mercurius paludatus ſtans, dextrâ tenet crumenam, ſiniſtrâ caduceum: in areâ S. C. *Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
PRINC IVVENI. (2) Apollo ſeminudus ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtro cubito lyræ innixus: in imâ parte S. C. *Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
PRINC IVVENT. Typus ut ſuprà: in imâ parte S. C. *Fouc. LC.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà cum S. C. in imâ parte. *Regius.*
C VALENS HOSTIL MES QVINTVS NO C. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.
PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà cum S. C. in imâ parte. *RE.*
IMP CAES HOSTIL MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.
PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà cum S. C. in imâ parte. *Frad.*
C VALENS HOSTIL MESS QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.
PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà cum S. C. in imâ parte. *Frad. Cham. Fontaine.*
C VALENS HOSTIL MES QVINTVS AVG. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.
PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà. *Collegii.*
C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.
PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura militaris paludata ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ haſtam: in areâ S. C. *Frad. Fouc. Regius. Cham.*
C VALENS HOSTIL MES QVINTVS NO C. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.
PRINCIPI IVVENTVTIS (3) Typus ut ſuprà cum S. C. in areâ. *RE.*
IMP CAE C VAL HOS MES QVINTVS AVG. Caput Hoſtiliani laureatum, ad humeros cum paludamento.
SALVS AVGVS. (4) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans ad aram ignitam, dextrâ tenet pateram, ex quâ ſerpentem

(1) Licet omnes nummi Hoſtiliani primi moduli rari ſint, tamen hic cum hac epigraphe ſingularis eſt, nec Vaillantio viſus.
(2) Nummus ſingularis ob novam & inſolitam epigraphen PRINCIPI JUVENI: nullus enim alius nummus Imperatorum huc uſque repertus eſt cum hac inſcriptione.
(3) Nummos Hoſtiliani cum hoc typo inter rariores recenſet Vaillantius.
(4) Nummum hunc rariſſimum eſſe ſcribit Vaillantius, ſequenteſque inter rariores collocat. Cuſi videntur omnes hi nummi, cum in iis Hoſtilianus Imperator & Auguſtus dicatur, poſt Decii mortem: hic verò nummus cuſus videtur pro ſalute Auguſtorum, quo tempore ſæva peſtilentia Romanas Provincias devaſtabat.

paſcit aræ circumvolutum, ſiniſtrâ haſtæ innixa: in areâ S. C. *Frad. Regius.*

IMP CAES C VALENS HOSTIL MES QVINTVS AVG. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

SECVRITAS AVG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextram capiti admovet: in areâ S. C. *RE.*

IMP CAE C VAL HOS MES QVINTVS AVG. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

SECVRITAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad. Fouc. Regius. Fontaine.*

. . . .

VICTORIA AVGVSTORVM. (1) Victoria ſtans, dextrâ coronam, ſiniſtrâ palmam. *Vaillant.*

IMP CAE C VAL HOS MES QVINTVS AVG. Caput Hoſtiliani laureatum, ad humeros cum paludamento.

VOTIS DECENNALIBVS S. C. in coronâ. *Frad. Fouc. Regius.*

IMP CAES C VALENS HOSTIL MES QVINTVS AVG. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

VOTIS DECENNALIBVS S. C. in coronâ. *RE.*

(1) Nummus hic inter rariſſimos recenſetur à Vaillantio; ſequentes verò inter rariores.

NUMISMATA Æ. I.
in Coloniis cuſa.

C VAL HOSTIL M QVINTVS. Caput Hoſtiliani nudum.

COL VIM. Figura muliebris ſtans inter leonem & bovem: in imâ parte AN XII. *Ba.*

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

Γ OYAA OCTIAIANOC KYINTOC KECAP. *Caius Valens Hoſtilianus Quintus Caſar.* Caput Hoſtiliani nudum.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛΩN. *Antiochenſium Metropoleos Coloniæ.* Templi facies quatuor columnis ſuffulta, ad cujus veſtibulum figura muliebris capite velato ac turrito, inſidens rupibus à ſiniſtris dextrorſum, ſpicas tenet dextrâ: in ſuperiore nummi parte Aries; in inferiore fluvius emergens. *Vaillant. Regius. Cham.*

Γ OYAA OCTIAIAN ME KY KYINTOC. *Caius Valens Hoſtilianus Meſſius Quintus.* Caput Hoſtiliani nudum, ad humeros cum paludamento.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛΩN Δ E. S C. *Antiochenſium Metropoleos Coloniæ. Tribunitia Poteſtate, Senatuſconſulto.* Typus ut ſuprà. *Fouc. De C.*

Γ OYAA OCTIAIA MEC....... Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛ Δ E. S C. Typus ut ſuprà. *RE.*

Γ OYAA OCTIAIAN ME KYINTOC KECAP. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

ANTIOXEΩN METPO KOΛΩN Δ E. S C. Typus ut ſuprà. *Brandenburg.*

NUMISMATA LATINA Æ. II.

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGVSTORVM. (1) Vaſa Pontificalia. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Hoſtiliani nudum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura muliebris ſeminuda, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ramum tenet dextrâ, ſellæ verò innititur brachio ſiniſtro: in imâ parte S. C. *Fouc. Regius. DC. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà, cum S. C. in imâ parte. *RE.*

IMP CAE C VAL HOST MES QVINTVS AVG. Caput Hoſtiliani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ROMAE AETERNAE. (2) Roma galeata ſedens ſuprà clypeum, dextrâ tenet victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ adnititur. *RDR.*

(1) Nummus Hoſtiliani ex hoc modulo ſingularis eſt.

(2) Hunc nummum olim Cl. Sponii, cujus raritatem & elegantiam meritò commendat, Vaillantius malè deſcripſit. Habes alterum Hoſtiliani nummum ex argento, cum eodem fermè typo: ſed ibi legitur ROMAE AETERNAE AVG. Hoſtilianuſque Cæſar tantùm nominatur; quamobrem cuſum fuiſſe illum diximus Decio ſuperſtite, & adverſus Gothos profecto, cum Hoſtilianus Romæ degeret; hunc verò poſt Deciorum cladem cuſum fuiſſe indicat capitis inſcriptio, ubi Hoſtilianus Imperator & Auguſtus dicitur.

NUMISMATA Æ. II.
in Coloniis cuſa.

HOSTILIANO QVINTO NOB C. Caput Hoſtiliani laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL P F AV CAE METRO. (1) *Colonia Prima Flavia Auguſta Caſarea Metropolis.* Caput muliebre turritum, ad humeros cum ſtolâ. *Fouc.*

OCTIAI.......KTINTOC. *Hoſtilianus Quintus.* Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

COL R F AVG FL CAES METROΠ. *Colonia Romana Felix Auguſta Flavia Caſarea Metropolis.* Typus ut ſuprà. *Hard.*

HOSTILI M QVINTVS AVG. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

COL P F AVG CAE METRO. *Colonia Prima Flavia Auguſta Caſarea Metropolis.* Typus ut ſupra. *Fouc.*

C OVAL HOSTILIAN AVG. Caput Hoſtiliani.

PROVINCIA DACIA. Mulier ſtans patrio veſtitu ornata, dextrâ tenet vexillum in quo V. ſiniſtrâ alterum in quo XIII. pro pedibus à dextris aquila lauream geſtans roſtro, à ſiniſtris leo: in imâ parte AN. VII. *Vaillant.*

C VAL HOST M QVINTVS C. Caput Hoſtiliani nudum, ad humeros cum paludamento.

PROVINCIA DACIA. Typus ut ſuprà: in imâ parte AN. VII. *Regius.*

C VAL HOST M QVINTVS CAE. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

PROVINCIA DACIA. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum olivæ tenet dextrâ protenſâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes aquila alis expanſis, roſtro ſiniſtrorſum converſo; à ſiniſtris leo dextrorſum. *Fouc.*

C VAL HOST M QVINTVS. Caput Hoſtiliani.

P M S COL VIM. *Provincia Mœſia Superioris Colonia Viminacium.* Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans inter bovem à dextris, & leonem à ſiniſtris adverſos, brachiis tantiſper expanſis: in imâ parte AN. XI. *Vaillant.*

C VAL HOST M QVINTVS CAE. Caput Hoſtiliani nudum, ad humeros cum paludamento.

P M S COL VIM. Typus ut ſuprà: in imâ parte AN. XII. *Fouc.*

C VAL HOST M QVINTVS. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

P M S COL VIM. Typus ut ſuprà: in imâ parte AN. XII. *Vaillant. Cham.*

Alius eum AN. XIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Vaillant. Regius.*

(1) Nummus hic Hoſtiliani non extat apud Vaillantium.

(2) De nummis in Provinciâ Daciâ cuſis locuti ſumus ſuprà in nummis Trajani Decii ſecundi moduli, ubi in uno mulier duo ſigna militaria Legionum ad ſuam cuſtodiam deſtinatarum gerit; in altero eadem mulier, dextrâ gladium Dacicum geſtat, ſiniſtrâ vexillum. at in hoc Hoſtiliani nummo pro ſigno militari ac vexillo ramum olivæ præfert, pacem cum Barbaris à Gallo initam arguens, quam ipſe tributo annuo magno cum dedecore Romani nominis emerat, ut ſcribit Zoſimus. Nummus Hoſtiliani cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

ΓΟΤΑΑ ΟCΤΙΛΙΑΝΟC ΚΤΙΝΤΟC ΚΕCΑΡ. (ſic) *Caius Valens Hoſtilianus Quintus Caſar.* Caput Hoſtiliani nudum, ad pectus eum paludamento.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC. *Tribunitia Poteſtatis.* Aquila alis expanſis palmæ ramo inſiſtens, coronam lauream tenet roſtro: in imâ parte S. C. *Regius.*

Γ ΟΤΑΑ ΟCΤΙΛΙΑΝΟC ΚΟΤΙΝΤΟC ΚΑΙC. Caput Hoſtiliani nudum, ad humeros cum paludamento.

ΕΛΑΙΤΩΝ. (1) *Elaitarum.* Æſculapius ſtans cum baculo. *Vaillant.*

ΓΑΙ ΟΤΑΑ ΟCΤ ΜΕC ΚΤΙΝΤ. *Caius Valens Hoſtilianus Meſſius Quintus.* Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

ΕΛΑΕΙΤΩΝ. (2) (ſic) Fortuna modio inſignis ſtans, dextrâ temonem tenet, ſi-

(1) Vide nummum Herennii Etruſci primi moduli cum epigraphe CΑΛΕΙΤΩΝ. Hunc nummum profert Vaillantius ex cimelio Reginæ Sueciæ.

(2) Plinio lib. v. ſect. XXXII. *Oppidum Elea, & ex Myſia veniens Caicus amnis,* in Æolide. Straboni: Ἐν δὲ τῷ πέραν τοῦ Καΐκου δώδεκα διέχουσα τοῦ ποταμοῦ σταδίους, Ἐλαία πόλις Αἰολικὴ καὶ αὕτη Περγαμηνῶν ἐπίνειον, ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους διέχουσα τοῦ Περγάμου. *Trans Caicum* XII. *à flumine ſtadiis Elea eſt urbs*

niſtrâ cornucopiæ. *RE. Vaillant.*

T OTAAE OCT MECCI KTINTOC. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

NIKAIEΩN. *Nicaenſium.* Serapis dextram elevat coram arâ, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam gerit. *Vaillant. RE.*

. . . .

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Pergamenorum ter Neocororum.* Cybele turrito capite ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrum brachium tympano imponit. *Vaillant.*

Æolica, eademque Pergamenorum navale, CXX. ſtadiis diſtans à Pergamo. Stephano: Ἐλαία, πόλις τῆς Ἀσίας, Αἰολικὴ.... incolæ Ἐλαςῖται, ubi legendum eſt Ἐλαΐται vel Ἐλαιῆται. Memoratur etiam inter alios & Pauſaniæ lib. IX.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C. Caput Hoſtiliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGVSTORVM. (1) Vaſa Pontificalia. *Bau.*

IV C OVAL OSTIL MES COVINTVS AVG. Hoſtilianus capite radiato, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. (2) Victoria ad ſiniſtram gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam. *Cham.*

(1) Nummi Hoſtiliani tertii moduli ex ære puro ſingulares ſunt.

(2) Hunc nummum cuſum Hoſtiliano poſt Decii mortem indicat capitis inſcriptio; ſed ad quam victoriam referendus ſit hic nummus ignoratur, cum apud ſcriptores nulla mentio occurrat, & Eutropius ſcribat, nihil ab Imperatoribus Voluſiano & Gallo clarum geſtum eſſe, ſed ſolâ peſtilentiâ & morbis atque ægritudinibus notum eorum principatum.

NUMISMATA Æ. III.
in Coloniis cuſa.

HOSTILIANO QVINTO AVG. Caput Hoſtiliani laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL PR FL AVG CAES MET. *Colonia Prima Flavia Auguſta Cæſarea Metropolis.* Variæ ſunt epigraphæ. Caput muliebre turritum ad ſiniſtram ſpectans. *Vaillant.*

HOSTILIANO QVINTO CAE. Caput Hoſtiliani ut ſuprà.

COL P F AV F CAES METRO. Caput muliebre turritum, ad pectus ſeminudum cum ſtolâ. *Regius.*

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

P. . . . .

PIETAS AVGG S C. Mercurius ſtans, dextrâ crumenam, ſiniſtrâ caduceum.

. . . .

PIETAS AVGVSTORVM S C. Inſtrumenta Pontificalia.

C VALENS HOSTILIANVS MES QVINTVS AVG.

PRINCEPS IVVENTVTIS. S C. Figura ſedens, dextrâ globum.

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C.

PRINCEPS IVVENTVTIS S C. Figura ſedens, dextrâ ramum.

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVTIS S C. Figura paludata ſtans, dextrâ ſignum militare, lævâ haſtam gerit.

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVTIS S C. Figura muliebris ſedens, dextrâ ramum gerit.

IMP CAES C VAL HOSTIL MES QVINTVS AVG.

ROMAE AETERNAE S C. Roma galeata inſidens ſpoliis, dextrâ victoriolam, ſiniſtrâ haſtam; pro pedibus clypeus.

IMP CAES C VAL HOST MES QVINTVS AVG.

SALVS S C. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ pateram libans ſerpenti, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

SECVRITAS AVGG S C. Figura muliebris ſtans, dextram verſus faciem elevans, ſiniſtro cubitu columnæ impoſito.

. . . .

VICTORIA AVG. Victoria gradiens cum coronâ.

IMP CAE C VAL HOS MES QVINTVS AVG.

VOTIS DECENNALIBVS SC. In medio laureæ.

Nummi in Coloniis cuſi.

C VALENS HOSTILIANVS MES QVINTVS AVG.

COL AEL KA..... Figura ſtolata, dextrâ haſtam tenens.

C VALENS HOSTIL MES QVINTVS N C.

P M S COL VIM AN XII. Figura ſtans, cum leone & tauro hinc inde ad pedes.


C VAL HOST MES QVINTVS C.

P M S COL VIM AN XII. Typus ut ſuprà.

TREBONIANUS GALLUS.

CAIUS VIBIUS TREBONIANUS GALLUS in Inſulâ Meninge, quæ & Girba natus, Dux limitis Mœſiæ factus, initâ cum Gothis, quos Decius armis perſequebatur, ſocietate, Principem ſuum per ſummam perfidiam prodidit. Cum enim Barbarorum pars caſtra ad paludem quamdam collocaſſet, parvulamque manum facilè opprimi poſſe jactitaret Gallus, Decium tandem ut paludem tranaret impuliſſe fertur. Ibi verò fœda clades accepta eſt, cum inſtabiles ac vado parum fidentes, ideoque corpora nuda ferro præbentes Romanos Barbari ex alterâ ripæ parte telis confoderent: itaque maximâ exercitûs parte amiſsâ, Decius ipſe, cum regreſſum in ſuam ripam tentaret, luto defixus, jaculiſque obrutus miſerabiliter interiit. Enimverò Gallus pugnæ eventui intentus cum Decii mortem audiſſet, legionem cui præerat propiùs hoſtem admovit, collectiſque qui ex recenti ſtrage evaſerant, cum juſtum pœnè exercitum confeciſſet, Imperator appellatus eſt, militumque judicium Senatus ſequutus eſt, collatâ etiam in Voluſianum Galli filium Cæſareâ dignitate. Hæc ad extremum anni 251. pertinere in Decii vitâ demonſtravimus: ſed exitiabilem cladem ſequuta pax Romano nomini ignominioſa; hujus enim leges fuiſſe feruntur, liceret Barbaris non prædam ſolum, ſed bello etiam captos abducere, additumque tributum annuum illis deinceps penſum iri. His rebus in hunc modum geſtis, Romam Gallus venit, & initio quidem imperii Deciani memoriam cum honore ac benevolentiâ uſurpabat; ſed deinde veritus ne novarum rerum cupidiores quidam, regiarum Decii virtutum memoriam aliquando repetentes, ejus filio Hoſtiliano ſummam rerum traderent, mortem homini per inſidias parat, ut ſcribit Zoſimus: nam peſte atrociùs ſæviente ſublatum adoleſcentem tradunt ambo Victores. Cæterum ubi Gallus Orbem Romanum regere ſolus cœpit, filium Voluſianum Auguſti dignitate ornatum conſortem Imperii fecit, ſimulque Chriſtianos perſequi ſtatuit. Hujus porrò perſequutionis cauſam attulit peſtis, quæ in Oriente ſub finem anni 251. exorta, deinde per totam Europam graſſata eſt, annoſque, ut ſcribit Philoſtratus apud Evagrium, quindecim perduravit: hac enim magis ac magis ingraveſcente cum Principes ad aras deorum ſuorum confugerent, & nummos cum hac epigraphe, APOLLINI SALUTARI, cudi curarent, noſtris infenſos eſſe neceſſe erat, qui ludibria illa deorum contemnebant, verique numinis iram caſtioribus ſacris piare conabantur; itaque ſuſcitata circâ menſem Junium anni 252. perſequutio, ſed aliquanto mollior, quam quæ Decio imperante plurimis Chriſtianis immortalem gloriam pepererat. Peſtilentiæ deinde Gothorum incurſiones acceſſere, qui fractâ fide Thracias ac propiora Græciæ loca depopulati, ubi neminem ſibi obſiſtere vident, per Achaiam & Peloponneſum & Aſiam ipſam ſeſe effudere. Interea dum opulentiſſimæ Romani

Orbis Provinciæ à Barbaris devaſtabantur, Romæ ſe continebat Gallus, ibique, ut ſcribit Aur. Victor, populi gratiam, tenuiſſimi cujuſque exequias curando, aucupabatur. Quamobrem ut ſe Imperatorem crearent, ordines Pannonicos quibus præerat Æmilianus facilè induxit; maximè cum eum poſtrema de Gothis victoria commendaret: nam hos ab Æmiliano in Pannoniis primum, ac deinde in barbarico ſolo fuſos fugatoſque Zoſimus aſſerit. Accepto de Æmiliani defectione nuntio, Gallus quibus potuit rebus ſe munivit, Valerianumque ut Gallicas ac Germanicas legiones ad ſe adduceret, in Rhætias miſit: verum ab Æmiliano præventus, qui magnâ celeritate copias in Italiam adduxerat, apud Interamnam ubi exercitus adverſi conſtiterant, à ſuis qui & inferiores numero erant, & ignaviam Principis perſpectam habebant, unà cum filio Voluſiano necatur, anno Chriſti 253. circà menſem Maium, cum annum unum & menſes ſex imperaſſet, ut tradit Dexippus horum temporum ſcriptor, annos verò ſeptem ſuprà quadraginta natus eſſet, ſi Victori Juniori fidem adhibere velimus.



NUMISMATA
P s s s

NUMISMATA AUREA.

IM CAES C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

AETERNITAS AVGG. (1) Figura muliebris dextrorſum ſpectans ſtat, dextrâ tenet phœnicem globo impoſitum, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Regius.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

ANNONA AVG. Figura muliebris, ſiniſtrâ ſpicas, dextrâ temonem. *MB.*

Eadem epigraphe.

ANNONA AVG. Figura ſtans, dextrâ temonem cum globo. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

ANNONA AVGG. (2) Figura muliebris capite ſpicis ornato, ſtolata ſtans, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ ſpicas. *RE.*

. . . .

CONCORDIA AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. (3) Figura muliebris ad dextram ſpectans ſtat, dextrâ geſtat pateram, ſiniſtrâ geminum cornucopiæ. *Regius.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

FELICITAS AVGG. Figura ſtans, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe.

FELICITAS AVGG. Figura ſtans, dextrâ caduceum. *MB.*

Eadem epigraphe.

FELICITAS PVBLICA. Figura, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

FELICITAS PVBLICA. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ caduceo oblongo innixa, ſiniſtrâ geſtat cornucopiæ. *Declefves.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

IVNO MARTIALIS. Figura ſedens, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam puram. *MB.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

IVNONI MARTIALI. Templum duarum columnarum, in cujus medio Juno ſedens, cum pavone ad pedes. *Arſchotanus.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

LIBERTAS AVGG. Figura muliebris ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet pileum, ſiniſtrâ haſtæ innixa. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

LIBERTAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

PIETAS AVGG. Figura ſtans expanſis manibus. *MB.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

SAECVLVM NOVVM. Templum ſex columnis ſuffultum in cujus medio ſtat figura ſiniſtrâ haſtæ innixa. *Arſchotanus.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

SALVS AVGG. Figura muliebris ſtans ad ſiniſtram ſpectans, dextrâ tenet ſerpentem, ſiniſtrâ pateram, ex quâ cum paſcit. *Regius.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

VIRTVS AVGG. Figura militaris, ſiniſtrâ parmam, dextrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVGG. Figura, dextrâ peltam, ſiniſtrâ pilum. *MB.*

(1) Licet omnes nummi aurei hujus Imperatoris rari ſint, tamen hic inter rariſſimos recenſendus, in quo AETERNITAS AUGUSTORUM exhibetur, tanquam in Vibiorum familiâ æternum futurum eſſet Imperium; nummumque cuſum puto poſt Hoſtiliani mortem.

(2) Vaillantius mulierem ait dextrâ ſpicas, ſiniſtrâ cornucopiæ gerere. Imperatores ad populi Romani conciliandam gratiam levabant populum in annonæ caritate, frumento ſuppeditato.

(3) Nummus cum rariſſimis adnumerandus; cuſus videtur ad denotandam concordiam Auguſtorum forâ ſaſſis Galli & Hoſtiliani.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

ADVENTVS AVG. (1) Trebonianus eques à ſiniſtris dextrorſum, cum paludamento, dextrâ elatâ & expansâ, haſtam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte tria puncta. *Fouc. Regius. Cham.*

IMP CAE VIB TREB GALLVS P F AVG.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

AEQVITAS AVG. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte tria puncta. *Fouc. Fontaine. Regius.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP CAE VIB TREB GALLVS P F AVG.

AEQVITAS AVG. *MB.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

AETERNITAS AVG. Figura ſtans, dextrâ globum cum phœnice. *MB.*

Eadem epigraphe.

AETERNITAS AVGG. Figura ſtans limbum pallii attollens. *MB,*

Eadem epigraphe.

AETERNITAS AVGG. Figura ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ ſpicas, pedem ſiniſtrum proræ imponens. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

AETERNITAS AVGG. Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, phœnicem globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ: in ima parte, punctum unicum. *Fouc. Regius. DC. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ANNONA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, navis gubernaculo, in cujus imo globus, adnititur dextrâ, ſpicas verò tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. M MA. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ANNONA AVGG. Figura muliebris ut ſuprà, ſiniſtrâ ſtolam colligit. *Cham. Fontaine.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

ANNONA AVGG. Figura ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ aliud quid. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

APOLL SVLVTARI (3) (ſic) Apollo nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, lauri ramum demiſſum tenet dextrâ, citharam humi poſitam ſiniſtrâ. *Fouc. M MA. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLL SALVTARI. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham. Fontaine.*

....

APOLLO SALVTARIS. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

APOL SALVTARI. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe.

APOLLINI SALVTARI. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP CAE VIB TREB GALLVS P F AVG.

CONCORDIA AVG. Figura ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG.

(1) Nummus hic Treboniani Galli inter rariores recenſendus eſt; cuſuſque videtur ſub ejus Imperii initium, cum pace cum Barbaris facta, ſeu potius tributo annuo magno cum dedecore Romani nominis emptâ Romam venit, ut ſcribit Zoſimus.

(2) Nummus hic Treb Galli cum rarioribus adnumerandus eſt.

(3) Nummus cuſus, quo tempore ſæva peſtis per Romani Imperii Provincias graſſabatur; exorta fuit hæc peſtilentia primùm in Oriente ſub finem anni Chriſti 251. & anno ſequenti per totam Europam graſſata eſt perduravitque annis quindecim, ut ſcribunt Philoſtratus apud Evagrium, Cedrenus, & Zonaras. Hoc autem tempore, inquit Aurelius Victor, utrique Auguſto favor quæſitus, quod anxiè, ſtudioſèque tenuiſſimi cujuſque exequias curarent. Hic typus atque hæc epigraphe tunc primum in nummis Imperatorum occurrunt. Libet hic exhibere inſcriptionem, quæ Romæ in Thermis Antoninianis reperta exhibetur à Vaillantio in Opere de Coloniis tom. 2. pag. 315.

IMP. CAES. VIBII. TREB
GALLI. AVGVSTI. NOSTRI •
L. IV · IVS. VALIDIANVS. V. CL
PRAEF. VRB. STAT. EX AER
COL. VOLVNT. AVG. NOST
CVM. BASI. SVA. MARMOR. IIIIII.

Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. (1) Mulier ſtans dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Cham.*

IMP CAES VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

DIANAE VICTRI. (2) Diana venatricis habitu, dextrâ telum, ſiniſtrâ arcum demiſſum tenet. *RDR.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

FELICITAS PVBL. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fauvel.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

FELICITAS PVBL. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Alius cum IIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS PVBLICA. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *RE. Fontaine.*

Alius cum IIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS PVBLICA. Figura muliebris ut ſuprà, dextrâ elatâ tenet caduceum brevem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe.

FELICITAS PVBLICA. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ nixa columnæ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

FELICITAS PVBLICA. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ, quâ & cippo innititur. *Fouc. Regius. MMA. Cham. Le Roy. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS PVBLICA. Typus ut ſuprà abſque cippo. *Cham.*

IMP C GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

FELICITAS PVBLICA. (3) Typus ut ſuprà. *Quinarius. Fouc. DC.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

IVNO MARTIALIS. Figura muliebris ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ſpicas tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. Fontaine. Brandenburg.*

IMP CAE VIB TREB GALLVS P F AVG.

IVNO MARTIALIS. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

IVNO MARTIALIS. (4) Figura muliebris ſedens ut ſuprà, dextrâ tenet palmam, ſiniſtrâ haſtam. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERTAS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pileum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. MMA. RE. Fontaine.*

Alius cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Cham. Farneſianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERTAS AVGG. Figura muliebris ut ſuprà, ſed haſtam tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utraque ex parte. *Hen. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERTAS AVGG. Figura muliebris ut ſuprà, ſiniſtro cubito cippo innixa. *Regius. Cham.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

(1) Nummus cum hac epigraphe in Treboniano Gallo inter rariores recenſendus eſt.

(2) Hic typus atque hæc epigraphe tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt.

(3) Felicitatem publicam hoc Imperatore deſiderare poterant Romani, ſperare autem vix aut ne vix quidem poterant; quippe ab Gallo & Voluſiano nihil clarum geſtum, ſed ſolâ peſtilentiâ, & morbis, atque ægritudinibus notum eorum principatum tradit Eutropius; quæ quidem pluribus deſcribuntur à Zoſimo, dum præter peſtem ſæviſſimam undique Barbarorum in Romanas terras incurſiones refert.

(4) Hic typus atque hæc epigraphe tum primum in nummis Imperatorum occurrunt. Sunt autem qui putant loco *Martialis* legendum *Maritalis*, ſed eorum opinio mihi non arridet; quippe in VIII. Urbis Regione viſebatur templum Junonis Martialis, ut auctor eſt Sextus Rufus; & eodem quidem modo apud Pauſaniam, & Plutarchum in vita Pyrrhi, Jupiter ἄρειος, id eſt *Martialis* memoratur; & apud eundem Pauſaniam Venus ἀρεία, & Minerva ἀρεία dicuntur; ſed de Minervâ idem legitur apud Phurnutum, necnon in fœdere Smyrnæorum & Magneſiorum, quod habetur inter marmora Arundeliana. Sic Phurnutus: Ἀρεία, δ' ἐκλήθη, τῷ στρατηγικὴ εἶναι, καὶ διοικητικὴ πολέμων, καὶ ὑπερμαχητικὴ τοῦ δικαίου. *Martialis vocata eſt, quòd ſit Dux quædam & gubernatrix bellorum, & propter juſtitiam defendendam acriter pugnet.* Ad Junonem Martialem utique ſpectant ſequentia Virgiliana carmina:

—— Heic Juno Scæas ſæviſſima portas
Prima tenet, ſociumque furens à navibus agmen
Ferro accincta vocat.

LIBERTAS AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe.

LIBERTAS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pileum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam ſiniſtrâ. *MB.*

Eadem epigraphe.

LIBERTAS PVBLICA. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP CAE VIB TREB GALLVS P F AVG.

LIBERTAS PVBLICA. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

LIBERTAS PVBLICA. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. M MA. Cham. Fontaine.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

LVDIS DECENNALIBVS. (1) In coronâ. *MB.*

Eadem epigraphe.

MARTI PACIFERO. Mars gradiens, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

MARTI PACIFERO. Figura militaris galeata, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. RE.*

IMP CC VIB TREB GALLVS P F AVG.

MARTI PACIFERO. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP CAE VIB TREB GALLVS P F AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

MARTEM PROPVGNATOREM. Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ ſpiculum tranſverſum tenet, ſiniſtrâ clypeum. *MDM. MB.*

IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

MARTEM PROPVGNATOREM. (2) Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.

MONETA AVG. (3) Tres Monetæ ſtantes, cum attributis. *MB.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AETERNA. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. M MA. Regius. Cham. Le Roy. Fontaine. Brandenburg. MB.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

PAX AETERNA. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà. *MDM.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVGVS. Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

PAX AVGVS. (5) Typus ut ſuprà. *Bau.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

PIETAS AVGG. Figura ſtans, utramque manum attollens. *MB.*

IMP CAE VIB TREB GALLVS P F AVG.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG. (6) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, manibus expanſis. *Fouc. M MA. Cham. Val. Fontaine.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà abſque

(1) Inſcriptio peculiaris, quæ in nullo alio Imperatorum nummo reperitur; nummus hic inter ſingulares recenſendus.

(2) Nummi cum eodem typo, & eâdem epigraphe habentur tantum in Gordiano III. hi autem duo Treboniani Galli inter nummos ejuſdem Imperatoris rariſſimos reponendi ſunt.

(3) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt; nam præter hunc, quem profert Mediobarbus ex cimelio Carpineo, nullum alium reperi ſimilem inter numiſmata hujus Auguſti.

(4) Pacem illam Romano nomini infamem, quam Gallus cum Gothis fecit, exhibet hic nummus; quibus, ut ſcribit Zoſimus, non tantum cum prædâ ut ſuos intra fines redirent permiſit; verum etiam quotannis certam pecuniæ ſummam dare promiſit, & ex captivis nobiliſſimum quemque per vim abduci paſſus eſt, quorum plerique captâ Thraciæ Philippopoli hoſtium in poteſtatem venerant. Hanc autem ipſam pacem perbrevem fuiſſe nedum æternam teſtatur idem ſcriptor, qui undique Barbarorum in Romanas terras incurſiones Gallo Imperatore refert. Quæ fides nummis habenda, ubi à ſcriptoribus diſſentiunt, inde apparet, maximè ſi quid in illis reperias, quod ad adulationem Principis pertineat.

(5) Nummi Treboniani Galli cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

(6) Pietatem Auguſtorum commendare videtur Aurelius Victor, loquens de peſte illâ ſæviſſimâ, quæ Gallo imperante per totam Europam graſſabatur: *Hoc tempore*, inquit, *utrique Auguſto favor quæſitus, quòd anxiè ſtudioſèque tenuiſſimi cujuſque exequias curarent.*

arâ. *RE. Regius. Cham. Fontaine. Farneſianus.*

Alius cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Bau. Fontaine.*

IMP CAES TREBONIANVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

P M TR POT COS P P. Figura virilis togata ſedens in ſellâ curuli, dextrâ geſtat globum. *Fouc.*

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

P M TR P COS II PP. *MB.*

IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.

P M TR P III COS II PP. (1) Figura ſacrificans ante aram. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ. *Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA AVGG. (2) Figura muliebris ut ſuprà, ſed haſtæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. Figura inſidens ſcuto à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ Victoriolam tenet, ſiniſtrâ haſtam. *Cham. Fontaine. MB.*

IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

ROMAE AETERNAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte tria puncta. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE AVG. (3) Typus ut ſuprà, abſque punctis in imâ parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SAICVLLVM NOVVM. (ſic) Templi facies ſex columnis ſuffulta, in cujus veſtibulo veluti figura muliebris ſedens à fronte, dextrâ extensâ, haſtæ verò adoixa ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum loricâ:

SAECVLLVM NOVVM. (ſic) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SAECVLVM NOVVM. Typus ut ſuprà. *Regius. MB.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

SAECVLVM NOVVM. (4) Typus ut ſuprà. *Brandenburg.*

....

SAECVLVM NOVVM. Templum octo columnarum, in cujus medio figura ſedens. *MB.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG.

SAECVLVM NOVVM. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſerpente circumvolutam, pateram tenet dextrâ quâ ſerpentem paſcit, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

SALVS AVGVS. Typus ut ſuprà. *Fouc. M MA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVGG. (5) Typus ut ſuprà. *Regius. Cham. Fontaine.*

IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum loricâ.

VBERITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, crumenam tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Fontaine.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

VBERITAS AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP CAE VIB TREB GALLVS P F AVG.

VBERTAS AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria dextrorſum gradiens, dextra tenet coronam, ſiniſtrâ palmam. *Brandenburg.*

IMP CAE C VIB TREB GALLS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Victoria ſtans, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam. *RE.*

(1) Treb. Gallum haud ultrà decem & octo menſes imperaſſe in ejus vitâ obſervavimus: itaque tertius Tribunitiæ poteſtatis annus perperam in hoc nummo conſignatus eſt.

(2) Nummos Treboniani Galli cum hac epigraphe, & hoc typo cum raris adnumerandos ſcribit Vaillantius.

(3) Hos etiam Treb. Galli nummos inter raros recenſet Vaillantius, & cuſos fuiſſe ait cum hac epigraphe & typo, quòd licet Imperium Romanum undique à Barbaris impeteretur, Roma tamen Æterna videbatur futura.

(4) De ejuſdem epigraphes & typi nummis nonnulla diximus in Etruſcillâ: hos inter rariores collocat Vaillantius.

(5) Nummus hic ac ſequentes in Treboniano Gallo haud obvii ſunt.

Eadem epigraphe. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum loricâ.

VICTORIA AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham. Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. (1) Figura muliebris ſtans ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ tenet duplicem palmæ ramum. *Farneſianus.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ haſtæ innixa, ſiniſtrâ clypeo humi poſito. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. (2) Typus ut ſuprà. *MDM.*

....

VIRTVS AVGG. Figura muliebris ſtans. *MB.*

....

VOTIS DECENNALIBVS. in laureâ. *MB.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

VOTIS DECENNALIBVS. (3) in coronâ laureâ. *Fouc. Fontaine.*

(1) Ad quam Victoriam referendi ſunt hi nummi non conſtat; cum nulla apud ſcriptores mentio occurrat, licet undique Barbarorum in Romanas terras incurſiones referant; verum cum de geſtis hujus Imperatoris potius epitomæ quàm hiſtoriæ loquantur, facilè crederem aliquam Victoriam de tot Barbaris ab eodem Auguſto per Duces ſuos reportatam fuiſſe, ac propterea tum cuſos hos nummos fuiſſe.

(2) Nummi cum hac epigraphe in hoc Auguſto cum rarioribus adnumerandi ſunt.

(3) Hunc Treboniani Galli nummum inter rariores collocandum puto.

NUMISMATA ÆREA LATINA
maximi moduli, vulgò Medaglioni.

IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

ADVENTVS AVGG. (1) Gallus & Voluſianus equites præeunte Victoriâ & duobus ſubſequentibus militibus, altero cum ſigno militari, altero cum vexillo. *Vaillant. RE.*

IMP GALLVS AVG IMP VOLVSIANVS AVG. Capita Treboniani & Voluſiani laureata & adverſa, ad pectus cum paludamento.

ADVENTVS AVGG. (2) Duo Imperatores in equo decurrunt: Gallus haſtâ ſubmiſsâ, Voluſianus erectâ. *Vaillant. RE. DeC.*

IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS. Caput Treb. Galli radiatum.

ARN ASI. Apollo nudus ſtans radiatus, dextrâ ramum tenet, ſiniſtrâ arcum impoſitum rupibus ſeu in vertice montis. *Vaillant.*

IMP GALLVS AVG IMP VOLVSIANVS AVG. Capita Galli & Voluſiani.

FORTVNAE REDVCI. (3) Gallus & Voluſianus ſtantes ſacra faciunt cum quinque figuris aſſiſtentibus ante templum ſex columnarum. *Vaillant.*

IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. Caput Treboniani Galli laureatum, ad pectus cum paludamento.

IVNONI MARTIALI. (4) Juno ſedens in templo rotundo, pro cujus pedibus pavo, dextrâ ſubmiſsâ ſpicas, ut videtur; hinc & inde tauri decumbentis ſignum. *Vaillant. Regius.*

IMP GALLVS AVG IMP VOLVSIANVS AVG. Capita patris & filii adverſa & laureata.

(1) Gallus & Voluſianus quaſi Victores de Scythis Romam adveniſſent, hîc repræſentantur, cum tamen Zoſimus disertè ſcribat, cum primum ad Imperium Gallus pervenit, & Voluſianum filium Auguſtum appellavit, Scytharum res proſperas eſſe cœpiſſe; adeo enim fœdam cum illis pacem fecerat, ut quotannis certam pecuniæ ſummam dare promiſerit; quibus præmiſſis, ſubjungit idem ſcriptor: Ταῦτα οὖν ὁ Γάλλος διῳκηκὼς εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο μέγα φρονῶν ἐπὶ τεθείσῃ πρὸς τοὺς βαρβάρους εἰρήνῃ. *His rebus in hunc modum geſtis, Romam Gallus venit, magnos ob conſtitutam cum barbaris pacem ſpiritus gerens*, &c. Ad quem enim alium in urbem adventum, præeunte Victoria, referendus ſit hic nummus non conſtat.

(2) Plures hujus Imperatoris nummi ex ære maximi moduli reperiuntur in variis cimeliis, ſed non ideo obvii ſunt; imò hi duo rariſſimi.

(3) Fortunam Reducem implorant Auguſti, nam præter peſtem ſæviſſimam, quæ his Imperatoribus per orbem Romanum graſſabatur, undique etiam Barbarorum incurſiones in Romanas terras iiſdem imperantibus refert Zoſimus.

(4) Cum hac epigraphe, & hoc typo habetur etiam nummus Philippi Senioris.

Digitized by Google

PONTIF MAX TR P II COS II. Duo Imperatores in quadrigis triumphalibus, à Victoriis ponè eos ſtantibus coronantur, duobus hinc & inde prætorianis currum comitantibus. *Vaillant.* RE.

IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

P M TR P IIII COS II PP. (1) Imperator velatus ac paludatus ſtans ad aram ignitam, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ ſtolà involutâ, quâ & ſceptrum tenet: in areâ S. C. *DeC.*

IMP GALLVS AVG IMP VOLVSIANVS AVG. Capita patris & filii laureata & adverſa.

ROMAE REDVCI. (2) Duo Imperatores paludati ſtantes, ſacra faciunt ante templum ſex columnarum, in quo ſedet Fortuna; pone Gallum duo milites, quorum unus ei coronam imponit; retrò Voluſianum Genius ſeminudus ipſi coronam etiam imponit, milite juxtà eum ſtante. *Vaillant.*

IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. Treb. Gallus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ tenet ſcipionem in cujus ſummitate aquila.

SAECVLI FELICITAS. (3) Quatuor pueruli ſtantes quatuor anni tempora deſignantes. *Vaillant.* RE.

IMP CAES C VIBVS (ſic) TREBONIANVS GALLVS AVG. Caput Treboniani Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

SALVS AVGG. Figura muliebris paludata, ac ſtolata ſtans, ſiniſtrâ geſtat pateram, ex quâ ſerpentem paſcit, quem tenet dextrâ: in areâ S. C. *Frad.*

IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum pectore trabeato, dextrâ ſcipionem eburneum.

SECVRITAS AVGG. Mulier ſtolata ſtans dextram capiti admovet, ſiniſtro cubito columnæ innixo. *Vaillant.*

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita Galli & Voluſiani adverſa.

VOTA PVBLICA. (4) Duo Imperatores ſacra faciunt ad aram coram templo ſex columnarum, in quo ſedet Jupiter: miles quemque Auguſtum comitatur, adſtat tibicen duas inflans tibias; juxtà aram taurus. *Vaillant.*

(1) Treb. Galli imperium decem & octo menſium fuiſſe Dexippus horum temporum ſcriptor accuratiſſimus teſtatum reliquit; itaque qua ratione quartus Tribunitiæ Poteſtatis annus in hujus nummis ſervari poſſit eruditiores viderint.

(2) Hunc nummum profert Vaillantius ex cimelio Hieronymi Corrarii Nobilis Veneti, ſed puto ob epigraphen fortaſſis exeſam ab eo malè lectum, & pro ROMAE REDVCI legendum FORTVNAE REDVCI; nam in parte anteriori eadem epigraphe legitur, & duo capita cernuntur, nimirum Galli & Voluſiani adverſa, ex altera vero idem typus qui in nummo ſuperius laudato cum epigraphe ſolita FORTVNAE REDVCI; præterea nullus nummus Imperatorum reperitur cum epigraphe ROMAE REDVCI.

(3) Vanitatem hujus inſcriptionis redarguunt ſcriptores, ut in ejus Imperatoris vitâ videre eſt.

(4) Vota publica faciebant, & paſſim ſacrificantes repræſentantur Gallus & Voluſianus, quo tempore peſtis per Romanum orbem graſſabatur.

NUMISMATA ÆREA GRÆCA maximi moduli, vulgò medaglioni.

ΑΤΤ Γ ΟΤΙΒ ΤΡΒ (ſic) ΓΑΛΛΟϹ ϹΒ. (ſic) *Imperator Caius Vibius Trebonianus Gallus Auguſtus.* Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΑΤΡ ΑΙΝΟΡΙΟΤ (ſic ut videtur) ΑΠΑΜΕΩΝ ΕΦΕϹΙΩΝ ΟΜΟΝ. (1) *Aurelio Linorio Apamenſium Epheſiorum Concordia.* Jupiter ſedens à ſiniſtris dextrorſum dextrâ tenet globum, cui inſiſtit Victoriola, ſiniſtrâ haſtæ innixus: ante ipſum ſtat inter duos cervos figura togata & tutulata cum limbo circà caput, dextrâ & ſiniſtrâ baculo innixa. *Regius.*

ΑΤΤ Κ Γ ΒΕΙΒ (ſic) ΤΡΕΒ ΓΑΛΛΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Cæſar Caius Vibius Trebonianus Gallus Auguſtus.* Caput Treb. Galli ut ſuprà.

ΕΠΙ ΑΤΡ ΜΗΝΟΦΙΛΟΤ Β ΑΝΔΡΟΝΕΙΚΟΤ ἙΡΜΟΚΑΠΗΛΕΙΤΩΝ. (2) *Sub Aurelio Menophilo iterum Andronico Hermocapelitarum.* Pluto in quadrigis à dextris ſiniſtrorſum Proſerpinam rapiens. *Regius.*

(1) Nummus ſingularis nec Vaillantio viſus, qui primus indicat urbem Epheſum & Apameam Phrygiæ minoris urbem concordiâ junctas fuiſſe. Utraque civitas ſua exhibet peculiaria numina, Apamea Jovem, Epheſus Dianam.

(2) Plinio lib. v. ſect. XXXIII. *Hermocapelitæ*, quaſi Mercurii caupones; quam quidem vocem eruditiſſimus Harduinus primus auctori ſuo optimè reſtituit, admonitu mſſ. Codicum; cum Hermolaus Barbarus, cæterique poſt eum Plinii editores *Harmatopolitæ* exhibeant, & Ortelius Harmatuntopolitæ

ΑΥ Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒΩΝΙΑΝΟϹ ΓΑΛΛΟϹ. *Imperator Cæſar Caius Vibius Trebonianus Gallus.* Caput Treb. Galli ut ſuprà.

ΕΠΙ ϹΤΡ ΚΛ ΚΑΛΛΙϹΤΟΥ ΙΕΡΕΩϹ ΙΩΝΩΝ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΙΩΝΩΝ. (1) *Sub Prætore Claudio Calliſto Sacerdote Ionum Colophoniorum. Commune Ionum.* Apollo Clarius ſedens à ſiniſtris dextrorſum in templo tetraſtylo, dextrâ demiſſa tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram, cubito ſiniſtro ſedili innixo: infrà ſtant in circuitu tredecim figuræ cum palliis, dextris clatis; & in medio earum ara ignita, & taurus. *Regius. Vaillant.*

ΑΥ Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒΩ ΓΑΛΛΟϹ. Caput Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟϹ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ. (2) *Seleucenſium qui ſunt ad Calycadnum.* Duo capita adverſa; quod à dextris eſt laureatum muliebri habitu, ante quod laurus; quod à ſiniſtris tutulatum ad pectus cum paludamento, & cornucopiæ ad humeros, quod Genii urbis eſt. *Regius.*

ΑΥΤ Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒΩ ΓΑΛΛΟϹ. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟϹ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ. Typus ut ſuprà. *De Camps.*

ſcribi cenſeat. Et hinc veram Plinii lectionem confirmavit auctoritate numiſmatis ſingularis, quod ex Regiâ Gazâ exhibuit idem Harduinus in collectione nummorum Antiq. cum hac epigraphe; ΕΡΜΟΚΑΠΗΛ.Τ. ΘΕΑ ΡΩ. Ἑρμοκαπηλιτῶν, Θεὰ Ῥώμη; nam nummum Hermocapelitarum hîc à nobis productum Harduinus non viderat. Cum Plinio & præfatis nummis convenit Hieroclis Grammatici Synecdemus, ubi inter oppida Provinciæ Lydiæ recenſetur Ἑρμοκαπηλία. Nummus autem hic maximi moduli non extat apud Vaillantium.

(1) Figuræ tredecim, quæ in hoc nummo exhibentur, tredecim Aſiæ civitates, quibus Ionum commune conſtabat, repræſentare videntur. De urbe autem Colophone, & cultu, quo Apollo Clarius ibi colebatur, diximus ſuprà in nummis Trajani Decii ſecundi moduli. Nummum hunc profert Vaillantius ex eodem Regio Theſauro, ſed mutilum.

(2) Stephanus: Σελεύκεια πόλις ἐν Κιλικίᾳ, Τραχεῖα λεγομένη. *Seleucia, urbs in Cilicia, Trachea*, hoc eſt, *aſpera dicta.* Hæc Seleucia Tracheotis cognomine ſuprà amnem Calycadnum ponitur etiam à Plinio lib. v. ſect. xxi. Ptolemæo lib. v. cap. viii. dicitur etiam Τραχεῖα. Epiphanius Hæreſ. lxxiii. cap. 23. meminit Synodi coactæ ἐν τῇ Σελευκείᾳ τῇ Τραχείᾳ καλουμένῃ κατὰ τὴν Ἰσαυρίαν. & cap. 25. vocatur Σελεύκεια τῆς Ἰσαυρίας: de quâ quidem Synodo & Ariminenſi habetur ſancti Athanaſii epiſtola prolixa. Porphyrogenitus de Them. lib. 1. Them. 13. pag. 14. noſtræ editionis, Seleuciam partem eſſe Iſauriæ ſcribit, & primam inter urbes maritimas Seleuciam recenſet. Ammianus Marcellinus lib. xiv. pag. 19. loquens de Iſauriâ, *quam mediam*, inquit, *navigabile flumen Calycadnus interſcindit. Et hanc quidem, præter oppida multa, duæ civitates exornant; Seleucia opus Seleuci Regis & Claudiopolis, quam deduxit Coloniam Claudius Cæſar.* Hæ duæ urbes nimirum Seleucia & Claudiopolis erant concordiâ junctæ, ut apparet ex nummo Gordiani Pii, quem profert Vaillantius, cum hac epigraphe ΚΛΑΥΔΙΟ ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ & ex altero Gallieni, quem infrà proponimus. Nec mirum, quippe à Porphyrogenito paulò ſuperius citato loco, Seleucia prima inter urbes maritimas Provinciæ ſeu Thematis Seleuciæ recenſetur, & inter mediterraneas ejuſdem Thematis Claudiopolis ſexta numeratur. ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ titulo donatur hæc ipſa Seleucia ad Calycadnum in nummis Gordiani & Tranquillinæ; & ſæpenumero confunditur ab Antiquariis hæc ipſa urbs cum aliis ejuſdem nominis urbibus, ut ſuo loco dicemus.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

ADVENTVS AVG. (1) Figura equeſtris dextram elevans. *Vaillant.*

IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. Caput Treboniani Galli ut ſuprà.

AEQVITAS AVGG. (2) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S. C. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AETERNITAS AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ ſuſtinet globum cui phœnix inſiſtit, ſiniſtrâ ſtolam colligit: in areâ S. C. *Regius. DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ETERNITAS AVGG. (ſic) Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLL SALVTARI. Apollo nudus ſtans, dextrâ demiſſâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram ſaxo innixam: in areâ S. C. *Fouc. Regius. RE. Frad. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLLO SALVTARI. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris

(1) Hunc nummum ex cimelio Rozini Nobilis Veneti profert Vaillantius inter rariores hujus Auguſti.

(2) Nummus hic ac ſequens cum rarioribus adnumerandi.

bris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ geminum: in areâ S. C. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. (1) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ: in imâ parte S. C. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS PVBLICA. Figura muliebris ſtans, dextrâ caduceo oblongo innixa, cornucopiæ geſtat ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS PVBLICA. (2) Figura muliebris ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextrâ elatâ tenet caduceum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: in areâ S. C. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNONI MARTIALI. Juno ſedens in medio templi rotundi, ubi duo gradus, dextrâ demiſsâ tenet ſpicas, ſiniſtrâ genibus innixa: in areâ S. C. *Regius. RE. Cham. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNONI MARTIALI. Typus ut ſuprà, ſed tres ſunt gradus ad templum: in areâ S. C. *Fouc. Frad. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNONI MARTIALI. Figura muliebris paludata ac ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ elatâ globum: in imâ parte S. C. *Fouc. Regius. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERALITAS AVGG. (3) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet teſſeram, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S. C. *Fouc. Regius. Frad. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERTAS AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ geſtat pileum, ſiniſtrâ haſtæ innixa: in area S. C. *Frad. Fouc. DC. Regius. Cham. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PACIFERO. (4) Figura militaris galeata ac paludata ad dextram gradiens, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam: in areâ S. C. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ demiſsâ ſceptrum: in areâ S. C. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGG. (5) Figura muliebris ut ſuprà, ſed dextrâ demiſsâ ramuſculum tenens; cum S. C. in areâ. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata, capite velato ſtans, manibus expanſis ac elatis: in areâ S. C. *Frad. Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Figura muliebris typo quo ſuprà ſtans ad aram; cum S. C. in areâ. *Frad. Fouc. Regius. RE. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS II PP. (6) Figura virilis togata & velata ſtans ad aram ignitam, dextrâ geſtat pateram, ſiniſtrâ demiſsâ ſceptrum, quâ & veſtem colligit: in areâ S. C. *Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P III COS II PP. Typus ut ſuprà. *Frad. Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P IIII COS II PP. (7) Typus ut ſuprà cum S. C. in areâ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. Figura muliebris paludata ac ſtolata, ſpoliis inſidens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innixa: in imâ parte S. C. *Frad. Fouc. DC. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans, ſiniſtrâ geſtat pateram, ex quâ ſerpentem paſcit, quem tenet dextrâ: in areâ S. C. *Frad. Fouc. Regius. Cham. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVGG. Figura muliebris paludatâ

(1) Nummi hujus Auguſti cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

(2) Nummi Treboniani Galli cum hac epigraphe inter rariores collocandi.

(3) Nummus hic haud obvius in Treboniano Gallo.

(4) Nummus ex ære primi moduli inter ſingulares recenſendus.

(5) Nummi hujus Auguſti cum hac epigraphe inter rariores collocandi.

(6) Nummus cuſus videtur anno Chriſti 252. quo etiam anno ſequens inſcriptio, quam Romæ repertam exhibet Gruterus pag. 995. erecta fuit.

ACTVM. PR. KAL. AVG. IMPP. DD. NN. GALLO. AVG. II
ET VOLVSIANO. AVG. COSS. ISDEM. COSS. EADEM
DIE. STATIA. IRENE. L. L. H. DONATIONI. MONVMENT
. S. S. SICVT. SVPRA. SCRIPTVM. EST. CONSENSI
SVBSCRIPSI. ET. ASSIGNAVI.

(7) Quartum, adeoque tertium Tribunitiæ poteſtatis annum in Treb. Galli nummis perperam conſignatum arguit Dexippus horum temporum Scriptor, dum huic Principi haud ultrà decem & octo Imperii menſes attribuit.

ſtans ad aram, dextrâ paſcit ſerpentem aræ circumvolutum ex paterâ, ſiniſtrâ haſtæ innixâ: in areâ S. C. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextram capiti admovet: in areâ S. C. *Frad. Fouc. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. (1) Victoria ſtans ad dextram, dextrâ tenet coronam lauream, ſiniſtrâ palmam: in areâ S. C. *Frad. Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ ſcuto humi poſito innixa, ſiniſtrâ haſtam ferratam inverſam tenet: in areâ S. C. *Frad. Fouc. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà cum palmæ ramo à dextris in areâ, & S. C. pariter in areâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS DECENNALIBVS S C. In coronâ. *Fouc. Regius. Cham. RE.*

IMP CAES VIB TREBONIANVS GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

VOTIS DECENNALIBVS S C. In coronâ. *Frad.*

(1) Nummus hic cum ratioribus adnumerandus. Vide quæ de nummo argenteo ejuſdem epigraphes diximus.

NUMISMATA Æ. I.
in Coloniis cuſa.

AYTOK K Γ OYIB TPEB ΓΑΛΛΟΣ CEB. *Imperator Caſar Caius Vibius Trebonianus Gallus Auguſtus.* Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL LAOD METROPOLEOS. (1) *Colonia Laodicea Metropoleos.* Figura muliebris tutulata ac ſtolata ſtans ſiniſtrorſum ſpectans, dextrâ tenet temonem, lævâ duas icunculas: à dextris in areâ Δ. à ſiniſtris Ε. *Tribunitia Poteſtatis. Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL LAOD METROPOLEOS. (2) Silenus ſtans à ſiniſtris dextrorſum, dextram attollit, humero lævo utrem hircinum gerit: in areâ Δ. Ε. *Vaillant. Regius.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros.

COL TYRO METROP. (3) *Colonia Tyros Metropolis.* Hercules nudus ſtans ad aram ignitam, dextrâ geſtans pateram, lævâ clavam, & circâ brachium ſpolia leonis: in vertice nummi à dextris petræ ambroſiæ; infrà à ſiniſtris conchylium. *Vaillant.*

(1) Laodicea hæc Coloniæ & Metropoleos dignitate inſignis, urbs eſt Syriæ maritima, de quâ loquitur Joſephus de bell. Jud. lib. 1. cap. 16. Λαοδικεῦσι δὲ τοῖς παραλίοις, ὑδάτων εἰσαγωγήν. *Maritimis autem Laodicenſibus aquæductum.* Hujus autem cives Julienſes Laodicenſes appellati fuere, ob tributi remiſſionem ipſis à Julio Cæſare conceſſam; idcoque *Libera* hæc urbs dicitur Plinio lib. v. cap. 20. A Septimio Severo jus Italicum obtinuit, quo tempore Colonia Romana ab eodem facta fuit. Paulus lib. 2. de Cenſ. *Laodicia in Syriâ & Berytos in Phœnice juris Italici ſunt, & ſolum eorum.* In Ulpiani Codicibus, puto, librariorum mendo hæc urbs in Syriâ Cœle ponitur, cum ad mare eſſet, uti diximus. Sunt, qui mulierem tutulatam, dextrâ temonem, lævâ duas icunculas geſtantem, in nummo expreſſam, indicare putent urbis ſitum ad mare, & duas icunculas, duos nempe Imperatores Gallum & Voluſianum, ut in Philippopolitanorum nummis Roma ſedens Philippos patrem & filium dextrâ ſuſtinet; ſed de his ſatis; nam in divinando alii proculdubio feliciores erunt.

(2) Arguit hic nummus Laodiceæ Sileni cultum, qui in Deorum numerum relatus fuit in gratiam Bacchi, cujus fuerat Pædagogus; de quo ſic Julianus in Cæſ. Παρ᾽ αὐτὸν τῶν Θεῶν κύκλον καθημένων, ὁ Σειλήνος, ἐρωτικῶς ἔχειν δοκῶν μοι τοῦ Διονύσου καλοῦ τε ὄντος, καὶ τοῦ πατρὸς τοῦ Διὸς παρακαθήμενος, πλησίον αὐτοῦ, τροφεύς τις ὢν καὶ παιδαγωγὸς καθῆστο. *Sic igitur Diis in orbem ſedentibus, Silenus Dionyſio juveni & venuſto Jovi patri proximo, proximus, ut educatorem & inſtitutorem par erat, aſſedit.*

(3) Tyros Colonia & Metropolis Phœniciæ ab Hadriano Metropolis facta eſt, & à Septimio Severo Colonia deducta: quæ quidem urbs ita celebris eſt, ut de eâ plura verba facere non ſit neceſſe. Hercules in nummo expreſſus eſt ille Tyrius, de quo ſic Pauſanias in Eliacis pag. 339. Ἤκουσα δὲ ἐν Θάσῳ, τὸν αὐτὸν σέβειν Ἡρακλέα, ὃν καὶ Τύριοι σέβονται. *Et Thaſii quidem audivi, eundem Herculem, quem Tyrii venerantur, ab illis coli.* Tyrius Hercules dictus eſt & Suidæ: Διεφάνη δ᾽ ἐπὶ Μίνω Ἡρακλῆς Τύριος. *Inclaruit Minoë regnante Hercules Tyrius.* Aſtrochiton à Nonno appellatur lib. xv. Ἀστροχίτων Ἡρακλεες ἄναξ πυρός. *Aſtrochiton Hercules, ô Rex ignis.* *Melcartus*, idem qui Melec-Cartha, *Rex urbis* dicitur apud Euſebium Præp. Evang. lib. 1. Huic Herculi Tyrio ſuperbiſſimum templum erexit Hiramus Tyriorum Rex, de quo Joſephus contrà Ap. lib. 1. pag. 1043. Καθελών τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ, καινοὺς ναοὺς ᾠκοδόμησεν· τό τε τοῦ Ἡρακλέους καὶ τῆς Ἀστάρτης τέμενος ἀνιέρωσεν. *Demoliuſque antiqua delubra, nova templa ædificavit: Herculiſque & Aſtartes fana dedicavit.* Petræ autem illæ in vertice nummi, Ambroſiæ ſunt, ad quas reperiendas Hercules Tyrios tamdiu navigare juſſit, donec illas invenirent errantes, quibus firmatis Tyrum conde-

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL TYRO METROP. (1) Aſtarte ſtans in templo ſex columnarum, dextram trophæo imponit, ſiniſtrâ tenet ſcipionem; à ſiniſtris columna, cui inſiſtit Victoria coronam ei imponens; pro pedibus à dextris Silenus, à ſiniſtris conchylium. *Vaillant.*

IMP CAES C VIBIVS TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL TYRO METRO. Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP C C VIBIVS TREBO GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

COL TYRO METRO. (2) Aſtarte turrita dextram trophæo inter duas figuras exiguas ſtantes erecto imponit, ſiniſtrâ haſtam tenet: à ſiniſtris viſitur columna cui inſiſtit Victoriola coronam Imperatori adſtanti imponens; infrà conchylium & clava: in imâ parte quatuor figuræ, una ad aram ſacrificans, cæteræ manibus elatis veluti quidpiam Deæ offerentes. *RE.*

VIBIO TREBON GALLO AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

P M S COL VIM. *Provincia Mœſia Superioris Colonia Viminacium.* Figura muliebris ſtans inter bovem & leonem. *Ba.*

rent. Vide Nonnum Dionyſ. lib. XL. Conchylium perpetuum eſt urbis Tyri ſymbolum; ex ejus enim cruore purpureus fiebat ille color toto orbe celeberrimus, ut ſcribit Strabo pag. 757. Πολὺ γὰρ ἐξήτασαι πασῶν ἡ Τυρία καλλίςη πορφύρα. *Tyria enim purpura optima omnium perhibetur.* Cæterum Hercules repræſentatur cum paterâ ſtans ante aram ignitam, quaſi pro ſalute Auguſti ſacrificans, quo tempore ſæviſſima peſtis per totum orbem Romanum graſſabatur.

(1) Aſtarte tutelaris ac Topica Tyriorum Dea, ut ſcribit Cicero lib. 3. de Naturâ Deor. *Quarta Venus Syria Tyroque concepta, quæ Aſtarte vocatur, quam Adonidi nupſiſſe traditum eſt.* Huic Deæ ſuperbiſſimum erexit templum Hiramus Tyriorum Rex teſte Joſepho paulo ſuperius citato loco. Illa dextram trophæo imponit in memoriam Coloniarum à Tyriis deductarum uſque ad Columnas, quas vocant, Herculis, ubi trophæum erexerunt, de quibus Diodorus lib. v. pag. 208. Πολλὰς μὲν κατὰ τὴν Λιβύην ἀποικίας ἐκπέμψαντο, ἐκ ὀλίγας δὲ ἐν τοῖς Εὐρώπης ἐν τοῖς πρὸς δύσιν κεκλιμένοις μέρεσιν. *Quo factum, ut multarum in Africa Coloniarum, nec paucarum in his Europa partibus, quæ ad Occidentem vergunt, auctores fierent.* Vide Bochartum in Geogr. Sac. part. 2. lib. 1. cap. 2. Victoria ſuprà columnam porrigens coronam, inquit Vaillantius, videtur potius ad Aſtarten ſpectare, cum idem typus in Berytenſium nummis, & aliis occurrat, quàm ad Tyrum; licet illa apud Eſaiam cap. 23. 8. coronata, vel potius coronaria, id eſt coronas imponens ſuis, appelletur. Silenus autem frequentiſſimè in Tyriorum nummis exhibetur, quòd ab ipſis ſumma veneratione cultus fuit.

(2) Eximius ac ſingularis nummus, & Vaillantio minimè notus, in quo Gallus propè Aſtarten ſtans à Victoriâ coronatur: clava Herculis ſymbolum, qui apud Tyrios ſumma veneratione colebatur; infrà quatuor figuræ, una ad aram ſacrificans, cæteræ manibus elatis neſcio quid Deæ offerunt pro ſalute Auguſti, dum ſæviſſima lues orbem Romanum depopularetur.

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

ΑΥΤ Κ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. *Imperator Cæſar Vibius Trebonianus Gallus Auguſtus.* Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ. (1) *Hadrianorum Adaneorum.* Figura barbata & ſeminuda ſedens, dextrâ haſtam, coronam imponit Athletæ nudo ſedenti in ſcamno, cui ſiniſtrâ inſiſtit, dextram capiti admovet. *Vaillant.*

ΑΥΤΟΚ Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. *Imperator Cæſar Caius Vibius Trebonianus Gallus Auguſtus.* Caput Treb. Galli ut ſuprà.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΛΩΝ. *Antiochenſium Metropoleos Coloniæ.* Caput muliebre velatum ac turritum ad ſiniſtram ſpectans, & ſuprà aries: in arcâ S. C. Δ. Ε. *Senatuſconſulto. Tribunitia Poteſtate. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΛΩΝ Δ Ε. S C. Templi facies quatuor columnis ſuffulta, ad cujus veſtibulum figura muliebris capite velato ac turrito, inſidens monticulis à ſiniſtris dextrorſum: in parte nummi ſuperiore aries: in inferiore fluvius nudus emergens. *Fouc. Regius. Cham. Frad. Le Roy. Vaillant. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΑ Δ Ε. Typus ut ſuprà. *RE.*

ΑΥΤ Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΓΑΛΛΟΣ ΚΑΙ ΟΥΟΛΟΥΣΣΙΑΝΟΣ ΣΕΒΒ. *Imperator Cæſar Caius Vibius Trebonianus Gallus & Voluſianus Auguſti.* Treb. Galli lau-

(1) Alterum huic oppido nomen ab Hadriano Auguſto inditum videtur. *Adana* in Ciliciâ ponitur Plinio lib. v. ſect. XXII. Ptolemæo lib. IV. cap. VIII. & Scylaci Caryandenſi. Stephanus: Ἄδανα, Κιλικίας πόλις, ... ὁ πολίτης, Ἀδανεύς. Profert hunc nummum ſingularem Vaillantius ex cimelio Joannis Petri Rigord Maſſilienſis.

reati, & Voluſiani radiati, ad humeros cum paludamento, capita adverſa.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΛΩΝ Δ Ε. S C. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Val. De C.*

ΑΥΤ Κ Γ ΟΥΙΒ ΓΑΛΛΟΣ ΚΑΙ ΟΥΟΛΟΥCΙΑΝΟΣ CΕΒ. Capita Treb. Galli & Voluſiani ut ſuprà.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΛΩΝ Δ Ε. S C. Typus ut ſuprà. *Vaillant. Cham.*

Α Κ ΓΑ ΤΡΕΒ ΓΑΛΛΟΣ ΚΑΙ ΟΥΟΛΟΥCΙ..... *Imperator Cæſar Caius Trebonianus Gallus & Voluſianus*.... Capita adverſa Galli & Voluſiani laureata, ad humeros cum paludamento.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟ ΚΟΛ. ΔΕ. SC. (1) Typus ut ſuprà. *RE.*

....

ΕΠΙ ΑΥΡ ΜΗΝΟΦΑΝΟΥC Β ΑΝΔΡΟΝΕΙΚΟΥ ΕΡΜΟΚΑΠΗΛΕΙΤΩΝ. (2) *Sub Aurelio Menophane iterum Andronico Hermocapelitarum.* Pluto in quadrigis Proſerpinam rapit. *Vaillant.*

Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΓΑΛΛΟΣ. Caput Treb. Galli radiatum, ad pectus cum chlamyde, & clypeo.

ΖΕΦΥΡΙΩΤΩΝ ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. (3) *Zephyriotarum Irenopolitarum* (concordia.) Hercules ſtans nudus, dextrâ pateram, ſiniſtrâ clavam inverſam & ſpolia leonis. *Vaillant.*

Α Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒΩΝΙΑΝΟΣ ΓΑΛΛΟΣ. *Imperator Cæſar Caius Vibius Trebonianus Gallus.* Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠΙ CΤΡ ΚΛ ΚΑΛΛΙCΤΟΥ ΙΕΡΕΩC ΙΩΝΩΝ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΙΩΝΩΝ. *Sub Prætore Claudio Calliſto Sacerdote Ionum Colophoniorum. Commune Ionum.* Apollo Clarius ſedens à ſiniſtris dextrorſum in templo tetraſtylo, dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram, cubito ſiniſtro ſedili innixo: infrà ſtant in circuitu tredecim figuræ cum palliis, dextris elatis; & in medio earum ara ignita & taurus. *RE.*

ΑΥΤ Κ Γ ΟΥΙΒΙ ΓΑΛΛΟΣ CΕΒ. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΟΥCΤΑΜΑ. (4) (ut videtur) *Macedonum ſub Uſtama.* Quadriga à fronte, equis duobus à dextris, totidem à ſiniſtris, pariter averſis & adverſis, in quâ athleta ſtans, coronam tenet dextrâ, flagrum verò ſiniſtrâ. *Fouc. Vaillant.*

ΑΥ ΚΕ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒΩ ΓΑΛΛΟΣ. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento: in areâ Π Π. *Pater Patriæ.*

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. (5) *Pompeiopolitanorum.* Apollo ſtans cum pharetrâ, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ demiſsâ. *De C.*

....

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. Mulier ſtolata ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant.*

ΑΥ ΚΑΙ Γ ΟΥΙΒΙΟΝ ΤΡΕΒΩ ΓΑΛΛΟΝ. *Imperatorem Cæſarem Caium Vibium Trebonianum Gallum.* Caput Treb. Galli radiatum, ad pectus cum paludamento: à dextris in areâ Π. à ſiniſtris Π. *Pater Patriæ.*

ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. *Tarſi Metropoleos.* Mars ſtans galeatus, dextrâ clypeo innixus, lævâ haſtæ: in areâ Α Μ Κ Γ Β. *Prima ſolius Ciliciæ. Decreto Senatûs. Regius. Vaillant.*

ΑΥ ΚΕ Γ ΟΥΙΒΙ ΤΡΕΒ...... Caput Treb. Galli ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ.

ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Imperator paludatus & Genius urbis ſtantes clypeum tenent: in areâ Γ Β. in imâ parte Α Μ Κ. *Regius. Vaillant.*

ΑΥ ΚΑΙ Γ ΟΥΙΒΙΟΝ ΤΡΕΒΩ ΓΑΛΛΟΝ. Caput Treb. Galli ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ.

ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠ....... (6) Figura ſtans, dextrâ icunculas tenet: in areâ Α Μ Κ Γ Β. *Regius.*

(1) Ex hac capitis epigraphe manifeſto liquet, Gallo non Gnæi, vel ut alii ſcribunt Cnei, fuiſſe prænomen, ſed Caii, quod etiam conſtat ex nummis Latinis: licet nonnulli aliter ſentiant.

(2) Vide nummum maximi moduli ejuſdem Auguſti ab Hermocapelitis cuſum.

(3) Plinio lib. v. ſect. xxii. *Zephyrium.* Stephano: Ζεφύριον, πόλις Κιλικίας.... τὸ ἐθνικὸν, Ζεφυριώτης. Ciliciæ etiam adſcribitur hæc urbs Ptolemæo, Straboni, Scylaci & Livio; cui quidem Provinciæ adnumeratur & Irenopolis à Ptolemæo; unde non mirum ſi hæ duæ urbes concordiâ erant junctæ.

(4) Hunc nummum ſed mutilum protulit Vaillantius ex eodem cimelio Fucaltiano.

(5) Nummus Treboniani Galli cum hoc typo non extat apud Vaillantium. Binæ autem occurrunt in nummis hujus nominis urbes, una in Paphlagonia Metropoleos dignitate gaudens; altera in Ciliciâ, quæ paſſim urbis Epocham ſignat, atque olim Soli appellata à Solone, qui eam condiderat, teſte Diogene Laërtio. Utramque à Pompeio cognominatam, & ad ſecundam hunc nummum pertinere arbitramur.

(6) Nummus Treboniani Galli cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treboniaui Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

APOLL SALVTA. Apollo laureatus nudus, vulu dextrorſum converſo ſtans, lauri ramum tenet dextrâ, citharam baſi impoſitam ſiniſtrâ : in arcâ S. C. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLL SALVTARI. Typus ut ſuprà, cum SC. in areâ. *Fouc. LC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLLO SALVTARI. Typus ut ſuprà, cum SC. in arcâ. *Regius. Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. (1) Mulier ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ : in imâ parte S.C. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERTAS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pileum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : in areâ S. C. *Fouc. Frad. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGG. (2) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ elatâ ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenet : in areâ S. C. *Regius. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. Figura muliebris ſtolata capite velato, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, manibus expanſis : in areâ S. C. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Regius. Frad. Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà abſque arâ : in arçâ S. C. *SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (3) Figura muliebris ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ramum tenet dextra, ſellæ verò innititur brachio ſiniſtro : in imâ parte S.C. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVGG. Figura muliebris ſtolata, ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſerpentem tenet dextrâ, pateram verò ſiniſtrâ, quâ eum paſcit : in areâ S. C *Fouc. Regius. Frad. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVGVS. Figura muliebris dextrorſum converſa, ſtans ad aram, dextrâ tenet pateram, ex quâ paſcit ſerpentem aræ caudâ circunvolutum, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : in areâ S. C. *Frad. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. (4) Figura militaris ſtans, dextrâ innititur ſcuto humi poſito, ſiniſtrâ haſtæ ferratæ inverſæ : in areâ S. C. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS DECENNALIBVS S C. in coronâ laureâ. *Fouc. Regius. RE. Frad.*

(1) Nummus hic ex hoc modulo cum rarioribus adnumerandus.
(2) Nummus inter rariores collocandus.
(3) Nummus cum hac epigraphe & hoc typo in Treboniano Gallo ſingularis eſt.
(4) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

NUMISMATA Æ. II.
in Coloniis cuſa.

IMP CA C VIB GALLVS P F AVG. Caput Treboniani Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

........F G CAES METRO...... (1) *Felix Germanicia Cæſarea Metropolis.* Jupiter ſedens, dextrâ tenet fulmen, ſiniſtrâ haſtam. *RE.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

COL PR FL C G CAES METR P S P. (2) *Colonia Prima Flavia Commodiana Germanicia Cæſarea Metropolis Provinciæ Syriæ Palæſtinæ.* in laureâ. *Regius.*

IMP VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treboniani Galli ut ſuprà.

AEL MVNICIP COEL. (3) *Ælium Mu-*

(1) Nummus hic ac ſequens non extant apud Vaillantium.
(2) De Cæſarea Palæſtinæ urbe, quæ olim dicebatur Turris Stratonis, & ad quam ſpectant hi nummi, pluribus locuti ſumus in Trajano Decio. Cur autem in pluribus nummis Cæſarienſes dicantur Germanicenſes, & Commodiani vide eruditiſſimum Harduinum, alioſque, qui de nummis ſcripſere.
(3) Vaillantii ſententiam in deſcribendo hoc nummo ſequuti ſumus ; ſed aliter legere eruditiſſimo Harduino libuit : in primâ enim editione nummum Municipio Cœlio tribuit, quam urbem in Calabriâ

nicipium Coellutanum. Lupa à dextris ſiniſtrorſum cum puerulis Romulo & Remo. *Vaillant. Regius.*

IMP C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

PROVINCIA DACIA. (1) Mulier ſtans inter aquilam lauream roſtro geſtantem à dextris, & leonem à ſiniſtris, dextrâ haſtæ innixa, in cujus ſummitate caput aſininum, ſiniſtrâ tenet ramum olivæ: in imâ parte AN. VI. *Vaillant.*

IMP C VIB TREB GALLO AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros.

COL DAMASCO METRO. (2) *Colonia Damaſcus Metropolis.* Bacchus cippo inſiſtens, dextrâ lævâque vitis palmitem, ſeu ramum hinc inde aſſurgentem tenet. *Vaillant. Regius.*

IMP C C VIB TREB GALLO AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

COL ΔAMAS METRO. (3) *Colonia Damaſcus Metropolis.* Circà coronam querceam, in quâ CEBACMIA, *Sebaſmia*, certamina. *Foue.*

IMP C VIB TREB GALLVS. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

COL ΔAMAS METRO. Circa coronam querceam, in quâ CEBACMIA. *Vaillant. RE.*

IMP C TREB GALLO AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

COL ΔAMAS METRO. (4) Puer ſugens ubera damæ à dextris ſiniſtrorſum ſtantis. *Vaillant.*

IMP C VIB TREB GALLO AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL ΔAMA METRO. (5) Dama ſtans à ſiniſtris dextrorſum, ſub quâ figura infantilis nuda quam lactat; infrà uter. *Regius. Foue.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL ΔAMA MET. (6) Vexillum erectum inter duas aquilas, in quo LEG. III. GAL. *Vaillant. Regius.*

IMP GALLO TREBONIANO AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum chlamyde.

COL AVG TRO. (7) *Colonia Auguſta Troadenſis.* Bacchus cippo inſiſtens, dex-

fuiſſe Plinius lib. III. ſect. 16. teſtatur: in alterâ verò ſic legit: *Ælium Municipium Conſuaranorum Eliberis:* ibi quoque uſus authoritate Plinii, qui lib. III. ſect. 5. ſic habet: *In orâ regio Sardonum, intuſque Conſuaranorum: flumina Tecum, Vernodubrum: oppida Illiberis.* Sententiæ ſuæ confirmandæ monet Harduinus Eliberrim apud Pomponium Melam pro Illiberi ſeribi, additque Æliam appellatam ab Ælio Antonino Pio, cujus in nummis ea civitas primùm apparet.

(1) Mulier in Trajani Decii nummis ſigna militaria Legionum, quæ ad ſuam cuſtodiam deſtinatæ erant, gerit; at hic alterâ geſtat haſtam, in cujus ſummitate caput aſini quod eſt inſigne Provinciæ Daciæ; alterâ vero oleæ ramum, pacem cum Barbaris à Gallo initam denotans, quam ipſe poſt cædem Decii tributo annuo emerat, ut ſcribit Zoſimus. Dacia cum olivæ ramo exhibetur & in Hoſtiliani nummo eandem ob cauſam, uti ſuo loco monuimus.

(2) Bacchum à Damaſcenis cultum arguit hic nummus, nec quidem mirum; etenim ille in eorum agro vinera plantaverat, quæ teſte Stephano Byzantio, Damaſcus excidit, ob idque à Baccho excoriatus eſt: Διονύσου δὲ τὴν Συρίαν ἀμπελόφυτον ποιοῦντος πελέκει ταῦτα ἔκοψε· Διόνυσος δὲ ὀργισθεὶς, ἐδίωξε, καὶ ἐξέδειρε. *Libero verò patre Syriam vitiferam faciente; ille ſecuri vineta excidit, at Liber pater iratus eum perſequutus eſt, atque excoriavit.*

(3) Nummus hic ludos in Auguſti honorem ſub Treboniano Gallo celebratos demonſtrat; quos quidem ludos à Nicolao Damaſceno Auguſti amiciſſimo, & Herodis Regis à Conſiliis in patriâ ſuâ inſtitutos putant viri docti; idque ad exemplum Herodis, qui eoſdem ludos Actiacos Cæſareæ inſtituerat, teſte Joſepho de bell. Jud. lib. 1. pag. 748. Καὶ πενταετηρικοὺς ἀγῶνας καταστησάμενος, ὁμοίως ἐκάλεσεν ἀπὸ τοῦ Καίσαρος. *Et quinquennali certam ne inſtituto, nomen ei Cæſaris donavit.* Damaſceni autem id Auguſto debebant, quoniam eorum Urbem Metropolim fecit. Corona verò quercea, Victoris præmium videtur fuiſſe, in illius memoriam, quam Auguſtus ob cives ſervatos à Senatu recepit.

(4) Cur in Damaſcenorum nummis Dama puerum lactans frequenter exhibeatur pluribus exponit Vaillantius, quæ licet ſint meræ conjecturæ, tamen non omnino ſpernendæ. Vide librum de Coloniis parte 2. pag. 233.

(5) Non diverſus hic nummus à præcedenti, niſi quod in eo uter non apparet; cur autem in hiſce nummis uter exhibeatur, ſi quæ paulò ſuperius diximus ex Stephano de Damaſco à Baccho excoriato ad id exponendum non ſufficiet, utrem Sileni, qui apud Damaſcenos ſummo honore colebatur, uti alibi diximus, ſymbolum eſſe nemo ignorat.

(6) Sunt qui putant, duabus aquilis denotari Imperii Romani ſecuritatem, valentibus Imperatoribus, valente exercitu; alii verò exiſtimant duas aquilas ad duos Auguſtos Imperium adminiſtrantes ſpectare; verum mihi magis arridet Vaillantii opinio, qui ſic habet. Vexillum, inſigne eſt Legionum, & binæ aquilæ veteranos ex duabus Legionibus in Coloniam deductos indicant: Damaſcum quippe VI. Ferratæ Legionis veteranos fuiſſe deductos confirmat Otaciliæ nummus ab eodem Vaillantio productus, & III. Gallicæ Legionis Veteranos eundem in locum fuiſſe deductos demonſtrat hic Galli Auguſti nummus.

(7) Troas Phrygiæ minoris urbs, heroïcis caſibus adeo clara, ut nulla alia ex tota antiquitate clarior extiterit; non tamen eodem loco ſita erat, quo olim ante excidium, ut teſtatur Strabo. Romanis ſemper adeo chara fuit, quaſi gentis ſuæ auctor, ut Divus Cæſar plurima ei beneficia contulerit, & ob id eam Auguſtus Coloniam Romanam conſtituerit, quaſi in avitas ſedes Romanos transferret. Abydus autem celeberrima omnium aliarum hujus nominis urbium fuit illa Helleſponti, in cujus littore ſita erat ad Aſiam

trâ lævâque vitis palmitem tenet : in areâ hæ literæ ABΥΔ. id eſt, *Abydenorum.* Sub globo columbæ duæ, altera à dextris, altera à ſiniſtris, ut videtur. *Fouc.*

IMP CA C VEBI TREBO GALLVS. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL AVGO (ſic) TROA. (1) *Colonia Auguſta Troadenſis.* Equus liberè paſcens à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc.*

IMP C VIB TREB GALLVS. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

COL TYRO METRO. (2) *Colonia Tyros Metropolis.* Arbor inter ingentes duos lapides : infrà canis & conchylium. *RE.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

COL TYRO METRO. (3) Duo athletæ nudi ſtantes, uterque ambabus manibus urnam, ex quâ palma erumpit, ſuſtinens, vaſe intermedio. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL TYRO METROP. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

Eadem epigraphe. Caput Treb. Galli laureatum, ad pectus cum loricâ.

COL TYRO METR. (4) Figura muliebris ſtans, lævâ ſceptrum, dextrâ tabulam in quâ urbis deſcriptio eſt, porrigere videtur viro tunicâ ornato, quem duo comitantur. *Regius.*

IMP C C VIBIVS TREBO GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad pectus cum paludamento.

COL TVPO METRO. (5) Bos à dextris ſiniſtrorſum ; & pone eum vexillum in quo, LEG III. GALL. *Legio tertia Gallica* : ante bovem, muricis conchylium. *Fouc.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

COL TYRO METR. Typus ut ſuprà ; ſed in vexillo LEG III GAL. *Vaillant.*

IMP C C VIBIVS TREBO GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL TYRO METRO. (6) Aſtarte dextrorſum converſa ſtans, trophæum attingit dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ ; ad imum trophæi captivo deſidente : à ſiniſtris in areâ conchylium. *Fouc.*

IMP C C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

COL TYRO METROP. (7) Figura mu-

è regione Seſti, quæ erat in adverſo littore ad Europam. Utraque amoris commercio inſignis, Erûs ſcilicet & Leandri : illa Seſtias, hic Abydenus erat, quorum amores Muſæus & Ovidius cecinere ; at multo magis illuſtrat Abydon Xerxes ille Perſarum Rex, qui ad ejus oram, Aſiam & Europam freto illo diviſas ponte auſus eſt jungere, ut ſcribunt Herodotus, Cteſias, aliique. Vide quæ de Abydenorum nummis habent Harduinus, cæterique Scriptores. Nummus hic non extat apud Vaillantium.

(1) Equus liberè paſcens, immunitatum Troadenſis Coloniæ ſymbolum, frequenter in eorum nummis occurrit, ad indicandam omnium onerum remiſſionem ipſis à Claudio conceſſam ; unde ſuſpicari poſſumus, Troadenſes eundem typum in nummis ſubſequentium Imperatorum, ob privilegia ab ipſis confirmata cudiſſe. Nummum cum hoc typo obvium eſſe in hoc Auguſto ſcribit Vaillantius, ſed fallitur.

(2) Petræ illæ ſunt Ambroſiæ, quas Tyrii, ſacrificio diis oblato, ſtabiles reddidere, & Tyrum ſuper eas condidere, ut ſcribit Nonnus lib. XL. Arbor verò, oliva eſt, cui paſſim in Tyriorum nummis implicitus cernitur ſerpens, ut apud eundem Nonnum, loco citato, deſcribitur in medio duarum petrarum oliva arbor cum ſerpente ; unde facilè crederem etiam in hoc nummo ſerpentem fuiſſe olivæ arbori implicitum, ſed temporis injuriâ exeſum. Canis & Conchylium ad purpuræ inventionem apud Tyrios ſpectant ; Tyro enim puellâ juxta mare deambulante cum Hercule, canis ipſius purpuræ carnem depaſtus eſt, cujus rictum eum gratiſſimo colore infectum Tyro vidiſſet, veſtem ſimilis coloris ab illo poſtulavit, primuſque Hercules cruorem ex purpuris collegit, laſâque eo infectâ, veſtem amicæ dedit. Nummus hic non extat apud Vaillantium.

(3) Plurima Tyri edita fuiſſe certamina ipſius nummi teſtantur, ſed præſertim Actia, & Heraclia, ut videre eſt in nummis Caracallæ apud Vaillantium pag. 71. Ipſorum celebrationem ſub Gallo videtur indicare hic nummus, ubi duo Athletæ repræſentantur vaſa cum palmis ſuſtinentes ; palmas enim in omnibus certaminibus ſolitas victoribus concedi tradit Plutarchus lib. 8. Sympoſ. Probl. quæſt. 4. Vas intermedium præmium etiam erat Victoris ; plurima quippe ponebantur teſte Virgilio Æneid. 5. & Nonnus lib. XIX. Bacchum ait argenteum craterem pro certamine propoſuiſſe.

(4) Mulier ſceptrum tenens, Dido eſt Tyria, ad antiquitatem urbis indicandam à Tyriis in nummo cælata, dextrâ ichnographiam urbis porrigit viro primario duobus aliis ſtipato, de quâ Juſtinus : *Fugam tacitè molitur, aſſumptis quibuſdam principibus in ſocietatem*, &c. Nummus cum hoc typo à Tyriis cuſus non extat apud Vaillantium.

(5) Bovem & vexillum deductæ Coloniæ inſignia eſſe nemo ignorat ; Bos quidem Colonorum togatorum, vexillum verò veteranorum ; ex utroque itaque ordine Colonos Tyrum habuiſſe denotat hic nummus. Hanc autem Legionem tertiam Gallicam in Phœniciâ hiberna egiſſe tradit Dio lib. LV. Καὶ τὸ τρίτον, τὸ ἐν Φοινίκῃ, τὸ Γαλατικόν. *Tres tertia, una in Phœniciâ, Gallica nomine.* Ex hac etiam Legione veteranos Damaſcum Colonos deductos fuiſſe paulò ſuperius videre eſt.

(6) Nummus hic Treboniani Galli non extat apud Vaillantium.

(7) Mulier galeata ſedens, Roma eſt, inquit Vaillantius, aquilam Imperii Romani gerens ; huic impoſitæ ſunt duæ iconculæ Gallum & Voluſianum, qui Imperio præerant, exhibentes. Tyrus autem hanc Orbis Reginam ſedentem repræſentat, ipſam falsâ quâdam ſpe deliniens, quaſi ſub his duobus Impera-

depopularetur.

(1) Aquilam Romani Imperii inſigne eſſe ſæpius diximus; de Legione autem tertiâ Gallicâ paulò ſuperius locuti ſumus.

(2) Nummum hunc Galli à Tyriis cuſum non novit Vaillantiùs, fortaſſis quod poſt hujus obitum, aut poſt perfectam editionem Operis ejuſdem de Coloniis, nummus hic in Regiam Gazam illatus eſſet; ſimilem tamen nummum cuſum à Tyriis in honorem Elagabali profert laudatus ſcriptor, qui putat, ſerpentem illum lapidi involutum in memoriam Cadmi, qui draconem ſaxo interfecit, fuiſſe percuſſum; idque à Tyriis factum ad antiquitatem urbis ſuæ indicandam. De ſerpente ſeù dracone à Cadmo ſaxo interfecto vide Nonnum Dionyſiac lib. v. Illius autem fabulæ veritas ſic ſe habet, teſte Palæphato de Fab. narrat. lib. 1. Draco Thebanorum Rex erat, Martis filius, quem Cadmus interfecit, ejuſque regnum occupavit; indeque finxerunt Cadmum interfeciſſe ſaxo ſerpentem ſeu draconem, ut deſcribit Nonnus loco citato.

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

AYT K Γ OYIB TPEB ΓΑΛΛΟC. *Imperator Cæſar Caius Vibius Trebonianus Gallus.* Caput Treb. Galli radiatum, ad pectus cum paludamento.

AKMONEΩN. (1) *Acmonenſium.* Bacchus ſeminudus ſtans, dextrâ cantharum tenet, lævâ thyrſum: pro pedibus à dextris panthera. *Regius. Vaillant.*

AYTOK K Γ OYIB TPEB ΓΑΛΛΟC CEB. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC A. (2) *Tribunitiæ Poteſtatis Anno* 1. Aquila à fronte alis expanſis, coronam lauream apprehenſam tenet roſtro dextrorſum converſo: in imâ parte S. C. *Fonc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC ΥΠΑΤΟ Β. *Tribunitiæ Poteſtatis Conſul ſecundùm.* Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Vaillant.*

Alius ejuſdem typi utrâque ex parte, *Argenteus. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC ΥΠΑΤΟ Β. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte: inter pedes aquilæ A. *An.* 1. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC ΥΠΑΤΟ Β. Typus ut ſuprà, aquilæ roſtro ſiniſtrorſum

(1) Stephano: Ἀκμονία, πόλις Φρυγίας. . . . τὸ ἐθνικὸν ἀμφιδοξεῖται, καὶ Ἀκμονεὺς καὶ Ἀκμόνιος; ubi pro Ἀκμόνιος, ſi fides nummis adhibenda, Ἀκμονεὺς legendum. Plinio lib. v. ſect xxix. *Acmonenſes.* Ciceroni in Orat. pro L. Flacco dicitur *Acmonenſis Civitas.* Ptolemæus lib. v. cap. 11. inter Phrygiæ majoris urbes eam locat. Bacchus autem in nummo exhibitus in eâ regione vini feracitatem denotat, ut alibi monuimus.

(2) Nummus hic cum anno primo Tribunitiæ Poteſtatis non extat apud Vaillantium.

ſum converſo, cum iiſdem literis in imâ parte: inter pedes aquilæ Γ. *An.* 3. *Fouc.*

ΑΥΤΟΚΡ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΥΠΑΤΟ Β. Typus ut ſuprà cum iiſdem literis in imâ parte, & Γ. inter aquilæ pedes. *RE.*

ΑΥΤΟΚ Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΓΑΛΛΟΣ ΣΕΒ. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΥΠΑΤΟ Β. Typus ut ſuprà, aquilæ roſtro dextrorſum converſo, cum iiſdem literis in imâ parte: inter pedes aquilæ ς. *An.* 6. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΥΠΑΤΟ Β. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte: inter pedes aquilæ Ζ. *An.* 7. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥΣΙΑΣ. Typus ut ſuprà cum iiſdem literis in imâ parte: inter aquilæ pedes Ζ. *Fouc.*

ΑΥ Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒΩ ΓΑΛΛΟΣ. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΑΣΠΕΝΔΙΩΝ. (1) *Aſpendiorum.* Duo athletæ nudi luctantes. *Regius. Vaillant.*

. . . .

ΕΡΜΟΥΠΟΛΕΙΤΩΝ. (2) *Hermopolitarum.* Pluto in quadrigis Proſerpinam rapit. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Γ ΟΥ ΤΡΕ ΓΑΛΛΟΣ. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΥΚΑΡΠΕΩΝ. (3) *Eucarpenſium.* Fortuna ſtans in templo tetraſtylo. *Regius. Vaillant.*

. . . .

ΕΥΚΑΡΠΕΩΝ. Fortuna ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant.*

. . . .

ΖΕΦΥΡΙΩΤΩΝ. *Zephyriotarum.* Hercules ſtans nudus cum clavâ. *Vaillant.*

. . . .

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΚΑΙΣΑΡ ΕΤΟΥΣ Β. (4) *Metropolis Cæſarea anno* 2. Mons Argæus cum antro, in vertice corona. *Vaillant.*

. . . .

ΚΙΑΝΩΝ. *Cianorum.* Pluto ſedens dextrâ extensâ, ſiniſtrâ biſulcum: pro pedibus Cerberus triceps. *Vaillant.*

ΑΥΤ ΚΑΙ Γ ΟΥ Σ ΤΡΕ ΓΑΛΛΟΣ. *Imp. Cæſar Caius Vibius Auguſtus Trebonianus Gallus.* Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΦΛ ΝΕΑΠΟΛΕΩΣ. (5) *Flavia Neapoleos.* Mons Garizim cum templo gemino

(1) Plinio lib. v. ſect. xxvi. *Aſpendum* in Pamphylia: & mox *Eurimedon* amnis *juxtà Aſpendum fluens*: πρὸς ἐκβολαῖς ejuſdem fluminis ſitam hanc urbem tradit Scylax in Pamphyliâ: in edito autem loco poſitam, & ab Argivis conditam, atque à finitimis poſſeſſam narrat Mela lib. 1. cap. 14. Arrianus hujus ſitum accuratè deſcribit lib. 1. de Expedit. Alex. pag. 26. Stephanus: Ἄσπενδος, πόλις Παμφυλίας, Ἀσπένδου κτίσμα. Sed quis neſcit hujuſmodi conditores Græcis nunquam deeſſe? ὁ πολίτης Ἀσπένδιος: hinc *Aſpendius* Citharœdus. Cæterum Luctatores in nummis Aſpendiorum inſculptos ſcribit Julius Pollux lib. ix. cap. vi. Ἀσπένδιοι παλαιστὰς τῷ νομίσματι ἐνεχάραττον. *Aſpendii luctatores monetæ inſculpſere.* Idque ab Aſpendiis fortaſſis factum ad inſtar Lacedæmoniorum, à quibus ortum illi traxere, ut teſtis eſt Strabo lib. xiv. pag. 667. in quorum quidem nummis paſſim Athletæ bini inſculpti, veluti in procinctu ad pugnam cernuntur. Lacedæmonias autem palæſtras tum alii plurimi, tum Prudentius in Hamartig. laudant verſu 365. Propertius lib. iii. Eleg. xiv.

(2) Hermupolis ſeu Hermopolis, nam utroque modo ſcribitur, fuit urbs Ægypti, à quâ Hermopolites Nomos nomen habet; Nomos ſeu præfectura, & urbs memoratur Ptolemæo lib. iv. cap. 5. Plinio lib. v. ſect. ix. Amm. Marcellino lib. xxii. cap. 40. Stephano: Ἑρμούπολις, Αἰγύπτου πόλις. . . . . . ὁ πολίτης Ἑρμουπολίτης.

(3) Plinio lib. v. ſect. xxix. *Encarpeni* in Phrygiâ. Stephano: Εὐκαρπία, δῆμος τῆς μικρᾶς Φρυγίας. . . . τὸ ἐθνικὸν, Εὐκαρπεύς. Ptolemæus lib. v. cap. 2. inter Phrygiæ Majoris civitates eam locat. Memoratur & Straboni lib. xii. Hierocles Grammaticus in Synecdemo eam Phrygiæ Salutari adſcribit. Cæterum facetam ejus appellationis rationem affert Stephanus, qui ſic eam nuncupatam ex Metrophane docet, ob vitis præſtantiam, quæ uvam tantam producit, ut racemus plauſtro impoſitus id medium frangat.

(4) Plinius lib. vi. ſect. iii. *Sub monte Argæo Mazaca, quæ nunc Cæſarea nominatur.* Stephano: Καισάρεια, μητρόπολις τῆς Καππαδοκίας, ἡ πρὶν Εὐσέβεια καὶ Μάζακα; ſic ille ex Strabone, qui hujus lib. xii. meminit. A Caïo Julio Cæſare ſic nuncupatam affirmant Juſtinianus Novellâ xxx. de Cappadocia, & Conſtantinus Porphyrogenitus de Them. lib. 1. Them. ii. qui ſubjungit, olim eam Mazacam dictam à Muſoch primo Cappadocum auctore. A Claudio Cæſare nomen accepiſſe dicitur Sozomeno lib. v. cap. iv. & in Hiſtoriâ Tripart. lib. vi. cap. iv. Eadem habet & Nicephorus Calliſti. Sed his veriùs Suidas, docens ſic eam à Tiberio Cæſare appellatam, poſtquam Archelao illam ademiſſet; huic & Hieronymus adſtipulatur. Tandem ab Hadriano Metropoleos dignitate in novâ Provinciarum Conſtitutione ab illo factâ, videtur donata.

(5) Hunc nummum ac ſequentes ad Neapolim Samariæ pertinere mons Garizim cum templo in ipſius vertice ſignatus ſatis confirmat; hæc autem urbs in nummis modò Samariæ, modò Syriæ Palæſtinæ appellatur, cum prius Sichen, & Mabortha ut ſcribit Joſephus, vel Mamortha ut Plinius, diceretur. Neapolim dictam, quod prope veteris urbis ruinas à fundamentis conſtructa fuerit, & Flaviam cognominatam ob beneficium aliquod à Flaviâ gente, nempe Veſpaſiano & Tito, plurimis argumentis probavit Em. Noriſius, anno V. C. 823. unde Æram dinumeraſſe putat. Colonia autem facta eſt Romana ſub

Philippo Imperatore; non verò ſub Elagabalo, ut quidam vir eruditus exiſtimavit. Nummus cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

(1) Templum in vertice montis Garizim Jovi Græcanico dicatum, tempore Antiochi Dei Epiphanis, ob Samaritarum ad eum legationem prodit Joſephus Antiq. lib. XII. cap. 7.

(2) Hunc nummum profert Vaillantius ex cimelio Fucaltriano, ſed hodie in eo non reperitur, licet diu à me quæſitus ſit.

(3) Nicæa urbs Bithyniæ æmula Metropoleos Nicomediæ, concordiâ juncta erat cum Byzantio Thraciæ urbe; à quâ quidem hoſce nummos cuſos fuiſſe arguunt duo Phari, ſeu duæ lampades, quas Byzantii in nummis exhibent in Dianæ Luciferæ memoriam, quæ eas in obſidione urbis à Philippo Macedonum Rege obtulit, ut trâdunt Euſtathius ad Dionyſii v. 140. & Stephanus verbo Βόσπορος. unde Lampadiferæ Dianæ ſimulacrum fecere Byzantii, teſte Heſychio Mileſio. Ara verò intermedia ſacrum forſan in ejus honorem factum indicat, ad quod admiſſi videntur Nicæenſes tanquam fœderati, ideo honoris gratia primi nominantur, & Nicæa nullum in nummo ſymbolum exhibet.

(4) Pelamides in Byzantiorum nummis effictæ paſſim habentur, quod in cornu Byzantio harum immenſa multitudo habeatur, ex quarum captura ingens Byzantiis proventus oboritur. Vide Strabonem, alioſque Scriptores, qui de horum piſcium abundantiâ in cornu Byzantio loquuntur.

(5) Duæ fuerunt hujus nominis Bithyniæ urbes; utraſque celebrare videtur Strabo lib. XII. altera erat ad Hypium amnem, altera ad Olympum montem, teſte Ptolemæo lib. V. cap. 1. cui etiam nummi adſtipulantur. Prior Stephano dicitur Pruſias, adis, & ejus gentile Pruſieus; poſterior Pruſa, ejus gentile Pruſaëus. Prior ante vocabatur *Cius*, ut ſcribit idem Stephanus, poſtea everſa & à Pruſia Zelæ filio inſtaurata, ab illo nomen accepit, utrumque teſtatur Strabo paulò ſuperius citato libro; ſecunda autem à Pruſa condita, qui bellum contra Crœſum geſſit, ut ait Strabo; Stephanus verò à Pruſia inquit ædificatam, qui cum Cyro bellum geſſit. Vide Notas Lucæ Holſtenii ad Stephanum. Aliter de hujus urbis conditore ſentit Plinius lib. V. ſect. XLIII. qui eam ab Hannibale ſub Olympo monte conditam ſcribit.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. II.

AYT K Γ OYIB TPEB ΓΑΛΛΟϹ ΕΥϹΕΒ. *Imperator Caſar Caius Vibius Trebonianus Gallus Pius Auguſtus.* Caput Treb. Galli laureatum, ad pectus cum paludamento.

L. A. *An.* 1. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextram expanſam attollit, cornucopiæ verò geminum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. (1) *An.* 3. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

A K Γ OYIB TPEB ΓΑΛΛΟϹ ΕΥϹΕΒ. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

L. Γ. Typus ut ſuprà. *Regius.*

A K Γ OYIB TPE ΓΑΛΛΟϹ ΕΥϹΕΒ. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

(1) Tertium Tribunitiæ Poteſtatis, ſive Imperii annum à Treb. Gallo inchoatum non fuiſſe variis in locis monuimus.

Digitized by Google

L. T. Caput Jovis Ammonii cum modio: in areâ ſerpens baculo circumvolutus. *RE.*

ΑΥΤ Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΓΑΛΛΟΣ ΕΥ ΣΕΒ. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

L. T. Serapis vultu dextrorſum converſo ſtans, dextram attollit, haſtam verò tenet ſiniſtrâ. *Foue.*

Α Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΓΑΛΛΟΣ ΕΥ ΣΕΒ. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

L. T. Typus ut ſuprà. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. T. Aquila alis expanſis à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet roſtro; à ſiniſtris palmæ ramus tranſverſus. *Foue. Regius.*

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

AEQVITAS AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Bau.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

APOLL SALVTARI. Apollo nudus ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram ſaxis innixam. *Fontaine. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS AVGG. Figura muliebris ſtans, caduceo oblongo innititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fontaine.*

IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

FELICITAS PVBL. Typus ut ſuprà. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNO MARTIALIS. Figura muliebris ſedens, dextrâ ſpicas tenet, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Cham. Frad.*

IMP CAE C VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

LIBERTAS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pileum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtella. *Foue. Fontaine.*

IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

ROMAE AETERNAE AVG. (1) Roma galeata & ſtolata, inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ. *Foue.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria dextrorſum gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Bau.*

(1) Licet omnes nummi hujus Auguſti ex ære puto tertii moduli rari ſint, tamen hic inter rariores recenſendus eſt. Habes cum eadem epigraphe nummum argenteum ejuſdem Imperatoris, & alterum Hoſtiliani, ubi vide quæ adnotavimus.

NUMISMATA Æ. III.
in Coloniis cuſa.

EPigraphe exceſa. Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros cum paludamento.

COL P F AV CAES METROP. (1) *Colonia Prima Flavia Auguſta Cæſarea Metropolis.* Caput muliebre turritum dextrorſum. *Foue.*

IMP C TREBON GALLVS AVG. Caput Treb. Galli ut ſuprà.

C I C A A P. (2) *Colonia Julia Carthago Antiqua Auguſta Pia.* Triremis à dextris ſiniſtrorſum, in quâ remiges quatuor ſtantes: in imâ parte DD. *Decreto Decurionum. Foue.*

IMP C C VIB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli radiatum.

C I C A A P. Typus ut ſuprà: in imâ parte DD. *Vaillant.*

IMP VIB TREB GALLVS AVG. Caput Treb. Galli laureatum, ad humeros cum paludamento.

(1) Nummus hic Treboniani Galli à Cæſarienſibus cuſus non extat apud Vaillantium.

(2) Sunt qui hunc nummum ad Calagurim referant, alii ad Cæſarauguſtam; verum mihi magis arridet Vaillantii opinio, qui hunc nummum ad Carthaginem Africæ ſpectare ait; quæ ideo in his nummis appellatur Antiqua, ut ſe à novâ Hiſpanicâ Carthagine diſtingueret. Dicitur autem Julia tanquam à Julio Cæſare Colonia facta eſſet. Navis, inquit laudatus Vaillantius, in hoc nummo expreſſa cum quatuor remigibus, ad annonam P. Romano à Gallo conciliatam ſpectat; ille enim frumentum ab Africæ urbibus acceſſivit, unde memor Senatus ei nummos cum epigraphe ANNONA AVGG. percuſſit, ut videre eſt in nummis Aureis, & Argenteis.

poleos. Mulier turrita ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant.*

....

ΠΕΡΓΗ. (1) *Perge.* Caput muliebre velatum & turritum. *Vaillant.*

Γ ΒΙ ΤΕΡΒΟ ΓΑΛΛΟC ΑΥ. *Caius Vibius Trebonianus Gallus Auguſtus.* Caput Treb. Galli radiatum, ad humeros

dienſium bis Neocororum. Apollo ſtans, dextrâ plectrum, ſiniſtrâ lyram tripodi impoſitam, cui ſerpens circumvolutus: à ſiniſtris in areâ Γ. *Regius.*

Capita Treb. Galli & Voluſiani laureata ac paludata ad humeros.

.....ΟΠΟΝΕ ΚΑΡΡ ΚΑ.....(3) Luna bicornis cum ſtellâ. *Regius.*

(1) De Perge antiquiſſimâ Pamphyliæ urbe & fano Dianæ, quod in eo erat, pluribus infrà loquemur.
(2) Nummus hic à Vaillantio malè lectus, ac peſſimè deſcriptus.
(3) Literæ quæ ſuperſunt ita exeſæ ac detritæ ſunt, ut vix legi poſſint, & ideo parum fidendum lectioni.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

ADVENTVS AVG S C. Figura equeſtris dextram elevans.

Eadem epigraphe.

ADVENTVS AVG S C. Duo Impp. equites præeunte Victoriâ, ſubſequentibus duobus militibus cum ſigno militari.

IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG.

ADVENTVS AVG S C. Imperator eques, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ jaculum.

IMP GALLVS AVG. IMP VOLVSIANVS AVG. Capita Galli & Voluſiani ſe reſpicientia.

ADVENTVS AVGG. Duo Impp. equites, dextris haſtas tenentes.

IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.

ADVENTVS AVGG. Duo Impp. equites præeunte milite cum labaro, & Victoriâ alatâ, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam, ſubſequentibus tribus militibus, duobus cum ſignis, & alio cum ſcuto.

Eadem epigraphe.

AEQVITAS AVGG S C. Figura ſtans, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

AETERNITAS AVGG S C. Figura ſtans, dextrâ globum cum phœnice, ſiniſtrâ veſtem elevans.

IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.

APOLL SALVTARI S C. Apollo ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ citharam tenens.

Eadem epigraphe.

APOLLO SALVTARI SC. Apollo nudus, dextrâ ramum, ſiniſtrâ lyram humi tenens.

Digitized by Google

Eadem epigraphe.
CONCORDIA AVGG S C. Concordia ſtans cum duplici cornucopiæ.
IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
FELICITAS PVBLICA S C. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.
....
IOVI VICTORI S C. Jupiter nudus, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam.
IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
IVNO MARTIALIS. Templum quatuor columnarum in conum deſiuens, cum idolo ſedente in medio.
Eadem epigraphe
IVNO MARTIALIS S C. Figura ſedens in medio templi.
Eadem epigraphe.
IVNONI MARTIALI S C. Typus ut ſuprà.
IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG.
IVNONI MARTIALI S C. Figura ſedens in medio templi cum pavone & haſtâ.
IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.
LIBERALITAS AVGG S C. Figura ſtans, dextrâ teſſeram frumentariam, ſiniſtrâ cornucopiæ.
IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
LIBERALITAS AVGG S C. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.
LIBERTAS AVGG S C. Libertatis typus.
IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.
LIBERTAS AVGG S C. Typus ut ſuprà.
IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
PAX AVGG S C. Figura ſtans, dextram cum ramo attollens, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.
Eadem epigraphe.
PIETAS AVGG S C. Figura ſtans, elatis manibus.
IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.
PIETAS AVGG S C. Figura ſtolata ſtans ad aram, utramque manum attollens.
IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
P M......COS II P P S C. Imperator togatus ad aram ſacrificans.
Eadem epigraphe.
P M......COS II P P S C. Templum ſex columnarum, in cujus medio Jupiter, ante quem ara, cum ſeptem figuris ſacrificantibus, cum tibicine & victimâ.

IMP C C VIB TREB GALLVS P F AVG.
P M TR P III COS II PP SC. Figura ſtolata ſtans, dextrâ ramum.
IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
P M TR P IIII COS II PP SC. Imperator Gabinio habitu ſacrificans ad aram, dextrâ pateram, ſiniſtrâ ſceptrum.
Eadem epigraphe.
ROMAE AETERNAE SC. Roma galeata ſedens, dextrâ globum cum phœnice, ſiniſtrâ haſtam.
Eadem epigraphe.
ROMAE AETERNAE SC. Roma ſedens, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam.
IMP CAESAR TREBONIANVS GALLVS AVG. Caput Treboniani laureatum, cum buſto thoracato, dextrâ virgam tenens.
SAECVLI FELICITAS. Quatuor pueruli, quatuor anni tempora deſignantes.
IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
SALVS AVGG SC. Figura ſtans, dextrâ pateram imponens aræ, ex quâ anguis erumpit, lævâ haſtam.
Eadem epigraphe.
SALVS AVGG SC. Figura ſtans, ſiniſtrâ pateram porrigens ſerpenti, quem dextrâ tenet.
IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.
SALVS AVGG SC. Dea dextrâ anguem, lævâ pateram.
Eadem epigraphe.
SALVS AVGG SC. Dea Salus, dextrâ ſerpentem, ſiniſtrâ pateram.
Eadem epigraphe.
SALVS AVGG SC. Dea Salus ante aram ex quâ erumpit ſerpens, dextrâ pateram eidem porrigens.
Eadem epigraphe.
SALVS AVGVST SC. Figura ſtans cum paterâ & ſerpente.
IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
SECVRITAS AVGG SC. Figura ſtans, ſiniſtro cubitu columnæ nixa, dextram capiti admovens.
IMP CAES C VIB TREB GALLVS AVG.
VICTORIA AVGG SC. Victoria ſtans, dextrâ corollam.
IMP CAES C VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.
VIRTVS AVG SC. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ ſcutum tenens, ſiniſtrâ haſtam.
Eadem epigraphe.
VOTIS DECENNALIBVS SC. In laureâ.

poſt eum Vaillantius Valeriano Juniori illam in matrimonium collocare maluerint. Utramvis ſententiam ſequaris per Scriptores petinde licet, apud quos altum eſt de fœminâ Principe ſilentium.

NUMISMATA ARGENTEA.

G CORN SVPERA AVG. Caput in medio creſcentis lunæ.

IVNO REGINA. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam; pro pedibus pavo. *Vaillant.*

G CORNEL SVPERA AVG. Caput Corneliæ Superæ cum ſtolâ ad pectus, & lunâ bicorni ad humeros.

VESTA. (2) Figura muliebris velata ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *RE. De C.*

G COR. SVPERA AVG. Caput Corn. Superæ ut ſuprà.

VESTA. Figura muliebris velata ſtans, dextrâ quiddam ignotum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenet. *RDR.*

G CORN SVPERA AVG. Caput Corn. Superæ ut ſuprà.

VESTA. (3) Figura muliebris capite velato ſedens, dextrâ palladium, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Vaillant.*

(1) Nummi hujus Auguſtæ rariſſimi ſunt. Hunc autem nummum Vaillantius ex Triſtano profert; & nemo quidem ante eum Corneliæ Superæ nummum vulgavit. Cæterum cum eâdem epigraphe, & eodem typo habetur nummus Etruſcillæ.

(2) Nummum ſimilem ejuſdem Auguſtæ, ſed ſine velo, profert Vaillantius.

(3) Veſtam in Auguſtarum nummis ad indicandam earum pudicitiam cælatam aiunt; ſed hoc quidem falſum eſſe oſtendunt nummi varii Imperatorum cuſi cum eâdem epigraphe, & eodem typo. Vide nummos Caii, Claudii Neronis, Galbæ, Veſpaſiani, Titi, Domitiani, &c. Palladium autem Veſta pro ſymbolo gerit, quod in intimo templi ejus penetrali aſſervateur.

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

ΓΝ ΚΟΡ ΣΟΥΠΕΡΗΝ ΣΕΒ. *Gnæam Corneliam Superam Auguſtam.* Caput Corneliæ Superæ, ad humeros cum ſtolâ.


ΑΡΧ ΤΟ Β ΦΙΛΟΙΣΙΜΑ ΙΟΥΛΙΕΩΝ. (1) *Archonte iterum Philæſima Julienſium.* Pallas capite galeato ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat pateram, ſiniſtrâ haſtæ innixa: pro pedibus noctua. *Vaillant.*

(1) Julienſes populi Phrygiæ. Vide nummum æreum ſecundi moduli. Nummum autem hunc ſingularem profert Vaillantius ex cimelio D. Laxton Angli; ſed aiunt hunc nummum hodie ibi non extare.

Digitized by Google

VOLUSIANUS.

CAIUS VIBIUS VOLUSIANUS Treboniani Galli & Corneliæ Superæ filius, à patre Cæſar appellatus menſe Decembri anni Chriſti 251. deinde anno ſequenti poſt Hoſtiliani mortem Auguſti dignitate ornatur, princeps ſegnis ac patri ſimilis; cum nihil clarum ab iis geſtum, ſed ſolâ peſtilentiâ, & morbis atque ægritudinibus notum eorum principatum ſcribat Eutropius; ab eâ tantum re utrique Auguſto favor quæſitus, quòd anxiè ſtudioſéque tenuiſſimi cujuſque exequias tempore peſtis curarent. Contra Æmilianum, qui ex Duce ordinum Pannonicorum Imperator ab exercitu ob partam contrà Barbaros victoriam electus erat, unà cum patre profectus, apud Interamnam à ſuis interficitur circà menſem Maium anni 253. cum menſes ſex ſuprà annum unum imperaſſet, ut in Gallo monuimus.



P. S. J. J.

Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris ſtans, ad dextram ſpectans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ. *Regius. MB.*

PIETAS AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans manibus expanſis: à ſiniſtris in areâ ſtella. *Regius.*

Eadem epigraphe.

SALVS AVGG. Salutis typus. *MB.*

(1) Hujus Imperatoris nummi aurei cum multiplici typo & epigraphe reperiuntur, ſed omnes rari ſunt; hic verò rariſſimus. Quo autem tempore nummi cum typo & epigraphe Apollinis cudi cœperint, diximus ſuprà in nummis Treboniani Galli.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenet. *Fontaine.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG.

ADVENTVS AVGG. Figura equeſtris dextram elevans, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

AEQVITAS AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. RE. Cham. Le Roy. Fontaine.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

AEQVITAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

....

APOLLINI PROPVGN. (2) Apollo ſtans, dextrâ arcum. *MB.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

APOLL SALVTARI. (3) Apollo ſtans, dextrâ demiſsâ ramuſculum tenet, ſiniſtrâ lyram ſaxis innixam. *Cham.*

IMP C VIB VOLVSIANO AVG.

CONCORDIA AVGG. Figura ſtans cum paterâ, & duo cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe.

CONCORDIA AVGG. Figura ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

IMP C C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans,

(1) Hic nummus inter rariores recenſendus eſt.

(2) Nummum hunc ſingularem ob epigraphen, quæ tum primum reperitur in nummis Imperatorum, exhibuit Mediobarbus ex cimelio P. Minii.

(3) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

pateram

Digitized by Google

pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò duplex geſtat ſiniſtrâ. *Fontaine.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

CONCORDIA AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. RE. Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geminum geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtella. *Fouc. Regius. DC. MMA. Cham. Fontaine.*

DIVO VOLVSIANO.

CONSECRATIO. (1) Ara. *MB.*

IMP C C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

FELICITAS PVBL. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. MMA. Cham. Fontaine.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG.

FELICITAS PVBL. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe.

FELICITAS PVBLICA. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C C VIB VOLVSI. PIVS AVG. (ſic) Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

FIDES ITAS PVBL. (ſic) Typus ut ſuprà. *RDP.*

IMP C C VIB VOLVSIANVS AVG.

IMP GALLO VOLVSIANO AVG. (2) *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

IVNO MARTIALIS. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet ſpicas, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Cham.*

Eadem epigraphe.

IVNONI MARTIALI. Templum in cujus medio figura ſedens. *MB.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

IVNONI MARTIALI. Templum rotundum diſtylum, in quo Junonis ſtantis ſignum. *Fouc. Regius. Cham. MMA.*

Alius cum ſtella à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

IMP CAES C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

IVNONI MARTIALI. Juno ſedens à fronte in templo rotundo diſtylo. *Brandenburg.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

IVNONI MARTIALI. Figura muliebris ſtolata ac velata cum tutulo, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ſpicas demiſſas tenet dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERALITAS AVGG. (3) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet teſſeram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius. DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERTAS AVGG. Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixo, dextrâ tenet pileum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Cham.*

. . . .

MARTI PACIFERO. Mars galeatus, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

IMP C C VA F GAL VLND VOLVSIANO AVG. id eſt, *Imperatori Cæſari Caio Vandalico Finnico Galindico Vendenico Voluſiano Aug.* Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

MARTI PACIFERO. (4) Mars galeatus gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam. *Regius.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

PAX AETERNA. (5) Figura muliebris

(1) A quonam Voluſianus inter divos relatus fuerit, ignoratur; præſertim cum ipſe unà cum patre Gallo apud Interamnam à ſuis necatus dicatur: ſed cum nullum alium hujus Imperatoris nummum ſimilem repererim, præter hunc quem ex Occone protulit Mediobarbus, non abs re ſuſpicari licet, hunc nummum perperam ab Occone lectum, & pro *Voluſiano*, legendum *Valeriano*, cujus nummi cum hac epigraphe & typo paſſim occurrunt, ut ſuo loco videre eſt.

(2) Nummus à Mediobarbo poſt Occonem exhibitus ſingularis.

(3) Nummus hic ac ſequens inter rariores recenſendi.

(4) Ut Commodus Auguſtus ob Sarmatas à Marco Aurelio devictos dictus eſt *Sarmaticus*, ſic Voluſianus omnia Sarmatiæ populorum tanquam à Gallo patre devictorum cognomina geſtat. Ptolemæus lib. III. cap. 7. inter eas gentes numerat Carpos, Phinnos, Galindas & Vendenos. Decius autem adverſus hos Barbaros profectus, Gallum ad Danubii ripæ cuſtodiam reliquit, ut tradit Zoſimus; Decio ab ipſis interfecto pacem Gallus à Barbaris non abſque Romani nominis dedecore annuo tributo emit. Typum Martis Paciferi & epigraphen nummus hac de re præfert, qui inter hujus Imperatoris rariſſimos recenſendus eſt.

(5) Nummus etiam hic inter rariſſimos recenſendus eſt. Habetur nummus ſimilis in Treb. Gallo, ubi vide quæ adnotavimus.

quo ſuprà , ſtans coram arâ. *MB.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani radiatum , ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG. Figura muliebris typo quo ſuprà , ad aram ſuprà quam ignis accenſus. *Fouc. Regius. MMA. Cham. Fontaine. Brandenburg. MB.*

IMP CAES C VIB VOLVSIANO AVG.

PONTIF COS PRINC IVVENT. (2) *MB.*

IMP CAE C VIBIO VOLVSIANO AVG.

P M TR P III P P COS II. Figura ſacrificans. *MB.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani radiatum , ad humeros cum paludamento.

P M TR P IIII COS II. (3) Figura virilis togata , vultu dextrorſum converſo ſtans , ramum elatum tenet dextrâ , ſcipionem verò ſiniſtrâ demiſsâ. *Fouc. Regius. RE. DC. MMA. Cham. Le Roy. Fontaine. Brandenburg. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P IIII COS II. Figura virilis togata & velata , ſtans ad tripodem ſuprà

... VEND VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

PVDICITIA AVG. (6) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum , velo faciem operit dextrâ , haſtam verò tenet ſiniſtrâ. *Regius.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

ROMAE AETERNAE. (7) Figura muliebris galeata ſcuto inſidens à ſiniſtris dextrorſum , dextrâ tenet Victoriolam , ſiniſtrâ haſtæ innititur. *Cham. MB.*

IMP C VIB GALLVS N D VOLVSIANVS AVG.

SAECVLVM NOVVM. Templum. *MB.*

IMP C C VIB VOLVSIANVS AVG.

SAECVLVM NOVVM. Templum ſex columnarum , idolo medio. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Voluſiani radiatum , ad humeros cum paludamento.

SAECVLVM NOVVM. Templi facies ſex columnis ſuffulta , ad cujus veſtibulum Roma ſedens à fronte , Victoriæ ſignum tenet dextrâ , haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fontaine.*

IMP C VA F GAL VEND VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

(1) Nummi cum hac epigraphe hujus Auguſti cum rarioribus adnumerandi.

(2) Nummum hunc ſingularem protulit Mediobarbus ex Occone. Vide Inſcriptionem , quam in nummis Treboniani Galli primi moduli profetimus ; quæ quidem ad explicandum hunc , ac ſequentem nummum non parùm conducit.

(3) Nummum Treb. Galli ex ære primi moduli cum eâdem epigraphe exhibuimus , ubi videſis animadverſionem noſtram.

(4) Nummus hic ac ſequens cum rarioribus adnumerandi.

(5) Nummus cum hac epigraphe in Voluſiano ſingularis eſt.

(6) Nummus hic ſingularis eſt ob epigraphen ac typum , ut diximus ſuprà ad Trajani Decii nummum argenteum ejuſdem epigraphes ac typi , hujus autem nummi auget pretium capitis inſcriptio ; de quâ paulò ſuperiùs locuti ſumus.

(7) Nummus etiam hic inter rariores recenſendus.

Digitized by Google

SAECVLVM NOVVM. (1) Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

SALVS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenes ſerpentem, ſiniſtrâ pateram ex quâ eum paſcit. *Fouc. Regius. RE. Cham. MMA. Fontaine. MB.*

IMP C VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà. *DC. Quinarius.*

C VIBIO VOLVSIANO CAES. Caput Voluſiani ut ſuprà.

SECVRITAS AVGG. (2) Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixo, dextrâ capiti admotâ. *Le Roy.*

IMP C VA F CAL VIND VOLVLIANO III.

VBERTAS AVG. (3) Figura ſtans, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. Victoria gradiens, dextrâ ſertum, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

IMP C VA F GAL VEN VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata & ſuccincta; gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fouc. MB.*

VII IMP C VA F GAL VEND VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

VICTORIA AVG. (4) Victoria ſiniſtrorſum converſa, pede dextro globo inſiſtens, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam. *Regius.*

IMP C C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Figura militaris galeata, ſiniſtrorſum converſa, haſtæ ferreæ inverſæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi poſitum tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. B. Fontaine. MB.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. RE. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. Figura militaris ut ſuprà, dextrâ clypeo humi poſito innixa, ſiniſtrâ tenet haſtam. *Regius. Cham. B.*

Alius cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVGG. Figura dextrâ ramum elevans, ſiniſtrâ haſtile, cum ſtellâ. *MB.*

Eadem epigraphe.

VIRTVTI AVGG. (5) Figura militaris ſtans, dextrâ ſcutum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

C VIBIO VOLVSIANO CAES.

VOTIS TRIBVS. (6) in laureâ. *MB.*

. . . .

VOTIS DECENNALIBVS. (7) in laureâ. *MB.*

(1) Nummus cum hac epigraphe & typo inter rariores reponendus; hujus etiam auget pretium capitis inſcriptio. Typus hujus nummi eſt templum Urbis Romæ, in cujus medio ipſa ſedet, dextrâ Victoriolam tenens, ſiniſtrâ haſtæ innixa, ut ſolet paſſim repræſentari. Templum autem illud erat in quartâ Urbis regione juxtà Viam Sacram, ut refert Victor; cujus & Spartianus meminit in Hadriano: *Coloſſum*, inquit, *ſtantem atque ſuſpenſum per Detrianum Architectum, de eo loco in quo nunc templum Urbis eſt, ingenti molimine tranſtulit, ita ut operi etiam elephantes* XXIIII. *adhiberet.*

(2) Nummus in hoc Auguſto cum hac epigraphe & typo ſingularis eſt.

(3) Nummus etiam hic ob epigraphen & typum ſingularis eſt; hujus capitis inſcriptio pretium etiam auget.

(4) Ambo nummi præcedentes ob epigraphen utriuſque partis inter rariores recenſendi.

(5) Nummus à Mediobarbo poſt Occonem productus cum rarioribus adnumerandus.

(6) Nummus ab Occone exhibitus, ſed nonnullis ſuſpectus ob inſolitam epigraphen.

(7) Hunc nummum profert Vaillantius ex cimelio Sevii, ac inter raros recenſet.

NUMISMATA ÆREA LATINA
maximi moduli, vulgò Medaglioni.

IMP CAES C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani medio pectore tenus, laureâ inſigne.

ADVENTVS AVGG. Gallus & Voluſianus equites præeunte Victoriâ, & ſubſequentibus duobus militibus cum ſignis militaribus. *Vaillant.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ADVENTVS AVGG. (1) Typus ut ſuprà. *Lamoignon.*

IMP CAES C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani medio pectore tenus, laureâ inſigne.

MONETA AVGG. Tres Monetæ ſtant,

(1) Omnes nummi maximi moduli Imperatorum rari, ſed hujus Auguſti rariſſimi.

dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ geſtantes. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGVSTORVM. Voluſianus paludatus ſtans ſacra faciens ſuper tripodem, coronatur à milite, altero adſtante: tibicen inflat tibias, in imo tripodis Victoria. *Vaillant.*

Eadem epigraphe. Voluſianus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus ſummitate aquila.

VIRTVS AVGVSTORVM. (1) Voluſianus ſtans ad tripodem, juxtà quem victima, libat dextrâ; Tibicen adſtans tibias inflat ex alterâ parte tripodis; ponè Imperatorem ſtat miles galeatus, dextrâ lauream Imperatori imponens, ſiniſtrâ clypeum humi poſitum tenens: in medio nummi duo ſigna militaria erecta. *De C.*

(1) Voluſianus & Gallus pater paſſim in nummis ſacrificantes repræſentantur, quo tempore peſtilentia per Romanas Provincias graſſabatur; tum etiam utrique Auguſto favor quæſitus, quòd anxiè ſtudioséque tenuiſſimi cujuſque exequias curarent, ut tradit Aurelius Victor; Eutropius verò, nihil ab iiſdem clarum geſtum ait, ſed ſolâ peſtilentiâ, & morbis atque ægritudinibus notum eorum principatum ſcribit. Nummus hic fortaſſis haud diverſus à præcedenti, ſed ſegniter deſcriptus à Vaillantio.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP CAE C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento,

AEQVITAS AVGG. (1) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S. C. *Frad.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

AEQVITAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius. Val.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANV AVG. (ſic) Caput Voluſiani ut ſuprà.

APOLLN SALVTARI. (ſic) Apollo nudus ſtans, dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram ſaxis innixam: in areâ S. C. *Frad.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

APOLL SALVTARI. (2) Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLLO SALVTARI. Typus ut ſuprà, cum S.C. in areâ. *Fouc. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ geſtat pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ: in areâ S.C. *Fouc. Regius. RE. Cham. Frad. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ: in imâ parte S. C. *Fouc. Regius. RE. Frad. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS PVBLICA. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ elatâ tenet caduceum, columnæ verò innititur ſiniſtrâ, quâ & haſtam tranſverſam tenet: in areâ S. C. *Fouc. Regius. DC. RE. Frad. Cham. Val. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNONI MARTIALI. (3) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ ſpicas tenet, ſedi verò innititur cubito ſiniſtro: in imâ parte S. C. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNONI MARTIALI. Templum rotundum, in cujus medio ſedet figura muliebris dextrâ ſpicas tenens: in areâ S. C. *Regius. RE. DC. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNONI MARTIALI. Templum rotundum duabus columnis ſuffultum, in cujus medio ſedet figura muliebris typo quo ſuprà: in areâ S. C. *Fouc. Frad. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERALITAS AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ geſtat teſſeram, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S. C. *Fouc. Regius. Cham.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

LIBERALITAS AVGG. (4) Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

LIBERTAS AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ pileum tenet, haſtæ verò

(1) Nummus hic ac ſequens inter rariores recenſendi.

(2) Nummi hi ut Voluſiano cum rarioribus adnumerandi.

(3) Nummus hic ob typi raritatem inter ſingulares recenſendus; ſequentes verò cum raris à Vaillantio adnumerantur.

(4) Raros hos nummos ait Vaillantius, ſed ſequens rarior eſt.

adnititur ſiniſtrâ : in areâ S. C. *RE. Cham.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam inverſam : in areâ S. C. *Fonc. Regius. RE. DC. Cham. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. (1) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, manibus elatis & expanſis: in areâ S. C. *Frad.*

Alius cum arâ ante figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

P M TR P IIII COS II PP. (2) Figura virilis togata ſtans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ demiſsâ ſceptrum, quâ & veſtem colligit : in areâ S. C. *Frad.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

P M TR P IIII COS II PP. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius. Cham.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typ .

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura muliebris paludata capite nudo ſtans, dextrâ demiſsâ tenet ſceptrum, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ : in areâ S. C. *Fonc. Regius. Fontaine.*

C VIBIO VOLVSIANO CAES. Caput Voluſiani nudum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (3) Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ, *Regius. RE. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura militaris dextrâ geſtat globum, cætera ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fontaine.*

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

Sine epigraphe. (4) Sphinx à dextris ſiniſtrorſum: in imâ parte L. IA. *B.*
Eadem epigraphe. Caput Voluſiani nudum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Victoria ad dextram gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ : in areâ S. C. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ clypeo humi poſito innixa, ſiniſtrâ haſtæ ferratæ inverſæ : S. C. in areâ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS DECENNALIBVS S C. (5) in coronâ. *Regius. RE. DC. Cham. Frad.*

(1) Nummi cum hac epigraphe in Voluſiano inter rariores collocandi.

(2) Vide nummum Treb. Galli ex ære primi moduli cum eadem epigraphe.

(3) Nummos in Voluſiano cum hac epigraphe inter raros recenſet Vaillantius, ſed typus ſequentis raritatem auget.

(4) Typus in hoc Imperatore omninò ſingularis, qualis in Auguſto tantùm reperitur; ſed quonam ſpectent literæ illæ numerales, ignoratur; nummum eſſe præſtantiſſimum, optimè conſervatum, & primi moduli facilè eſt cuilibet videre. Sphinx autem, quæ in eo repræſentatur, Echidnæ, Triphoniſque filia, muliebri facie, & pectore, pedibus & caudâ leonis, pennis aquilæ fuiſſe fertur : in Phyceo colle reſidens, obſcura ænigmata tranſeuntibus proponebat; qui ea ſolvere nequibant, Sphingis unguibus laniabantur; ſed cum Oedipus ænigma ſolviſſet, ſeſe tandem in mare præcipitem dedit.

(5) Nummus hic non obvius in Voluſiano, ſed duo præcedentes inter rariſſimos recenſendi.

NUMISMATA Æ. I.
in Coloniis cuſa.

IMP C C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL TYRO METRO. *Colonia Tyros Metropolis.* Aſtarte tutulata ſtans dextram imponit trophæo, ſiniſtrâ ſcipionem tenet, à ſiniſtris Victoriola columnæ inſiſtens ei coronam porrigit : pro pedibus à dextris Silenus, à ſiniſtris conchylium. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL TYRO METRO. (1) Dido ſtolata ſtans, dextrorſum verſa, dextrâ demiſsâ tenet ſceptrum, ſiniſtrâ haſtam : ante eam porta urbis, ſuprà quam figura virilis ſtructuræ incumbens; altera, pro pedibus terram ligone aperit; ſuprà in areâ conchylium. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Voluſiani lau-

(1) Tyrii Didonem ſibi vindicantes, illam ad antiquitatem urbis denotandam, in nummis Carthaginem condentem exhibuere. Sunt qui Carthaginem à Cadmo extructam putent, & à Didone tantum inſtauratam, adjectâ Byrſâ arce. Vide Bochartum in Geogr. Sac. part. 2. cap. 24. Nummus hic Voluſiani non extat apud Vaillantium.

reatum, ad pectus cum paludamento.

P M S COL VIM. (1) *Provinciæ Mœſiæ Superioris Coloniæ Viminacium.* Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ taurum tangit, ſiniſtrâ leonem: in imâ parte AN XIII. *Fouc.*

(1) Similis Voluſiani nummus recenſetur à Vaillantio inter nummos ſecundi moduli tantùm.

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

........Capita jugata Treb. Galli & Voluſiani.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛΩN. *Antiochenſium Metropoleos Coloniæ.* Templum tetraſtylum, ad cujus veſtibulum figura muliebris inſidens monticulis, vultu ſiniſtrorſum converſo, ſpicas tenet dextrâ: in parte nummi ſuperiore aries; in inferiore fluvius nudus emergens. *Frad.*

ATTOK K ΓA ΦIN ΓAΛ OYENΔ OYOΛOYCCIANOC CEB. *Imperator Cæſar Gandalicus, Finnicus, Galindicus, Vendenicus Voluſianus Auguſtus.* Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛΩN. Typus ut ſuprà: in areâ S C. Δ E. *Senatuſconſulto. Tribunitiâ Poteſtate. Regius.*

ATT K ΓA ΦIN ΓAΛ OYENΔ OYOΛOYCIANOC CEB. Caput Voluſiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛΩN. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ. *Fouc. Vaillant.*

Eadem epigraphe. Caput Voluſiani laureatum.

ANTIOXEΩN MHTPO KOΛΩN. Caput muliebre velatum & turritum, ſuprà quod aries: in areâ S C. Δ E. *Vaillant.*

A K Γ OT OYOΛOYCCIAN. (ſic) *Imperator Cæſar Caius Vibius Voluſianus.* Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

BΛAYNΔEΩN MA EΠI APX A AT AΠIO Y. (1) *Blaundenſium Macedonum ſub Archonte Primo Aulo Apio.* Apollo citharœdus capite radiat ſtans, ſiniſtrâ tenet lyram, dextrâ neſcio quid. *Regius. Vaillant.*

....

EΦECIΩN ΠPΩTΩN ACIAC. *Epheſiorum Primorum Aſiæ.* Vacca cum vitulo lac mulgente. *Vaillant.*

ATT K Γ ΟΥΙΒ OYOΛOYCIANOC. *Imp. Cæſar Caius Vibius Voluſianus.* Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

KOΛOΦΩNIΩN EΠI CTP ATP AΘHNAIȢ. (2) (ſic) *Colophoniorum ſub Prætore Aurelio Athenæo.* Figura virilis ſeminuda ſedens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ ad pectus compoſitâ, ſitulam tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

KOΛOΦΩNIΩN EΠI CTP KA KAΛΛICTȢ (ſic) *Colophoniorum, ſub Prætore Claudio Calliſto.* Apollo Clarius ſeminudus ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ramum tenet dextrâ protensâ, citharam verò ſellæ impoſitam ſiniſtrâ. *Fouc. Vaillant.*

ATT K Γ OY OYOΛOYCIANOC. Caput Voluſiani ut ſuprà: infrà aquila alis expanſis.

ΠEPΓAIΩN. (3) *Pergenſium.* Menſa ſeu ara, ſuprà quam tria vaſa. *Vaillant.*

TEN OYOΛOYCCIANO. *Vendenicus Voluſianus.* Caput Voluſiani ut ſuprà, ſine aquila.

CAΓAΛACCEΩN .... (4) *Sagalaſſenſium.* Figura muliebris gradiens, dextrâ clavâ, cum leone. *Regius.*

....

TAPCOY MHTPOΠOΛEΩC AMKΓB. *Tarſi Metropoleos, Primæ Solius Ciliciæ, Decreto Senatûs.* Bacchus ſtans nudus, dextrâ cantharum, ſiniſtrâ thyrſum: pro pedibus panthera. *Vaillant.*

(1) Stephano: Βλαῦδος, πόλις Φρυγίας, ἀπὸ Βλαύδου τοῦ τὸν τόπον εὑρόντος, ὡς Μενεκράτης. Τὸ ἐθνικὸν, Βλαυδηνός. *Blandos, urbs Phrygiæ, ſic dicta à Blando, qui locum invenit, ut Menecrates. Gentile, Blandenus.* An fortè *Blandos* Antonini? Apud Leunclavium, in Notitiâ Sedium Epiſcopalium, inter Antiſtites Lydiæ pag. 90. recenſetur ὁ Βλαδίων. In Conc. Calched. epiſtolâ Synodali Lydiæ ad Leonem Papam, pag. 934. ſubſcribit Oneſiphorus Epiſcopus Blandi. Et act. VI. pag. 594. Ἠλίας ἐπίσκοπος πόλεως Βλαύδου. Et act. IV. Ἠλίας ἐπίσκοπος πόλεως Βλαύδου Λυδίας. Itaque ſunt qui ad hanc urbem Lydiæ ſpectare hunc nummum arbitrantur, atque in nummo abundare literam Y. nec mirum ſi in nummo Blaudenſes, ſeu Blandenſes Macedones dicantur, nam fuere etiam in Lydiâ Macedones, teſte Plinio; quod autem literæ illæ MA, Macedonum legendæ ſint, nummus Philippi maximi moduli, qui aſſervatur in cimelio D. Abb. De Camps id confirmat, in quo ſic legitur EΠI ATP ΓAYKΩNOC NIΓP APX A BΛAYNΔEΩN MAKE.

(2) Non extat hic nummus apud Vaillantium ex ære primi moduli, ſed ſecundi tantùm.

(3) Stephano: Πέργη, πόλις Παμφυλίας. τὸ ἐθνικὸν, Περγαῖος.

(4) Nummus hic Voluſiani non extat apud Vaillantium.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

APOLLO SALVTARI. (1) Apollo nudus ſtans, dextrâ demiſsâ ramuſculum, ſiniſtrâ lyram humi poſitam tenet: in areâ S. C. *Regius. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ geminum ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc. Regius. RE. Cham. Foutaine. B.*

Eadem epigraphe. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ: in areâ S. C. *Fouc. Regius. RE. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS PVBLICA. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ, quâ & cippo innititur: in areâ S. C. *Fouc. Regius. Frad. Le Roy. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNONI MARTIALI. Templum diſtylum rotundum hemiſphærio tectum, in quo Junonis ſedentis ſimulacrum: in areâ S. C. *Fouc. Regius. RE. Frad. Cham. Le Roy. SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGG. (2) Figura muliebris ut ſuprà, ſed cornucopiæ tenens ſiniſtrâ: in areâ S. C. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG. (3) Mulier velata ſtans ad aram ignitam, manibus expanſis: in areâ S. C. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Figura militaris dextrorſum converſa ſtans, clypeum humi poſitum retinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Regius. Fauvel.*

C VIBIO VOLVSIANO CAES. Caput Voluſiani nudum, ad humeros cum paludamento.

VOTIS DECENNALIBVS S C. in coronâ. *Regius. RE. Frad.*

.... VOLVSIANVS P F AVG. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

VOTIS DECENNALIBVS S C. in coronâ. *Brandenburg.*

(1) Nummus hic inter rariores recenſendus.
(2) Nummi cum hac epigraphe inter rariores collocandi.
(3) Nummus hic ac ſequentes ex hoc modulo cum rarioribus adnumerandi. Pietatem autem Auguſtorum prædicat hic nummus, de quâ vide quæ diximus in nummis Treboniani Galli.

NUMISMATA Æ. II.
in Coloniis cuſa.

IMP C C VOLVSSIANVS (ſic) P F AVG. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL P F AVG CAES MET...... (1) *Colonia Prima Flavia Auguſta Cæſarea Metropolis.* Leo gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſuprà quem figura virilis nuda cum pallio ex humeris pendente, & capite radiato decumbens à dextris ſiniſtrorſum, dextram attollit, haſtam verò tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C C VOLVSIANVS P F AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

COL PR F AVG CAES MET PR S PAL. *Colonia Prima Flavia Auguſta Cæſarea, Metropolis Provinciæ Syriæ Palæſtinæ.* Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP C C VOLVSIANVS AVG. Caput

(1) De Cæſareâ Palæſtinæ Coloniâ pluribus ſuprà. Figura autem virilis nuda cum pallio ex humeris pendente, & capite radiato ſuprà leonem decumbens, Apollo ſeu Sol eſſe videtur Deus urbis Cæſareæ tutelaris, nam frequenter in ejus nummis exhibetur; incumbit verò leoni, quod teſte Arato notabile & maximum inter ſigna ſit.

Voluſiani ut ſuprà.

COL P F CAES MET PR S PAL. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

C VIBIO FINI VOLVSSIAN. Caput Voluſiani ut ſuprà.

AEL MVNICI COEL. (1) *Ælium Municipium Coellutanum.* Figura virilis ſeminuda altè ſuccincta, vultu dextrorſum converſo ſtans, icunculam ſuſtinet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP CAE VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

PROVINCIA DACIA AN III. Figura muliebris ornatu Dacico, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ extensâ, ramum geſtat ſiniſtrâ: ad ejus pedes à dextris, aquila alis expanſis, roſtro ad eam converſo, à ſiniſtris leo dextrorſum. *Fouc.*

IMP CAES C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

PROVINCIA DACIA. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP GALLO VOLOSSIANO (ſic) AVG. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL ΔAMA MET. (2) *Colonia Damaſcus Metropolis.* Vexillum in quo, LEG III GAL. *Legio tertia Gallica*, inter aquilas duas alis expanſis adverſas. *Vaillant. Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL ΔAMA METR. (3) Cypreſſus arbor inter equum à dextris, & taurum à ſiniſtris. *Vaillant. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL ΔAMA METRO. (4) circà coronam querceam in quâ CEBACMIA. *Sebaſmia. Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL ΔAMAS METR. circà coronam querceam in quâ CEBACMIA. *Vaillant. Regius.*

IMP C VOLOSSIANVS (ſic) P F AVG. Caput Voluſiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

COL NEAPOL. (5) *Colonia Neapolis*, vel *Neapolitana.* Aquila legionaria cum ſigno militari à dextris, Serapis à ſiniſtris: in vertice mons cum templo: infrà tres ſpicæ erectæ, & pro pedibus Serapidis aries. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL NEAPOLI. (6) Aquila à fronte alis expanſis, & ſuprà mons cum templo; à ſiniſtris ſtat Silenus, dextrâ elatâ, utrem hircinum humero lævo gerens. *Vaillant. Regius.*

IMP C VIB GALIN (ſic) VOLVSIANVS. Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL AVG TPOAD. (7) *Colonia Auguſta Troadenſis.* Lupa à dextris ſiniſtrorſum, ſub quâ Romulus ac Remus infantes. *Fouc.*

IMP C C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

COL TYRO METROPOL. (8) *Colonia Tyros Metropolis.* Mulier ſtolata ac turrulata porrigit urbis ichnographiam figuræ virili ſtanti, quam duæ alæ comitantur, lævâ ſceptrum gerit; in medio areæ conchylium. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL TYRO METRO. (9) Duo vaſa ſeu diſci, in quolibet palmæ ramus. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M S COL VIM. *Provincia Mœſia Su-*

(1) Nummus hic & ſequens Voluſiani non extant apud Vaillantium.

(2) Vide quæ de ſimili nummo diximus ſuprà in nummis Treboniani Galli ſecundi moduli.

(3) Pluribus de hoc nummo agit Vaillantius de Coloniis, part. 2. pag. 319.

(4) Nummus hic ludos in Auguſti honorem ſub Voluſiano celebratos teſtatur. Vide quæ in nummis Treb. Galli ſecundi moduli diximus.

(5) Plures hujus nominis urbes numerantur, ſed hos nummos ad Neapolim Samariæ pertinere ſuadet imprimis templum illud celeberrimum Jovis ſuprà montem Garizim ædificatum, ad cujus radices Neapolis ſita erat; quod quidem templum monti inſidens ſemper in aliquâ hujus urbis nummorum parte exhibetur. Hæc autem urbs olim Sichem dicta fuit teſte Benjamino in Itiner. pag. 66. ſub Veſpaſianis Neapolis & Flavia nuncupata eſt, ob Syriæ Palæſtinæ meritum in bello Judaico, ut innuere videtur Frontinus lib. de Colon. ab iiſdem etiam Imperatoribus jus Italicum obtinuiſſe videtur, quod ei poſtea abſtulit Septimius Severus, quòd Nigri partes tueretur, ut ſcribit Spartianus. Ex iis autem quæ diximus ſatis conſtat, cur in hujus urbis nummis mons cum templo exhibeatur. Aquila legionaria cum ſigno militari non modo cives togatos, ſed etiam veteranos in hanc coloniam tranſmiſſos fuiſſe denotat: Serapis ſui cultum in urbe indicat: Spicæ earum in agro Neapolitano abundantiam ſignificant. De Ariete autem in nummis urbium Orientalium paſſim repræſentato locuti ſumus in nummis Græcis Trajani Decii ab Antiochenſibus cuſis.

(6) Montem cum templo in his nummis expreſſum Garizim eſſe, ad cujus radices Neapolis ſita erat, diximus: Aquila Imperii Romani inſigne paſſim à coloniis uſurpabatur: Silenus ſui cultum in urbe indicat. Cæterum Neapolim Samariæ à Philippo coloniam factam eſſe putat Vaillantius.

(7) Frequenter in Troadenſium nummis lupa cum Romulo & Remo repræſentatur, ſeu quod ſolemnis eſſet coloniarum Romanarum typus, ſeu quod Troadenſes Romanæ gentis auctores hoc typo ſe jactarent. Nummus ſimilis recenſetur à Vaillantio inter nummos tertii moduli tantùm.

(8) Similis nummus habetur Treboniani Galli ſecundi moduli, ubi vide quæ de eo diximus.

(9) Nummus hic certamina Tyri ſub Voluſiano celebrata fuiſſe indicat, quorum quidem nomina licet

perioris Colonia Viminacium. Figura muliebris dextrorſùm verſa ſtans, manibus expanſis inter bovem à dextris, & leonem à ſiniſtris: in imâ parte AN XII. *Brandenburg.*

IMP CAES C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput Voluſiani ut ſuprà.

P M S COL VIM. Typus ut ſuprà: in imâ parte ANN XIII. *RE.*

IMP C VIB VOLVSIANVS. Caput Voluſiani ut ſuprà.

P M S COL VIM. Typus ut ſuprà: in imâ parte AN XIII. *Vaillant.*

Alius cum AN XIV. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Vaillant.*

non ſint appoſita, tamen ea fuiſſe Actia & Heraclea in Apollinis & Herculis tutelarium urbis Deorum honorem inſtituta putat Vaillantius ex nummo ejuſdem typi Caracallæ à Tyriis cuſo, in quo prædictorum certaminum nomina inſcripta leguntur. Vide nummum Saloninæ ſecundi moduli in quo certaminum nomina inſcripta leguntur, Actia nimirum & Heraclea.

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

ATTOK K ΓΑ ΦΙΝ ΓΑΛ ΟΥΕΝΔ ΟΥΟΛΟΥCCΙΑΝΟC CEB. *Imperator Ceſar Gandalicus, Finnicus, Galiudicus, Vendenicus Voluſianus Auguſtus.* Caput Voluſiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC B. *Tribunitia Poteſtatis ſecundùm.* Aquila ſcipioni inſiſtens, alis expanſis à fronte, coronam lauream apprehenſam tenet roſtro dextrorſum converſo: in imâ parte SC. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC ΥΠΑΤΟ B. *Tribunitia Poteſtatis, Conſul ſecundùm.* Aquila ut ſuprà, roſtro ſiniſtrorſum verſo, inter cujus pedes B. *An.* 2. in imâ parte S. C. *Vaillant. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΔΗΜΑΡΧ ΕΞΟΥCΙΑC. Typus ut ſuprà cum Γ. inter aquilæ pedes: in imâ parte S. C. *Fouc. Regius.*

Alius cum Δ. inter aquilæ pedes, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Vaillant.*

....

ΕΡΜΟΚΑΠΗΛΕΙΤΩΝ. *Hermocapelitarum.* Fortuna ſtans cum temone & cornucopiæ. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Γ ΟΥΙΒ ΟΥΟΛΟΥCΙΑΝΟC. *Imperator Ceſar Caius Vibius Voluſianus.* Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠΙ CΤΡ ΑΥΡ ΑΘΗΝΑΙΟΥ (ſic) ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. *Sub Pretore Aurelio Athenæo Colophoniorum.* Figura virilis ſeminuda ſedens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ ad pectus compoſitâ, fiſtulam tenet ſiniſtrâ. *Regius. Vaillant.*

....

ΚΟΤΙΑΕΩΝ. (1) *Cotienſium.* Bacchus in curru duarum pantherarum cum thyrſo. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΟΥΟΛΟΥCCΙΑΝΟC. *Imperator Ceſar Caius Vibius Trebonianus Voluſianus.* Caput Voluſiani radiatum, ad pectus cum paludamento.

ΦΛ ΝΕΑCΠΟΛΕΩC. *Flaviæ Neapoleos.* Aquila à fronte alis expanſis, roſtro dextrorſum converſo: ſuprà mons Garizim, in cujus ſummitate templum cum periſtylio à ſiniſtris dextrorſum. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΟΥΟΛΟΥCΙΑΝ. Caput Voluſiani laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΦΛ ΝΕΑCΠΟΛΕΩC. Typus ut ſuprà. *Regius. Vaillant.*

....

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Nicæenſium.* Mulier ſtolata ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant.*

....

ΝΕΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Nicomedienſium bis Neocororum.* in coronâ ex lauro contextâ. *Vaillant.*

(1) De hac urbe pluribus infrà loquemur.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. II.

AK ΓΑ ΦΓΑΛ B ΟΥΟΛΟΥCΙΑΝΟC ΕΥ C. *Imperator Ceſar Caius Finnicus Galiudicus Vendenicus Voluſianus Pius Auguſtus.* Caput Voluſiani laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. Γ. (1) *An.* 3. Figura muliebris tutu-

(1) Treb. Gallum, adeoque filium ejus Voluſianum tertium Imperii annum auſpicatos non fuiſſe variis in locis monuimus.

lata ac ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

ΑΥΤ Γ.....ΓΑΛ Β ΒΟΛΟΥCΙΑΝΟC CΕΒ. *Imperator Caius.......Galudicus Vendenicus Voluſianus Auguſtus.* Caput Voluſiani ut ſuprà.

Λ. Γ. Caput Æſculapii laureatum, ante quod baculus ſerpente circumplicatus. *Regins.*

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. (1) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Fontaine.*

(1) Nummi hujus Auguſti ex ære puro tertii moduli rariſſimi ſunt.

NUMISMATA Æ. III.
in Coloniis cuſa.

IMP C VIB GALL VOLVSIANVS. Caput Voluſiani laureatum.

COL AVG TROAD. (1) *Colonia Auguſta Troadenſis.* Lupa à dextris ſiniſtrorſum cum puerulis Romulo & Remo. *Vaillant.*

(1) Vide quæ de ſimili nummo diximus ſuprà in nummis ejuſdem Auguſti ſecundi moduli.

NUMISMATA GRÆCA Æ. III.

ΑΥΤ Κ ΟΥΟΛΟCCΙΑΝΟC (ſic) CΕ. *Imperator Cæſar Voluſianus Auguſtus.* Caput Voluſiani laureatum, ad humeros.

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤΡ ΕΝΔΟΞ ΑΜΚ Β. .....(1) *Anazarbi Metropoleos Glorioſæ, Primæ Solius Ciliciæ, Senatûs.....*Apollo nudus ſedens, ut videtur, lyræ adnixus ſiniſtrâ. *Fouc.*

ΑΥΤ ΚΑΙ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΟΥΟΛΟΥC. *Imperator Cæſar Caius Vibius Trebonianus Voluſianus.* Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΦΛ ΝΕΑC ΠΟΛ......(2) *Flaviæ Neapoleos.* Templum monti inſiſtens. *RE.*

....

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. *Nicæenſium.* Tres Gratiæ nudæ ſtantes. *Vaillant.*

ΑΥΤ ΚΑΙ Γ ΟΥΙΒ ΤΡΕΒ ΟΥΟΛΟΥC. Caput Voluſiani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Nicomedienſium bis Neocororum.* in coronâ. *RE.*

(1) Nummus hic Voluſiani non extat apud Vaillantium.
(2) Nummus Voluſiani cum hoc typo non habetur apud Vaillantium.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

C VIBIO VOLVSIANO CAES.

A QVITAS AVG SC. Æquitatis ſtantis typus.

IMP CAES C VIB VOLVSIANO AVG.

AEQVITAS AVGG SC. Typus ut ſuprà.

C VIBIO VOLVSIANO CAES.

APOLL SALVTARI SC. Apollo dextrâ ramum, ſiniſtrâ citharam.

IMP CAE C VIB VOLVSIANO AVG.

APOLL SALVTARI SC. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA AVGG SC. Figura ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ.

IMP CAES C VIB VOLVSIANVS AVG.

CONCORDIA AVGG SC. Typus ut ſuprà.

IMP CAES C VIB VOLVSIANO AVG.
CONCORDIA AVGG SC. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.
CONCORDIA AVGG SC. Figura ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ.
C VIBIO VOLVSIANO CAES.
FEL CONCORDIA AVGG SC. Figura ſtolata, dextrâ pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ.
Eadem epigraphe.
FELICITAS PVBLICA SC. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ haſtam, columnæ nixa.
IMP C C VIB VOLVSIANVS AVG.
FELICITAS PVBLICA SC. Figura ſtans, columnæ nixa, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.
IMP CAE C VIB VOLVSIANVS AVG. Caput cum buſto trabeato, & ſceptro Conſulari.
Eadem epigraphe. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P IIII COS III PP. (3) Sol capite radiato ad dextram gradiens, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenet flagrum. *Cham.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P IIII COS IIII PP. (4) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

P M TR P V COS IIII PP. Duo Imperatores laureati ac togati, ſtantes ex adverſo cum clypeis duobus intermediis; quorum alterum uterque tenet dextrâ, ſcipionem ſiniſtrâ; juxtà clypeos haſtæ duæ erectæ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P V COS IIII PP. Typus ut ſuprà. *Regius. Cham. Hen. Declesves. Fontaine.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

P M TR P V COS IIII PP. Figura virilis togata ſedens in ſellâ curuli à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ haſtam. *Cham. Hen. MB.*

Eadem epigraphe.

PROVIDENTIA AVG. Providentiæ typus. *MB.*

IMP VALERIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PROVID AVGG. (5) Figura muliebris ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, ſigno verò militari adnititur ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes globus. *Fouc.*

IMP VALERIANVS P AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

PROVID AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham. Fontaine.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENTIA AVGG. Figura muliebris ut ſuprà; ſed cornucopiæ geſtans ſiniſtrâ. *Fouc. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RELIGIO AVGG. (6) Diana venatricis habitu, dextrâ poſt humeros ſagittam è pharetrâ extrahit, ſiniſtrâ verò arcum tenet: à ſiniſtris in areâ 9. *Bau.*

....

RELIGIO AVGG. Diana venatricis habitu, dextrâ telum, ſiniſtrâ arcum gerit. *MB.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG.

RESTITVT GEN HVMAN. Figura ſtolata ſtans utramque manum elevans. *MB.*

(1) Valerianum Conſulem tertiùm anno 255. unà cum Gallieno fuiſſe Faſti omnes teſtantur: eodem verò anno alterum Tribunitiæ poteſtatis annum complevit, tertiumque auſpicatus eſt Valerianus circà menſem Junium.

(2) Nummus cuſus anno Chriſti 255. quo etiam anno ſequens inſcriptio, quam Oſſonobæ in Luſitaniâ repertam exhibet Gruterus pag. 274. erecta fuit.

IMP. CAES. P. LICINIO
VALERIANO. P. F. AVG
PONT. MAX. P. P. TR. POT
III. COS. RESP. OSSON. EX. D
ECRETO. ORD. DEVOT
NVMINI. MAIESTAT
IQ. EIVS. D. D

(3) Nummus hic pertinet ad annum Chriſti 256. ſequentes verò ad annum 257. quo Valerianus IV. Conſul cum Gallieno fuit.

(4) Nummi cum hac epigraphe inter rariores recenſendi; ſequentes verò haud obvii.

(5) Nummus hic ac ſequentes cum rarioribus adnumerandi.

(6) Valerianum imprimis coluiſſe Dianam non ſolùm indicat hic nummus, ſed & templum ab eo conſtructum in VI. urbis regione, quod Sextus Rufus Valeriani nomen tuliſſe narrat, *Diana Valeriana.* Signum autem illud Dianæ, quod in eo templo poſitum erat, eadem forma expreſſum fuiſſe licet conjicere, qua in hoc nummo Diana exhibetur. Nummus rariſſimus.

Eadem epigraphe. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVT GENER HVMANI. (1) Sol radiatus ac tunicatus cum pallio à tergo volitante, ſiniſtrorſum converſus ſtans, dextrâ extenſâ & expanſâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR ORBIS. (2) Valerianus paludatus vultu dextrorſum converſo ſtans, figuram muliebrem capite turrito procumbentem ſublevat dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ. *RE.*

SMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

RESTITVTOR ORBIS. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. MMA. Cham. MB.*

Eadem epigraphe.

REST ORIENTIS. Duæ figuræ, altera togata, paludata ac diademata; altera militaris ſiniſtrâ haſtam tenens. *MB.*

Eadem epigraphe.

RESTITVT ORIENTIS. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVT ORIENTIS. Imperator laureatus & paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextram protendit coronam lauream accepturus, quam figura muliebris capite turrito ſtans ex adverſo ei offert; haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in ſuperiore nummi parte inter utramque figuram ſtella. *Fouc. Regius. DC. Cham. Brandeuburg.*

Alius cum coronâ laureâ ſupernè inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

RESTITVT ORIENTIS. (3) Typus ut ſuprà abſque coronâ. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ROMAE AETERNAE. (4) Figura muliebris galeata inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Regius.*

IMP VALERIANVS P AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

SAECVLI FELICITAS. (5) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVLI FELICITAS. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

SALVS AVGG. (6) Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet ſerpentem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Farneſianus.*

IMP VALERIANVS P AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

SALVS AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet ſerpentem, ſiniſtrâ pateram ex quâ cum paſcit. *Regius. Cham. Fontaine. MB.*

IMP VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Heu.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

SALVS AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans ad aram ſerpente capite aſſurgente circumvolutam, dextrâ tenet pateram ex quâ cum paſcit, ſiniſtrâ haſtæ adnititur. *Fouc. Regius. RE. Cham. Fontaine.*

IMP VALERIANVS P AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Frad.*

Eadem epigraphe.

SECVRIT PERPET. Figura ſtans, dextrâ haſtam. *MB.*

IMP VALERIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

SECVRIT PERPET. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, cippo verò innititur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. SG. Fontaine. MB.*

VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

(1) Nummum hunc cuſum putat Vaillantius, cum Valerianus in Perſas, qui Syriam devaſtabant, iter ſuſciperet: in felix augurium *Reſtitutor Generis humani* magno elogio appellatur, & ſub Orientis figurâ, capite radiato inſignitur, globum gerens, tanquam orbem Romanum reſtituturus. Epigraphe hæc tum primum in nummis Imperatorum occurrit. Nummus cum rarioribus adnumerandus.

(2) Cum orbis Romanus undique à Barbaris impeteretur, & Gallienum filium in Gallias miſiſſet, ipſe verò Orientem tuendum ſuſcepiſſet, dictus fuit in augurium Valerianus, *Reſtitutor Orbis*; ſed rei eventus eum fefellit. Nummus rarus.

(3) Initio belli Perſici hunc nummum cuſum putamus, in quo Valerianus *Reſtitutor Orientis* dicitur; quippe illius belli initia haud infelicia fuiſſe, teſtes ſunt Antiochia recepta, & Cyriades à ſuis interfectus. Epigraphe hæc tùm primum in nummis Imperatorum occurrit. Nummus rarus.

(4) Nummus cum hac epigraphe in Valeriano inter rariores recenſendus.

(5) Nummus hic ac ſequens cum rarioribus adnumerandi.

(6) Salus hîc peculiari typo exhibetur, geſtans ſiniſtrâ cornucopiæ, cum ſemper illâ manu pateram tenens repræſentetur, niſi illud mendum Sculptoris eſſe dicatur.

SECVRIT PERPET. Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP VALERIANVS PIVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

SECVRIT PERPET. Typus ut ſuprà. *Fauvel. Fontaine.*

IMP VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Figura muliebris tunicata & ſuccincta, cum pallio in brachium dextrum rejecto, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ. *Cham.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP VALERIANVS P AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

TEMPORVM FELICITAS. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet caduceum oblongum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius. Cham. Fon. MB.*

IMP VALERIANVS AVG.

TR P V COS IIII PP. (1) Duæ figuræ ſtantes. *MB.*

Eadem epigraphe.

TR P V COS IIII PP. Duæ figuræ togatæ clypeis inſiſtentes. *MB.*

Eadem epigraphe.

TR P V COS IIII PP. Figura ſedens, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.

TR P V COS IIII PP. Figura ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrâ bacillum. *MB.*

Eadem epigraphe.

TR P V COS IIII PP. Figura radiata, dextrâ erectâ, ſiniſtrâ flagellum. *MB.*

VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VENVS VICTRIX. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ extensâ, palmæ ramum geſtat ſiniſtrâ; juxtà eam à ſiniſtris clypeus humi poſitus. *Fouc.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

VENVS VICTRIX. Figura muliebris ſeminuda ſtans, dextrâ tenet globum cum Victoriâ, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam; à ſiniſtris clypeus humi poſitus. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Victoria gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtolata ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Fontaine. B. MB.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Alius cum captivo à dextris humi ſedente, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

IMP C P LIC VALERIANO AVG.

VICTORIA AVGG. Victoria ut ſuprà, abſque captivo. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *MB.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà. *RE. MB.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. Fontaine. MB.*

Alius cum x. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtans, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS P F AVG. Buſtum Valeriani laureatum, dextrâ globum cum Victoriâ, ſiniſtrâ parazonium.

VICTORIA AVGVSTORVM. (3) Duo Imperatores laureati ſtantes, dextris globum cui inſiſtit Victoria ſuſtinentes, ſiniſtris haſtas; à quorum tergo duo milites, unus dextrâ jaculum, ſiniſtrâ labarum; alter dextrâ ſignum legionarium, ſiniſtrâ ſcutum. *MB.*

IMP. C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA EXERCIT. (4) Victoria ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Cham.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG.

(1) Nummum hunc ac ſequentes cum eadem epigraphe ex Mediobarbo exſcripſi; nam nullibi ſimiles reperi.

(2) Epigraphe hæc, ac ſequens cum typo Veneris ſæpè in nummis Auguſtarum occurrunt, rarò verò in nummis Imperatorum. Nummi rariſſimi.

(3) Hunc nummum profert Mediobarbus ex Strada; quænam autem fides huic adhibenda eruditi viderint.

(4) Nummus hic ſingularis, qui tùm primum cum hac epigraphe in nummis Imperatorum occurrit.

VICT PARTICA. (2) (ſic) Victoria dextrorſum converſa ſtans, pede dextro dorſum captivi humi ſedentis premit, dextrâ tenens coronam, ſiniſtrâ palmam. *Cham.*

. . . .

VICTORIA PARTHICA. Victoria ſtans, dextrâ clypeum, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes captivus. *MB.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIAE AVGG. (3) Victoria in bigis à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ tenet flagrum. *Regius. Vaillant.*

IMP VALERIANVS P AVG.

VIRTVS AVG. Figura armata, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ arcum cum ſagittâ. *MB.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG. Figura militaris, dextrâ pateram ſuper aram, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

IMP P LIC VALERIANO AVG. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata [illegible] haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. B. MB.*

IMP VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham. MB.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Frad.* Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. (4) Figuræ duæ laureatæ ac paludatæ ſtantes ex adverſo, quarum quæ à dextris, haſtæ adnititur dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ; altera quæ à ſiniſtris, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, ſpiculum tranſverſum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. RE. Frad. Fontaine.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

(1) Nummus ob victorias per filium Gallienum à Germanis reportatas cuſus videtur: unde in alio argenteo dicitur Valerianus GERMANICUS MAXUMUS TER. Nummi cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

(2) Refert Vaillantius nummum argenteum ejuſdem Auguſti cum epigraphe VICTORIA PARTHICA. in quo repræſentatur Victoria coronam porrigens Imperatori paludato ſtanti. Belli autem Perſici initia haud infelicia fuiſſe Valeriano, teſtes ſunt Antiochia recepta, & Cyriades à ſuis interfectus: & Aurelius Victor ſic de Valeriano: *Bellum per Meſopotamiam anceps diuturnumque inſtruit.* Nummi cum hac epigraphe inter rariores collocandi.

(3) Nummus ſingularis à Vaillantio exhibitus, & fortaſſis ex eodem Regio cimelio, ex quo illum deſcripſimus. Bigas autem illas, quas agit Victoria, non ad Victorias à Valeriano aut Gallieno de Barbaris relatas, ſed ad agonem Capitolinum ab illis Romæ celebratum, in quo eorum alter bigæ præmium retulit, ſpectare putat laudatus Vaillantius: ipſe verò hunc nummum referendum arbitror ad victorias Valeriani & Gallieni de Barbaris relatas.

(4) Valerianus pater à dextris in hoc nummo exhibetur orbem geſtans ſiniſtrâ, tanquam orbem Romanum virtute armorum conſervaret; à ſiniſtris ſtat Gallienus dextrâ Victoriolam ſuſtinens, tanquam victoriis de Germanis relatis ipſum orbem illuſtraret. Nummus haud obvius.

VIRTVS

Digitized by Google

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham. Val. Fontaine. Brandenburg. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA ORBIS. (1) Victoriæ duæ tunicatæ ac ſuccinctæ ſtaotes ex adverſo, clypeum ad palmam arborem appenſum, in quo S. C. tenent utrâque manu. *Fouc. Regius. Cham. MB.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriaoi ut ſuprà.

VOTA ORBIS. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Alius abſque literis in clypeo, eodem typo utrâque ex parte. *RE. MDM. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS DECENNALIBVS. (2) in coronâ querceâ. *DC.*

(1) Valerianus Imperator factus fuit, ut ſcribit Trebellius Pollio, *non, ut ſolet, tumultuariò populi concurſu, non militum ſtrepitu, ſed jure meritorum, & quaſi ex totius orbis unâ ſententiâ.* Duæ autem Victoriæ, quarum teſtes ſunt ejus nummi, Germanica nempe & Parthica *Vota Orbis* dicuntur ex Senatuſconſulto. Epigraphe hæc & hic typus tùm primum occurrunt in nummis Imperatorum. Nummus rarus.

(2) Nummus hic ex argento in Valeriano rariſſimus.

NUMISMATA ÆREA LATINA maximi moduli, vulgò Medaglioni.

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriaui laureatum.

ADLOCVTIO AVGVSTORVM. (1) Valerianus ſubſequentibus filiis paludatis adloquitur cohortes ſigna militaria & clypeos gerentes. *Vaillant.*

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita Valeriani & Gallieni adverſa.

ADVENTVS AVGVSTORVM. Duo Imperatores paludati equites, præeuntibus Victoriâ & milite; adſunt quatuor ſigna militaria. *Vaillant.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum.

CONCORDIA SAECVLORVM. (2) Capita Gallieni & Valeriani Junioris adverſa. *Vaillant.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Valerianus laureatus pectore tenus cum paludamento, dextrâ globum tenet cui impoſita eſt Victoriola.

FELICITAS TEMPORVM. (3) Quadrigæ triumphales in quibus Valerianus ſtat inter duos filios, Victoriâ eum coronante: hinc & inde miles currum comitatur: in imâ parte TRIVMPHVS, ut videtur. *De C. Vaillant.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriaui laureatum.

LIBERALITAS AVGG. Valerianus & Gallienus ſedentes in ſubſtructione, à dextris Liberalitas, & ponc eos duæ figuræ paludatæ ſtantes; Rumanus ſcalam aſcendit. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MONETA AVGG. Tres Monetæ ſtantes dextrâ bilaucem, lævâ cornucopiæ geſtant. *De C. ex argento mixto. Vaillant.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento, dextrorſum.

VICTORIA AVGVSTORVM. Valerianus & Gallienus paludati ſtantes, dextris ſuſtinent globum, cui impoſita eſt Victoria: hinc & inde utrumque prætorianus comitatur eum ſigno militari. *Regius. Vaillant.*

(1) Nummi Latini maximi moduli, vulgò medaglioni in Valeriano rariſſimi ſunt.

(2) Nummus ſingularis, & tum primum hæc epigraphe occurrit in nummis Imperatorum.

(3) Nummus ſingularis ob typum & epigraphen, ſed à Vaillantio mutilus exhibitus; nam vocem TRIUMPHUS in imâ parte omiſerat.

NUMISMATA ÆREA GRÆCA maximi moduli, vulgò medaglioni.

AT KAI Π ΛΙΚΙΝΝΙΟC OΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Imperator Cæſar Publius Licinius Valerianus.* Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

ANTIOXEΩN. (1) *Antiochenſium.* Pons quinque fornicibus conſtans, cum fluvii de-

(1) Hunc nummum ſpectare puto ad Antiochiam Cariæ, de quâ pluribus ad Trajani Decii nummos diſſeruimus. Non extat hic nummus apud Vaillantium.

CIEΩN. *Sub Archonte Juliano Aphrodiſienſium.* Menſa, ſuprà quam duæ urnæ cum palmæ ramis. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (3) *Ephe-*

Coryciotarum Inviolabilis Navarchis. Bacchus ſtans dextrâ cantharum tenet, ſiniſtrâ thyrſum, pro pedibus tigris: ante eum tripus, ſuprà quem urna, caduceus, palma & ſpica, per tranſverſum urnæ ΘΕΟΓΑΜΙΑ, *Theogamia. De Camps. Vaillant.*

(1) Nummus hic non habetur apud Vaillantium. Vide nummum maximi moduli Trajano Decio in eâdem urbe cuſum. Singularis in hoc nummo uſus præpoſitionis Παρὰ pro Ἐπί. Singulare etiam Πανηγυριάρχου nomen, cum in aliis nummis Πανηγυριστοῦ tantùm occurrat.

(2) Plinio lib. v. ſect. XXXII. *Attalia*, in Æolidis Lyciæque confinio. Stephano, Ἀττάλεια, πόλις Λυδίας...... τὸ ἐθνικὸν, Ἀτταλεύς. ubi pro Λυδίας legendum putant nonnulli Λυκίας, quoniam D. Lucas in Actis cap. XIV. v. 24. Euthalius, Diaconus, Beda, Ptolemæus etiam lib. v. cap. 5. eam Pamphyliæ aſſignant, quæ ab occaſu Lyciæ contermina eſt. Inter oppida Pamphyliæ recenſetur hæc urbs & Straboni lib. XIV. Celeberrimi verò antiquitus fuere Attalici Reges, quorum ultimus hæredem instituit populum Romanum; eorum brevis genealogia & hiſtoria reperitur apud eundem Strabonem lib. XIII.

(3) Hunc nummum recenſet Vaillantius ex eodem Regio Etruriæ cimelio inter nummos primi moduli.

(4) Stephano: Θυάτειρα, πόλις Λυδίας ..... τὸ ἐθνικὸν, Θυατειρηνός. Thyatira urbs Lydiæ memoratur Ptolemæo lib. v. cap. 11. à quo *Metropolis* vocatur, necnon Joan. Apocalypſ. cap. 1. Auguſtea autem fuerunt certamina de nomine Auguſti, in ejus honorem inſtituta. ſed iſthæc à Thyatirenis celebrata non videntur in honorem Auguſti, ſed in honorem Valeriani & Gallieni facta; idque arguit illa vox ΑΡΙCΤΑ, ut ſcribit Vaillantius; ſiquidem Nicæenſes certamina ſeu ludos in eorum Imperatorum honorem inſtituerunt, quæ ΜΕΓΙCΤΑ ΑΡΙCΤΑ vocavere, ut Valeriani & Gallieni nomina ſic honorificè exponerent, ut infrà videre eſt: ſic Thyatireni Nicæenſium exemplo hæc ΑΡΙCΤΑ in illorum gratiam nominarunt, quæ cum Olympicis hoc anno edita ſunt. Olympia autem certamina ab Hercule in honorem Jovis circà Olympiam Elidis regionis (unde nomen) inſtituta fuerunt circà annum Mundi *2766.* & renovata poſt 430. annos; menſe Julio, ſeu plenilunio poſt Solſtitium celebrabantur, cæſtibus, curſu, ſaltu, diſco & palæſtrâ, muſici & ſcenici ſub Nerone additi; quinto die huic certamini finis imponebatur; victores oleaſtro coronabantur; & finitis quadrienniis peragi conſueverant; unde Quinquennalia dicta.

(5) Plinio lib. v. ſect. XXXII. *Cyme.* Stephano: Κύμη, πόλις Αἰολίδος.....τὸ ἐθνικὸν, Κυμαῖος. Cuma Æolicarum urbium maxima & præſtantiſſima, cui etiam decus natalibus ſuis addiderunt Heſiodus Poëta & Ephorus Hiſtoricus. Vide Strabonem lib. XIII. & Stephanum. Ex hac quoque urbe fuiſſe aiunt Sibyllam Cumæam, quæ in Italiam profecta plurima de Romanis vaticinata eſt. Nummus hic malè deſcriptus à Vaillantio.

(6) Corycus, urbs Ciliciæ memoratur Ptolemæo lib. v. cap. 8. Straboni lib. XIV. Plinio lib. v. ſect. XXII. *Corycos oppidum, & portus.* Stephano: Κώρυκος, πόλις Κιλικίας.... τὸ ἐθνικὸν Κωρύκιος.....λέγεται καὶ Κωρυκιώτης. Jus Aſyli ac Navarchidis dignitatem obtinuiſſe videtur hæc urbs à Valeriano Auguſto: Αὐτόνομος autem facta fuit ſub primis Imperatoribus, quippe in Collectionibus Ligorii extat Severi nummus cum hac epigraphe ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ: & fortaſſis à temporibus Ciceronis Autonomiam obtinuit; nam idem Cicero refert, cum in Ciliciam Proconſul advenit, ut urbium benevolentiam ſibi conciliaret, eiſdem Autonomiam conceſſiſſe. Ex hac urbe fuit Oppianus, qui M. Antonino opus ſuum dicavit. Quid autem Theogamia fuerint, paulò infrà dicemus.

Digitized by Google

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΕΠΙ ϹΤΡΑ ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. (1) *Sub Prætore Ariſtomacho Mytilenæorum.* Mulier turrita ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat pateram, ſiniſtrâ ſceptrum; ante eam ſtat Victoria coronam ei porrigens. *Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚΙΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΠΙ ΓΡ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ Β ΝΥϹΑΕΩΝ. (2) *Sub Scriba Menandro iterum Nyſæorum.* Deus Lunus ſtans cum pileo ſolito & lunâ bicorni ad humeros, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtæ innixus: pro pedibus à dextris caput tauri. *Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚΙΝΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΝΥϹΑΕΩΝ ΕΠΙ ϹΤΡ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ. *Nyſæorum ſub Prætore Menandro.* Typus ut ſuprà. *De C.*

ΑΥΤ Κ....ΛΙΚΙΝΝ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΠΙ ΓΡ Μ ΑΥΡ ΛΑΙΑΝΟΥ ΝΥϹΑΕΩΝ. (3) *Sub Scribâ Marco Aurelio Laiano Nyſæorum.* Urna certaminis ex quâ erumpunt duo palmæ rami, & in urnâ ſcribitur ΘΕΟΓΑΜΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΑ. *Theogamia Oecumenica. Bau.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΠΙ Ϲ ΑΥΡ ΔΑΜΑ ΑϹΙΑΡΧ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡ. (4) *Sub Prætore Aurelio Damaſia Aſiarcha Pergamenorum Primorum ter Neocororum.* Æſculapius à dextris, & Fortuna à ſiniſtris ſtantes; ille dextrâ baculo ſerpente circumvoluto innixus; hæc dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΠΙ Ϲ ΑΥΡ ΔΑΜΑ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡ. (5) Menſa cum dua-

(1) Plinio lib. v. ſect. xxxix. *Lesbos* inſula, in qua *libera Mytilene.* Fuit hæc urbs in Lesbo maxima, ut ſcribit Stephanus; atque adeò clara, ut ab eâ tota inſula, cum prius *Lesbos* diceretur, *Mytilene* vocata fuerit, teſte Euſtathio ad Dionyſii V. 537. & naturâ, & ſitu, & deſcriptione ædificiorum, & pulchritudine imprimis nobilis: agri jucundi & fertiles, auctore Cicerone in Orat. de lege Agrariâ cont. Rullum. Duplici portu prædicta teſte Strabone lib. xiii. ſed præ omnibus ingeniorum fœcunda genitrix, unde ſibi magnam gloriam comparavit. Perperam lectus hic nummus à Vaillantio.

(2) Plures hujus nominis urbes numerantur, ſed hæc in Cariâ fuit. Plinio lib. v. ſect. xxix. *Nyſa.* Stephano: Νύσα, πόλις ἐν Καρίᾳ...... τὸ ἐθνικὸν, Νυσιεὺς, Νυσαῖος, Νυσαεὺς, καὶ Νυσαΐς. Hujus meminit Ptolemæus lib. v. cap. 2. ſed pluribus Strabo lib. xiv. ejus ſitum ac viros illuſtres deſcribens. Deus autem Lunus, cujus cultus imprimis apud Ægyptios, deinde ad Græcos tranſlatus eſt, à Nyſæis Cariæ ſummo honore colebatur; atque in aliquo ejus oppidi nummo ΚΑΜΑΡΕΙΤΗϹ vocatur, non à Camara Cretæ urbe, ut quidam volunt, ſed potius quod Kamar Arabicè Luna dicatur, ut docuit Vaillantius. Hanc autem urbem cum Ancyrâ Phrygiæ urbe concordiâ junctam fuiſſe teſtatur nummus Hadriani; Neocoriam verò accepiſſe videtur ſub M. Aurelio, ut indicat illius nummus cuſus ſub Scriba M. Aurelio Muſonio, qui prætereà Ἱερέως dignitatem obtinebat. Nummum hunc mutilum protulit Vaillantius ex Regio cimelio. Non ſolùm porrò Nyſa, ſed reliquæ omnes Cariæ urbes in nummis nomina Scribarum fermè ſemper, & raro Prætorum apponebant; id fortaſſis hinc factum, quod Scribæ illius Provinciæ oppida, veluti Prætores ſeu Archontes adminiſtrarent. γραμματεὺς autem hoc eſt, *Scriba* Senatûs & populi omnes leges, Plebiſcita & Senatuſconſulta in tabulas referebat, eorumque cuſtos & interpres erat, & in omnibus Pſephiſmatibus nomen ſuum, & ante Ἀρχόντας ſeu Στρατηγοῦ, qui Senatus pro Magiſtratûs tempore Præſes erat, præſcriptum habebat: cum illis quotannis creabatur, & ſi Archon aut Prætor è vitâ in Magiſtratu exierat, nomen Scribæ in nummis ſignabatur, & duo eligebantur, ut Archontes, & Duumviri, ut ex nummis apparet.

(3) Theogamia feſtum erat in Plutonis & Proſerpinæ nuptiarum honorem apud Siculos, in quorum terrâ nata erat, inſtitutum, ut auctor eſt Julius Pollux lib. 1. cap. 1. tit. xxxiii. ubi de Græcorum feſtis. Idem feſtum ſeu certamen in honorem Plutonis & Proſerpinæ nuptiarum apud Nyſæos Cariæ celebratum arguit hic nummus, ob lucum & templum Plutonis & Proſerpinæ, quod inter Tralles ac Nyſam fuit, teſte Strabone lib. xiv. pag. 649 Fuitque illud certamen Oecumenicum, ad quod Athletæ, non ex ſingulari aliquâ civitate, aut Provinciâ, ſed ἐκ τῆς οἰκουμένης, ex orbe univerſo admittebantur; quale fuit illud certamen ab Hieropolitanis Syriæ ſub hoc ipſo Auguſto editum. atque fortaſſis, putant nonnulli, ob hæc Oecumenica Theogamia, dicitur in aliquo nummo hæc ipſa urbs Cariæ ΝΥϹϹΑ ΚΥΘΟΠΟΛΙϹ ΙΕΡΑ. Nummum ſimilem refert Vaillantius ex cimelio D. Medtham Angli inter nummos primi moduli.

(4) Nummum hunc mutilum profert Vaillantius ex eodem Regio Theſauro. Aſiarcha autem ſummus erat totius Aſiæ Proconſularis Conventûs Ludorum Moderator, quotannis electus, uti Lyciarcha, Syriarcha, & reliqui in aliis Provinciis: à ſingulis Aſiæ civitatibus Sacerdotum nomina ad concilium commune totius Provinciæ mittebantur, & à Synedriis ex iis primus Aſiarcha ſeligebatur, cæteri dicebantur ſocii, de quibus Ariſtides: hujus autem nomen, niſi eſſet Prætor, aut Summus urbis Sacerdos, in oummis non denotabatur, ut videre eſt ex nummis.

(5) Hæc duo certamina non eodem tempore celebrata, ſed ſub Valeciano Auguſto variâ tempeſtate editum utrumque; & quidem de Olympio certamine paulò ſuperiùs locuti ſumus. Actium autem ad Promontorium in Epiro antiquum erat Apollinis templum ante bellum Peloponneſiacum huic Deo Sacrum,

Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟϹ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ. (3) *Seleucenſium qui ſunt ad Calycadnum.* Duo capita adverſa, alterum tutulatum, & cum cornucopiæ ad humeros: quod Genii urbis eſt; alterum Apollinis muliebri habitu, ante quod laurus. *Fouc. De Camps. Vaillant.*

Α Κ ΠΟ ΛΙΚΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠ Ϲ ΦΙΛΗΤΟΥ ΙΠΠΙΚΟΥ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (4) *Sub Prætore Phileta Hippici Filio Smyrnæorum ter Neocororum.* Tria templa in quorum medio ... à dextris tigris. *Regius. Vaillant.*

ΑΥ Κ Π ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. ΑΥ ΚΑ Π ΛΙΚΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ. *Imperator Cæſar Publius Licinius Valerianus. Imperator Cæſar Publius Licinius Gallienus.* Capita adverſa Valeriani & Gallieni, ad pectus cum paludamento; quod à dextris eſt Valeriani radiatum, quod à ſiniſtris, laureatum.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟϹ ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥϹΙΝ. (6) *Cleobulus Temenothyrenſibus.* Duo Imperatores paludati capite radiato ſtantes ex adverſo ad aram ignitam, dextris tenent pateras, ſiniſtris haſtas: Victoriâ supernè in medio ſtante, utrique coronam imponente. *Regius. Vaillant.*

ΑΥ ΚΑ Π ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. ΑΥ ΚΑ

teſte Thucydide, ab Argonautis extructum, ut ſcribit Callimachus, ad quod Ludi gymnici, equeſtres ac navales edebantur, ut ſcribit Stephanus, & triennales erant teſte Strabone. Horum exemplo Auguſtus Cæſar in Actiacæ victoriæ memoriam Nicopoli Actiacos Ludos in honorem Apollinis inſtituit; ſed quinquennales, ut refert Suetonius in Auguſto, cujus ſunt verba: *Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in poſterum eſſet, urbem Nicopolim apud Actium condidit, ludoſque illic quinquennales conſtituit, & ampliato vetere Apollinis templo, locum caſtrorum, quibus fuerat uſus, exornatum navalibus ſpoliis, Neptuno, ac Marti conſecravit.* Vide Plutarchum in Antonio, Dionem Caſſ. lib. L. Joſephum lib. I. ἁλώσεως, cui Ἀκτιὰς dicitur hoc certamen Actium.

(1) Protulit hunc nummum Vaillantius ex cimelio Lucæ Corſi.

(2) Recenſetur hic nummus à Vaillantio ex cimelio Auguſtini Scilla Meſſanenſis inter nummos primi moduli, ſed perperam ab eo deſcribitur.

(3) Perperam legitur hic nummus Valeriani à Vaillantio. Vide ſimilem nummum Treboniani Galli ex ære maximi moduli.

(4) Smyrna Ioniæ urbs celeberrima, ut antiquiſſima de Primatu cum Epheſo & Pergamo ſæpè contendit; prima fuit Auguſtorum ſub Tiberio Neocora, teſte Tacito lib. IV. ſecundam Neocoriam accepit ſub Hadriano per Antonium Polemonem civem ſuum, ut patet ex Marmore Oxonienſi pag. 95. tertiam verò ſub Severo Neocoriam obtinuit, non verò ſub Caracalla, ut quidam perperam putavit; quod patet ex nummo Juliæ Domnæ aſſervato in Gazâ Regiâ cum hac epigraphe ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟ ΘΕΑϹ ΡΩΜΗϹ. Tertiùm itaque jam ſe eſſe Neocoros ſub Severo, cujus Julia conjux fuit, Smyrnæi gloriantur; quos hiſtorici referunt principes omnium extitiſſe, qui templum urbi Romæ ſtatuerent, ut ſcribit Tacitus lib. IV. Annal.

(5) Profert hunc nummum Vaillantius ex cimelio D. Calcon Batavi.

(6) Τημένου θύραι *Temeni Portæ*, quarum Pauſanias meminit in Atticis pag. 34. *Λυδίας τῆς ἄνω πόλισμα οὐ μεγάλη Τημένου Θύραι. In Lydia ſuperiore oppidum haud magnum Temeni portæ.* In Synecdemo Hieroclis Grammatici Τημένου θύραι recenſentur inter urbes Phrygiæ Capatianæ; & apud Ptolemæum lib. V. cap. II. ΤΓΜΕΝΟΘΥΡΙΤΑΙ fortaſſis pro ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΙΤΑΙ ſcribuntur.

Π ΛΙΚΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Capita Valeriani & Gallieni typo quo ſuprà.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟC ΑΡΧΟΝ (ſic) Α ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥCΙΝ. *Cleobulus Archon Primus Temenothyrenſibus.* Ceres in quadrigis à dextris ſiniſtrorſum cum geminâ face. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. (1) *Tripolitarum.* Templum ſex columnis ſuffultum, in cujus medio ſtat figura muliebris velata, in ulnis geſtans duos puerulos adverſos. *Farneſianus.*

....

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. (2) *Tripolitarum.* Mulier ſtolata ſtans cum velo in templo duarum columnarum, puerulum gerit. *Vaillant.*

(1) Epigraphen capitis hujus nummi perperam legit Pedruſius ΑΥ. Κ. Α. ΠΟ. &c. *Imperator Cæſar Aurelius Publius*, &c. nam legendum eſt: ΑΥ. ΚΑ. Π. *Imperator Cæſar Publius*, &c. Figura autem muliebris ſtans in templo geſtans in ulnis duos infantulos, eſt Latona ut in ſequenti nummo dicemus.

(2) Hunc nummum & præcedentem ad Tripolim ad Mæandrum in Cariâ ſitam pertinere puto, de quâ urbe nonnulla adnotavimus in nummis Herennii Etruſci. Mulierem velatam in templo ſtantem Latonam eſſe credimus, non unum ſed duos puerulos geſtantem, licet alter à Vaillantio non deſcribatur, quod fortaſſis nummus illâ in parte exeſus eſſet, ut in nummo præcedenti, necnon in altero Saloninæ primi moduli à Tripolitis cuſis videre eſt. Pueruli autem illi, ſunt Diana & Apollo, quos Latona uno partu peperit, unde Διδυμοτόκος, hoc eſt, *Gemellipara* dicta eſt. Quo autem in honore habita fuerit Tripoli Latona, teſtes ſunt certamina Λητῷεια *Latonia* in ejus honorem dicta, quæ à Tripolitis edebantur, ut apparet ex eorum nummis. Latonia autem certamina eadem fuiſſe, quæ Pythia, innuere videntur Pindarus, & nummus Gallieni à Tripolitis cuſus, ubi in coronâ legitur, ΛΗΤΩΕΙΑ ΠΥΘΙΑ.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

APOLL CONSERVAT. Apollo nudus ſtans, dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram humo innixam: in areâ S.C. *Fouc. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLLINI CONSERVAT. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius. DC. Frad. Cham.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

APOLLINI PROPVG. (1) Apollo nudus ſtans ad ſiniſtram ſpectans, utrâque manu arcum, veluti ſagittam emiſſurus: in areâ S. C. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA EXERCIT. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ: in areâ S. C. *Regius. Cham. SG. Fontaine.*

IMP C P LIC VALERIANVS P AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

CONCORDIA EXERCIT. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fontaine.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

CONCORDIA EXERCIT. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *RE.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum loricâ.

CONCORDIAE AVGG. (2) Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Frad.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet caduceum oblongum, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S. C. *Frad. DC.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Regius.*

....

FELICIT AVGVSTORVM. (3) Currus triumphalis, in quo Imperator & duo filii, hinc & inde miles cum haſtis. *Vaillant.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

FELICITAS SAECVLI. (4) Figura muliebris ſtans dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S.C. *RE.*

(1) Nummus hic primi moduli inter rariores recenſendus.

(2) Nummus hic rariſſimus eſt, ſequentes verò haud obvii in Valeriano.

(3) Nummus exhibitus à Vaillantio, quem eximiæ raritatis eſſe ait; ſed dubito num idem ſit, quem inter numiſmata maximi moduli recenſet cum epigraphe FELICITAS TEMPORUM; ubi idem typus cernitur.

(4) Nummus hic in Valeriano rariſſimus eſt.

lorica.

LIBERALITAS AVG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet teſſeram, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S. C. *RE.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

LIBERALITAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ, & aliis literis à ſiniſtris repercuſſis. *Fouc. Frad.*

Alius abſque literis repercuſſis, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Cham.*

....

LIBERALITAS AVG III. (1) Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

MARTI PACIF. (3) Mars galeatus ad dextram gradiens, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ clypeum & haſtam: in areâ S. C. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum loricâ.

ORIENS AVGG. Sol ad dextram gradiens, dextrâ elatâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Val.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

[...] ſtolata ſtans ad aram, dextrâ geſtat pateram, ex quâ ſerpentem paſcit, ſiniſtrâ haſtam: in areâ S. C. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum loricâ.

VICTORIA AVG. Victoria ſtans, dextrâ innititur clypeo humi poſito, ſiniſtrâ verò palmæ ramum tenet: in areâ S. C. *Fouc. Regius. LC. Frad. Cham.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *RE.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Lamoignon.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum loricâ.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Regius.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *RE.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

(1) Hunc nummum ac ſequentes inter raros recenſet Vaillantius.

(2) Hunc nummum primi moduli inter raros collocat Vaillantius, ſed dubito an ex hoc modulo ab eo viſus ſit.

(3) Nummus cum hac epigraphe in Valeriano rariſſimus eſt, imò ſingularis.

(4) Nummi primi moduli cum hac epigraphe rariſſimi ſunt in hoc Auguſto; ſequentes verò inter rariores recenſentur à Vaillantio.

(5) Nummus hic primi moduli in Valeriano rariſſimus eſt.

Digitized by Google

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Frad.*

. . . .

VICTORIA GERMANICA. (1) Victoria ſtans, dextrâ ramum, pro pedibus captivus. *Vaillant.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ac paludata ſtans, dextrâ clypeo humi poſito innixa, ſiniſtrâ tenet haſtam ferratam inverſam: in areâ S. C. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Regius. DC. Cham. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *SG.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Val.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

VOTIS DECENNALIBVS S C. (2) in coronâ. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

VOTIS DECENNALIBVS S C. in coronâ. *Regius. Frad.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

VOTIS DECENNALIBVS S C. in coronâ. *RE.*

(1) Nummum hunc inter rariores recenſet Vaillantius.
(2) Nummus hic & ſequentes haud obvii ſunt in Valeriano.

NUMISMATA Æ. I.
in Coloniis cuſa.

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani laureatum, ad humeros.

COL IVL AVG FEL BER. (1) *Colonia Julia Auguſta Felix Berytus.* Figura muliebris turulata ſtans, dextrâ haſtam ad inſtar labari tenet, lævâ aeroſtolium, pede ſiniſtro proræ navis impoſito: à ſiniſtris columna cui inſiſtit Victoriola ei lauream porrigens. *Vaillant.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

COL IVL AVG FEL BER. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. De C. Fontaine.*

IMP LIC VALERIANVS PI FE AVG. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

DAMACCO COLONIA. (2) *Damaſcos Colonia.* Figura virilis nuda ſtans, dextrâ tenet ramuſculum; à ſiniſtris tripus cum ſerpente. *Regius.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL IVL AVG FEL HEL. (3) *Colonia Julia Auguſta Felix Heliopolis.* Figura

(1) Berytus urbs maritima Phœniciæ Julia appellata fuit, etiam in nummis Julii Cæſaris, à quo procul dubio Colonia facta fuit, deinde *Auguſta* nomen urbi additum eſt, quòd Auguſtus veteranorum partem ex legionibus v. Macedonicâ & VIII. in eam tranſmiſiſſet, ut ejus nummi teſtantur. Fallitur itaque Cardinalis Noriſius Cænot. Piſ. Diſſ. 1. ubi contendit ex Lapide Ancyr. Strabone, Ulpiano & Euſebio hanc Coloniam primùm ab Auguſto fuiſſe deductam. Nummis adſtipulatur & Plinius lib. v. cap. xx. *Berytus*, inquit, *Colonia, quæ Felix Julia appellatur.* Figura muliebris in nummo expreſſa eſt Aſtarte Dea, Venus à pluribus exiſtimata, variiſque nominibus celebrata; de quâ quidem Deâ plura Lucianus in Opuſculo de Deâ Syriâ. Aſtarte Beryti ſummopere culta fuit, quòd in eam urbem appuliſſet, teſte Nonno Dionyſ. lib. XLI. Mulier lævâ tenet acroſtolium, pede ſiniſtro proræ navis impoſito, ad urbis in littore maris ſitum indicandum, alii putant ad denotandum maris dominium; nam Venus Muſæo de Herone & Leandro Domina maris dicitur. Vexillum quod dextrâ tenet, ad veteranos referri poſſe putant nonnulli. Victoria columnæ inſiſtens ei coronam porrigit in memoriam populorum ab antiquis Phœnicibus ſub ejus auſpiciis devictorum.

(2) Nummus hic cuſus videtur à Damaſcenis Valeriano, commoranti in Syriâ, cum adverſus Perſas proficiſceretur. Figura virilis nuda cum tripode & ſerpente Apollinem repræſentat, cui pro Imperatoris ſalute cives vota feciſſe denotat typus.

(3) Heliopolis urbs eſt Cœleſyriæ à Julio Cæſare deducta, ideò *Julia* appellata, deinde quod ab Auguſto veteranis frequentata eſſet, urbi *Auguſtæ* nomen additum eſt, ut diximus ſuprà in Colonia Beryti: in utramque autem hanc Coloniam ex duabus Legionibus nempe v. Macedonicâ & VIII. veterani traducti fuere, ut teſtatur nummus Philippi ab Heliopolitanis cuſus, quem protulit Vaillantius, in quo nomina Legionum exhibentur. Figura virilis nuda cum palmâ Athleta eſt; nummuſque ludorum ſub Valeriano Heliopoli editorum memoriam refert; certaminum autem nomina ſequentes nummi præferunt,

caduceus erectus. *Vaillant.*

IMP C P LIC VALIRIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

COL TYRO MET. (4) *Colonia Tyros Metropolis.* Buſtum muliebre turulatum in templo diſtylo. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL TYRO MET. (5) Figura muliebris

COL TYRO METR. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani laureatum, ad humeros.

COL TYRO METROP. (8) Hercules ſtans ad aram ignitam, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ clavam & ſpolia leonis: à dextris in areâ ſuprà, duæ petræ Ambroſiæ: à ſiniſtris infrà, conchylium. *Vaillant.*

(1) Certamen Sacrum Capitolinum Oecumenicum Iſelaſticum Heliopoli editum triplex fuit, nempe Equeſtre, Gymnicum & Muſicum, unde in ſequenti nummo tria vaſa cum palmis repræſentantur. *Sacrum* dictum eſt, quia in honorem Jovis celebrabatur: *Capitolinum*, quod dicatum eſſet Jovi Capitolino à Colonis Româ Heliopolim allato: hos autem ludos in urbe inſtitutos fuiſſe à Furio Camillo Dictatore, teſtis eſt Livius Dec. 1. lib. 6. *Oecumenicum* dicitur, quod non modo Syriis athletis, ſed ex toto terrarum orbe accitis celebraretur: Iſelaſticum, quòd victores in patriam quadrigis tranſveherentur, à verbo Græco *εἰσελαύνω*; his Trajanus Imperator apud Plinium lib. x. Epiſt. 190. & 120. annonaria commoda jubet præſtari à civitate ex quâ eſſent oriundi, non ex eo die quo eſſent Athletæ coronati, ſed quo eorum quiſque in urbem ſuam ingreſſus eſſet. Cæterum Athleta in nummo expreſſus victor extitiſſe videtur in Gymnico certamine, quod ex quinque certandi generibus conſtabat, curſu nempe, diſco, ſaltu, luctâ, & pugillatu, in quibus nudi decertabant; vel in equeſtri certamine, ubi etiam nudi erant; contrà quàm in muſico certamine.

(2) Hæ tres urnæ triplex illud certamen, nempe Equeſtre, Gymnicum & Muſicum ab Heliopolitanis ſub Valeriano editum denotant.

(3) Ptolemais urbs Phœniciæ olim Ace appellata; à Ptolemæo Lagi filio dituta, & ab eo aut à Philadelpho filio reſtaurata, nomen etiam accepit. Colonia à Claudio facta eſt, teſte Plinio, ſed Juris Italici non erat, ſi Ulpiano fides lib. 50. D. tit. de Cenſ. *Ptolemaidenſium enim Colonia, quæ inter Phœnicem & Palæſtinam ſita eſt, nihil præter nomen Coloniæ habet.* Hic autem nummus ſacrificii pro felici eventu belli contra Perſas à Valeriano ſuſcepti monumentum exhibere videtur: ara quippe ſacrificia denotat; ſerpentes victoriarum ſunt indices, caduceus felicitatis ſymbolum.

(4) Caput illud muliebre turulatum Genius eſt urbis, qui apud Orientales populos pro Deo colebatur; teſtes ſunt quamplurimi nummi ab urbibus Syriæ, Phœniciæ & Meſopotamiæ cuſi, in quibus Genius in templo repræſentatur. Nummus hic ſingularis eſt & Vaillantio ignotus.

(5) Nummum ſimilem Treboniani Galli primi moduli vidimus, ſed Aſtarte in templo ibi exhibetur cum iiſdem figuris. Vide noſtras ibidem notas.

(6) Nummus hic Valeriani non extat apud Vaillantium.

(7) Typus idem in nummo Treboniani Galli ſecundi moduli, ſed in eo canis loco aræ habetur. Ara autem pro Imperatoris ſalute ſacra à Tyriis peracta indicat.

(8) Vide quæ de ejuſdem typi nummo diximus in nummis Treboniani Galli primi moduli.

IMP

Digitized by Google

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

COL TYRO METROP. Typus ut ſuprà. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL TYRO MET. (1) Hercules ſtans, dextram imponit trophæo, ſiniſtrâ tenet clavam & leonis ſpolia: in areâ inter ipſum & trophæum petræ Ambroſiæ, à ſiniſtris conchylium. *Regius. Vaillant.*

IMP C P LICINIVS VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad humeros.

COL TYRO MET. Aquila alis expanſis roſtro coronam tenet; pone aquilam vexillum in quo LEG III GAL. *Legio tertia Gallica*: in areâ à dextris conchylium. *Vaillant.*

IMP C P LICINIVS VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

COL TYRO MET. Typus ut ſuprà: ſed in vexillo legitur, LEG III GA. *Regius.*

IMP C P LIC VALERIANVS AV. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

COL TYRO METR. (2) Figura muliebris ſtans à ſiniſtris, dextrâ demiſsâ tenet ſceptrum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam; ante eam porta urbis ſuprà quam artifex; pro pedibus operarius ligone terram aperit, pone eum conchylium. *Cham.*

(1) In ſuperiori nummo Hercules, qui ſummopere apud Tyrios colebatur, ſacrificans exhibetur, hîc verò dextram trophæo imponens repræſentatur, quemadmodum Aſtarte paſſim in Tyriorum nummis ſignatur; felicem ſane Valeriani contrà Perſas belli eventum auſpicabantur.

(2) Vide quæ de ſimilis typi nummo diximus in nummis Voluſiani primi moduli: hic autem nummus Valeriani recenſetur à Vaillantio inter nummos ſecundi moduli tantùm.

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

AT KAI ΠΟΤ ΑΙΚ ΟΤΑΛΕΡΙΑΝΟC CEB. *Imperator Cæſar Publius Licinius Valerianus Auguſtus.* Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ. *Hadrianorum Adanenſium.* Jupiter ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ haſtæ innixus. *Regius. Vaillant.*

....

ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ. Mulier ſtolata ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam puram. *Vaillant.*

ATT K Π ΑΙΚ ΟΤΑΛΕΡΙΑΝΟC CEB. Caput Valeriani laureatum.

ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ CΤΡΑΤΟΝΙΚΕΩΝ. (1) *Adrianopolitarum Stratonicenſium.* Figura muliebris capite tutulato ſtans, dextrâ tenet temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *RE.*

AT KAI ΠΟΤ ΑΙΚΙ ΟΤΑΛΕΡΙΑΝΟC CEB. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum loricâ.

ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΟΤ ΝΑΤΑΡ. (2) *Ægeenſium Neocoræ Navarchidis.* Mulier velata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ demiſsâ ſceptrum: à dextris in areâ ET T. *Anno* 300. pro pedibus urna. *Regius. Vaillant.*

....

ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚ ΝΑΤ. Caput Meduſæ ut videtur, inter circulum duodecim ſignorum cœleſtium: in areâ ET TΓ. *Anno* 303. *Vaillant.*

....

ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΝΕΩ ΝΑΤΑΡΧ. Bacchus in curru duarum pantherarum, dextrâ cantharum, ſiniſtrâ thyrſum: in areâ ET ZT. *Anno* 307. *Vaillant.*

ATT K Π ΑΙΚ ΟΤΑΛΕΡΙΑΝΟC CE. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

(1) Ex hoc ſingulari nummo, qui non extat apud Vaillantium, illuſtrandus eſt Stephanus, qui ſic habet: Στρατονίκεια, πόλις Μακεδονίας, πλησίον Καρίας.... ὁ πολίτης, Στρατονικεύς· ἐκλήθη δὲ ὑπὸ Ἀδριανοῦ, καὶ Ἀδριανόπολις ὠνομάσθη. ubi pro πόλις Μακεδονίας πλησίον Καρίας legendum, πόλις Μακεδόνων ἐν Καρίᾳ, vel πόλις Μαιονίας πλησίον Καρίας. Prima lectio ex Strabone confirmatur qui lib. XIV. ſic habet: Στρατονίκεια δ' ἐστὶ κατοικία Μακεδόνων· ἐκοσμήθη δὲ καὶ αὕτη κατασκευαῖς πολυτελέσιν ὑπὸ τῶν βασιλέων. *Stratonicea Macedonum eſt colonia; exornata. hæc quoque ſumptuoſo apparatu à Regibus.* Secundæ lectioni adſtipulatur Ptolemæus, qui lib. V. cap. 2. inter *Lydia* quæ & *Mæonia* vocatur, civitates hanc etiam recenſet. Quod autem ait Stephanus, Stratoniceam nuncupatam etiam fuiſſe Adrianopolim, quòd ab Adriano inſtaurata eſſet, ſatis ex hoc nummo illuſtratur. Plinio lib. V. ſect. XXIX. in Cariâ, *Stratonicea libera*: decreto, ut ſanè videtur, Cæſaris Dictatoris, teſte Tacito lib. III. Annal. Strabo lib. XIV. pag. 660. in agro Stratoniceno fana fuiſſe duo docet Jovis, & Hecatæ.

(2) De ætâ Ægæenſium diximus ſuprà in Æmiliani nummis. Hic anno Chriſti 253. cuſus eſt, quo Valerianum ad Imperium perveniſſe in ejus Vitâ monuimus.

ΙΤ ΕΤ ΒΟC. Typus ut ſuprà. RE.   cordia. Fontaine.

(1) Perperam hic nummus deſcribitur à Vaillantio. Literas autem illas Α Μ Κ Γ Γ. ſic legit eruditiſſimus Harduinus, ἀμφοτέρου Κιλικίας γράμματι γερουσίας, *utriuſque Ciliciæ, Senatus reſcripto.* Sed Ciliciam ſub Arcadio demum in Primam & Secundam diviſam fuiſſe, ſuprà poſt Noriſium obſervavimus.

(2) Omnes Valeriani nummi ab Anazarbenis cuſi præferunt annum 272. qui ex computo capitis æræ 734. de quâ in Herennio Etruſco, incidit in annum ab V. C. 1006. quo Valerianus ad Imperium pervenit. Sex urnæ denotant ſex certamina, quæ in Pythicis ludis celebrintur; primum de Muſicâ, alterum de curſu in quadrigis, tertium armatorum, quartum bigarum, quintum pancratium, ſextum denique de picturâ.

(3) Nummus Valeriani cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

(4) Stephano: Αὔγουσται, πόλις ἐν Κιλικίᾳ... οἱ πολῖται Αὐγουσταεῖς. Hujus urbis Ciliciæ meminit & Ptolemæus Geographiæ lib. v. cap. 9. cui Αὔγουστα num. ſingul. dicitur, eamque in Bryblice ejuſdem Provinciæ regione collocat. Hæc autem erat cum Lacanatide ditionis Antiochi Regis Commagenæ; quæ quidem Regio cum Regno Commagenæ poſt illius Principis obitum Romanis acceſſit. Auguſtani nummos Auguſto cuderunt, & etiam Gordiano Pio, cujus quidem nummus urbis Epocham præfert.

(5) Stephano: Βύβλος, πόλις Φοινίκης... τὸ ἐθνικὸν, Βύβλιος, καὶ Βυβλίας. Cur nomen id urbi ſit inditum, idem ibi prolixiori oratione quærit. Venerem ii Cœleſtem quondam coluere. Vide Lucianum in Opuſculo de Syriâ Deâ. Bybli autem Phœniciæ urbis antiquiſſimæ meminere quoque inter alios Ptolemæus lib. v. cap. 15. Plinius lib. v. cap. 20. Arrhianus de Exped. Alex. lib. II. Dionyſius Periegetes v. 912. ſed imprimis Strabo lib. XVI. qui apertè declarat cur hæc urbs ſacra dicatur; quod quidem hucuſque latuit antiquarios, qui hanc urbem ſacram appellatam fuiſſe ab Auguſto ſomniati ſunt; ſic ille: Ἡ μὲν οὖν Βύβλος τὸ τοῦ Κινύρου βασίλειον, ἱερά ἐστι τοῦ Ἀδώνιδος. *Byblus quidem Cinyræ regia, Adonidi ſacra;* ubi perperam interpres Latinus, *in qua Adonidis templa ſunt.* Hac autem in urbe Adonidem quotannis & amiſſum plorabant, & repertum magnâ lætitiâ proſequebantur. Vide Ælianum de variâ Hiſt. lib. IV. cap. 1. Seldenum de Diis Syris cap. II. Syntag. 2. Quamſimillimum autem huic Adonidis feſto, ab Ægyptiis in honorem Oſiridis feſtum celebratum ſcribit laudatus Stephanus eodem loco.

(6) Nummus hic Valeriani omninò ſingularis, qui concordiam duarum urbium, nimirùm Didymarum Ciliciæ urbis, & Ileſii Bœotiæ oppidi exhibet, quarum quidem urbium nummos nemo hucuſque vidit. Stephanus de Didymis Ciliciæ urbe: Ἔστι δὲ κώμη Κιλικίας Διδυμαὶ, ἐξ ὕδατος (ſic cum Salmaſio & Holſtenio, & non Διδυμαῖον, ut perperam legitur in vulgatis exemplaribus.) Hanc urbem fuiſſe Romanam coloniam ſcribit Strabo lib. XIV. pag. 665. Τῶν δὲ περιγενομένων ἀνθρώπων ἐν ταῖς μάχαις, τοὺς μὲν κατήγαγεν εἰς Σόλους, ἣν ἐκεῖνος Πομπηϊούπολιν ὠνόμασε· τοὺς δ' εἰς Διδυμίαν (lege Διδύμην) λειπανδροῦσαν, ἣν νυνὶ Ῥωμαίων ἀποικία νέμεται. *De hominibus, qui cladi ſuperfuerunt, alios tranſtulit* (Pompeius) *Solos, quam Pompeiopolim appellavit, alios Didymam, quæ tum incolis egens, nunc Romanorum frequentatur colonia.* Eſt etiam *Didyma*, teſte eodem Stephano, locus & oraculum Mileti; & *Didymi* populi in agro Mileſio: ut ſcribunt Pauſanias l. v. & Suidas in voce Branchidæ. Vide Plinium lib. v. cap. 29. & Strabonem citato libro: unde hic nummus ad hanc etiam urbem pertinere poteſt. Eileſii autem, ſeu Ileſii meminit Stephanus ex Homero, & etiam Strabo lib. IX. ex quo apparet fuiſſe Bœotiæ oppidum, ac ſic dictum ἀπὸ τὸ ἕλος, id eſt, *à lacu*, juxtà quem ſitum erat: Ἕλος τε καὶ Ἕλεων, καὶ Εἰλέσιον ἐκλήθη διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἕλεσιν ἱδρῦσθαι· νῦν δὲ οὐχ ὁμοίως ἔχει τὰ πάντα, ἢ ἀνοικισθέντων, ἢ τῆς λίμνης ἐπὶ πολὺ ἐπιτεθείσης, διὰ τὰς ὕστερον γενομένας ἐκρύσεις. *Heloi quoque & Heleon, & Heileſion dicta fuere, quæ prope lacus ſita eſſent:*

Digitized by Google

. . . .

ΕΙΡΗΝΟΠΟΛΙΤΩΝ ΕΤΟΥϹ ΗϹ. (1) *Irenopolitarum. an.* 208. Hygia & Æſculapius ſtantes cum attributis. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚΙΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕϹΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑϹΙΑϹ. *Epheſiorum primorum Aſiæ.* Simulacrum Dianæ Epheſiæ in templo octo columnarum: hinc Sol inde Luna. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΦΕϹΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑϹΙΑϹ. (2) Vacca à dextris ſiniſtrorſum, quam mulget vitulus. *De C.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΟΚΟΡΩΝ. (3) *Epheſiorum ter Neocororum.* Diana à ſiniſtris dextrorſum, velum expanſum tenet utrâque manu. *Regius.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚΙΝ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (4) Jupiter ſtans ad ſiniſtram converſus, dextrâ fulmen jaculaturus, ſiniſtrâ aquilam tenet. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (5) Diana altè ſuccincta ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſagittam è pharetrâ ex humeris ſuſpensâ depromit dextrâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ: juxtà pedes canis currens; à tergu arbor. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Typus ut ſuprà, abſque cane. *RE.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚΙΝ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (6) Diana tunicata cum pharetrâ ex humeris ſuſpensâ, facem accenſam tenet dextrâ, alteram ſiniſtrâ. *Fouc.*

. . . .

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (7) Diana Venatrix ſuprà triremem, ambabus velum inflatum. *Vaillant.*

. . . .

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Diana & Apollo ſtantes cum attributis. *Vaillant.*

. . . .

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Carpentum à duabus mulis tractum. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚΙΝ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕϹΙΩΝ ΤΡΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (8) *Epheſiorum ter Neocororum.* Carpentum à ſiniſtris dextrorſum quod vehunt mulæ duæ. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ Δ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (9) *Epheſiorum quater Neocororum.* Diana à dextris ſtat tenens arcum, & Apollo à ſiniſtris cum ramuſculo. *RE.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ Δ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (10) Diana altè ſuccincta ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſagittam è pharetrâ ex humeris ſuſpensâ depromit dextrâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ: juxtà pedes canis currens. *Fouc.*

. . . .

ΕΦΕϹΙΩΝ Δ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Diana Venatrix ſtans: pone eam arbor. *Vaillant.*

. . . .

ΕΦΕϹΙΩΝ Δ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Victoria ſcribens in clypeo ΝΕΙΚΗ. *Victoria. Vaillant.*

. . . .

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. *Thyatirenorum.*

quæ omnia nunc non eodem modo ſe habent, vel quod de integro condita ſunt, vel quia poſtea temporis aquâ defluente palus admodum ſubſederit.

(1) Irenopolis urbs eſt Ciliciæ mediterranea in Lacanaride regione ad Sarum fluvium, Ptolemæo nota; hæc autem urbs concordiâ juncta erat cum Zephyrio urbe item Ciliciæ, ut vidimus ſuprà in nummis Treboniani Galli. Epocha hujus urbis cœpit anno V. C. 805. ſub Claudio Imperatore.

(2) Nummus hic Valeriani ab Epheſiis cuſus non extat apud Vaillantium.

(3) Nummus Valeriani cum hoc typo Vaillantio ignotus.

(4) Nummus hic recenſetur à Vaillantio ex cimelio Reginæ Sueciæ inter nummos ſecundi moduli.

(5) Nummus Valeriani cum hoc typo ab Epheſiis cuſus non viſus Vaillantio.

(6) Refert hunc nummum Vaillantius ex cimelio Ducis Cenomanenſium inter nummos ſecundi moduli.

(7) Nummus hic profertur à Vaillantio ex cimelio Regio Etruriæ; ſed fortaſſis idem, quem ex Regio cimelio hic in fronte numiſmatum ejuſdem epigraphes proponimus.

(8) Nummus Valeriani cum hac epigraphe non extat apud Vaillantium.

(9) Epheſii jam Reipublicæ tempore Dianæ Neocori fuerunt, ut innuunt Acta Apoſtolorum cap. 19. v. 35. Auguſtorum autem ter Neocoriam obtinuerunt. Primo ſub Nerone illos fuiſſe Neocoros nummi indicant, fortaſſis ob Claudii Apotheoſim, in cujus honorem templum ex S. C. condiderant. Secundam Neocoriam ab Hadriano acceperunt; tertiam verò ab Ant. Caracalla. Sic Epheſii modò ter, quando Auguſtorum tantùm, modò quater, cum Artemidis Neocoros ſe appellant; unde illorum inſcriptio, ΜΟΝΩΝ ΑΠΑϹΩΝ ΤΕΤΡΑΚΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Non extat hic nummus apud Vaillantium.

(10) Nummus Valeriani cum hoc typo ignotus Vaillantio.

periſtylium templi ſex columnarum, globum capiti impoſitum utrâque manu ſuſtinet. *Vaillant*.

....

ΕΠΙ ΦΛ ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΥ ΚΥΜΑΙΩΝ. *Sub Flavio Menophante Cumæorum*. Typus ut ſuprà. *Vaillant*.

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. (3) *Metropolitarum in Ioniâ*. Figura virilis galeata, dextrâ innixa clypeo humi

ΤΟΜΑΧΟΥ. Figura muliebris capite turrito ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtam; ante ipſam ſtat Imperator galeatus & paludatus dextram porrigens, ſiniſtrâ haſtæ innixus. *Regius*. *Vaillant*.

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ ΕΠΙ ϹΤΡ ΒΑΛ ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ. Bacchus ſtans, dextrâ cantharum, lævâ thyrſum. *Regius*.

....

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ ΕΠΙ ϹΤΡ ΒΑΛ ΑΡΙϹ-

(1) Stephano: Κάδοι, πόλις Μυσίας.... τὸ ἐθνικὸν, Καδηνός. Plinio lib. v. ſect. xxx. Cadueni dicuntur; unde Stephanus corrigendus eſt, vel ex Plinio, vel ex hoc nummo & pro Καδηνὸς legendum eſt Καδοηνός. Myſiæ hanc urbem adſcribit & Strabo lib. xii. in Mæoniâ verò, ſive Lydiâ in ipſis Phrygiæ finibus ponitur à Ptolemæo lib. v. cap. ii. Inter urbes Phrygiæ Capatianæ recenſetur in Hieroclis Synecdemo; & in Concilio Quiniſexto ſubſcribit Philippus ἐπίσκοπος πόλεως Κάδων Πακατιανῆς.

(2) De Cumâ Æolicarum urbium maximâ locuti ſumus ſuprà in nummis ejuſdem Auguſti maximi moduli. Prytanis autem in pluribus Græcis civitatibus Magiſtratus dicebatur, imò & Athenis, uti ex decreto Athenienſium, quod affert Joſephus lib. xiv. Antiq Jud. cap. xiv. in gratiam Judæorum, palam eſt: Πρυτάνεως ἢ ἱερέως Διονύσου. His præter alia plurima munera, commiſſam fuiſſe curam ſacrorum, ex Ariſtotelis libro ſexto Politicorum circà finem colligitur; eadem habet Pauſanias in Atticis: in quibuſdam verò civitatibus ſæpè & unicus erat Πρύτανις, teſtis eſt idem Ariſtoteles lib. v. Polit. cap. v. ubi ait in Mileto urbe fuiſſe πολλῶν καὶ μεγάλων κύριον τὸν Πρύτανιν. Apud Rhodios autem ſummum fuiſſe eo nomine Magiſtratum, docemur ex Appiano lib. iv. bellor. civil. pag. 627. Οἱ μὲν τὸν Ἀλέξανδρον ἐκ τῶνδε εἵλοντο σφίσι πρυτανεύειν, ὅπερ ἐστὶν ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς μάλιστα αὐτοκρατής. *Illi verò eâ de causâ Alexandrum elegerunt ſibi Prytanim, quæ apud eos dignitas omnium maximam auctoritatem habet*. Ex his manifeſtò liquet perperam nonnullos interpretari hunc nummum ſic, *Cumæis Prætor Hermes Prytanidis filius*, quaſi Prytanis nomen proprium eſſet, non dignitatis ſeu magiſtratûs. Vide nummos Gallieni à Cumæis cuſos.

(3) Decem hujus nominis urbes enumerat Stephanus, hancque tertio loco recenſet: τρίτη Λυδίας........ τὸ ἐθνικὸν, Μητροπολίτης. Hujus meminit & Ptolemæus lib. v. cap. 2. eamque ad Cayſtrum Ioniæ fluvium ponit. Duplices autem *Metropolitæ* occurrunt apud Plinium, quorum priores ad Apameenſem pertinent conventum, poſteriores ad Epheſinum lib. v. ſect. xxxi. Epheſus enim Ioniæ eſt caput. Nulla autem Metropolis ad Ioniam referri poteſt, præter Lydiæ urbem. Errat procul dubio Erizus, dum Mileto, quæ Metropolis Ioniæ dicebatur, hunc nummum adſcribit.

(4) Stephano: Μίλητος, πόλις ἐπιφανὴς ἐν Καρίᾳ τῶν Ἰώνων.... ὁ πολίτης, Μιλήσιος. Fuit hæc urbs totius Ioniæ belli paciſque artibus princeps, ac civium inclytis ingeniis clara. Vide Strabonem lib. xiv. Scholiaſtem Apollonii pag. 10. Ant. Liberalem Metamorph. cap. iii. alioſque.

Digitized by Google

ΤΟΜΑΧΟΥ. Bacchus cum ſtrophio ut ſuprà; pro pedibus tigris. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, cum ſpiculo inverſo manibus non comparentibus.

ΕΠΙ ϹΤ ΒΑΑ ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ ΟΜΟ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. (1) *Sub Pratore Valerio Ariſtomacho Concordia Mytilenaorum & Pergamenorum.* Æſculapius cum attributis, & mulier turrita ſedens dextrâ pateram, ſiniſtrâ puerulum faſciis involutum tenet. *Vaillant.RE.*

....

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Nicomedienſium bis Neocororum.* Imperator paludatus eques decurrens cum haſtâ. *Vaillant.*

....

ΕΠΙ ϹΤΡ ΕΡΜΟΛΑΟΥ ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. *Sub Pratore Hermolao Nicomedienſium.* Fortuna in templo quatuor columnarum cum attributis. *Vaillant.*

....

ΕΠΙ ΓΡ Μ ΑΥΡ ΛΑΙΑΝΟΥ ΝΥϹΑΕΩΝ. *Sub Scriba Marco Aurelio Laiano Nyſaorum.* Urna ſupra quam ſcriptum legitur ΘΕΟΓΑΜΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΑ. *Theogamia Oecumenica certamina in honorem Proſerpina.* Ex urnâ erumpunt duo palmæ rami. *Vaillant.*

....

ΕΠΙ ΓΡ ΖΩΠΙΚΟΥ ΝΥϹΑΕΩΝ. *Sub Scribâ Zopico Nyſaorum.* Lunus ſtans cum pileo & lunâ falcatâ, dextrâ pateram: ad pedes caput tauri. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ϹΑΜΙΩΝ. *Samiorum.* Diana Epheſia cum attributis. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. Figura velata ac pallio obvoluta ſtans, cum rotâ pro pedibus. *RE.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. Templi facies quatuor columnis ſuffulta, ad cujus veſtibulum Juno Samia cum pateris & adminiculis. *Foue.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. Juno Samia cum pateris, adminiculis, & alio ornatu ſolito. *Foue.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Foue.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. (3) Figura muliebris altè ſuccincta, ſiniſtrorſum converſa, pede lævo proræ navis impoſito ſtans ac retroſpiciens, dextram protendit retrorſum, clypeum verò geſtat ſiniſtrâ. *Foue.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ϹΕΒΑϹΤΗ ΙΕΡ ΝΑΥΑΡΧΙ. (4) *Sebaſte Sacra Navarchis.* à dextris in areâ ΙΕΡ. à ſiniſtris ΑΕΥ. Æſculapius cum pallio divinitatis ſeminudus ſtans ex unâ parte, dextrâ innititur baculo ſerpente circumvoluto, ſiniſtrâ pallio involutâ: ex alterâ parte Teleſphorus Deus minori formâ ſtat pallio ſolito coopertus, cum pileo peculiari. *Regius. Vaillant.*

....

ΙΕΡΟϹ ΠΥΘΙΟϹ ΜΥϹΤΙΚΟϹ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΟϹ. (5) *Sacrum Pythium Myſticum Oecumenicum certamen.* Menſa cum duabus urnis, ſuper quas ſcriptum legitur ϹΙΔΗϹ ΝΕΩΚΟΡΟΥ. *Sides Neocora. Vaillant.*

(1) De Mytilene & Pergamo pluribus ſuprà egimus.

(2) Nummos hos Valeriani à Samiis cuſos recenſet Vaillantius inter nummos ſecundi moduli tantùm, ut videre eſt infrà.

(3) Nummus Valeriani cum hoc typo à Samiis cuſus non extat apud Vaillantium.

(4) Hujus nummi averſæ partis epigraphe pænè exeſa, in quâ tamen harum literarum ΙΕΡ. ΑΕΥ. veſtigia comparent: ſed Vaillantius aliter exſcripſit: ϹΕΒΑϹΤΗ ΙΕΡ. ΑΥ. ΝΑΥΑΡΧ. Π. ΕΤ. ϹΟΔ. *Sebaſte ſacra, ſuis legibus utens, Navarchis Prima, anno* 274. Sebaſte Ciliciæ, inquit, dicta eſt in honorem Auguſti ab Archelao Cappadociæ Rege, cum priùs Eleuſa vocaretur: erat urbs in inſulâ continenti propinquâ, quam Archelaus habitatoribus frequentavit, ac regiam ſibi fecit, cum Tracheam Ciliciam nactus eſſet: Eleuſam ab Auguſti liberalitate accepit, teſte Dione, anno V. C. 734. & duobus annis poſtea ipſa videtur dicta Sebaſte, unde deinceps epocham computavit, anno ſcilicet V. C. 736. Hæc Vaillantius, qui deinde addit nummum hunc cuſum anno V. C. 1010. (Chriſti 257. & 258.) quo Valerianus ad bellum Perſicum proficiſcens Sebaſten appulit. Porro hanc urbem cum alterâ ejuſdem Provinciæ, cui Auguſtæ nomen latinum inditum erat, confundas cave. Vide Em. Noriſium de Epoch. Syrom. ad Epocham Commagenorum.

(5) Pythia certamina ob cædem Pythonis ſerpentis in honorem Apollinis inſtituta erant: quæ quidem finitis quadrienniis peragi conſueverant: ideoque Pentaeterica dicta, & haud procul à Vere edebantur. In iis agones Poëtici, Muſici, Citharœdorum, ac tibicinum fiebant; ſerius autem gymnici, equeſtres ac ſcenici inſtituti. Victores Hieronicæ lauro coronabantur, additis pomis ex Apollinis templo deſumptis; præmium etiam phialæ argenteæ & aureæ, ut ex nummis conſtat. Vide etiam Strabonem lib. ix. Pythium autem certamen in hoc nummo non modò ſacrum & univerſale dicitur, ſed etiam myſticum; quòd myſtica quædam ſacrificia ante hujus ludi celebrationem peragerentur. Vide Strabonem lib. xiv. De hac autem urbe Neocorâ, ſuprà in Trajano Decio loquuti ſumus, & infrà in Gallieno loquemur.

Caput Valeriani ut ſuprà.

ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ Α Μ Κ Γ Β. Pallas dextrâ haſtæ innixa, ſiniſtrâ clypeo humi poſito. *Regius.*

ΑΥ ΚΑΙ ΠΟΥ ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕ. in areâ Π Π. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛ Α Μ Κ Γ Β. Mulier galeata dextrâ temonem & ſpicas, ſiniſtrâ cornucopiæ geſtans. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, & iiſdem literis in areâ.

ΤΑΡϹΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ Α Μ Κ Γ Γ. *Tarſi Metropoleos Primæ Solius Ciliciæ, Decreto Senatûs.* Jupiter ſedens à ſiniſtris

ΑΥΓΟΥϹΤΗϹ ΤΡΑΙΑΝΗϹ. (5) *Auguſtæ Trajana.* Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ. *Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΠΙ ΓΡ ΖΩϹΙΜΟΥ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. (6) *Sub Scribâ Zoſimo Trallianorum.* Figura muliebris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum loro apprehendit dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Foue.*
....

ΕΠ ΓΡ Μ ΑΥΡ ΠΥΘΩΝΟϹ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. *Sub Scriba Marco Aurelio Pythone Trallianorum.* Mercurius ſtans,

(1) Refert nummum ſimilem Valeriani Vaillantius inter nummos ſecundi moduli tantùm.

(2) Nummus hic ac tres ſequentes non extant apud Vaillantium.

(3) De Tarſo Ciliciæ celeberrimâ urbe pluribus locuti ſumus in nummis Trajani Decii maximi moduli. ΚΟΙΝΟΒΟΥΛΙΟΝ ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ ſubauditur Ταρσῳ, ab aliis explicatur, *commune Curiarum libera* civitatis *Tarſi*: ab aliis verò *Senatus libera Tarſi.* Libertatem autem primùm Tarſenſibus conceſſam à M. Antonio, ſcribit Appianus lib. v. deinde ipſis eandem libertatem reſtitutam à Caracallâ, conſtat ex ejus nummis. Nummus hic non extat apud Vaillantium.

(4) Literæ menſæ inſcriptæ exeſæ vix legi poſſunt, ſed certaminum nomina illi fuiſſe inſcripta non ambigo. Vide nummos Severi & Caracallæ à Tarſenſibus cuſos. Severea autem fuere certamina in Septimii Severi Imperatoris honorem in variis urbibus inſtituta; Hadriana, ſeu Hadrianalia, ut in marmore quodam legitur, certamina fuere in honorem Hadriani inſtituta, quæ tum primùm in nummis ſignata, quod ſciam, reperiuntur. De Auguſteo certamine & Actio ſuprà locuti ſumus. Nummus hic non extat apud Vaillantium.

(5) Fuit hæc urbs in Daciâ antiquâ trans Danubium, Ζαρμιζέγεθουσα βασίλειον, *Regia Zarmigethuſa*, dicta Ptolemæo lib. III. cap. VIII. deinde Colonia Ulpia Trajana Auguſta Dacica Sarmizegetuſa, à Trajano conditore, ut teſtatur vetus inſcriptio apud Gruterum pag. VI. 3. Nunc *Varchel* dicitur in Tranſylvaniâ. Ad hanc autem Ulpiam Trajanam pertinere prædictum nummum, teſtatur vetus inſcriptio Severo Aug. dicata, apud Gruterum pag. CCLXVI. 2.

DIVO. SEVERO. PIO.
COLONIA. VLPIA. TRAIANA.
AVG. DACIC. SARMIZ.

(6) Stephano: Τράλλις, πόλις Λυδίας πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ.....τὸ ἐθνικὸν, Τραλλιανός. Plinio & Ptolemæo inter Cariæ oppida ponitur; Straboni verò poſt Magneſiam. Fuit urbs opulentiſſima totius Aſiæ, non modo Cariæ, ut videre eſt apud laudatum Strabonem lib. XIV. & Ciceronem Orat. pro L. Flacco, cui etiam memoratur Epiſtol. lib. 3. ad Appium Pulchrum Epiſt. v. ut & Juvenali Satyrâ 3. v. 70.

Digitized by Google

dextrâ crumenam, ſiniſtrâ caduceum. *Vaillant.*

. . . .

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. *Hypæpenorum.* Apollo cum capillis longis arcum tenſum gerit. *Vaillant.*

. . . .

ΕΠΙ ΑΡΧ ΜΑΞΙΜΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. *Sub Archonte Maximo Philadelphenorum.* Mulier chlamydata ſtans, dextrâ clypeum, ſiniſtrâ coronam. *Vaillant.*

NUMISMATA LATINA Æ. II.

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita Valeriani & Gallieni adverſa, laureata, ad humeros cum paludamento.

ADLOCVTIO AVGVSTORVM. (1) Imperatores duo paludati in ſuggeſtu ſtantes, adſiſtente Præfecto Prætorii, milites alloquuntur ſtantes & ipſos cum tribus ſignis militaribus. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

ADVENTVS AVGG. Valerianus & Gallienus equites à ſiniſtris dextrorſum, Victoriâ præcedente, & milite cum ſigno militari ſubſequente. *Fouc. Regius.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

APOLLINI CONSERV. Apollo nudus vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum tenet dextrâ, lyram ſaxo innixam ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

APOLLINI CONSERVA. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius. Frad.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

CONCORDIA EXERCIT. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ geminum ſiniſtrâ: in areâ S.C. *Regius. SG.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

FELICITAS AVGG. (2) Figura muliebris paludata & ſtolata ſtans, dextrâ tenet caduceum oblongum, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S. C. *Frad.*

VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus vultu dextrorſum converſo ſtans, fulmen tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

LIBERALITAS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, teſſeram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

LIBERALITAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius. Cham. Fauvel.*

CONCORDIA AVGVSTORVM. Valeriani à ſiniſtris, & Gallieni à dextris capita adverſa, laureata, ad pectus cum paludamento.

LIBERALITAS AVGG. (3) Valerianus & Gallienus togati ſedentes in ſellâ curuli ſuprà ſubſtructionem, ſtante retrò figurâ militari: ſtat pariter ante eos Liberalitas teſſeram tenens dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: ad ſcalam figura togata ſtans dextram attollit. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

LIBERALITAS AVGVSTOR. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

LIBERALITAS AVGG I. Typus ut ſuprà. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

LIBERALITAS AVGG III. Figura muliebris ſtans, dextrâ teſſeram tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S.C. *Regius. RE.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ORIENS AVGG. Sol ſtans dextrâ elatâ, ſiniſtrâ flagrum: in areâ S. C. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Valerianus & Gallienus togati, ſtantes ad aram ſacrificant: in parte ſuperiore corona laurea. *Fouc.*

IMP C VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P V COS IIII PP. (4) Imperator togatus ſedens in ſellâ curuli à ſiniſtris

(1) Licet omnes nummi hujus Auguſti ex ære ſecundi moduli non ſint obvii, tamen hic eſt rariſſimus & ſingularis; ſequens verò inter rariores recenſendus.

(2) Nummus hic ac ſequentes cum rarioribus adnumerandi.

(3) Nummus hic ac ſequentes rariſſimi ſunt.

(4) Nummus hic pertinet ad annum Chriſti 257. quo Valerianus IV. & Gallienus III. Conſules fuere.

reatum, ad humeros cum paludamento.

SALVS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſerpente circunvolutam, dextrâ tenet pateram ex quâ ſerpentem paſcit, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in areâ S.C. *Regius. RE. Cham.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum prægrandem humi poſitum retinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

VOTIS DECENNALIBVS SC. in coronâ laureâ. *Fontaine.*

(1) Vide quæ de ſimili nummo ejuſdem Auguſti diximus ſuprà in nummis argenteis. Nummus hic & ſequens rariſſimi.

(2) Cum eâdem epigraphe habes nummum argenteum ejuſdem Auguſti, ubi vide quæ adnotavimus. Nummus rariſſimus.

(3) De Victoriâ per filium Gallienum à Germanis reportatâ locuti ſumus ſuprà. Nummus hic & ſequentes cum rariſſimis adnumerandi.

NUMISMATA Æ. II.
in Coloniis cuſa.

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad humeros.

COL IVL AVG FEL BER. (1) *Colonia Julia Auguſta Felix Berytus.* Figura muliebris tutulata ſtans, dextrâ tenet haſtam ad inſtar labari, lævâ acroſtolium, pede ſiniſtro proræ navis impoſito: Victoriola à ſiniſtris columnæ inſiſtens, ei porrigit coronam. *Regius. Patin.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

COL IVL AVG FEL BERY. (2) Leo gradiens, capite radiato, à ſiniſtris dextrorſum.

(1) Similis typi nummum habes inter numiſmata primi moduli ejuſdem Auguſti, ubi vide quæ monuimus.

(2) Leo in Beryti nummis ſignatus videtur tanquam urbis inſigne; Gordiani Tertii quippe nummus ab iiſdem populis cuſus ſubter templum Aſtartes leonem exhibet; neque ſola Beryti urbs hujuſcemodi inſigne tulit, etenim quamplurimæ aliæ Orientis urbes pro inſigni aliquod animal habuere; ſic in Antiochiæ nummis Aries exhibetur; in Chytriſtenis Taurus, in Boſtrenis & Singarenis Sagittarius, in Zeugmatenſibus Capricornus, Pegaſus verò in Damaſcenis & Samoſatenſibus. Vide Coloniarum numiſmata à Vaillantio edita.

Digitized by Google

trorſum. *Regius. Vaillant.*

IMP VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

PROVINCIA DACIA. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, vexillo adnititur dexterâ, ramum verò geſtat ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes, aquila alis expanſis; à ſiniſtris, leo dextrorſum converſus. *Fouc.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS P AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

COL DAMAS METROP. (2) *Colonia Damaſcus Metropolis.* Hygeia ſtat à dextris, ſerpentem tenens dextrâ, pateram ſiniſtrâ, ex quâ illum paſcit: à ſiniſtris ſtat Æſculapius dextrâ innixus baculo humi poſito, cui involutus eſt ſerpens. *Vaillant.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

COL HEL in imò; circà verò ambitum, CER SAC CAP OEC ISEL HEL. (3) *Colonia Heliopolis. Certamen Sacrum Capitolinum Oecumenicum Iſelaſticum Heliopolitanum.* Figura virilis nuda ſtans, dextrâ vas accipere videtur, ſiniſtrâ palmæ ramum gerit. *Vaillant. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL HEL CERT SACRV CAP OECV ISEL HEL. (4) Vas, ſeu diſcus ex quo erumpunt tres palmæ rami. *De C. Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL IVL AVG FEL HEL. *Colonia Julia Auguſta Felix Heliopolis.* In imo CERT SACR CAP OECV ISEL HEL. Tria vaſa ſeu diſci cum palmis, ſed è medio duo palmæ rami erumpunt. *Regius. Vaillant.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

COL IVL AVG FEL HEL CERT SACR CAP OEC ISEL HEL. Tres urnæ cum palmæ ramo. *RE.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

COL IVL AVG FEL HEL. CERT SACRŪ CAPITOL OECVM ISEL HEL. Urna ex quâ palmæ erumpunt. *RDR.*

IMP CAES P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

SAC CAP OEC ISE. (5) *Sacrum Capitolinum Oecumenicum Iſelaſticum.* Duæ figuræ viriles cum pallio ſedent, ſibi coronam imponentes, & diſcum in quo duo palmæ rami una ſuſtinentes, arâ inter eos mediâ. *Vaillant.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad humeros.

COL PTOL. (6) *Colonia Ptolemais.* Diana venatrix in templo diſtylo circà quod ſigna Zodiaci; illa ſagittam è pharetrâ dorſo impoſitâ depromit, ſiniſtrâ arcum. *Vaillant.*

IMP LIC VALERIAN AVG. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL AVG TROA. (7) *Colonia Auguſta Troadenſis.* Victoria à fronte, alis expanſis, globo pede unico inſiſtens, coronam lauream tenet manibus ambabus ſuprà caput elatis. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL AVG TRO. (8) Equus liberè paſcens à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc.*

(1) Mulierem oleæ ramum geſtantem in Daciæ nummis vidimus etiam in Hoſtiliano & Treboniano Gallo, ſed in Valeriano nummus hic eſt ſingularis, neque Vaillantio notus.

(2) Hunc nummum mutilum alii Amyſo urbi in Ponto, alii Amaſtri in Paphlagoniâ adſcripſerunt, ſed Vaillantius Damaſco reſtituit. Vide de Coloniis part. 2. pag. 331.

(3) De Heliopolitanis nummis, & certaminibus in eâ urbe editis ſub Valeriano locuti ſumus ſuprà in ejuſdem nummis primi moduli. Figura virilis nuda gerens palmam alterâ manu, alterâ vas accipiens, Athleta victor eſt: vas enim victoris præmium erat, plurimaque in certaminibus proponebantur teſte Virgilio Æneid. v. & Nonnus lib. xix. Bacchum ſcribit argenteum craterem pro certamine propoſuiſſe.

(4) Tres palmæ rami ex urnâ erumpentes ad tres Victores, vel ad tria certamina referri poſſunt. Ex hoc autem nummo manifeſtò conſtat legendum eſſe *ſacrum certamen* &c. & non ut quidam putavit, *ſacra certamina*, &c. quod vox illa SACRU apertè demonſtrat.

(5) Hic nummus licet non præferat urbis epigraphen, ad Heliopolim tamen ſpectare videtur. Duæ figuræ ſedentes cum palliis ſunt duo Athletæ victores in Muſico certamine; nam in Gymnico & equeſtri Athletæ nudi erant.

(6) Diana in templo exhibetur in hoc nummo tanquam una ex Diis tutelaribus urbis; circà templum Zodiacus cernitur, quem Ptolemaidenſes exhibuiſſe videntur in memoriam Aſtronomiæ olim à majoribus ſuis inventæ, vel cultæ. Sic de his populis Propertius lib. II. v. 989.

Quæritis & Cælo Phœnicum inventa ſereno,
Quæ ſit ſtella homini commoda, quæque mala.

Plinius lib. v. cap. XII. hos populos Aſtronomiæ peritiſſimos fuiſſe ſcribit: *Ipſa*, inquit, *gens Phœnicum in magnâ gloriâ literarum, inventionis & ſiderum.* Eadem de iis tradit Strabo.

(7) Hunc nummum Valeriano in augurium Victoriarum Troadenſes cudiſſe creduntur; Victoria enim globo unico pede inſiſtit, gradientis ſpecie tanquam ab unâ Provinciâ ad aliam pergens: Barbaras quippe nationes undique in Romanas Provincias ſub Valeriano irrupiſſe ſcribit Zoſimus.

(8) Nummum hunc Valeriani, ac præcedentem profert Vaillantius inter nummos tertii moduli tantùm, ut videre eſt infrà.

nudus cum pallio ſtans, tenet dextrâ baculum, ſiniſtrâ caduceum ; pro pedibus à dextris ibis, à ſiniſtris palma arbor : in areâ à ſiniſtris conchylium. *Vaillant.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Ca-

& leonem a [illegible]

XIIII. *Vaillant.*

Alius cum AN. XV. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Vaillant.*

Alius cum AN. XVI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Vaillant.*

(1) Silenus in Troadenſis Coloniæ nummis paſſim exhibetur, quod ejus cultum in eâ urbe indicat. Vide Vaillantium in Alexandro Severo pag. 181. & in Valeriano pag. 335.

(2) Recenſetur hic nummus Valeriani à Vaillantio inter nummos primi moduli tantùm.

(3) Mercurium à Tyriis cultum teſtatur hic nummus ; ſiniſtrâ ille caduceum pro ſymbolo gerit, dextrâ baculum, quem radium vocant, quo globus tangitur, ut in nummis Græcis Samiorum repræſentatur Pythagoras ſedens radio globum tangens ; Mercurius enim Aſtronomiæ inventor dicitur. Vide de eo Diodorum lib. 1. pag. 10. Ibis Mercurio dicata avis cernitur pro ejus pedibus, quòd ille in Ibim ſe mutaverit teſte Hygino Aſtron. lib. 11. de palmâ & conchylio alibi locuti ſumus.

(4) Vide quæ de ſimilis typi nummo diximus in nummis Voluſiani primi moduli.

(5) Nummus hic ad aliquam Victoriam à Ducibus Valeriani de hoſtibus relatam ſpectare videtur.

(6) Pluribus de hâc Coloniâ in nummis Treboniani Galli primi moduli, quæ Septimiæ gentis nomen accepit à Septimio Severo, qui eam deduxit, ipſique jus Italicum conceſſit, teſte Ulpiano lib. 1. de Cenſibus : *Huic enim Divus Severus ob egregiam in Rempublicam, Imperiumque Romanum inſignem fidem, jus Italicum conceſſit.* Vide quæ de hoc nummo, quem inter Gallieni nummos refert, docet Vaillantius.

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

AYT K Π ΑΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. *Imperator Cæſar Publius Licinius Valerianus.* Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

(1) Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. *Fauvel.*

....

ΑΔ ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚ ΝΑΥΑΡΧ ΕΤ ΤΑ. (2) *Hadrianorum Ægæenſium Neocoræ Claſſicæ, anno 301.* Fortuna ſtolata ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant.*

(1) Nummus hic ſingularis non extat apud Vaillantium.

(2) Ægæenſes in pleriſque ſuis nummis Adrianos ſe appellant, ob aliquod fortaſſis beneficium ab Hadriano Auguſto acceptum, cum in Ciliciâ eſſet idem Imperator ; cujus quidem adventum nummi S. C. percuſſi teſtantur, ADVENTUI CILICIÆ.

Digitized by Google

....

ΑΔ ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚ ΝΑΥΑΡΧ ΕΤ ΤΑ. Urna ludorum cum duobus palmæ ramis. *Vaillant.*

ΑΥΤ ΑΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Licinius Valerianus Auguſtus.* Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩ ΝΑΥ ΕΤ ΤΕ. *Ægeenſium Neocora Claſſica, anno* 305. Fortuna ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant. RE.*

ΑΥΤ ΚΑΙ Π ΑΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. (1) *Amphipolitanorum.* Figura muliebris tutulata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, divinitatis cujuſdam ſignum ſuſtinet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Vaillant.*

....

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Mulier ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

....

ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. Mulier ſedens dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕ. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΕΝΔΟΞΗ ΜΗΤ Α Μ Κ Γ Γ ΕΤ ΒΟϹ. (2) *Anazarbi illuſtris Metropoleos Prima Solius Cilicia, Decreto Senatûs anno* 272. Mulier capite tutulato velata ſtans à ſiniſtris dextrorſum, urnam geſtat utrâque manu. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛ Α Μ Κ Γ Γ ΕΤ ΒΟϹ. (3) Menſa cum urnâ ſuperpoſitâ, ex quâ palmæ ramus erumpit. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΑΝΑΖΑ ΕΤ ΒΟϹ Α Μ Κ Γ Γ. Typus ut ſuprà. *Regius. Vaillant.*

....

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤ Α Μ Κ Γ Γ ΕΤ ΒΟϹ. Caput Dianæ cum Lunâ eresſcente dorſo falcatâ. *Vaillant.*

ΑΥΤ ΑΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤ Γ Γ Α Μ Κ. Typus ut ſuprà. *RE.*

....

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤ Α Μ Κ Γ Γ ΕΤ ΒΟϹ. Figura togata ſacra facit ſuper concham ampliſſimam. *Vaillant.*

....

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΜΗΤ Α Μ Κ Γ Γ . ΕΤ ΒΟϹ. Equus gradiens nudus. *Vaillant.*

....

ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ ΕΝΔΟΞ ΜΗΤΡΟΠ Α Μ Κ Γ Γ ΕΤ ΒΟϹ. Quinque urnæ pro ludis. *Vaillant.*

ΑΥ Κ Π ΑΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΝ. *Imperatorem Cæſarem Publium Licinium Valerianum.* Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ ΕΤ Β. (4) *Anemurienſium anno* 2. Fortuna ſtans in templo tetraſtylo. *Regius.*

ΑΥΤ Κ Π ΑΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΜΗΤ Β Ν ΑΝΚΥΡΑϹ. (5) *Metropoleos bis Neocora Ancyra.* Tres urnæ cum geminâ palmâ in unâquâque. *Fouc. Vaillant.*

Π ΑΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. (6) *Byzantiorum.* Victoria tunicata ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani radia-

(1) Plinius lib. IV. ſect. XVII. *Amphipolis liberum*, in Macedoniâ. Stephanus: Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην.....τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφιπολίτης. Hæc urbs dicitur ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ, & in nummo Hadriani, quem laudat Holſtenius in Notis ad Stephanum Byzantium. In catalogo Urbium, quæ nomen mutarunt, à nobis edito in Animad. in lib. 1. de Them. Ἀμφίπολις ἡ νῦν Χρυσόπολις. Unde perperam Ortelio aliiſque qui eum ſequuti ſunt, *Chriſtopolis dicitur.*

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem primi moduli adnotavimus.

(3) Nummus hic Valeriani non extat apud Vaillantium.

(4) Plinio lib. V. ſect. XXII. *Anemurium*: Straboni & Ptolemæo, Ἀνεμούριον. Mela lib. I. cap. XIII. *Quod Ciliciam à Pamphylia diſtinguit, Anemurium.* Hujus oppidi meminit & Porphyrogenitus de Them. lib. I. Them. XIV. Nummum hunc refert Vaillantius inter nummos primi moduli.

(5) Stephano: Ἄγκυρα, πόλις Γαλατίας· οἱ δὲ Φρυγίας αὐτὴν ἀναγράφουσι.....τὸ ἐθνικὸν, Ἀγκυρανός. Sic Stephanus, quòd hæ duæ regiooes finitimæ eſſent. Plinius & Ptolemæus duas hujus nominis urbes recenſent, alteram in Phrygiâ majori, alteram in Galatiâ; hæc autem fecuoda eidem Ptolemæo lib. V. cap. IV. Ἄγκυρα μητρόπολις; ſic etiam dicitur & Hierocli Grammatico in Synecdemo & Porphyrogenito de Them. lib. I. Them. VI. Libanius orat. XXVI. ΠΡΩΤΗΝ ΚΑΙ ΜΕΓΙΣΤΗΝ ΓΑΛΑΤΩΝ ΠΟΛΙΝ vocat: à quonam autem Imperatore hæc urbs Metropoleos dignitatem obtinuerit non ſatis conſtat, licet nonnulli id Hadriano adſcripſerint; qui etiam putant Ancyram primam Neocoriam ab Antonino Caracalla accepiſſe, ſecundam verò à Valeriano.

(6) De variâ Byzantinæ urbis fortunâ, ac nummis diverſo tempore ab eâ cuſis pluribus diſſeruimus lib. I. Comment. in Antiquit. CP. pag. 454. ubi plures tabellas eorundem omniſmatum in ære inciſorum propoſuimus.

tranſverſam geſtat utrâque manu. *Fouc.*

. . . .

ΕΦΕϹΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑϹΙΑϹ. Diana Venatrix in templo diſtylo ; dextrâ telum depromit, ſiniſtrâ arcum. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚΙΝ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (3) *Epheſiorum ter Neocororum.* Diana Venatrix altè ſuccincta, ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſagittam è pharetrâ ex humeris ſuſpensâ depromit dextrâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ cum ſagittâ : juxtà pedes canis venaticus currens. *Bau.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (4) Thenſa ſacra Epheſiorum, id eſt, carpentum à bi- tædam. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕϹΙΩΝ Δ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (6) *Epheſiorum quater Neocororum.* Apollo & Diana ſtantes. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΦΕϹΙΩΝ Δ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (7) Diana altè ſuccincta, ſiniſtrorſum converſa ſtans cum pharetrâ ex humeris ſuſpensâ, ſagittam ex arcu emittere parat : juxtà pedes canis venaticus currens. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΑΡΤΕΜΙϹ ΕΦΕϹΙΩΝ. (8) *Diana Epheſiorum.* Diana altè ſuccincta ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſagittam è pharetrâ ex humeris ſuſpensâ depromit dextrâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ : pone eam arbor. *Fouc. Regius. Vaillant.*

. . . .

ΕΦΕϹΙΩΝ ΤΥΧΗ. *Epheſiorum Fortuna.*

(1) Plinio lib. v. ſect. xxxi. in Ioniâ, *Erythræ.* Stephano : Ερυθραὶ πόλις Ἰώνων.....ὁ πολίτης Ερυθραῖος. Strabo lib. xiii. plurali numero uſurpavit ut Plinius, eamque juxtà medium periplum locat ; Ptolemæus verò lib. v. cap. 11. in Icario pelago, quod erat prope Ioniam, ut patet ex eodem auctore.

(2) Nummus hic Valeriani ab Epheſiis cuſus non extat apud Vaillantium.

(3) Nummus hic Valeriani non extat apud Vaillantium.

(4) Nummum ſimilem refert Vaillantius ex cimelio P. Aſſeline inter nummos primi moduli.

(5) Nummus Valeriani cum hoc typo ab Epheſiis cuſus non extat apud Vaillantium.

(6) Non extat hic nummus Valeriani apud Vaillantium.

(7) Typus nummi Valeriani cum hac epigraphe à Vaillantio producti paululum diverſus.

(8) Non modo Diana Polymammia Epheſi colebatur, ſed etiam Venatrix ; idque nos Pauſanias, & nummi edocent : & ferè ſemper cum hac epigraphe Diana Venatricis effigie in nummis repræſentatur ; contra verò Diana Polymammia cum epigraphe ΑΡΤΕΜΙϹ ΕΦΕϹΙΑ. Dicta autem fuit Venatrix, quòd venationi præeſſe crederetur.

Digitized by Google

Fortuna ſtans cum modio & attributis. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Valeriani radiatum.

ΘΕϹϹΑΛΟΝΙΚΗ ΜΗΤ ΚΟΛΩΝ. (1) *Theſſalonice Metropolis Colonia.* Figura muliebris turrita ac ſtolata ſtans, dextrâ Cabirum ſuſtinet, lævâ cornucopiæ: pro pedibus à dextris ara ignita. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΘΕϹϹΑΛΟΝΙΚΕΩΝ Β ΝΕ. (2) *Theſſalonicenſium bis Neocororum.* Victoria ad dextram ſtans, dextrâ Cabiri icunculam geſtat, ſiniſtrâ verò tenet palmæ ramum. *Regius.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

ΘΕϹϹΑ......ΧΗ Β Ε. (3) Figura ſtans in templo diſtylo. *Frad.*

....

ΙΟΥΛΙΕΩΝ. (4) *Julienſium.* Tres Gratiæ nudæ ſtantes. *Vaillant.*

ΠΟΥ ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. (5) *Juliopolitarum.* Figura tutulata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ pateram tenet, ſiniſtro cubito ſedi innixo, pede lævo proræ navis impoſito. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ ΓΕΡΜΑΝΙΚΗϹ. (6) *Cæſarea Germanices.* Navis cum velo expanſo & remigibus: infrà Capricornus. *Fon.*

Α Κ Π ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

Ϲ Μ ΑΥΡ ΔΙΟΝΥϹΙΟΥ ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. (7) *Prætore Marco Aurelio Dionyſio, Clazomeniorum.* Cybele velata ſtans inter duos leones, manibus demiſſis veli extremas partes tenet. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΘΕΑ ΚΛΑΖΟΜΕΝΗ. (8) *Dea Clazomene.* Mulier capite turrito ſedens à ſiniſtris dextrorſum, icunculam velatam tenet dextrâ, lævâ ſubſellio impoſitâ. *Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠΙ ϹΤ Π ΑΙ ΚΑΛΛΙϹΤΟΥ (ſic) ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. *Sub Prætore Publio Ælio Calliſto Colophoniorum.* Pallas galeata vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, clypeum verò humi poſitum, juxtà quem ſpiculum, attingit ſiniſtrâ. *Fouc. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΠΙ......ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. *Sub.....*
Colophoniorum. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠΙ Π ΑΙΛ ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ ΙΠΠ ΑΡΧ ΚΟΤΙΑΕΩΝ. (9) *Sub Publio Ælio*

(1) Theſſalonica urbs Macedoniæ, prius Therme, ſeu, ut vult Stephanus, Halia vocata, à Caſſandro Rege inſtaurata fuit, & à Theſſalonica uxore, Philippi Macedonis filia ſic denominata, ut ſcribit Strabo lib. VII. Metropolim & Coloniam à Valeriano factam teſtantur ejus nummi, quos in memoriam hujus beneficii munificentiſſimo Imperatori ipſa dicavit; ara verò in eis exhibita, ſacra pro ejus ſalute à civibus facta indicat: & quidem Cabiro Deo, quem Genius urbis dextrâ ſuſtinet; hic enim Deus magno in honore Theſſalonicæ habitus fuit, atque hujus myſteriis initiatus Philippus, ut ſcribit Plutarchus in Alexandro.

(2) Primam Neocoriam accepiſſe videtur Theſſalonica à Gordiano Pio, in cujus honorem plura certamina edidit; ſecundam verò à Valeriano, ut indicant eorum nummi. Nummus hic Vaillantio non viſus.

(3) Nummus hic Valeriani non extat apud Vaillantium.

(4) *Julienſes* populi Phrygiæ apud Plinium lib. V. ſect. XXIX. quos junctos fuiſſe concordiâ cum Ancyrâ, teſtatur nummus Neronis & Poppææ.

(5) Plinio lib. V. ſect. XL. *Juliopolis.* & ſect. XLIII. *Juliopolitæ* in Bithyniâ. Meminit hujus oppidi & Ptolemæus lib. V. cap. I. necnon Procopius lib. V. de Ædif. cap. IV. qui muros hujus urbis flumine allui ſcribit. Nummus hic Valeriani Vaillantio non viſus.

(6) Nummum hunc Valeriani ſingularem, qui non extat apud Vaillantium, ſpectare putamus ad Cæſaream Palæſtinæ urbem, quæ olim dicebatur Turris Stratonis, & de quâ pluribus locuti ſumus in Trajano Decio, & in Treb. Gallo, ubi in uno nummo ſecundi moduli *Commodiana & Germanicia* dicitur. Cum eadem epigraphe habentur nummi L. Veri, Severi, Juliæ Domnæ, Elagabali, Mamææ, & Philippi Junioris.

(7) Clazomenæ urbs Ioniæ Straboni & Ptolemæo; eadem quæ Stephano Γρύνοι, & Virgilio Æneid. lib. IV. v. 345. Grynæus Apollo; ad quem locum ſic Servius: *Clazomenæ, civitas eſt Aſiæ.* Stephanus ex Strabone loquens de Gryniâ, in eâ extitiſſe inquit Apollinis fanum, & oraculum antiquum, & templum ſumptuoſum ex lapide candido, in quo colebatur.

(8) Dea Clazomene ſeu Clazomenia Cybele eſt, eadem quæ Rhea & Ops, Cœli & Terræ filia, vocataque Deûm Mater; culta autem fuit à plurimis Aſiæ Minoris urbibus, ut earum nummi teſtantur, imprimis à Clazomeniis Ioniæ, ut docet hic nummus, ubi ea Dea Clazomenia dicitur, & cujus ſignum Urbis Genius ſub mulieris turritæ effigie dextrâ gerit, veluti tota civitas ſub ejus tutelâ eſſet.

(9) Plinio lib. V. ſect. XLI. *Cotyaeon*, in Phrygiâ. Stephano: Κοτυάειον πόλις τῆς Ἐπικτήτου Φρυγίας...... τὸ ἐθνικὸν, Κοτυαεύς. hinc & ex nummis ſcribendum videtur ubique Κοτιάειον. Vide Strabonem lib. 12.

Α Κ Π ΑΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

CΤ ΑΥ ΕΛΠΙΔΗΦΟΡΟΥ ΚΥΜΑΙΩΝ. (3) *Prætore Aurelio Elpidephoro Cumæorum.* Amazon turrita ſedens, dextrâ globum, ſiniſtrâ tridentem tenet: pro pedibus à dextris delphinus. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Mulier ſedens à ſiniſtris dextrorſum, cum urnâ in capite, alteram dextrâ gerit, ſiniſtro cubito alteri urnæ impoſito. *Regius. Vaillant.*

ΠΟΥ ΑΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC C. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

Memoratur hæc urbs etiam inter alios Porphyrogenito de Them. lib. 1. Them. 4. quod Obſequium dicebatur; cujus quidem Metropolis erat Nicæa. Recenſetur hic nummus à Vaillantio ex eodem cimelio Regio inter nummos tertii moduli.

(1) Nummus Valeriani cum hoc typo à Cyzicenis cuſus non extat apud Vaillantium.

(2) Stephano: Κύζικος, πόλις τῆς Προποντίδος.....τὸ ἐθνικὸν, Κυζικηνός. Cyzicus cum inſula prius eſſet, continenti ab Alexandro juncta eſt, ut auctor eſt Plinius lib. v. cap. 32. qui ſcriptor lib. xxxvi. cap. 15. celebrat Cyzici mirandum delubrum, quod ætate ſuâ adhuc duraviſſe ait; Dindymenæ Deorum matri ab Argonautis dicatum, tradit Strabo lib. xii. ac poſtea Chriſti matri, Imperatore Zenone ſacratum fuiſſe narrat Cedrenus. Fuit Cyzicus, nobiliſſima totius Helleſponti civitas, quæ ob magnitudinem, & pulchritudinem, arcem, mœnia, & portum, turreſque marmoreas Aſiaticæ plagæ littora illuſtrabat. Vide Strabonem libro paulò ſuperiùs citato, ubi & de delubro Dindymenæ loquitur. Hujus urbis variam fortunam apud Hiſtoriæ Scriptores legere eſt. Primam Neocoriam ab Hadriano, ſecundam à Caracalla accepit, ut eorum nummi teſtantur.

(3) Nummus Valeriani cum hoc typo à Cumæis cuſus Vaillantio ignotus.

(4) Nummus hic Valeriani non extat apud Vaillantium.

(5) Decem hujus nominis urbes recenſentur à Stephano, & prima Μητρόπολις Φρυγίας, ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν εἰκασθεῖσα.....τὸ ἐθνικὸν Μητροπολίτης. Duas hoc nomine urbes in Aſiâ minore commemorat Ptolemæus, alteram magnæ Phrygiæ ad Mæandrum; ad quam quidem ſpectat hic nummus; alteram verò Lydiæ ad Cayſtrum Ioniæ fluvium, de quâ urbe ſuprà locuti ſumus. Duplices item *Metropolitæ* occurrunt apud Plinium, quorum priores ad Apameenſem pertinent conventum; poſteriores, hoc eſt, Iones ad Epheſinum; quippe Epheſus Ioniæ erat caput. ΚΑΙCΑΡΕΑ CΕΒΑCΤΑ certamina explicat Vaillantius; urna quippe in nummis, inquit, certamina denotat; hæc in illis Cæſarea Auguſtalia appellantur, ſi conjicere liceat, ad diſtinctionem eorum quæ in Julii Cæſaris honorem alicubi inſtituta, dicta ſunt *Cæſarea*, & cum Auguſto adularentur, ſua nominavere *Cæſarea Auguſta.* Suetonius in ejus vitâ: *Provinciarum*, inquit, *pleræque ſuper templa & aras, ludos quoque quinquennales penè oppidatim conſtituerunt.* Metropolitæ itaque Phrygiæ Cæſarea Auguſta certamina primum ſub Philippo ediderunt, deinde ſub Valeriano & Gallieno ejus filio, ut eorum nummi teſtantur.

(6) Nummus cum hoc typo Valeriani à Nicæenſibus cuſus, non extat apud Vaillantium.

(7) Typus hujus nummi paulò diverſus ab illo, quem refert Vaillantius, ut videre eſt infrà.

Digitized by Google

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. (1) Pallas galeata ſtans, dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ haſtam & clypeum: infrà caput exiguum Imperatoris. *Regius.*

Τ Π ΑΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΑΥΓ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΝΙΚΑΙΩΝ. (2) Menſa cum tribus urnis ſuperimpoſitis: in menſâ plures literæ exeſæ. *Regius.*

. . . .

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Cybele ſedens dextrâ pateram, pro pedibus leo. *Vaillant.*

. . . .

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Minerva galeata ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam cum clypeo. *Vaillant.*

ΑΥΤ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC CΕΒΒΒ. *Imp. Valerianus, Gallienus, Valerianus Auguſti:* Valeriani Senioris, & Gallieni capita laureata & adverſa, ad pectus cum paludamento, & in medio caput Valeriani Junioris nudum, pariter ad pectus cum paludamento.

ΜΕΓΙCΤΩΝ ΑΡΙCΤΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. (3) *Maximorum Optimorum Nicæenſium.* Ciſtæ tres in quibus ſingulis geminus palmæ ramus. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Capita, Valeriani patris radiatum, Gallieni laureatum, & Valeriani Junioris ſine laureâ.

ΑΡΙCΤΩΝ ΜΕΓΙCΤΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Urnæ tergeminæ cum palmis: media duas palmas habet. *Regius.*

ΑΥΤ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ CΕΒΒΒ. *Imp. Valerianus, Gallienus, Valerianus Cæſar Auguſti.* Valeriani Senioris, Gallieni & Valeriani Jun. capita laureata, ad pectus cum paludamento.

ΜΕΓΙCΤΩΝ ΑΡΙCΤΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Tres urnæ cum palmæ ramis. *Regius. Vaillant.*

ΠΟΥ ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC CΕΒ. Caput Valeriani radiatum, ad humeros.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΔΙΟΝΥCΙΑ ΠΥΘΙΑ. (4) *Nicæenſium Bacchanalia, Pythia certamina.* Menſa cui tres urnæ ſuperpoſitæ, cum palmis binis in ſingulis: menſæ ejuſque pedibus appoſitum, Α Κ Π ΟΥΑΛ CΕΒ. *Imp. Cæſar Publius Valerianus Auguſtus. Fouc.*

. . . .

ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΙCΘΜ ΠΥΘ. (5) *Nicæenſium Iſthmia Pythia certamina.* Menſa ſuprà quam tres urnæ, in mediâ duæ palmæ, in aliis tres. *Vaillant.*

ΑΥΤ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Valeriani Senioris & Gallieni laureatorum, ad humeros cum paludamento capita adverſa: paulò inferiùs in mediâ nummi areâ Valeriani Junioris caput ſimile, ſiniſtrorſum.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (6) *Nicomedienſium ter Neocororum.* Ciſtæ tres, cum palmis binis in ſingulis. *RE. Fouc.*

ΑΥ Κ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Tria capita eodem typo.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Typus ut ſuprà. *Brandenburg.*

ΑΥΤ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC

(1) Fortaſſis idem hic nummus, quem ex Vaillantio paulò infrà proponimus, in quo Minervam galeatam ſtantem cum paterâ, haſtâ, & clypeo cuſam eſſe ait.

(2) Nummus cum hoc typo Valeriani Vaillantio non viſus.

(3) Nicæenſes putat Vaillantius, ideò certamina in honorem horum Imperatorum à ſe inſtituta, ΜΕΓΙCΤΑ ΑΡΙCΤΑ nuncupaſſe, ne patris & filiorum nomina confunderentur. Tres autem ciſtæ cum palmis, ſeu urnæ tria certamina denotant, unde Nicæenſes in hoc nummo, certamen in honorem prædictorum Imperatorum à ſe inſtitutum copulaſſe videntur cum Iſthmiis & Pythiis. Nummus hic ac ſequens paulò diverſi ab illo, quem profert Vaillantius.

(4) *Διονύσια*, *Bacchanalia* celebrabantur Athenis deſinente hyeme, & vere ineunte, ut annotat Ariſtophanis interpres; hæc autem erant majora & minora; majora edebantur vere ineunte cum tributa Athenienſibus pendebantur, ut ait interpres Ariſtophanis; minora verò agebantur prope Idus Novembris, appellataque ſunt à Thucydide lib. 11. ἀρχαιότερα, necnon τὰ ἄστικα Διονύσια. In magnis agebantur fabulæ, tragœdiæ, comœdiæ; in parvis verò non ita. Tres autem urnæ ſeu ciſtæ cum palmis denotant tria certamina, unde cum Dionyſiis, ſeu Bacchanalibus & Pythiis in hoc nummo à Nicæenſibus copulari videntur Μέγιστα Ἄριστα, certamina ab ipſis in honorem Valeriani & ejus filiorum inſtituta: ſæpè enim certaminum nomina in nummis non apponebantur, ut obſervavit Vaillantius. Nummus hic non extat apud Vaillantium.

(5) Iſthmia certamina inter quatuor ſacra nuncupantur Neptuno in Melicertæ honorem inſtituta; ſic dicta à Peloponneſi Iſthmo, in cujus faucibus edebantur. Trieterica erant; Victores ex toto terrarum orbe admiſſi Iſthmionici dicebantur, & primum apio, deinde pino coronabantur, & per novem dies durabant. Putabant ad ea celebranda Neptunum adventare, ideoque juvenes tibiarum cantu, fiſtulis, aliiſque inſtrumentis muſicis hilariter illum excipiebant. Decertabatur autem equis currui junctis, Pancratio, Muſicâ & Poëſi. Vide Spanhemii ad Morellium epiſtolam.

(6) De Nicomediâ celeberrimâ Bithyniæ urbe locuti ſumus in Trajano Decio, ubi diximus à quonam ex Imperatoribus primam & ſecundam Neocoriam illa acceperit; tertiam autem Neocoriam eam ſub Valeriano accepiſſe, & ideo tria templa in honorem Valeriani ac ejus filiorum extruxiſſe, & tria certamina inſtituiſſe, teſtantur præſentes nummi.

ΕΠ ΓΡ ΑΙΑ ΠΡΟΚΛΟΥ ΝΥΣΑΕΩΝ. (2) *Sub Scriba Ælio Proclo Nyſæenſium.* Bacchus ſeminudus ſtans, dextra cantharum tenet, lævâ thyrſum: pro pedibus à dextris tigris. *Regius. Vaillant.*

....

ΕΠΙ ΓΡ ΑΙΑ ΠΡΟΚΛΟΥ ΝΥΣΑΕΩΝ. *Sub Scriba Ælio Proclo Nyſæenſium.* Corona laurea, in quâ ΘΕΟΚΑΜΙΑ (ſic) *Theogamia. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ Β. (3) circà coronam lauream, in quâ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Apollonide Perinthiorum bis Neocororum. Fouc.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Caput Valeriani ut ſuprà.

Caput Valeriani ut ſuprà.

CΑΜΙΩΝ. Templum tetraſtylum cum gradibus, ad cujus veſtibulum Juno Samia cum ornatu ſolito, & pavone à dextris juxtà pedes. *Fouc. Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Caput Valeriani ut ſuprà.

CΑΜΙΩΝ. Typus ut ſuprà. *Bau.*

ΑΥΡ Τ Κ Π ΛΙΚΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. (ſic) Caput Valeriani ut ſuprà.

CΑΜΙΩΝ. (5) Juno Samia cum pateris, adminiculis, & pavonibus duobus juxtà pedes, altero à dextris, altero à ſiniſtris: verſus caput à dextris ſtella, à ſiniſtris luna bicornis. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CΑΜΙΩΝ. Figura muliebris tutulata, vultu dextrorſum converſo ſtans, Junonis Samiæ ſignum ſuſtinet dextrâ, cornucopiæ

(1) Nummus hic non extat apud Vaillantium.

(2) Apud Philoſtratum lib. II. cap. 3. Νυσαῖος Θεὸς Bacchus vocatur; quod quidem referendum ad Nyſam Arabiæ Felicis urbem, quæ quarto loco numeratur à Stephano, & ſita erat in eâ Arabiæ parte, quæ Ægypto erat contermina; apud quam Oſiris, qui dicitur Dionyſius, ſeu Bacchus, ſeu Liber Pater educatus fuiſſe traditur, auctore Diodoro Siculo lib. I. Atque ideo fortaſſis hunc nummum quiſpiam ad hanc Nyſam Arabiæ urbem pertinere exiſtimabit; quod mihi minimè probatur; nam quemadmodum Lunus in nummis à Nyſæis Cariæ cuſis paſſim exhibetur, Deus qui apud Ægyptios imprimis colebatur, ita & Bacchum exhibere poterant iidem Nyſæi Cariæ, quod à Nyſæis Arabiæ Felicis eorum urbs condita credebatur, vel propter vini abundantiam in eorum regione, ut alibi diximus.

(3) De Perintho Thraciæ urbe diximus nonnulla in nummis Trajani Decii. Nummus hic Valeriani à Perinthiis cuſus non extat apud Vaillantium.

(4) Stephano: Πριήνη, πόλις Ἰωνίας, τὸ ἐθνικὸν, Πριηνεύς, καὶ Πριήνιος, καὶ Πριηνιάς. Inter hanc urbem & Miletum evolvitur in mare Mæander, teſte Periegeta v. 824. eadem habet Solinus Polyhiſt. cap. 43. nec multum differt Strabo lib. XIV. qui ſubdit hanc urbem à nonnullis Cadmen vocatam fuiſſe, quia Philotas ejus inſtaurator fuerat Bœotius; quod certè pugnat cum hujus urbis nummis, qui Herculem præferunt, ΤΟΝ ΚΤΙCΤΗΝ, veluti conditor urbis, ac gentis auctor eſſet. Meminere hujus urbis & Mela lib. I. cap. 17. Plinius lib. V. ſect. XL. Livius lib. XXXVIII. cap. 13.

(5) Nummus Valeriani cum hoc typo à Samiis cuſus non extat apud Vaillantium.

verò

Digitized by Google

verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. De C. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. Typus ut ſuprà. *Bau.*

ΑΥΡ Τ Κ Π ΛΙΚΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ.(ſic) Caput Valeriani ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. Typus ut ſuprà. *Regius.*

ΑΥΤ ΚΑΙ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. Nemeſis Samiorum velata à fronte ſtans, manibus ſtolâ involutis: à dextris juxtà pedes rota. *Fouc. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. Typus ut ſuprà. *Regius.*

. . . .

ΠΥΘΑΓΟΡΗϹ ϹΑΜΙΩΝ. *Pythagoras Samiorum.* Pythagoras ſedens, dextra globum radio tangit. *Vaillant.*

. . . .

ΕΠ ΔΙΟΝΥϹΙΟΥ ϹΜΥΡ ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. (1) *Sub Dionyſio Smyrnæorum Clazomeniorum* Concordia. Cybele ſedens dextrâ pateram, ſiniſtrâ innixa crotalo. *Vaillant.*

ΑΥ ΚΑΙ Π ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΝ ϹΕ ΕΥϹΕ. in areâ ΠΠ. *Imperatorem Cæſarem Publium Valerianum Auguſtum Pium Patrem Patriæ.* Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΤΑΡ ΜΗΤΡΟΠΟΛ Α Μ Κ Γ Β. *Tarſi Metropoleos, primæ Solius Ciliciæ, Decreto Senatus.* Mulier capite tutulato ſtans, dextrâ temonem tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius. Fouc. Vaillant.*

. . . .

ΑΔΡ ϹΕΥ ΑΝΤ ΜΗΤ ΤΑΡϹΟϹ Α Μ Κ Γ Β. (2) *Hadriana Severiana Antoniniana Metropolis Tarſus prima Sola Ciliciæ, Decreto Senatûs.* Caput Dianæ cum lunâ creſcente humeris falcatâ. *Vaillant.*

ΑΥΤ ΚΑΙ Π ΛΙΚΙΝ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠ ΓΡ ΓΕΜ ΖΩϹΙΜΟΥ ΤΗΑ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. (3) *Sub Scriba Gemino Zoſimo Teldi filio Trallianorum.* Victoria ad dextram gradiens, dextrâ coronam tenet, ſiniſtrâ palmam. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΠ ΓΡ ΙΟΥ ΠΑΝΚΡΑΤΙΔΟΥ Β ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. *Sub Scriba Julio Pancratida iterum Trallianorum.* Pallas galeata ſtans, dextrâ clypeo humi poſito innixa, ſiniſtrâ haſtæ ferratæ. *Regius. Vaillant.*

. . . .

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Tripolitarum.* Æſculapius & Hygia ſtantes. *Vaillant.*

. . . .

ΕΠΙ ϹΕΚΟΝΔΙΑΝΟΥ ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. *Sub Secundiano Hypæpenorum.* Fortuna ſtolata ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant.*

. . . .

ΕΠΙ ϹΕΚΟΝΔΙΑΝΟΥ ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. Dea cum ornatu ſplendidiſſimo ſtans tutulata & velata. *Vaillant.*

. . . .

ΕΠΙ ϹΕΚΟΝΔΙΑΝΟΥ ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. Eadem in templo quatuor columnis ornato. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚΙΝ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠΙ ϹΤΡ ΚΟΝΔΙΑΝΟΥ ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. *Sub Prætore Condiano Hypæpenorum.* Figura muliebris tutulata ac velata ſtans in templo tetraſtylo. *De C.*

(1) De Smyrnâ & Clazomenis ſuprà locuti ſumus; utraque urbs Ionica erat, & in utrâque Cybele colebatur, ſed præcipuè Clazomenis, in cujus urbis nummis Cybele, ΘΕΑ ΚΛΑΖΟΜΕΝΗ κατ' ἐξοχὴν appellatur; unde etſi in hoc nummo Smyrnæ præferatur nomen, Clazomenis hic nummus cuſus nonnullis videtur. Laudat Vaillantius hunc nummum ex Theſauro Regio, ſed ibi hodie non extat.

(2) De Tarſo Ciliciæ Metropoli ſuprà à nobis nonnulla dicta ſunt; quod autem in hoc nummo Hadriana, Severiana, & Antoniniana appellatur, ſunt perpetua beneficiorum ab iiſdem Imperatoribus acceptorum monumenta.

(3) Vaillantius ſic legit: ΕΠΙ ΓΡ ΓΕΝ ΖΩϹΙΜΟΥ, &c. *Sub Scriba Gentio Zoſimo, &c.*

NUMÍSMATA ÆGYPTIACA Æ. II.

Α Κ Π ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΕΥ ϹΕ. *Imperator Cæſar Publius Licinius Valerianus Pius Auguſtus.* Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. Α. *An.* 1. Aquila alis compreſſis à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Fouc.*

Α Κ Π ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΕΥ ΕΥϹ. *Imp. Cæſar P. Licinius Valerianus Pius.* Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum loricâ.

L. Γ. *An.* 3. Caput Jovis laureatum. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. Mulier ſtans dextrâ ramuſculum tenet, ſiniſtrâ haſtam. *Regius.*

Α Κ Π ΛΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΕΥ ϹΕ. Caput Valeriani ut ſuprà.

L. Δ. *An.* 4. Mulier ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Cham.*
Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

L. Δ. Aquila alis compreſſis à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Fouc. Cham.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. Mulier ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtaus, dextrâ ramum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Fouc.*

Α Κ Π ΑΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΕΥ ΕΥC. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum loricâ.

L. Δ. Mulier ſtans, ad dextram ſpectans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ geminum cornucopiæ tenet. *Regius. Cham. Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. Aquila alis expanſis ad dextram, retroſpiciens, roſtro coronam gerit. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. Caput Solis radiatum, ad humeros cum paludamento.

Π ΑΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΚΑΙC CΕΒ. *Publius Licinius Valerianus Cæſar Auguſtus.* Caput Valeriani nudum, ad pectus cum paludamento.

L. Ε. *An.* 5. Aquila alis compreſſis à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Fouc.*

Α Κ Π ΑΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΕΥ CΕΒ. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

L. ς. *An.* 6. Aquila alis expanſis coronam gerens, roſtro ſiniſtrorſum verſo. *SG. Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Valeriani nudum, ad pectus cum paludamento.

L. ς. *An.* 6. Victoria tunicata & altè ſuccincta, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

L. Ζ. *Anno* 7. Aquila alis expanſis ad dextram, retroſpiciens, coronam gerens roſtro. *Regius.*

Α Κ Π ΑΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΕΥ ΕΥC. Caput Valeriani ut ſuprà.

L. Η. (1) *Anno* 8. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ expanſâ & elatâ, ſiniſtrâ geſtat cornucopiæ. *B.*

(1) Octavum Imperii annum auſpicatus eſt Valerianus circà menſem Junium anni 260. ejuſdemque anni extremo à Perſis captus ſummam poteſtatem cum ignobili ſervitute commutavit.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

AEQVITAS AVGG. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Frad.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

ANNONA AVGG. (2) Figura muliebris ſtolata, ſpicas tenet dextrâ demiſsâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes, modius cum ſpicis. *Cham. Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

APOLLINI CONSERVA. Apollo nudus vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum demiſſum tenet dextrâ, eitharam verò humi poſitam attingit ſiniſtrâ. *RE.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLINI (ſic) CONSERVA. Typus ut ſuprà. *Bau.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLLINI CONSERVAT. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

APOLLINI CONSERVAT. Typus ut ſuprà. *Val.*

IMP VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad humeros.

BONVS EVENT AVG. (3) Genius nudus ſtans ad aram, dextrâ pateram, ſiniſtrâ ſpicas duas tenet. *RDK.*

IMP C P LICI VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONSERVAT AVGG. Apollo nudus ſtans, ramum elatum tenet dextrâ, citharam verò humi poſitam attingit ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ 9. *Cham.*

IMP VALIRIANVS AVG. (ſic) Caput Valeriani ut ſuprà.

(1) Nummus cum hac epigraphe in Valeriano rariſſimus, imò ſingularis.
(2) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.
(3) Nummus hic Valeriani rariſſimus eſt. Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum Gallieni adnotamus.

CONSERVAT AVGG. (1) Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

DEO VOLKANO. (2) Templi tetraſtyli facies, in quâ Vulcanus nudus vultu dextrorſum converſo ſtans, malleum tenet dextrâ, forcipem ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes, incus. *Fouc.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

FELICITAS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum oblongum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Cham. Bau.* *RE.*

VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Figura muliebris vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

IMP VALERIANVS P AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtans, dextrâ labarum, ſiniſtrâ ſignum militare tranſverſum tenet. *Laiſné.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

IOVI CONSERVAT. (3) Jupiter ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ fulmen tenet, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à dextris in areâ Q. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERALITAS AVG III. Figura muliebris ſtans, dextrâ teſſeram tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Cham. Frad. Fon.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

LIBERALITAS AVGG. Figura muliebris ſedens, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Laiſné.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVGG. Sol oriens capite radiato nudus cum pallio, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextram extenſam attollit, flagrum verò tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

ORIENS AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham. Le Roy.*

IMP C VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

ORIENS AVGG. Sol ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ geſtat globum. *Le Roy.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PACATORI ORBIS. (4) Jupiter cum pallio ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtæ innixus: pro pedibus aquila. *Fontaine.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

PIETAS AVG. Figura muliebris velata ac ſtolata ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ ſceptrum tenet: à dextris in areâ P. *Le Roy.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

PIETAS AVGG. Valerianus laureatus ac togatus, dextrorſum converſus, ſtans à ſiniſtris ad aram ſuprà quam ignis accenſus; pateram tenet dextrâ, ſcipionem verò ſiniſtrâ demiſsâ: à dextris Gallienus laureatus pariter ac togatus, ſtans ex adverſo, pateram tenet dextrâ, ſiniſtrâ verò ſcipionem in cujus apice aquila. *Fontaine.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PIETATI AVGG. (5) Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextrâ tenet neſcio quid. *RE.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

P M TR P II COS II PP. Jupiter nudus ſtans, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam tenet. *RDR.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P IIII COS III PP. (6) Typus ut ſuprà. *RDR.*

IMP VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

P M TR P V COS IIII PP. Duæ figuræ ad tripodem ſacrificantes. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P V COS IIII PP. Duæ figuræ militares paludatæ ſtantes, dextris clypeos junctos humi poſitos & haſtas tenent. *Frad.*

(1) Nummi cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

(2) Vide quæ de ſimili nummo argenteo ejuſdem Auguſti diximus; hic cum rarioribus collocandus.

(3) Nummus hic ac ſequens inter rariores collocandi.

(4) Habes cum hac epigraphe, & eodem typo nummum argenteum ejuſdem Auguſti, ubi vide quæ adnotavimus. Nummus hic rariſſimus; ſequentes verò haud obvii.

(5) Nummus rariſſimus in Valeriano, ſequentes autem cum rarioribus adnumerandi.

(6) Videſis ſuprà noſtras in nummos argenteos notas.

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *RDR.*

IMP VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

RELIGIO AVGG. Diana altè ſuccincta, dextrâ ſagittam è pharetrâ extrahit, ſiniſtrâ arcum tenet: à dextris in areâ Q. *Cham.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

RELIGIO AVGG. (1) Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Q. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVT GENER HVMANI. (2) Figura manibus elatis, ſed exeſa vel detrita. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR ORBIS. Imperator paludatus ſtans, vultu dextrorſum converſo, figuram muliebrem turritam in genua procumbentem apprehenſam ſublevat dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Val. Bau.*

Alius cum S. C. in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

RESTITVTOR ORBIS. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Le Roy.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVT ORIENTIS. Imperator paludatus à ſiniſtris ſtans, ſiniſtra haſtæ innixus; & mulier à dextris Imperatori coronam lauream imponit. *Cham. Val.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

ROMAE AETERNAE. Roma galeata inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Fontaine.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVGG. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſerpente circunvolutam, pateram tenet dextrâ quâ ſerpentem paſcit, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP VALERIANVS AVG. Caput Valeriani ut ſuprà.

SECVRIT PERPET. Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixo, dextrâ tenet haſtam. *Fontainl.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ elatâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum prægrandem humi poſitum tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Le Roy. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA G M. (4) Victoria ad dextram converſa ſtans, dextrâ coronam lauream tenet, ſiniſtrâ palmæ ramum. *Cham.*

IMP C P LIC VALERIANVS AVG. Caput Valeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VOTA ORBIS. (5) Duæ Victoriæ ſtantes, clypeum palmæ ramo inuixum tenent. *Cham.*

(1) Nummi cum hac epigraphe rariſſimi, ſed vide quæ ad ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti adnotavimus.

(2) Nummus cum rarioribus adnumerandus, ſequentes verò haud obvii.

(3) Nummus hic ac ſequens ex ære puro tertii moduli haud obvii ſunt.

(4) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis ob epigraphen, ac explicat alium ejuſdem Auguſti argenteum, in quo *Germanicus Maximus Ter* dicitur Valerianus ob victorias per filium Gallienum ac ejus Duces à Germanis reportatas.

(5) Plures nummos argenteos reperi ejuſdem Auguſti cum hac epigraphe, & hoc typo, licet non obvii ſint; ſed ex ære puro rariſſimi ſunt.

NUMISMATA Æ. III.
in Coloniis cuſa.

IMP LICINI VALERIANV. (ſic) Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL AVG TRO. *Colonia Auguſta Troadenſis.* Lupa à dextris ſiniſtrorſum cum puerulis Romulo & Remo. *Regius.*

IMP LICINIVS VALERIANVS AVG. Caput Valeriani laureatum.

COL AVG TRO. Victoria pede ſiniſtro globo inſiſtens, ambabus manibus coronam ſuprà caput extollit. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL AVG TROA. Lupa à dextris ſiniſtrorſum, cum puerulis Romulo & Remo. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL AVG TROA. Equus à dextris ſiniſtrorſum liberè paſcens. *Vaillant.*

NUMISMATA GRÆCA Æ. III.

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. *Imperator Cæſar Publius Licinius Valerianus.* Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕϹΙΩΝ. *Epheſiorum.* Diana Venatrix genu ſuprà cervum humi decumbentem poſito, dextrâ telum è pharetrâ depromit, ſiniſtrâ cornu ejus diſcerpit. *Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ. Figura muliebris tutulata ac ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟΥ ΛΙ..... Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ. (1) Diana Epheſia, & infrà duæ figuræ nudæ ad terram decidentes. *Brandenburg.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ ΤΥΧΗ. (2) *Epheſiorum Fortuna.* Figura muliebris tutulata ac ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Le Roy. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ ΤΥΧΗ. Typus ut ſuprà. *Regius.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ ΤΥΧΗ. Typus ut ſuprà abſque arâ. *Frad.*

....

ΕΦΕϹΙΩΝ ΚΑΥϹΤΡΟϹ. (3) *Epheſiorum Cayſter.* Fluvius Cayſter decumbens ſolito more. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΘΕϹϹΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (4) *Theſſalonicenſium.* Mulier tutulata ſtans ad aram, dextrâ Cabiri icunculam geſtat, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Metropolitarum.* Figura muliebris tutulata ac ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Mars galeatus ſtans, dextrâ haſtæ innixus, ſiniſtrâ clypeo humi poſito. *Regius. Vaillant.*

....

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. (5) Fluvius in herbis decumbens, dextrâ arundinem, lævâ urnæ aquas vomenti innixus. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. (6) *Nicæenſium.* Tres Charites nudæ ſeſe brachiis amplectentes. *Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Valeriani laureatum, ad humeros cum paludamento, dextrorſum.

ΕΠΙ ΓΡ ΑΙΛ ΠΡΟΚΛΟΥ ΝΥϹΑΕΩΝ. (7) *Sub Scriba Ælio Proclo Nyſaenſium.* Bacchus ſeminudus ſtans, dextrâ cantharum tenet, lævâ thyrſum: pro pedibus à dextris tigris. *Brandenburg.*

(1) Hic nummus Valeriani ab Epheſiis cuſus non extat apud Vaillantium.

(2) Nummum hunc recenſet Vaillantius ex cimelio Fucaltiano inter nummos ſecundi moduli.

(3) Cayſter fontes habet in Phrygiâ, teſte Strabone, deinde per Lydiam fluit, & rigatis Philadelphiâ aliiſque urbibus & Epheſo, ad mille paſſus verſus Boream in Ionium ſinum delabitur. Cayſtrum autem in Epheſiorum nummis ſignatum putat Vaillantius, non ad denotandum urbis ſitum, ſed potius ejus cultum. Vide apud Ælianum in plurimis urbibus fluviorum cultum.

(4) De urbe Theſſalonicâ, & Deo Cabiro à Theſſalonicenſibus magno honore culto ſuprà locuti ſumus. Nummus hic Vaillantio ignotus.

(5) Nummus hic ſpectat ad Metropolim Phrygiæ, quam ad Mæandrum ponit Ptolemæus; de quâ quidem urbe nonnulla ſuprà diximus.

(6) Recenſetur hic nummus à Vaillantio ex eodem Regio cimelio inter nummos ſecundi moduli.

(7) Similem nummum habes ſuprà inter nummos ſecundi moduli.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita Valeriani & Gallieni adverſa.

ADLOCVTIO AVGVSTOR SC. Valerianus, & Gallienus ſtantes in ſuggeſtu cum figurâ militari, alloquuntur cohortes.
Eadem epigraphe. Capita Valeriani & Gallieni

ADVENTVS AVGG SC. Duo Imperatores in equis, præcedente Victoriâ, & ſubſequentibus militibus.
IMP C P LIC VALERIANVS AVG.

APOLLO CONSERVA SC. Apollo nudus, dextrâ ramum, ſiniſtrâ lyram.
Eadem epigraphe.

APOLLINI CONSERVA SC. Typus ut ſuprà.
IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG.

APOLLINI CONSERVATORI. Apollo nodus, dextrâ lauri ramum.
IMP C P LIC VALERIANVS AVG.

APOLL PROPVGN SC. Apollo ſtans, arcum tenens.
IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG.

APOLLO SALVTARI. Figura, dextrâ ſpicas, ſiniſtrâ citharam.
....

CONCORD AVGG SC. Figura ſtans, dextrâ ramum, lævâ duplex cornucopiæ.
IMP C P LIC VALERIANVS AVG.

CONCORDIA AVGG SC. Figura ſtans, dextrâ pateram, læva duplex cornucopiæ.
IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG.

CONCORDIA EXERCIT SC. Figura, dextrâ pateram, ſiniſtrâ Victoriolam, aut duo cornucopiæ.
Eadem epigraphe.

DEO VOLCANO. Templum quatuor columnarum, in quo Vulcanus dextrâ malleum propè fucinam.
IMP C P LIC VALERIANVS AVG.

FELICITAS AVGG SC. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ.
Eadem epigraphe.

FIDES MILITVM SC. Figura ſtans inter duo ſigna militaria.
IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG.

IOVI CONSERVAT SC. Jupiter nudus, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam.
Eadem epigraphe.

IOVI CONSERVATORI SC. Typus ut ſuprà.
IMP VALERIANVS.

LIBERALITAS AVG SC. Figura, dextrâ teſſeram, ſiniſtrâ cornocopiæ.
IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG.

LIBERALITAS AVGG SC. Typus ut ſuprà.
CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita Valeriani & Gallieni adverſa.

LIBERALITAS AVGVSTOR SC. Figura muliebris ſtans, dextrâ teſſeram, ſiniſtrâ cornucopiæ.
Eadem epigraphe cum eodem typo.

LIBERALITAS AVGVSTOR SC. Valerianus, & Gallienus ſedentes in ſubſtructione pro coogiario, aliis figuris ſtantibus.
IMP C P LIC VALERIANVS AVG.

MARTI PACIF SC. Figura militaris gradiens, dextrâ ramum, ſiniſtrâ ſcutum cum haſtâ purâ.
Eadem epigraphe.

PAX........SC. Pacis ſtantis typus.
IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG.

P M TR P V COS IIII PP SC. Imperator togatus ſedens, dextrâ globum, ſiniſtrâ ſceptrum.
Eadem epigraphe.

PROVIDENTIA AVG. Providentiæ typus.
Eadem epigraphe.

RESTITVTOR ORBIS SC. Imperator paludatus ſtans, ſiniſtrâ haſtam, dextram porrigit figuræ in genua procumbenti.
Eadem epigraphe.

RESTITVTOR ORBIS SC. Imperator palodatus ſtans, dextrâ ſignum militare, ſiniſtrâ haſtam.
Eadem epigraphe.

RESTITVT ORIENTIS. Duæ figuræ, alia ſtolata dextrâ lauream, alia militaris cum pilo.
Eadem epigraphe.

SECVRITAS AVGG SC. Figura ſtans columnæ nixa, dextram capiti admovet, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam.
....

SECVRIT PERPET SC. Figura ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ columnæ nixa.
IMP VALERIANVS P F AVG.

VICTORI ROM. Victoria, dextrâ ſertum, ſiniſtrâ palmam.
IMP C P LIC VALERIANVS AVG.

VICTORIA AVG SC. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.
Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGG SC. Victoria ſtans, dextrâ ſertum, ſiniſtrâ palmam.
Eadem epigraphe.

VICTORIA AVGG SC. Victoria, dextrâ ſcutum, ſiniſtrâ palmam.

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG.

VICTORIA AVGG SC. Victoria ſtans, dextrâ ſcuto oblongo appoſitâ, ſiniſtrâ palmam.

IMP C P LIC VALERIANVS AVG.

VICTORIA AVGVSTORVM. Imperator paludatus inter milites legionarios, ſignis haſtiſque armatos, quorum unus Victoriolam globo inſiſtentem offert Imperatori.

....

VICTORIA GERMANICA SC. Victoria ſtans, dextrâ ramum; pro pedibus captivus.

IMP C P LIC VALERIANVS AVG.

VIRTVS AVGG SC. Figura militaris ſtans, dextrâ ſcutum tenens, ſiniſtrâ haſtam.

....

VOTA ORBIS. Victoria inſcribens clypeo X.

....

VOTIS DECENNALIBVS SC. in laureâ.

Nummi in Coloniis cuſi.

IMP CAES P LIC VALERIANVS P AVG.

COL AM....S METRO. Hygia ſtans, dextrâ ſerpentem, cui pateram ſiniſtrâ porrigit; cum Æſculapio dextrâ bacillum tenente, cum ſerpente involuto.

....

COL IVL AVG FEL BER. Jupiter ſeminudus cum calathro, dextrâ crucem, coronatur à Victoriâ in columnâ ſtante.

IMP CAES LIC VALERIANVS AVG.

COL IVL AVG FEL HEL CERT SACR CAP OEC IS HEL. Tres ollæ in quarum medio tres palmæ rami; *in aliis* duo tantum.

IMPERATOR LICINIVS VALERIANVS AVG.

COLONIA PTOLOMAIDES. Ara, ex quâ emanant ſerpentes, & caduceum.

IMP C P LIC VALERIANVS AVG.

COL ROM ET....... Aquila roſtro lauream tenens.

Eadem epigraphe.

COL TRO. Imperator ſtans coram trophæo, cui dextram imponit; ad pedes puerulus. Poſt eum Victoria inſiſtens columnæ, quæ Imperatori lauream imponit.

....

COL AVG TRO. Victoria orbi innixa.

....

COL AVG TRO L. Lupa cum gemellis.

....

COL TYRO MET. Porta urbis, propè quam figura ſtans ſuprà turrim, Deam, vel aliam figuram humi ſtantem reſpiciens. Figura humi ſtans, habet ſiniſtrâ haſtam, dextrâ ſceptrum, quo Solis caput radiatum humi jacens monſtrat primæ figuræ. Ante hanc figuram alia parva quaſi terram ligone fodiens, poſt eam, cornucopiæ.

....

COL TYRO MET. Figura paludata ſtans, dextram trophæo imponens, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum; ad pedes, hinc Satyrus, illinc concha; à Victoriâ in columnâ prope ſtante coronatur.

IMP VALERIANVS P AVG.


P M S COL VIM AN II. Dea ſtans inter leonem, & vitulum.

Eadem epigraphe.

P M S COL VIM AN XVI. Typus ut ſuprà.

MARINIANA.

MARINIANA altera Valeriani uxor, & Valeriani Junioris mater à pleriſque creditur; ſed nulla hujus apud Scriptores mentio.



P. Simonneau filius fecit

NUMISMATA AUREA.

DIVAE MARINIANAE. Caput Marinianæ velatum.

CONSECRATIO. (1) Figura pavoni inſidens. *RE.*

(1) Nummos Marinianæ aureos hactenus inſpectos non eſſe ſcribit Vaillantius; at miror virum tantum latuiſſe hunc ſingularem nummum aureum, qui aſſervatur in Regio cimelio Etruriæ, præſertim cum ipſe totam illius cimelii nummorum ſeriem diu præ manibus habuiſſet.

NUMISMATA ARGENTEA.

DIVA MARINIANA.
CONSECRATIO. Pavo ferens animam Marinianæ in cœlum. *MB.*
Eadem epigraphe.
CONSECRATIO. Pavo expanſâ caudâ. *MB.*
DIVAE MARINIANAE. Caput Marinianæ velatum, ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.
CONSECRATIO. Pavo à dextris ſiniſtrorſum, alis expanſis, cujus dorſo Mariniana ſtolata ac velata inſidens à ſiniſtris dextrorſum, dextram attollit, haſtam verò puram tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. RE. Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
CONSECRATIO. (1) Pavo à ſiniſtris dextrorſum, cætera ut ſuprà. *Regius. Cham. Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
CONSECRATIO. Pavo à fronte caudâ expansâ. *Fouc. Cham. Regius. RE. MB.*
Alius cum v. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Alius cum v. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
CONSECRATIO. Pavo à dextris ſiniſtrorſum caudâ expansâ. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

(1) Mariniana altera Valeriani uxor, mortua videtur initio ejus imperii, cum non alii ejuſdem nummi reperiantur, præter quàm illi qui hîc exhibentur, cum epigraphe & typo Conſecrationis. Pavo avis Junoni ſacra eam fert, velut alteram Junonem in cœlos elaturus. Hujus Auguſtæ nummi ex argento haud obvii.

FELICIT DEORVM. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Pon.*

(1) Nummus rariſſimus & ſingularis ob epigraphen, quæ in hac tantùm Auguſta reperitur. Cuſum fuiſſe hunc nummum poſt Marinianæ obitum teſtantur capitis inſcriptio, & velum, quo ejus regitur caput. Primus publicavit hunc nummum ex proprio cimelio eruditiſſimus Pater Chamillart, ad cujus diſſertationem lectorem remittimus.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

DIVAE MARINIANAE. Caput Marinianæ velatum ad humeros.

CONSECRATIO. (1) Pavo ad ſiniſtram ſpectans caudâ expanſâ. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSECRATIO. Pavo à fronte, caudâ expanſâ: in areâ S. C. *Frad. Fouc. Regius. Fontaine.*

Alius cum S. C. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

(1) Nummi hujus Auguſtæ primi moduli haud obvii ſunt.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

DIVAE MARINIANAE. Caput Marinianæ velatum, cum lunâ bicorni ad humeros.

CONSECRATIO. (1) Pavo à fronte caudâ expanſâ: in areâ S. C. *DC.*

Eadem epigraphe. Caput Marinianæ velatum, ad humeros abſque lunâ bicorni.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius. RE. DC. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSECRATIO. (2) Pavo à ſiniſtris dextrorſum, Marinianam in ſublime ferens. *Regius.*

(1) Nummi hujus Auguſtæ ex ære ſecundi moduli rari ſunt.

(2) Non alia Auguſtas & Imperatores conſecrandi ratio, niſi quòd Pavo illarum, horum verò aquila ſymbolum eſſet conſecrationis; aquila enim Jovi ſacra Imperatorem velut alterum Jovem; Pavo avis Junoni ſacra, Auguſtam veluti alteram Junonem in cœlos efferre credebantur. Athenæus lib. XIV. Pavonem ideò Junoni ſacrum ait, quod in Junonis Samiæ templo primum editi ac educati, genus inde in alias regiones propagatum ſit. Nummus hic rariſſimus.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

DIVAE MARINIANAE. Caput Marinianæ velatum, cum lunâ bicorni ad humeros.

CONSECRATIO. Pavo à fronte caudâ expanſâ. *Fouc. Le Roy.*

DIVA MARINIANA. Caput Marinianæ velatum.

CONSECRATIO. (1) Figura pavoni inſidens. *RE.*

(1) Licet omnes nummi hujus Auguſtæ ex ære puro tertii moduli rari ſint, tamen hic eſt rariſſimus.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

DIVA MARINIANA.

CONSECRATIO SC. Figura Imperatricis à pavone in cœlum delata.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO SC. Pavo expanſâ caudâ.

DIVAE MARINIANAE.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà.

CYRIADES.

CYRIADES patre divite ac nobili natus, ſed vitiis atque omni dedecore infamis, cum direptis paternis opibus Perſas petiiſſet, belli Romano Imperio exitiabilis author fuiſſe fertur. Odenatho namque primùm, ac deinde Sapore Perſarum Rege incitatis, ingentes Barbarorum copias in patriam ſuam duxit, primoque impetu Carras & Niſibin Meſopotamiæ, & Antiochiam Syriæ nobiliſſimas urbes cepit. Addit Pollio Cæſaream Cappadociæ, quam tamen poſt Valeriani cladem demùm captam cæteri Scriptores tradunt. Quicquid ſit, Antiochiæ relictus à Perſis interea dum prædam ſuam domum deportant, Cæſaris ac mox Auguſti dignitatem arripuit, univerſumque Orientem aliquandiu territavit. Fuere qui ſcriberent patrem ab eo tunc interfectum; ſed illud, quòd ab aliis Hiſtoricis negatur factum, nos in medio relinquimus. Poſtremo cum adventare Valerianum fama eſſet, per inſidias ſuorum, quorum invidiam luxuriâ ſuâ & aſperitate commoverat, ſublatus eſt anno 258.

NUMMUS AUREUS.

IMP CAESAR M CYRIADES P F AVG.	IMPERATORVM AVGG ADVENT. (1) *MB.*

(1) Hunc rariſſimum, imò ſingularem nummum profert Fulvius Urſinus in Notis ad varios Hiſtoricos.

INGENUUS.

DECIMUS LÆLIUS INGENUUS Pannoniarum Præſes ſub Valeriano & Gallieno, cum ex Imperatoribus hic Germanos è Galliis arceret, ille Perſico bello intentus eſſet, Imperator ab exercitibus Mœſiacis appellatus eſt anno Chriſti 258. M. Aurelio Memmio Tuſco, & Baſſo Coſſ. Pollionem enim hac in parte magis, quàm Aur. Victorem qui poſt Valeriani cladem hanc rebellionem refert, duplici ex causâ ſequimur: primâ, quòd in illo Conſulum nota reperiatur, in hoc non item: alterâ, quòd ſex tantùm Imperii annos Valeriano adſcribat Victor, atque ita captum anno 258. per errorem exiſtimaſſe videri poſſit, quo anno cum Ingenui defectionem à Scriptoribus coævis narratam viderit, hanc poſt captum infeliciſſimum Principem cœptam, ut ex errore in alium errorem labi ſolemus, opinatus ſit. Cæterum notat ſuprà laudatus Pollio, Imperatoriam dignitatem à militibus Ingenuo collatam ideò fuiſſe, quod neminem Ducum irrumpentibus Sarmatis fortiùs obſtiturum ſperarent; ſed horum expectationem explere Ingenuo non licuit. auditâ enim rebellione Gallienus arma confeſtim in eum movit, acieque victum Murſiam fugere compulit, ubi de ſalute tandem deſperans miſerrimus tyrannus, mortem ſibi intulit ipſo quo purpuram ſumpſerat anno.

Nummus incerti metalli ac moduli.

IMP C INGENVVS P F AVG.
VIRTVS AVGVST SIRM P. *MB.*
Ejuſdem tyranni has Inſcriptiones in ſuam nummorum ſeriem congeſſit Mediobarbus.

IMP C INGENVVS AVG. *ex Goltzio.*
IMP C D INGENVVS P F AVG. *ex eodem.*
IMP C D LAEL INGENVVS P F AVG. *ex Notis Faſchtanis.*

GALLIENUS.


PUBLIUS LICINIUS GALLIENUS Valeriani filius è priori uxore cujus nomen intercidit, Cæſar primum à Senatu, deinde Auguſtus à patre appellatus adultâ æſtate anni 253. cum Rempublicam per aliquot annos commodè adminiſtraſſet, poſtea capto à Perſis Valeriano, totus ſibi impar vixit, interdum ſtrenuus ac fortis, ſed ut plurimum ignavus & ſocors, prorſus ut ad voluptatem propenſior videretur. Primum illi bellum cum Germanis fuit, qui in Gallias eodem tempore, quo in Græciam & Aſiam Scythæ irruperant. Ibi plurima virtutis ſpecimina edidiſſe eum neceſſe eſt, cum Germanici Maximi titulum inde reportarit, ut variis in nummis legimus: & ſanè barbaros ab eo repreſſos Zoſimus ſcribit, Eutropius verò ejus initia probat, quaſi feliciſſima, Romanoque Imperio utillima fuerint. Ducum porrò fortiſſimorum operâ uſus eſt hoc in bello Gallienus, Aureliani & Poſtumi, ſed illius uno & altero anno, hujus verò ab anno 256. ad annum 258. quo, cum ſtrenuè, ut hactenus ſolebat, ſe gereret, atroces de Ingenui Pannoniarum Præſidis rebellione, ſimulque de irruptione Sarmatarum nuntii Principem noſtrum è Galliis exciverunt. Harum igitur adminiſtratione Poſtumo commiſsâ, Gallienus cum iter in Illyricum intendiſſet, tyrannum quidem facilè oppreſſit, Sarmatas verò, poſteaquam univerſum illum tractum per occaſionem belli civilis impunè depopulati eſſent, aggreſſus, Imperii finibus tandem expulit anno 259. aut ſequenti. Eâdem tempeſtate Germani, ſive ut mavult Dexippus, Juthungi Scythæ ruptis Alpium clauſtris per Italiam effuſi tantum terrorem injecerant, ut tumultuario exercitu collecto, Senatus ſatis benignè ſecum agi putaret, ſi barbaros à mœnibus Urbis ſubmoveret, ac univerſam propè Italiam devaſtari pateretur. Reipublicæ difficultates augebat amiſſa Hiſpania, longâ pace felix ac dives Provincia, quæque non tributis & vectigalibus magis onera Imperii levare, quàm acerrimis militibus cæteras Provincias tueri hactenus conſueverat, tunc barbarorum præda, quos tamen ad internecionem deinde cæſos probabile eſt: cum enim copiarum maximam partem Gallienus, dum Ingenuum ulciſci parat, è Rheni limite trepidiùs ſubduxiſſet, nec Poſtumo ſuas diſtrahere ſtatim licuiſſet, Germanorum ſeu Francorum exercitus flumen tranſgreſſus, ac direptâ Galliarum parte, in Hiſpaniam denique penetravit, Tarraconemque nobiliſſimam urbem expugnavit, ut ſcribunt Eutropius & Aur. Victor. Cum igitur tot ſimul hoſtes ſuſtinere nequirent Romani, ventum eſt ad fœdus cum Attalo Marcomannorum, ſive Juthungorum Rege, ignominioſum illud quidem, ſed quod fatali neceſſitate extortum videri poterat, niſi libidinis ſuæ rationem in illo habuiſſet Gallienus: nimirum parte Superioris Pannoniæ Barbaro ceſſit, ſimulque filiam ejus Piparam ſive Pipam virginem pulcherrimam matrimonii quidem ſpecie, ſed ut eventus poſtea comprobavit, in pellicatum accepit, cujus amore ita inſaniiſſe fertur, ut flavos barbaræ mulieris crines ſuis crinibus conderet. Interea non melior in Oriente rerum conditio; cum enim Valerianus Perſici belli curam in ſe ſuſcepiſſet, receptâ primum Antiochiâ, deinde juſto prælio ſuperatus, poſtremo à Perſis captus eſt, ſummamque dignitatem cum ignobili ſervitute commutavit. Hanc patris,

adeoque totius Reipublicæ cladem ludificatum fuiſſe, ac per riſum & jocum contempſiſſe Gallienum Pollio tradit: ſed idem huic Scriptori vitium fuiſſe apparet, quod cæteris illius ævi Hiſtoricis, ut in deſcribendis Imperatorum Vitis nihil quicquam penſi haberent, dum eos vel cum optimis æquipararent, vel ad peſſimos deprimerent; & ſanè fidem hîc non facit de Principe, quem ſi aliis virtutibus deſtitutum concedamus, ab humanitate certè alienum non fuiſſe pax Chriſtianorum Eccleſiis in Occidente quidem poſt captum Valerianum, in Oriente verò poſt Macrianorum cædem ſtatim reddita demonſtrat: nam quod deinde illi exprobrat cum cæteris Scriptoribus idem Pollio, patrem inultum jacuiſſe, id malevolentiâ magis quàm judicio facit, cum tot deinceps tyranni exorti ſint, ut itinera in Perſidem Gallieno intercluderentur. Rebellionem in Oriente à Macriano ejuſque liberis duobus cœptam conſtat, quorum deinde exemplum ſecuti ſunt in Theſſaliâ Piſo, Valens in Achaiâ; ſed his paucorum dierum potentia fuit, Macrianus verò poſt annum unum & aliquot tyrannidis menſes, cum Occidentis quoque Imperio immineret, cæſo exercitu periit cum uno è filiis in extremis Thraciarum partibus; alter apud Emeſam paulò poſt interfectus. Horum cæde recepta Ægyptus, quæ tamen Æmilianum tyrannum haud multò poſt habuit, cæteræ Orientis Provinciæ ad Odenathi autoritatem ſeſe applicuerunt, Palmyreni quidem, ſed ſpectatæ virtutis Ducis, qui aſſumpto Regis Orientis titulo, tot clades Perſis intrà triennium intulit, ut omiſſo vicina Imperia laceſſendi conſilio, ſatis benignâ uti fortunâ ſibi viderentur, ſi bellum à ſuis finibus propulſare poſſent. Cæterum Odenathi tyrannidem eò leniùs ferebat Gallienus, quòd ab illo obſervari ſe videret; nam & hujus auſpiciis Valeriani injurias ſe ulciſci adſimulabat barbarus, & nobiles bello captos Romam mittebat, non virtutis magis quàm obſequii ſui teſtes; quamobrem impellentibus Valeriano Jun. fratre & Lucillo propinquo Auguſtam dignitatem in illum tandem contuliſſe fertur Gallienus anno 264. ſed animum odii atrocem incendebat Poſtumi defectio, qui poſtquam Gallias ſolus ſub Corn. Salonini Cæſaris Gallieni filii nomine per integrum fermè triennium tenuiſſet, adoleſcentem per ſummam perfidiam interfecerat, ineunte, ut quidem videtur, anno 261. Totius ferè Occidentis vires in importunum tyrannum ſtatim convertit Gallienus; ſed bello mutuis cladibus tracto ad annum uſque 263. ne partam tandem victoriam retineret, obſtitit militum Thraciorum rebellio, qui Byzantium clariſſimam urbem, incertum quâ de causâ, ita devaſtaverunt, ut è veteribus incolis nemo eam cladem evaſerit, niſi ſi quis aut peregrinaretur, aut rei militari operam daret. Cum enim cæſo fuſoque Poſtumi exercitu, bellum ab Aureolo Duce confici poſſe ſperaret, ipſe ad ulciſcendam Byzantiorum cædem advolavit, rebelleſque ipſâ velocitate adeò terruit, ut altero quàm ad urbem acceſſerat die ſeſe dediderint, fide tamen acceptâ rebellionem ſibi fraudi non fore, quam ſtatim irâ præceps Gallienus fregit, omnibus ad unum interfectis. Decennalia deinde à Principe noſtro Romæ celebrata, ſolenniori quàm à ſuperioribus Imperatoribus, eoque ridiculiori pompâ, cum ſpeciem quandam multiplicis triumphi in eos addidiſſet: illic enim conſpectas fuiſſe ſimulatas gentes Gotthos & Sarmatas, & Francos & Perſas Pollio ſcribit, cum Gothos ne vidiſſet quidem Gallienus, Perſas verò Odenathus nullo adjuncto Romano Duce ſuperaſſet. Gallieni vanitatem eò opportuniùs hîc irridet Pollio, quòd præter Regillianum, Æmilianum, Saturninum tyrannos, quorum primus Mœſiam, alter Ægyptum, tertius denique

incertum quam Provinciam obtinebant, Poſtumus quoque renovatis viribus integrum bellum oſtentabat, connivente, ut quidem ſcribit Zonaras, Aureolo, qui cum potentiam ſuam in perturbationibus Reipublicæ creſcere animadverteret, jam partam victoriam perfidioſâ prævaricatione corruperat. Victorinum eâ tempeſtate ad communionem Imperii vocatum à Poſtumo fuiſſe probabile eſt, cum novi illius tyranni cædes ad extremum anni 267. vel ad initium ſequentis pertinere videatur, quem tamen integrum triennium tranſegiſſe negant Scriptores: ſed eorum quæ ad redintegratum in Galliis bellum ſpectant nihil ad nos pervenit, niſi quòd in obſidione cujuſdam urbis Gallienus, qui eò ſtatim poſt ludicrum triumphum advolaverat, dum mœnia incautiùs ſubit, ſagittâ vulnus accepit, filiique cædem ulciſci tandem deſperans, hinc iterum re infectâ diſceſſit, univerſas vires in Scythâs converſurus: quod bellum ut accuratiùs deſcribamus, inde ab anno 258. repetendum videtur. Narrat Zoſimus Boranos Scythicam gentem, cum Succeſſianum quem memoriâ noviſſimæ cladis maximè formidabant, Valerianum adversùs Perſas ſecutum fuiſſe comperiſſent, majori numero rediiſſe, captiſque Pityunte & Trapezunte opulentiſſimis urbibus maximam prædam domum deportaſſe. Horum exemplo finitimi Scythæ incitati per Græciam & Aſiam ſeſe effudere, eaſque Provincias per aliquor annos pari propè ſucceſſu depopulati ſunt: in Aſiâ enim cum Chalcedonem & Nicæam & Nicomediam, âliaſque plurimas urbes ferro & igni devaſtaſſent, Romanorum Ducum virtute tandem ſuperati, patriamque repetere coacti ſunt circà annum 263. qui verò Græciam aggreſſi fuerant, dirutis civitatibus plurimis, ipſiſque Athenis captis, in Achaiâ denique à Marciano victi, ultrà Iſtrum receſſerunt, maximâ quoquoverſus dum fugerent editâ ſtrage. Hic finis belli eſſe debuerat, ſi ullâ ratione barbarorum cupiditas & avaritia expleri potuiſſent; ſed dum ſollicitante prædâ revertuntur, tot ferè clades paſſi ſunt, quot priori expeditione intulerant: mari & terrâ dimicatum eſt, Romanorumque virtutem fortuna conſtanter adjuvit. Veneriani & Marciani potiſſimum operam hoc in bello enituiſſe Pollio tradit; ſed Gallienus quoque in partem hujus laudis vocandus erat, quòd miſſis Cleodamo & Athenæo Byzantiis, qui dirutarum urbium mœnia refici curarent, limitumque defenſione optimis Ducibus commiſsâ, huic poſtremæ irruptioni quâ ratione poterat occurrerit, ac deinde quòd ingentem barbarorum exercitum in Illyrico fuderit. Dum hoc bellum tam feliciter quàm ſtrenuè geritur, audita Odenathi cædes, ſpeſque Orientis recipiendi affulſit; ſed eam fruſtra conceptam brevi oſtendit Zenobia Odenathi conjux: miſſum enim à Gallieno Heraclianum ut eas Provincias regeret, mulier fortiſſima, cæſo ejus exercitu fugavit, Imperiumque filiorum nomine deinceps ita adminiſtravit, ut optimis Principibus comparari poſſe videretur. Is erat rerum ſtatus, quum fidem deſeruiſſe Aureolum Rhætiæ Præſidem, captâque Mediolano toti Italiæ imminere nuntiatum eſt; quæ rebellio Gallienum ita perturbavit, ut poſito Scythico bello, fortiſſimos Ducum Claudium, Aurelianum, Heraclianum, Marcianum, ſe adverſus tyrannum ſequi vellet: enimverò Aureolum acie victum, Mediolanique deinde obſeſſum fuiſſe uterque Victor ſcribit, ſed Gallieno, dum bellum acerrimè urgeret, mors maturata eſt per ſuorum inſidias circà menſem Martium anni 268. Multa variant de cæde ejus auctores; nobis ea ſententia placet quæ Aureoli commento periiſſe vult, cum vir callidus literas velut à Gallieno ſcriptas ſubmiſiſſet, quibus necem ab illo præcipuis Ducibus parari


confingebat; hanc enim ſententiam ambo Victores, Eutropius & Zonaras amplexi ſunt, cæteri non adverſantur, niſi quòd de inſidiis loquuntur, de cauſâ quæ ad facinus impulit ſilent. Inſidiarum rationem omnes ita narrant; ſimulatâ rebellium eruptione, Gallienum nocte intempeſtâ, ut erat in ſubitis rebus vehementior, è tabernaculo in quo tum fortè cœnabat prorupiſſe, teloque à Cecrope vel Cecropio Dalmatarum turmæ præfecto, antequam eum ſui ſtipatores ſequi potuiſſent, confoſſum fuiſſe. Sic periit Princeps, quem in malorum numerum Scriptores referunt, quòd voluptatibus magis indulſerit quàm tempora Reipublicæ ferrent, licet plurima bella per ſe adminiſtraverit, in quibus pericula eum non defugiſſe & vulnus in Galliis acceptum, & ipſum mortis genus oſtendunt. Annum tunc agebat ætatis quinquageſimum, Imperii decimum quintum; ſed cum patre ſeptem annos, cæteros ſolus aut cum Valeriano Jun. fratre imperaverat. Præter eos quos ſuprà memoravimus tyrannos, alii plurimi variis in Provinciis Gallieni ætate extitere: hos recenſet Pollio, Lollianum, Marium, Tetricos in Galliis, Trebellianum in Iſauriâ, Celſum in Africâ, Baliſtam & Maconium in Oriente, de quibus plura hîc ſcribere ſuperſedemus, quod omnium tyrannorum vitas ſingulis capitibus complectamur: Lolliani loco Ælianum, ſive Lælianum Victor Junior & Eutropius Græcus habent. His Zoſimus Cecropem Maurum cum Antonino in Italiâ adjicit; ſed Antonini nihil ad nos niſi nomen pervenit: Ducem verò cui Cecropi nomen eſſet, præter eum cui Gallieni interficiendi cura mandata eſt, reperimus neminem. Maximo etiam terræ motu Libyam, Italiam, ac præcipuè Aſiam conquaſſatas anno 262. Pollio refert; ſed peſtem, quâ multos mortales per quindecim annos aſſumptos teſtatur Philoſtratus apud Evagrium, cum anno 252. graſſari cœperit, anno tandem 267. ſævire deſiiſſe conjicimus.

Post pag 150.



BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Digitized by Google



Digitized by Google

NUMISMATA AUREA.

GALLIENVS AVG.
ADVENTVS AVG. (1) Figura equeſtris. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros.

AEQVITAS AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ geſtat bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Brandenburg.*

. . . .

ALACRITATI. (2) Pegaſus. *MB.*

GALLIENVS AVG.
APOLLO CONSER. Apollo nudus, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ citharam. *MB.*

Eadem epigraphe.
APOLLO CONSER. Figura nuda, dextrâ citharam, ſiniſtrâ bacillum. *MB.*

Eadem epigraphe.
APOLLO CONSERV. Figura Apollinis nudi ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ citharam. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG.
APOLLINI CONSERVA. Apollo nudus, dextrâ ſpicam, ſiniſtrâ citharam. *MB.*

GALLIENVS AVG.
APOLLINI CONS AVG. Hippocentaurus. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG.
APOLLINI CONS AVG. Monſtrum alatum. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.
CONCORDIA EXERCIT. Figura muliebris ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ geſtat pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.
DEO AVGVSTO. (3) Caput Auguſti laureatum, ad humeros, ſiniſtrorſum. *Regius. MB.*

Eadem epigraphe.
DIANA FELIX. Diana ſuccincta ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ arcum, cum cane venatico ad pedes. *MB.*

Eadem epigraphe.
DIANAE CONS AVG. Cervus. *MB.*

Eadem epigraphe.
DIANAE CONS AVG XII. Cerva. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG.
DIANAE CONS AVG. Cerva. *MB.*

Eadem epigraphe.
DIANAE CONS AVG XII. Cerva. *MB.*

GALLIENVS AVG.
FELICIT PVBL T. Figura ſedens, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.
FIDES MILITVM. in coronâ laureâ. *DC. RE. Fontaine.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.
FIDES MILITVM. in coronâ laureâ. *Regius.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum ad humeros, dextrorſum.
FIDES MILITVM. in coronâ. *Brandenburg.*

GALLIENVS AVGVSTVS.
FIDES MILITVM. in laureâ. *MB.*

Eadem epigraphe.
FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG. Gallienus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum,

(1) Licet omnes Gallieni nummi aurei non obvii ſint, tamen hic inter rariſſimos recenſetur à Vaillantio, qui eum cuſum putat in monumentum adventûs Gallieni ex Germaniâ in urbem, ut illato ab Scythis Italiæ bello remedium afferret, ut ſcribit Zoſimus.

(2) Epigraphe hæc & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Nummus ſingularis, quem ex Franciſco Angelloni profert Mediobarbus. Vide nummum ſimilem infrà inter æreos ſecundi moduli.

(3) Pleri que Romanorum Principes inter divos relati, à Gallieno reſtituti fuere, in quibus ex unâ parte cernitur eorum effigies cum epigraphe, nimirùm circà effigiem Auguſti legitur, DIVO AVGVSTO; ex alterâ verò parte viſitur ara ignita, ſeu aquila conſecrationis ſymbolum, cum epigraphe, CONSECRATIO; & ita ſe habent omnes nummi argentei Principum Romanorum à Gallieno reſtituti, ut videre eſt infrà; verùm in hoc nummo aureo Auguſtum ut Imperii fundatorem, ad aliorum diſtinctionem cum effigie ſuâ Gallienus conjunxit, & epigraphe DEO AVGVSTO donavit; cum quâ etiam epigraphe habetur nummus ejuſdem Auguſti in Coloniâ Tarraconenſi cuſus; inſolens quidem & veſana *Dei* pro *Divi* appellatio, nam Servius inter Deos & Divos ita diſtinguit, ut Dii dicantur æterni, Divi autem qui ex hominibus fiunt, quâ ratione templum & Julii & Auguſti Romæ apud Dionem Ἡρῷον dictum eſt: Ἡρῷον autem verè erat fanum Heroi conſtructum, unde *Divi* titulo illi Romanorum Principes poſt mortem decorati ſunt, qui in vitâ præclarum aliquid in Republicâ fecerant: poſtea tamen creſcente in dies adulatione, plerique ne vivi quidem id honoris aſpernati ſunt, imò Dei appellationem ambierunt, ut de Domitiano ſcribit Eutropius, qui ſe Dominum & Deum primus appellari juſſit; ſed poſt mortem nec Divus appellari meruit. Nummus hic rariſſimus eſt.

dextrâ

dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum in quo caput Meduſæ.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

GALLIENVS AVG. Gallienus capite laureato, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *M.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Regius.*

GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

FIDEI EQVITVM. (1) in laureâ. *Regius.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

FIDEI PRAET. Genius cum modio ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris ſignum militare erectum. *Regius.*

Eadem epigraphe.

HERCVLI CONS AVG. (2) Aper. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Gallienus capite laureato, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVA. Jupiter ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ fulmen tenet, ſiniſtrâ haſtam. *Regius. MB.*

GALLIENVS AVG.

IOVI CONS AVG. Capra Amalthea. *MB.*

GALLIENVS AVGVSTVS.

IOVI STATORI. Figura nuda ſtans cum haſtâ. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI VLTORI. Jupiter dextrorſum gradiens ac retroſpiciens, dextrâ elatâ tenet fulmen. *Regius.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

IOVI VLTORI. Jupiter ſtans, dextrâ fulmen tenet: à dextris in areâ S. *Decleſves.*

Eadem epigraphe.

IVVENTVS AVG. (3) Imperator ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.

LAETITIA AVG. Lætitiæ ſtantis typus. *MB.*

GALLIENVS AVGVSTVS.

LAETITIA AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

LAETITIA AVGG. (4) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ demiſſâ tenet corollam, ſiniſtrâ anchoram. *Regius. Farneſianus.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LIBERAL AVG. (5) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ geſtat teſſeram, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris in areâ T. *Regius.*

Eadem epigraphe.

LIBERALITAS AVG A..... Panthera. *MB.*

Eadem epigraphe.

LIBERALITAS AVG IIII. (6) Figura ſtans, dextrâ teſſeram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe.

LIBERO P CONS AVG P. Panthera. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

LIBERTAS AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ demiſſâ tenet pileum, ſiniſtrâ haſtam. *Regius.*

....

MART PROPVGNAT. Mars galeatus, dextrâ proterens captivum. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, dextrorſum.

MARTI PROPVGNAT. (7) Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, pede dextro captivum proterit, ac ſpiculo confodit, ſiniſtrâ clypeo armatâ. *Regius.*

(1) Hæc epigraphe ac ſequens tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt; hi nummi inter rariores recenſendi: cuſos autem hoſce nummos Gallieni juſſu putat Vaillantius, ad ſibi conciliandos in tot bellis externis ſeu civilibus exercitus; quemadmodum enim in ſuperioribus nummis fidem militum extollit, ita in hiſce fidem equitum, ac Prætorianorum, hoc eſt, cohortium Prætoriarum. Sub Auguſto novem inſtitutæ fuerunt, unaquæque mille hominibus conſtans; ſub Galba auctæ ſunt ad duodecim; qui numerus ſub Severo adhuc computabatur ex Dione.

(2) Nummus hic Gallieni rariſſimus. Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum adnotamus.

(3) Nummus rariſſimus. Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti adnotamus.

(4) Vide quæ ad nummos ſimiles ejuſdem Auguſti ex ære tertii moduli adnotamus.

(5) Hic nummus quem Vaillantius inter rariores recenſet, ſequenteſque Gallieni liberalitates prædicant, quas ab ipſo poſteà factas eſſe quàm Valerianus pater à Perſarum Rege captus fuit, inſcriptio indicat, dum legitur AVG. non AVGG.

(6 Notæ illæ numerales non dubito quin in imâ nummi parte ſint, ut videre eſt in nummo argenteo, in quo III. in imâ parte cernitur; quas quidem notas nonnulli ad tertiam liberalitatem, has ad quartam referunt. Vide nummos Valeriani patris.

(7) Nummus hic inter rariores recenſetur à Vaillantio, qui eundem ex argento obvium eſſe ait; ſed fallitur, cum nullum argenteum huic ſimilem repererim, ut videre eſt infrà.

Eadem epigraphe.

MERCVRIO CONS AVG. (1) Monſtrum marinum anteriori parte equum, poſteriori piſcem exhibens. *MB.*

Eadem epigraphe.

NEPTVNO CONS AVG. Monſtrum marinum hircino capite & pedibus. *MB.*

Eadem epigraphe.

NEPTVNO CONS AVG. Monſtrum marinum equino capite & pedibus. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG.

NEPTVNO CONS AVG. Monſtrum marinum anteriori parte equum, poſteriori balenam exhibens. *MB.*

GALLIENVM AVG P R. Caput Gallieni laureatum pectore tenus.

OB LIBERT REC. (2) Libertas ſtans, dextrâ palmam, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

GALLIENVS AVG.

ORIENS AVG. Solis Orientis typus. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros.

ORIENS AVG. Sol ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ geſtat globum. *RE.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ORIENS AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius.*

. . . .

PAX AETERNA. Pax gradiens, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros.

PAX PVBLICA. Figura muliebris ſtolata ſedens, dextrâ tenet ramum olivæ, ſiniſtrâ ſceptrum. *RE.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

PIETAS AVG. Mulier ſtans ad aram ignitam, utrâque manu elatâ & expansâ: in imâ parte P. *Cham.*

IMP GALLIENVS AVG COS.

P M TR P VIIII COS IIII P P SC. (3) Figura ſtolata ſacrificans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ rhabdum. *MB. maximi moduli.*

GALLIENVS AVG.

P M TR P C V PP. Imperator ſtans cum globo, cui Victoria à tergo ſertum imponit. *MB.*

Eadem epigraphe.

SAECVLI FEL. Figura muliebris, dextro pede elato, puerulum in ulnis habens. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

SECVRITAS AVG. Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextrâ tenet haſtam. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

SECVRIT ORBIS. (4) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat ſceptrum, ſiniſtrâ capiti admotâ. *Regius. RE.*

Eadem epigraphe.

SOLI CONS AVG. Pegaſus. *MB.*

Eadem epigraphe.

SOLI CONS AVG. Taurus. *MB.*

GALLIENAE AVGVSTAE. Caput Gallieni coronâ ex ſpicis concinnatâ ornatum, ad humeros dextrorſum.

VBIQVE PAX. (5) Victoria in bigis à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ baculum tenet. *Regius.*

(1) Hæc epigraphe, & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Nummum hunc ſingularem exhibet Mediobarbus ex Smetio. Vide nummos ſimiles æreos minimi moduli, qui haud obvii ſunt.

(2) Nummus hic rariſſimus cum novâ epigraphe & novo typo à Vaillantio productus, in quo populus Romanus Gallienum Auguſtum, *ſubauditur* colit, aut veneratur ob libertatem receptam; ſed hæc abſurda omninò vanaque populi adulatio, cum ipſo imperante undique Tyrannorum, Barbarorumque incurſionibus, non ſolùm diſſitæ Provinciæ devaſtarentur, ſed Italia ipſa oppreſſa jaceret; pater verò ejus Imperator, captivus apud Perſas magno Imperii Romani cum dedecore gemeret. Sed qui cum Gallieno mitius agunt, nummum hunc tunc cuſum putant, cum Gallienus, fœdere percûſſo cum Attalo Marcomannorum ſeu Juthungorum Rege, Italiam ab eorum incurſionibus liberavit. Nummum ſimilem argenteum profert Mediobarbus ex Spanhemio.

(3) Quartus Gallieni Conſulatus incidit in annum Chriſti 261. quo octavum Tribunitiæ poteſtatis annum complevit, nonumque auſpicatus eſt circà menſem Auguſtum.

(4) Nummus hic qui à Vaillantio inter rariores recenſetur, cuſus videtur, licet orbis ſecuritatem prædicet, tum cum undique imperium nutaret, Macriano nimirum & filiis extinctis; ſic de eo Trebellius Pollio: *Sed Gallienus cognito quod Macrianus cum ſuis liberis eſſet occiſus, quaſi ſecurus rerum, ac patre jam recepto, libidini ac voluptati ſe dedidit. Ludos circenſes, ludoſque ſcenicos, ludos gymnicos, ludicram etiam venationem, & ludos gladiatorios dedit: populumque quaſi victorialibus diebus ad feſtivitatem ac plauſum vocavit. Et cum plerique patris ejus captivitatem mœrerent, ille ſpecie decoris, quòd pater ejus virtutis ſtudio deceptus videretur, ſupramodum lætatus eſt.*

(5) Nova ac inſolita epigraphe, novus ac inſolitus typus hujus nummi, quem in ludibrium, atque ad æternum Gallieni dedecus cuſum ab aliquo, qui Imperatoris titulum contrà eum arripuerat, putant viri eruditi. *Galliena Auguſta* inſcribitur, ut omnibus notum fieret pro fœminâ eum haberi debere, qui res tam ſegniter in bellis undique Romanum Imperium prementibus ageret; de quo ait Pollio, *ut ejus me-*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VBIQVE PAX. (1) Typus ut ſuprà. *RE.*
Eadem epigraphe.

VENERI VICTRICI. (2) Figura militaris ſtans, dextrâ caſſidem, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVG. Imperator paludatus ſtans, dextrâ ſuſtinet globum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam; à tergo ſtat Victoria ei coronam lauream imponens. *Deleſves.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros.

VICTORIA AVG III. Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam. *Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà; à dextris in areâ T. DC.

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICT GERMANICA. (3) Victoria dextrorſum gradiens, & pede dextro captivum humi ſedentem conculcans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Regius.*

IMP GALLIENVS AVG. Gallienus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro.

VIRTVS AVG. Hercules nudus ſtans, dextrâ clavam tenet, ſiniſtrâ arcum, & è brachio pendent leonis exuviæ. *RE. maximi moduli.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum ad humeros, ſiniſtrorſum.

VIRTVS AVG. (4) Caput muliebre galeatum, ad humeros, dextrorſum. *Regius.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata, dextrorſum converſa ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Regius.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Figura militaris ſtans, galeam geſtat dextrâ, haſtam ſiniſtrâ. *RE. maximi moduli.*
Eadem epigraphe. Gallienus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum inverſum tenet dextrâ, clypeum ſiniſtrâ: à tergo pharetra.

VIRTVS AVGVSTI. Hercules nudus vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dextrâ femori innixâ, clavæ innititur ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias tenet. *Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

VIRTVS AVGVSTI. (5) Hercules ut ſuprà ſtans, dextrâ poſt terga deductâ, clavæ innititur ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias tenet. *Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. (6). Figura militaris ſtans, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ haſtam. *RE.*

IMP GALLIENVS P F AVG GER. Caput Gallieni ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Figura militaris galeata ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Regius.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gal-

mentio quidem apud exercitum fieret. Vel quod Zenobia in eum arma ſumpſiſſet, ejuſque Ducem Heraclianum viciſſet. Caput Gallieni pro laureâ ſpicis ornatur, tanquam abdomini potiùs, quam bello vacaret. Ex alterâ parte legitur, UBIQUE PAX. cum nulla Romani Imperii Provincia eſſet, quæ bello ſeu barbarico, ſeu civili non impeteretur. Victoria bigas agit, quòd Gallienus victoriam in Circo potius, quam de hoſtibus quæreret. Nummus hic inter rariſſimos recenſendus.

(1) Nummi ſuperioris epigraphen capitis ad conſobrinam quandam Gallieni, cui Gallienæ nomen fuerit, referendam non eſſe arguit potiſſimum hic nummus, quem ſingularibus adſcribas licet.

(2) Epigraphe hæc paſſim in nummis Auguſtarum occurrit, rarò verò in nummis Imperatorum, ut diximus in Carino & Numeriano. Nummus hic rariſſimus.

(3) De expeditione Gallieni contrà Germanos, & ejus geſtis in eâ expeditione, quam quidem primam auctore Valeriano patre ſuſcepit, vide quæ diximus in ejus Vitâ. Nummus hic inter rariores recenſendus.

(4) Etſi Gallienus voluptatibus plurimum eſſet deditus, tamen, ut inquit Pollio, *ubi neceſſitas coëgiſſet, velox, fortis, vehemens, crudelis: denique Ingenuum conflictu habito vicit*, &c. & alibi idem Scriptor: *Erat enim*, inquit, *in Gallieno ſubita virtutis audacia.* Nil itaque mirum, ſi Virtutis effigies in averſâ ejus vultûs parte ad illam in eo denotandam, repræſentetur. Nummus cum rarioribus adnumerandus.

(5) Virtus Gallieni variis modis exhibetur, ut videre eſt infrà in ejus nummis argenteis, modo ipſe pedes haſtâ & clypeo armatus pede proterit barbarum, modo dextrâ ramuſculum tenens exhibetur, modo ſub Herculis effigie repræſentatur; nam virum fortem antiqui ſub Herculis ſpecie, qui ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id eſt, à fortitudine dictus eſt Alcides, depingebant. Nummi cum hoc typo inter rariores recenſentur à Vaillantio.

(6) Nummus hic ac ſequentes virtutem patris ac filii prædicant.

lieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Figura militaris ſtans, pede dextro galeam premens, globum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Regius.*

GALLIENVS AVG.

VIRT GALLIENI AVG. (1) Figura equeſtris captivum proſternens. *MB.*

Eadem epigraphe.

VOTA DECENNALIA. (2) Victoria ſtans inſcribit ſcuto arbori appenſo; ad latus P. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG.

VOTA ORBIS. (3) Victoriæ duæ ſcutum arbori palmæ imponunt, in cujus medio S. C. *MB.*

GALLIENVS AVG.

VOTIS DECENNALIBVS.(4) in laureâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VOT X ET XX. in coronâ querceâ. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VOTIS X ET XX. (5) in coronâ querceâ. *Regius.*

(1) Nummus hic rariſſimus ad pugnam Gallieni, & Victoriam de Ingenuo ejuſdem virtute reportatam referri poteſt.

(2) Poſt Victoriam de Scythis, virtute Romanorum Ducum in Aſiâ reportatam, receptamque Byzantium urbem, *Gallienus quaſi magnum aliquid geſſiſſet, Romam curſu rapido convolavit; convocatiſque patribus Decennalia celebravit novo genere ludorum, nova ſpecie pomparum, exquiſito genere voluptatum*, ut ſcribit Pollio; ideoque typus hujus nummi, Victoria inſcribens clypeo exhibetur. Pluribus ludos à Gallieno hoc anno editos, ac omnem pompam deſcribit idem Pollio. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

(3) Cum eâdem epigraphe, & eodem typo habetur nummus Valeriani patris. Hic inter rariores recenſendus.

(4) Hunc nummum ad Decennalia initio imperii cum patre ſuſcepta ſpectare ait Vaillantius, cum idem typus in nummis Valeriani cum laureâ in parte aversâ occurrat.

(5) Hæ ſunt Decennaliorum ſolutorum, & Vicennaliorum ſuſceptorum notæ; quæ quidem nova formula tum primum nummis inſculpta fuit. De variis ludis quos Gallienus edidit in his Decennalibus, & omni pompâ pluribus agit Pollio, uti paulò ſuperiùs diximus: celebrata autem fuiſſe hæc Decennalia à Gallieno, Albino & Dextero Coſſ. anno Chriſti 263. omnes fermè eruditi putant; Pagius verò id ad annum ſuperiorem refert, & ad id comprobandum præter regulas à ſe conſtitutas, Gallienum in hoc nummo trabeâ Conſulari indutum eſſe ait; ſed fallitur, ut videre eſt ex omnibus nummis, quos hic exhibemus. Nummi hi inter rariores recenſendi.

NUMISMATA ARGENTEA.

GALLIENVS AVG.

ABVNDANTIA AVG. Figura ſtans, cornucopiæ effundens. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

ABVNDANTIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, cornucopiæ tenet utrâque manu, ex quo varias opes effundit. *Farneſianus.*

Alius cum B. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

ABVNDANTIA AVG. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ, *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite galeato ac radiato, ad medium dorſum cum paludamento, dextrorſum, haſtam tranſverſam geſtat dextrâ, clypeo armatus ſiniſtrâ.

ADVENTVS AVG. (1) Gallienus eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ ac expanſâ pacificatoris habitu, haſtam geſtat ſiniſtra. *Fouc.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Cham. MB.*

GALLIENVS AVG.

AEQVITAS AVG. Æquitatis typus cum ſtellâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

AEQVITAS AVG. Mulier ſtans, dextrâ bilancem tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Cham. Le Roy. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ VI. *Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe.

AEQVITAS AVG N. (2) Æquitatis typus. *MB.*

(1) Vide quæ de ſimili nummo aureo Gallieni diximus ſuprà. Nummus hic inter rariores recenſendus.

(2) Puto hunc nummum legendum *Æquitas Auguſti*; non verò, ut nonnulli putant, *Auguſti Noſtri*; & literam N. in areâ nummi ſcriptam, vel fortaſſis malè lectam, & loco N. legendum IV. vel VI. ut in nummo ſuperiori.

AETERNITAS. (1) Puer inſidens capræ. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

AETERN AVG. Sol ſtans dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum tenet: in imâ parte MT. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AETERNITAS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Le Roy. MB.*

Alius cum r. à ſiniſtris in area, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy. MDM.*

IMP GALLIENVS AVG.

AETERNITAS AVG. Lupa cum gemellis. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

AETERNITAS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte palmæ ramus. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, dextrorſum.

AETERNITAS AVG. (2) Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

AETERNITAS AVG. Figura ſtans, ſiniſtrâ globum bacillo tangens. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

AETERNITAS AVGG. (3) Figura virilis velata & togata ſtans, dextrâ pectori admotâ, ſiniſtrâ uncum tenet. *Laiſné.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

AETERNITATI AVG. (4) Sol nudus cum pallio à tergo pendulo, dextrorſum converſus, dextram expanſam attollit, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. MB.*

Alius cum ſtella à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

ANNONA AVG. Figura mulicbris ſtolata, ac ſiniſtrorſum converſa ſtans, pede lævo proræ navis impoſito, navis gubernaculo in cujus imo globus admittitur dextrâ, ſpicas verò tenet ſiniſtrâ. *Fouc. RE. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ANNONA AVG. Figura mulicbris ut ſuprà, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ ſpicas. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ANNONA AVG. (5) Figura mulicbris ſtans, dextrâ tenet ſpicas ſuper panarium, ſiniſtrâ anchoram. *Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

APOLLO CONSER. Apollo capite laureato nudus ſtans, ramum demiſſum tenet dextrâ, pallium verò involutum ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

APOLLO CONSER. Apollo nudus ſiniſtrorſum converſus ſtans, dextram attollit ſuprà caput, citharam verò cippo impoſitam cum pallio tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

APOLLO CONSER. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLLO CONSERV. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLLO CONSERVA. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

APOLINI CONSERVA. (ſic) Apollo nudus ſtans, dextrâ demiſſâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram ſaxis innixam. *Regius.*

IMP GALLIENVS PIVS FEL AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

APOLLINI CONS AVG. (6) Apollo nudus ſtans, ramum tenet dextrâ, lyram cippo impoſitam ſiniſtrâ. *Fouc.*

(1) Nummum hunc rariſſimum profert Mediobarbus ex theſauro Mauroceno.

(2) Æternitatis Auguſtorum typus varius fuit; hic autem Gallieni, in quo lupa cum gemellis exhibetur inter rariores recenſetur.

(3) Nummus Gallieni cum hoc typo inter rariores recenſendus.

(4) Nummi Gallieni cum hac epigraphe cum rarioribus adnumerandi. Vaillantius recenſet inter rariores nummum argenteum Colbertinum cum eâdem epigraphe, ſed typo diverſo, in quo duæ dextræ junctæ cernuntur, quas quidem concordiam inter Valerianum & Gallienum denotare ait idem Vaillantius; ſed ipſe nullum Gallieni nummum cum hac epigraphe, & hoc typo reperi.

(5) Nummi Gallieni cum hoc typo inter rariores reponendi.

(6) Nummus cum hac epigraphe & hoc typo inter rariſſimos recenſendus. Apollo autem paſſim ramum tenens exhibetur. Fulgentius de continentiâ Virgilianâ: *Aureum Ramum pro ſcientiâ ponimus, memor is, quia & mater mea ramum ſe ſomniavit genuiſſe, & Apollo cum ramo depingitur.* Martianus lib. 1. de nuptiis Philol. *Delius quoque ut ramale laureum geſtitat, divinatrice eâdem conjecturalique virgâ volucres ac fulgurum jactus, ac ipſius meatus Cœli fulgurumque commonſtrabat.* Lyra autem Apollinis cippo cuidam inſiſtens exhibetur. Divus Baſilius in cap. 5. Eſaiæ, lyram auro denteque elephantino variegatam in ſublimi quopiam altari veluti ſtatuam, & idolum dæmonum poſitam eſſe ait.

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

APOLLINI CONS AVG. (1) Gryphus gradiens à ſiniſtris dextrorſum. *Fouc. Farneſianus.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

APOLLINI CONS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte Δ. *Frad.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

APOLLINI CONS AVG. Centaurus ſeu Sagittarius à dextris ſiniſtrorſum: in imâ parte Ƨ *Regius. Le Roy.*

Alius cum Z. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLLINI CONS AVG. (2) Centaurus à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ clavam. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe.

BON EVENT. Figura nuda, dextrâ pateram ſuper aram accenſam tenet, ſiniſtrâ uvarum faſcem. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

BON EVENTVS. (3) Figura virilis nuda, dextrorſum converſa, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, pateram tenet dextrâ, ſpicas verò demiſſas ſiniſtrâ pariter demiſsâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe.

BON EVENT AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe.

BONAE FORTVNAE. (4) Figura ſtans, dextrâ temonem, quo globum tangit, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe.

COOH PRAET IIII PIAE III F. Leo gradiens. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

COHH PRAET VI P VI F. Leo capite radiato, gradiens à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc. Regius. MB.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

COHH PRAET VI P VI F. (5) Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

COOH PRAET VI P VI F. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe.

COOR PRAET VI P VI F. Hiſtrix. *MB.*

....

COH PRAE VI P VI F. Leo gradiens. *MB.*

....

COHH PRAETORIAN VII. Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

COHH PRAET VII P VII F. (6) Typus ut ſuprà. *RDR.*

Eadem epigraphe.

CONCOR AVG. (7) Figura ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe.

CONCORD AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

(1) Nummos Gallieni cum hoc typo haud obvios eſſe ſcribit Vaillantius.

(2) Fortaſſis Centaurus pro clavâ ſiniſtrâ temonem inverſum geſtat, ut videre eſt infrà in nummis tertii moduli.

(3) Nummus hic Gallieni inter rariores recenſendus. Gallienus autem ut ad Bonam Fortunam in periculoſo rerum ſuarum æſtu confugiſſe videtur ex nummo ſequenti, ſic in hoc nummo Bonum Eventum precari videtur, cum nulla Romani Imperii Provincia eſſet, ipſo imperante, quæ bello ſeu barbarico ſeu civili non impeteretur. Bonus Eventus autem inter Conſentes Deos agricolarum recenſetur, & in nummis fermè ſemper ſub figurâ virili repræſentatur, excepto nummo Peſcennii Nigri, cum epigraphe BONI EVENTUS. ubi pro typo habetur figura muliebris ſtans, dextrâ geſtans caniſtrum, ſiniſtrâ ſpicas.

(4) Fortunam gentes pro Deâ coluere, eique templa conſtruxere; Romæ Bona Fortuna in Capitolio culta fuit, Mala verò in Eſquiliis. Hæc epigraphe tum primùm in nummis Imperatorum occurrit. Nummus hic rariſſimus, cui ſubjungere viſum eſt ſequentem inſcriptionem, quam refert Gruterus pag. 275.

ΑΓΑΘΗΙ. ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. ΚΑΙΣΑΡΑ ΠΟΠΛΙΟΝ. ΛΙΚΙΝΙΟΝ
ΙΓΝΑΤΙΟΝ. ΓΑΛΛΙΗΝΟΝ. ΕΥΣΕΒΗ. ΕΥΤΥΧΗ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ

(5) Hoſce nummos cuſos à Gallieno ad ſibi conciliandos milites, & præſertim cohortes Prætorias in tot bellis civilibus & externis, quibus Romanum Imperium undique premebatur ipſo Imperatore, diximus ſuprà ad nummos aureos cum epigraphe FIDEI EQUITUM. & FIDEI PRÆT. Hæc autem epigraphe & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

(6) Nummus hic Gallieni rariſſimus eſt.

(7) Nummi Gallieni cum hac epigraphe, & hoc typo inter rariores recenſendi.

CONCORDIA AVGG. (1) Dextræ duæ junctæ. *Fouc. MMA. Regius. Cham. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORDIA EXERCIT. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò duplex geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. SG. Fontaine. B. MB.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCOR MIL. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

CONCOR MIL. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

IMP GALLIENVS PIVS AVG.

CONCORD MIL. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIAE AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ geminum cornucopiæ. *RE. Fontaine.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

CONCORDIAE MILITVM. (2) Figura muliebris ut ſuprà, ſed unicum cornucopiæ tenet ſiniſtrâ. *Cham.*

DIVO GALLIENO.

CONSECRATIO. (3) Aquila fulmen unguibus tenens. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONSERVATOR AVG. (4) Æſculapius vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum ſerpente circunvolutum humi poſitum tenet dextrâ, ſiniſtrâ pallio involutâ. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

CONSERVAT PIETAT. (5) Gallienus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ protensâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ; à dextris figura nuda procumbens, ac manibus protenſis ſupplex. *Fouc.*

Alius cum XII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Alius cum XII. à ſiniſtris in areâ, abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. MDM.*

. . . .

COS IIII PP. (6) Gallienus in quadrigis triumphalibus, dextrâ ramum, lævâ equorum habenas. *Vaillant.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

DEO MARTI. (7) Templi tetraſtyli facies, in cujus veſtibulo Mars nudus ac galeatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Regius. Cham. Le Roy. Fontaine. B. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, clypeum verò ſiniſtrâ.

DEO MARTI. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. Fontaine.*

(1) Concordiam hanc intelligendam eſſe inter Gallienum & Valerianum Juniorem cenſet Vaillantius; & hoſce nummos raros eſſe ait; at ipſe puto poſſe hunc nummum etiam referri ad Valerianum patrem & Gallienum. Vide nummos Valeriani.

(2) Nummi Gallieni cum hac epigraphe & hoc typo haud obvii ſunt.

(3) Hunc Gallieni rariſſimum, imò ſingularem nummum profert Mediobarbus ex Indice Cavortæ.

(4) Nummus hic rariſſimus cuſus videtur ad arcendam ab Imperatore peſtem, quæ Gallieno imperante per orbem Romanum maximè graſſabatur. Typus Æſculapii junctus huic inſcriptioni tum primùm in nummis occurrit.

(5) Hæc epigraphe, & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt; nam nulli alii Imperatorum hactenus datum fuit hoc elogium. Nummus hic inter rariores recenſendus, cui quidem nec abs re ſubjungimus ſequentem inſcriptionem à Grutero exhibitam pag. 274. quæ Romæ in arcu Gallieni adhuc extat.

GALLIENO. CLEMENTISSIMO. PRINCIPI
CVIVS. INVICTA. VIRTVS. SOLA. PIETATE. SVPERATA. EST
ET. SALONINAE. SANCTISSIMAE. AVG
M. AVRELIVS. VICTOR. DEDICATISSIMVS
NVMINI. MAIESTATIQVE. EORVM

Sunt qui putant, Gallienum in hiſce nummis *Conſervatorem Pietatis* dictum ob Sibyllinos libros ab eo inſpici juſſos, Gallieno & Petronio Fauſtino Coſſ. ob peſtem, terræmotus, & alia Romani Imperii infortunia Diis placatis fuganda, ut ſcribit Pollio in Gallienis.

(6) Nummus hic rariſſimus exhibetur à Vaillantio, qui ait quadrigas illas triumphales in nummo expreſſas ſpectare ad pompam quarti Conſulatûs, non verò ad aliquem triumphum; nec fallitur, quippe triumphus Gallieni, quem pluribus Pollio deſcribit, contigit Albino & dextero Coſſ. anno Chriſti 263.

(7) Nummi cum hac epigraphe, & hoc typo tum primùm occurrunt, & haud ſunt obvii. Martis autem templum in IX. regione Circi Flaminii aſſignatur à Sexto Rufo; quod fortaſſis poſtmodum reſtauratum fuit à Gallieno eâ formâ, quâ in hoc nummo cernitur.

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros ſiniſtrorſum.

DEO VOLCANO. (1) Templum quatuor columnis ſuffultum, in cujus medio ſtat Vulcanus, dextrâ tenens malleum, ſiniſtrâ forcipes; à dextris incus. *RE.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

DIANA FELIX. Diana altè ſuccincta venatricis habitu, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ; à ſiniſtris juxtà pedes canis. *Fouc. DC. Regius. Cham. Fontaine.*
GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

DIANA FELIX. (2) Typus ut ſuprà. *Fouc.*
IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

DIANA FELIX. Diana habitu quo ſuprà, currens à dextris ſiniſtrorſum, ſagittam è pharetrâ ex humeris ſuſpensa depromit dextrâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ; juxtà pedes canis currens. *Fouc. Cham. Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

DIANA FELIX. Typus ut ſuprà. *Laiſné.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

DIANAE CONS AVG. Cervus à dextris ſiniſtrorſum: in imâ parte ϵ. *Regius. DC.*

Alius cum X. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum XI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

DIANAE CONS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte X. *Le Roy.*

Alius cum XI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*
IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

DIANAE CONS AVG. (3) Cervus à ſiniſtris dextrorſum: in imâ parte X. *Le Roy.*
Alius cum XI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum XII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*
GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

DONA AVG. (4) Mercurius ſtans cum petaſo in capite, dextrâ crumenam, ſiniſtrâ caduceum, pro pedibus à dextris canis. *Regius. MB.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICIT AVG. (5) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet caduceum oblongum, ſiniſtrâ globum. *Cham.*
Eadem epigraphe.

FELICIT AVG. Figura ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ caduceum. *MB.*
Eadem epigraphe.

FELICIT AVG P. Typus ut ſuprà. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

FELICIT AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet caduceum, ſiniſtrâ haſtæ innixa: à dextris in areâ P. *Le Roy. Frad. SG. Fontaine.*
IMP C P LICIN GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Hen. MB.*
GALLIENVS AVG.

FELICITAS AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*
GALLIENVS P F AVG GERM.

FELICITAS AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS AVGG. Typus ut ſuprà. *RDR.*
IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

FELICIT PVBL. Figura muliebris ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, caduceum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte T. *Fouc.*
GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

(1) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo ſub Valeriano patre primùm occurrunt, & non ſunt obvii; in Gallieno autem rariſſimi ſunt.

(2) Hæc epigraphe & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Dianam autem imprimis à Valeriano patre fuiſſe cultam diximus ad nummum ejus argenteum cum epigraphe, RELIGIO AVGG.

(3) Nummi cum hac epigraphe, & hoc typo tum primùm occurrunt.

(4) Hunc nummum rariſſimum illuſtrare videtur Pollio in Gallienis: *Fuit enim*, inquit, *Gallienus (quod negari non poteſt) Oratione, Poëmate, atque omnibus artibus clarus.* Et paulò poſt: *Longum eſt ejus verſus, orationeſque connectere, quibus ſuo tempore, tam inter Poëtas, quam inter Rhetores emicuit.* Quæ Pollionis verba facilè demonſtrant DONA AVG. cum Mercurio in nummo expreſſo, fuiſſe Mercuriales artes. Mercurius quippe Ægyptiis literas demonſtraſſe putabatur; eas illum inveniſſe, Cicero & Ariſtides narrant: idcò ſermonis Deus ab antiquis exiſtimabatur.

(5) Nummi Gallieni cum hoc typo & ſequenti haud obvii ſunt; cum Felicitas fermè ſemper exhibeatur cum caduceo, & cornucopiæ.

FELICIT PVBL. (1) Typus ut ſuprà cum T. in imâ parte. *Le Roy.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

FELICITAS PVBLICA. (2) Diana à dextris ſiniſtrorſum progrediens cum face quam geſtat utrâque manu, ſtolâ à tergo & ante volitante. *Fouc.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

FIDES EXERC VIII. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum tranſverſum ſiniſtrâ. *Fouc.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

FIDES EXERC VIII. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

FIDES EXERC VIII. (3) Figura ſtans inter duo ſigna militaria. *Cham. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe.

FIDES EXERCITVS. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe.

FIDES MIL.(4) Figura muliebris ſedens, bina ſigna tenens, ſingulis manibus ſingula. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

FIDES MIL. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alteri verò admititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

FIDES MIL. Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

FIDES MIL. Typus ut ſuprà. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Aquila alis expanſis inſiſtens globo, roſtro ſiniſtrorſum converſo, inter ſigna duo militaria. *Fouc. Fasvel. Fontaine.*

IMP GALLIENVS PIVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Regius. Cham.*

GALLIENVS P F AVG. Gallienus capite radiato ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

FIDES MILITVM. (5) Typus ut ſuprà. *Cham. MDM. Fontaine.*

GALLIENVS AVG GERMAN. Caput Gallieni ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

FIDES MILITVM. in coronâ laureâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe.

FIDES MILITVM. Figura ſtans, dextrâ ſignum militare. *MB.*

Eadem epigraphe.

FIDES MILITVM. Miles gradiens dextrâ Victoriolam cum laureâ ſuprà caput attollens. *MB.*

Eadem epigraphe.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtans, dextrâ ſignum, ſiniſtrâ haſtam: in areâ M. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Cham. Le Roy.*

Alius cum IV. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum V. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *SG.*

Alius cum N. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

FIDES MILITVM. Figura ſtans ut ſuperior inter duo ſigna militaria. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

FIDES MILITVM. (6) Figura militaris ſtans, Victoriulâ capiti ipſius inſidente. *Cham.*

(1) Nummi Gallieni cum hac epigraphe rari ſunt, ſed rarior ipſo imperante Felicitas publica; nam veriùs illius tempora dici poterant *Calamitas publica. Miſeria publica. Clades publica*, quam *Felicitas publica*, quæ nulla ipſo Imperatore.

(2) Typus hic non quadrat cum epigraphe, nam Felicitas repræſentatur dextrâ tenens caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

(3) Nummi Gallieni cum hac epigraphe haud obvii ſunt.

(4) Nummi Gallieni cum hoc typo inter rariores recenſendi.

(5) Nummi Gallieni cum hoc typo, & ſequenti, & hac epigraphe obvii non ſunt; ſequentis autem nummi pretium auget capitis inſcriptio.

(6) Nummus Gallieni cum hoc typo omninò ſingularis eſt.

....

FIDES MILI GERM. (1) in coronâ laureâ. *Harduinus.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

FIDEI EQVITVM. (2) in laureâ. *Harduinus. MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum loricâ.

FIDEI PRAET. Tria ſigna militaria erecta. *Regius. Fouc. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FID PRAETORIANORVM. Genius ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris ſignum militare erectum. *Cham.*

Eadem epigraphe.

FORTVNA AVG M T. (3) Figura nuda ſtans ſacrificans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ ſpicas. *MB.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

FORT REDVX. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, navis gubernaculum in cujus imo globus tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte ☿. *Le Roy.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

FORT REDVX. Typus ut ſuprà: in imà parte M. S. (ſic) *SG.*

GALLIENVS AVG.

FORTVNA REDVX. Fortunæ Reducis ſtantis typus. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG.

FORTVNA REDVX. Fortunæ Reducis ſedentis typus. *MB.*

Eadem epigraphe.

FORTVNA REDVX S. Fortunæ Reducis *in alto* ſtantis, *in alio* ſedentis typus. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

FORTVNA REDVX. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum in cujus imo globus tenet dextrà, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in area ☿. *Fouc. Le Roy. MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNA REDVX. Figura muliebris typo quo ſuprà, ſedens à ſiniſtris dextrorſum; juxtà ſellam rota: in imà parte ☿. *Fouc. MDM.*

IMP GALLIENVS P AVG. Gallienus capite radiato, ad pectus cum trabeâ dextrorſum, dextrà tenet ſcipionem in cujus ſummitate aquila.

FORTVNA REDVX. Mulier ſedens ut ſuprà abſque rotâ: in imâ parte S M. *Cham.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

FORTVNA REDVX. Typus ut ſuprà: in imâ parte M. S. *Le Roy.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

FORTVNAE REDVCI. (4) Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

GENIO AVG. Genius ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Pon.*

Eadem epigraphe.

GENIVS AVG SC. *in alio* B. Figura nuda ſtans, dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ; pone, ſignum militare. *MB.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

GERMANICVS MAXV. (5) Trophæum erectum inter captivos duos averſos, humi ſedentes manibus poſt tergum revinctis. *Fouc. RE. Le Roy. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, clypeo armatus ſiniſtrâ.

GERMANICVS MAXV. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. MMA. Cham. Val. Le Roy. Fontaine.*

IMP GALLIENVS P AVG. Gallienus capite radiato, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

GERMANICVS MAXV. (6) Typus ut ſuprà. *Fauvel.*

GALLIENVS P F AVG.

GERMANICVS MAX. Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS AVG GERM V. Caput cum buſto, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

GERMANICVS MAXV. Typus ut ſuprà. *MB.*

(1) Hæc epigraphe tum primùm in nummis Imperatorum occurrit. Nummus rariſſimus.

(2) Nummus hic ac duo ſequentes inter rariores recenſendi. Vide quæ ad ſimiles nummos aureos adnotavimus.

(3) Nummi Gallieni cum hac epigraphe, & hoc typo rariſſimi.

(4) Hic nummus & duo ſequentes ob epigraphen in Gallieno inter rariores recenſendi.

(5) Valerianus pater dictus fuit etiam GERMANICUS MAXUMUS TER, ob Victoriam per filium Gallienum de Germanis relatam. Vide nummum argenteum Valeriani ſingularem ex Regio Theſauro. Eundem titulum Poſtumo collatum nummi ejus arguunt, & quidem potiori jure, ut illic monebimus.

(6) Gallienum ut Germanicum Maximum, ita etiam Dacicum Maximum appellat hæc Inſcriptio,

IMP GALLIENVS P F AVG.

GERMANICVS MAXIMVS. Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

HERCVLI CONS AVG. (1) Aper currens à dextris ſiniſtrorſum: in imâ parte €. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

INDVLG AVG. Figura muliebris tunicata, cum ſtolâ in brachium dextrum rejectâ ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ P. *Fouc. MB.*

Alius cum P. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

INDVLGEN AVG. (2) Typus ut ſuprà, à ſiniſtris in areâ S. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros.

INDVLGENT AVG. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam. *DC. Quinarius.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe.

INDVLGENTIA AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe.

INDVLGENTIA AVG P. Figura ſtolata ſtans. *MB.*

Eadem epigraphe.

INDVLGENTIA AVG XI. Figura ſtans, dextrâ globum bacillo tangens, ſiniſtrâ cornucopiæ, & cubito columnæ nixa. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

INVICTVS. (3) Sol ſeu Apollo nudus, dextrâ protenſâ, pallio divinitatis in brachium ſiniſtrum rejecto, flagrum tenet dextrâ; cum ſtellâ à dextris in areâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IO CANTAB. (4) Jupiter nudus cum pallio, vultu dextrorſum converſo ſtans, fulmen tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe.

IOVI CANTAB. Typus ut ſuprà. *MB.*

quam ex Grutero pag. 275. exſcripſimus.

D N CORNELIAE SALONINAE
AVG CONIVGI D N IMP CAES
P LICINI GALLIENI PII FEL
ET INVICTI AVG DACICI
MAXIMI GERMANICI MAX
IMI TRIB POTEST IIII
COS III IMP III P P PROC
PROVINCIAE BAETICAE DEVO
TI NVMINI MAIESTATIQ
EIVS CORO.................

Daciam à Traiano adquiſitam, & in Provinciæ formam redactam fuiſſe non Scriptores ſolùm, ſed nummi quoque reſtantur. Præſidum Daciarum meminit Ulpianus l. 7. §. 6. D. de ſoterd. quamobrem duas hujus ætate Dacias fuiſſe nemo diffiteri poteſt: ex his Transdanuvianam à poſterioribus Principibus amiſſam, & à Decio receptam fidem facit hujus Auguſti nummus argenteus cum epigraphe DACIA CAPTA. Sed cæteras Decii victorias inutiles reddidere poſtrema hujus clades & Treb. Galli ſocordia; quamobrem Valeriani Gallienique ætate bellum adverſus Barbaros qui Daciæ pleraque loca inſederant geri, nonnullaſque victorias illic à Romanis Ducibus referri potuiſſe facilè in animum inducimus, licet leves fuiſſe poſteriores clades ſuadeant.

(1) Hæc epigraphe & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Pro typo habetur Aper Herculi ſacer. Apri Calydonii ab Hercule clavâ occiſi decantata eſt fabula. Nummus hic rariſſimus.

(2) Vide quæ de ſimili nummo ejuſdem Auguſti ex ære tertii moduli diximus.

(3) Nummus hic Gallieni rariſſimus, imò ſingularis eſt, ob novam epigraphen, & novum typum. Dicitur & Gallienus ipſe *Invictus* in Inſcriptione Vaſione repertâ, quam ex Miſcellaneis Sponii pag. 101. exſcriptam hîc exhibemus.

IMP CAES
P L GALLIEN
INVICTO P
AVG VASIEN
SES.

(4) Hæc epigraphe tum primùm in nummis Imperatorum occurrit. Jovem autem Cantabrum, de quo altum eſt ſilentium apud Scriptores, Cantabros Hiſpaniæ Tarraconenſis populos coluiſſe putant viri eruditi; quos quidem populos (bellicoſi enim erant, teſte Silio Italico) cum Gallieni Duces aggrederentur, illorum numini topico ſacra feciſſe, ut ipſum ſibi propitium redderent, antiquo Romanorum more, qui ita hoſtium Deos precibus & ſacrificiis ſollicitabant; in cujus victoriæ monimentum, nummos *Jovi Cantabro*, dedicavit Gallienus. Sic viri eruditi; quæ quidem meræ conjecturæ ſunt. Potuit enim Gallienus, qui inter tot bellicas clades, inter peſtem ſæviſſimam, & frequentes terræmotus, Deos omnes invocavit, ut ſe ab his periculis conſervarent, uti ex nummis apparet, etiam Jovem Cantabrum invocare, quòd celebris eſſet ob prodigia fortaſſis, quæ apud Cantabros edebat; & ſic non erat neceſſe Ducibus Gallieni commentitiam victoriam de Cantabris adſcribere, cum nulla ejus mentio occurrat apud Scriptores. Nummus hic rariſſimus.

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG.

IOVI CONSERVA. Jupiter ſtans, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, dextrorſum.

IOVI CONSERVA. Jupiter nudus, cum pallio à tergo in utrumque brachium trajecto ſtans, fulmen tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes, aquila: à ſiniſtris in areâ S. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

IOVI CONSERVA. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. *Fontaine.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVA. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVA. Typus ut ſuprà, abſque aquilâ. *Fouc. Regius. RE. Fontaine.*

GALLIENVS AVG.

IOVI CONSERVA N. Typus ut ſuprà. *MB.*

. . . .

IOVI CONSERVAT. Jupiter cum attributis, ex adverſo Imperator paludatus, uterque ſtantes. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVAT. (1) Jupiter capite radiato ſeminudus ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innixus: in imâ parte P. *Fontaine.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter nudus cum pallio à tergo in utrumque brachium trajecto, dextrorſum converſus ſtans, globum terreſtrem tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: Gallienus laureatus ac paludatus ſtans ex adverſo, dextram protendit globum terreſtrem accepturus, ſcipionem verò tenet ſiniſtrâ: in parte nummi ſuperiore, corona laurea. *Fouc. Regius. MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter dextrâ Imperatorem protegens, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

IOVI CONS AVG. (2) Capra, à ſiniſtris dextrorſum: in imâ parte Δ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONS AVG. Typus ut ſuprà, à dextris ſiniſtrorſum: in imâ parte ς. *Fouc. Cham. SG.*

IMP GALLIENVS PIVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CRESCENTI. (3) Capra progrediens à ſiniſtris dextrorſum, cui Jupiter juvenis nudus inſidens, dextrâ protensâ ac vultu dextrorſum converſo, cornu ejus innititur ſiniſtrâ. *Fouc. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CRESCENTI. Capra gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſuprà quam Jupiter typo quo ſuprà. *MDM.*

GALLIENVS AVG.

IOVI PACIFERO. (4) Jupiter gradiens, dextrâ altiùs extensâ. *MB.*

Eadem epigraphe.

IOVI PROPVGNAT. Jupiter ſtans, dextrâ fulmen vibrans. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

IOVI PROPVGNAT. (5) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ XI. *MDM.*

Eadem epigraphe.

IOVI PROPVGNATORI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *MB.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI STATOR. Jupiter nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, fulmen verò tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe.

IOVI STATORI. Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS AVG.

IOVI STAT RI. Jupiter nudus, dextrâ fulmen. *MB.*

Eadem epigraphe.

IOVIS STATOR. Jupiter nudus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ fulmen. *MB.*

GALLIENVS P F AVG.

IOVIS STATOR. Typus ut ſuprà. *MB.*

(1) Nummi Gallieni cum hoc typo ac ſequenti inter rariores recenſendi.

(2) Hæc epigraphe, & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Cur verò capra Jovis ſymbolum, decantata eſt fabula. Nummi hi haud obvii.

(3) Nummus hic cum novâ epigraphe, & novo typo in Gallieno inter rariores recenſendus, in Salonino verò, cui cuſus videtur, obvius eſt. Vide quæ in Salonino adnotamus.

(4) Nummus hic cum epigraphe novâ, quæ tum primùm in nummis Imperatorum occurrit, cuſus videtur, quo tempore Gallienus fœdus cum Attalo Marcomannorum, ſeu Juthungorum Rege iniit. Nummus rariſſimus.

(5) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Gallieno haud obvii ſunt.

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

IOVIS STATOR. Jupiter nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, fulmen verò tenet ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ♃. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI STATOR. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Cham.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

IOVI STATORI. (1) Typus ut ſuprà. *Cham.*

Alius cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Eadem epigraphe.

IOVI VICTORI. Figura dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam, inſtans cippo, in quo IMP CAES. *MB.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI VICTORI. Jupiter nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo, ſtans ſuprà baſim in quâ IMP CES. (ſic) Victoriæ ſignum averſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Fauvel.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI VICTORI. Typus ut ſuprà. *MMA. Cham. Fontaine.*

GALLIENVS P F AVG. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum in quo Meduſæ caput.

IOVI VICTORI. (2) Typus ut ſuprà. *Brandenburg. Fontaine.*

GALLIENVS AVG.

IOVI VICTORI. Jupiter nudus, dextrâ fulmen. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG.

IOVI VICTORI. Jupiter inſiſtens cippo, in quo IMP CAES. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI VLTORI. Jupiter nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, fulmen quod tenet dextrâ jaculaturus, pallium verò volitans tenens ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ S. *Fouc. RE.*

Alius cum S. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

IOVI VLTORI. (3) Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ S. *Cham.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

IVBENTVS AVG. (4) (ſic) Gallienus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte VIIC. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LAETITIA AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet coronam, ſiniſtro cubito columnæ innixo. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

LAETITIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, anchoram verò ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. MB.*

Alius cum V. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy. Fontaine.*

Alius cum P. in imâ parte abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP GALLIENVS AVG.

LAETITIA AVG SC. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP GALLIENVS P F AVG.

LAETITIA AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LAETITIA AVGG. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Valeriani pro Gallieni capite, radiatum ad humeros.

(1) Nummi hi Jovi Statori ſub Gallieno cuſi ad ſiſtendam incurſionem Marcomannorum, ſive Juthungorum, qui per Italiam ipſam impunè graſſabantur.

(2) Jupiter eodem typo inſiſtit baſi in quâ legitur: JOVI VICTORI in nummo argenteo Valeriani patris, in cujus nummi ambitu legitur, GALLIENUS CUM EXER SUO, hoc eſt, *Gallienus cum exercitu ſuo*, ex quâ epigraphe manifeſtò etiam liquet, literas quæ in cippo hujus nummi cernuntur, nimirum IMP. CES. legendas eſſe, *Imperator cum exercitu ſuo.* Nummi hi Gallieni inter rariores recenſendi, qui quo tempore cuſi fuerint, diximus ſuprà ad laudatum Valeriani nummum.

(3) Nummi Gallieni cum hac epigraphe haud obvii ſunt.

(4) Nummus cum hac epigraphe & hoc typo tum primùm occurrit; licet plures nummi M. Aurelii cum epigraphe JUVANTAS, vel JUVENTUS tantùm extent, typi tamen omninò diverſi ſunt. Caracallæ habetur nummus, cum epigraphe JUVENTA IMPERII & typo fermè eodem, qui habetur in nummo hoc Gallieni, niſi quod ibi captivus humi ſedens cernitur. Juventus autem Romanis, Hebe Græcis dicta eſt, cui ſacra faciebant juvenes, cum veſticipes barbæ primitias ponerent. Cæterum fallitur Vaillantius dum pro Imperatore Jovem nudum dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam geſtantem ait. Nummus rariſſimus

LAETITIA AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc.* Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LAETITIA AVGG. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

LEG I ADI VI P VI F. (1) Capricornus à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc. Regius. Cham. Frad. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LEG I ADI VI P VI F. (2) Pegaſus à dextris ſiniſtrorſum. *Regius. Cham.*

Eadem epigraphe.

LEG I AVG VI P VI F Q. Figura militaris ſtans, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam & ſcutum. *MB.*

Eadem epigraphe.

LEG I AVG VI P VI F. (3) Mars galeatus ſtans cum haſtâ & clypeo. *Vaillant.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LEG I ITAL VI P VI F. (4) Aper à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc. Regius. Frad. MDM. MB.*

Eadem epigraphe.

LEG I ITAL VII P VII F. (5) Capricornus. *Vaillant.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, dextrorſum.

LEG I ITAL VII P VII F. Bos marinus à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc. Regius. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

LEG I ITAL VII P VII F. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe.

LEG I ITAL VII P VII F. Lupa cum Romulo & Remo. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LEG I MIN VI P VI F. (6) Figura muliebris ſtolata & galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, clypeum verò humi poſitum eum haſtâ ferratâ tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, dextrorſum.

LEG I MIN VI P VI F. Typus ut ſuprà. *Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

LEG I MIN VII P VII F. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

(1) Legiones primùm àb ordine, quo erant inſtitutæ, putant vocatas, Primam, Secundam, & Tertiam, at cum iis diminutis, novæ conſcriberentur, plurimas à loco ubi conſtitutæ fuerunt, dictas eſſe Primas, Secundas, &c. quæ cognominibus poſtea diſtingui cœperunt. Hæc Prima Adjutrix cognominata, (nam ſic ſuperiores notas interpretantur viri docti, *Legio Prima Adjutrix, Sextum Pia, Sextum Fidelis.*) à Galba, teſte Dione, inſtituta eſt in inferiori Pannonia, ſeptima in Hiſpaniâ. Hujus Legionis meminit Tacitus Hiſtor. 1. *Prima*, inquit, *Adjutrix non ante in aciem deducta, ſed ferox, & novi nominis avida.* Capricornum autem pro inſigni geſſiſſe in felicitatis augurium, cum Galba ſub hoc ſidere natus eſſet, ſcribit Vaillantius; qui ſanè hac in re fallitur, uti ex ſequenti nummo, eidem minimè viſo, manifeſtè liquet, in quo non Capricornus, ſed Pegaſus exhibetur. Nummus hic Gallieni rarus. Cæterum habentur duo numiſmata M. Antonii cum notâ primæ Legionis; in uno legitur LEG. I. in altero vero LEG PRIMA ANTIQVAE. & uterque nummus pro typo habet duo ſigna Caſtrenſia, Aquilâ legionariâ intermediâ.

(2) Typus hic Vaillantio ac Mediobarbo ignotus. Nummus rariſſimus.

(3) Licet hæc Legio Auguſtæ nomen præferat, quia tamen in enumeratione Legionum ſub Auguſto non occurrit, neque ſub Galba neque ſub Severo, ut patet ex Dione, ideò putant nonnulli hanc ſub Gallieno conſcriptam, & *Auguſtam* appellatam tanquam ſub regnante: quod confirmare videtur ejus typus Mars, quem imprimis coluit Gallienus, ut alibi diximus. Nummus rariſſimus.

(4) Triplex fuit Legio I. Italica, altera bello Punico ſecundo conſcripta; altera à Cæſare Dictatore in Galliis habita; ſed cum neutra occurrat in recenſione Legionum ſub Auguſto, qui plurimas veteres exauctoravit, hanc I. Italicam putant eruditi illam eſſe, quam Nero conſcripſerat, teſte Dione. Italica appellata fuit, quòd ex Italicis militibus fuiſſet delecta. Lugduni ad Celtarum Provinciæ cuſtodiam collocata fuit, ab eodem Auguſto, ut tradit Tacitus Hiſt. 1. Hinc etiam Aper ejus inſigne, quod Hercules apud Celtas ſummopere colebatur, aiunt, quod falſum eſſe oſtendunt ſequentes nummi. Nummus rarus.

(5) Nummus hic Gallieni rariſſimus.

(6) Legionem I. Minerviam à Domitiano conſcriptam fuiſſe tradit Dio; ſicque ab eo appellatam volunt, ob peculiarem cultum, quo hanc Deam proſequutus eſt idem Auguſtus, ut ex illius nummis conſtat: in cujus rei memoriam Minervæ, inquiunt, ſimulacrum ipſam Legionem pro inſigni habere voluiſſe, quod mihi non probatur; nam habentur duo nummi Severi cum epigraphe LEG. I. MIN. & pro typo cernuntur duo ſigna militaria, aquilâ Legionariâ intermediâ, qui typus in aliis etiam nummis apparet, exceptis Gallieni nummis, in quibus animalia variis Diis ſacra, vel Deitates ipſæ expreſſæ occurrunt: unde facilè putarem horum nummorum typos non inſigne Legionum exhibere, ut patet ex præcedentibus, & ſubſequentibus nummis, ſed quid aliud nobis ignotum; & fortaſſis Gallienus hiſce nummis & Legiones ſibi conciliare in animo habuit, & iram Deorum per animalia Diis ſacra in his expreſſa, ut paſſim in aliis ejus nummis videre eſt, placare ſtuduit. Nummi hi inter rariores recenſendi. Cæterum habetur nummus æreus Aureoli, quem Mediobarbus profert ex Triſtano cum epigraphe, L. I. MIN. RESTITVTA. *Legio I. Minervia Reſtituta*; & pro typo Minerva & Aureolus cernuntur, ambo manum intendentes palmæ præciſæ in medio eorum.

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LEG II ADI VI P VI F. (1) Equus alatus cum habenis à dextris ſiniſtrorſum, pedibus anterioribus ſublimibus. *Fouc. Frad. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, dextrorſum.

LEG II ADI VII P VII F. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

LEG II ITAL. Aper. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

LEG II ITAL VI P VI F. (2) Aper à dextris ſiniſtrorſum. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LEG II ITAL VI P VI F. (3) Lupa à ſiniſtris dextrorſum, ſub quâ Romulus ac Remus nudi infantes ſedentes. *Regius. Fout. Cham. Frad.*

Eadem epigraphe.

LEG II ITAL VII P VII F. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe. Gallienus galeatus ac radiatus, ad medium dorſum dextrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeo armatus ſiniſtrâ.

LEG II ITAL VII P VII F. Ibis à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc. Cham. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LEG II PART V P V F. (4) Centaurus. *RDR. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LEG II PART VI P VI F. Centaurus à dextris ſiniſtrorſum, pedibus anterioribus ſublimibus, dextrâ extenſâ & expanſâ, clavam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LEG II PART VI P VI F. Centaurus à ſiniſtris dextrorſum, cætera ut ſuprà. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe.

LEG II PART VII P VII F. Hippocentaurus. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LEG III ITAL VI P VI F. (5) Ibis à dextris ſiniſtrorſum. *Regius. Cham. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LEG III ITAL VII P VII F. Ciconia avis. *RDR.*

....

LEG IIII C....IIII P IIII F. (6) Animal ignotum. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LEG IIII FL VI P VI F. (7) Leo pedibus anterioribus ſublimibus, currens à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc. Regius. Brandenburg. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LEG V MAC VI P VI F. (8) Victoria tunicata, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ; ante eam, aquila à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc. Regius. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

(1) Legionem II. Adjutricem jam ſub Auguſto recenſeri ſcribit Vaillantius; at Dio eam in Pannoniâ inferiori à Veſpaſiano inſtitutam ſcribit. Nummus cum rarioribus adnumerandus. Cæterum habetur nummus argenteus Severi cum epigraphe LEG. II. ADJUT. TR. P. COS. Sed typus hujus nummi, duo ſigna militaria, aquilâ legionariâ intermediâ.

(2) Nummus hic Gallieni rariſſimus eſt.

(3) Legio hæc II. Italica à Marco Aurelio conſcripta fuit, ut auctor eſt Dio. Quod ait Vaillantius de Lupâ hujus Legionis inſigni falſum eſt, ut conſtat ex typo nummi præcedentis & ſubſequentis. Nummi hi inter rariores collocandi.

(4) Legionem II. Parthicam à Severo conſcriptam tradit Dio, qui eundem Auguſtum duas alias hujus nominis I. & III. inſtituiſſe ſcribit, ita forraſſis nuncupatas, quod in limitibus Parthorum eas locaret. Σεουῆρος τὰ Παρθικά, τό, τε πρῶτον καὶ τὸ τρίτον τὸ ἐν Μεσοποταμίᾳ, καὶ τὸ διὰ μέσου τὸ δεύτερον τὸ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ. *Severus Parthicas primam & tertiam in Meſopotamiâ, ſecundamque mediam in Italiâ.* Quod vero ait Vaillantius Notas illas V. P. V. F. & VI. P. VI. F. &c. ad annos Gallieni referendas eſſe quibus cuſi fuerunt nummi, mihi non probatur. Nummi hi cum rarioribus adnumerandi.

(5) Legio III. Italica, ut & II. de quâ ſuprà egimus, conſcripta fuit à Marco Aurelio, teſte Dione. Nummi rari. Cæterum habetur nummus argenteus Severi cum epigraphe hujus III. Legionis Italicæ, ſed in eo nummo pro typo cernuntur duo ſigna militaria aquilâ legionariâ intermediâ.

(6) Profert hunc nummum Mediobarbus ex Smetio, ſed eum perperam lectum puto, & pro LEG. IIII. C. legendum LEG. VII. CL. VII. P. VII. F.

(7) Legionem IIII. Flaviam à Veſpaſiano conſcriptam docemur ex Dione: Οὐεσπασιανὸς τό, τε δεύτερον τὸ ἐπικουρικὸν τὸ ἐν Παννονίᾳ τῇ κάτω, καὶ τὸ τέταρτον τὸ Φλαουίειον, τὸ ἐν Συρίᾳ. *Veſpaſianus ſecundam Adjutricem in Pannoniâ inferiori, quartam in Syriâ Flaviam.* Habetur nummus argenteus Severi cum epigraphe, LEG. IIII. FL. ſed in eo nummo pro typo cernuntur duo ſigna militaria aquilâ legionariâ intermediâ. Nummus hic rarus.

(8) Inter veteres undeviginti Legiones, quæ adhuc ſuo tempore extabant, recenſet Dio Legionem V. Macedonicam in Daciâ. Nummi rariſſimi. Cæterum cum epigraphe LEG. V. MAC. habetur nummus argenteus Severi, qui pro typo habet duo ſigna militaria aquilâ legionariâ mediâ.

LEG VI MAC VII P VII P. Typus ut ſuprà. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

LEG VII CL VI P VI F. (1) Leo à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc. Cham. RE. MB.*

....

LEG VII CL VI P VI F. Taurus. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum & galeatum, ad humeros cum loricâ, dextrorſum.

LEG VII CL VII P VII F. Taurus. *Fouc. Regius. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum loricâ, ſiniſtrorſum.

LEG VIII AVG VI P VI F. Taurus. *DC. Regius. Cham. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LEG VIII AVG VII P VII F. (2) Taurus à dextris ſiniſtrorſum. *Fontaine.*

....

LEG VIII PAC VI P VI P. Victoria dextrâ coronam, ſiniſtrâ lauream: pro pedibus aquila. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LEG VIIII AVG VI P VI P. (3) Leo à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc.*

....

LEG VIIII VI P VI F. Victoria dextrâ coronam, ſiniſtrâ lauream: pro pedibus aquila. *MB.*

....

LEG AVG X GEM P VICT. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LEG X GEM VI P VI P. (4) Taurus à ſiniſtris dextrorſum. *Fouc. Regius. Cham. Frad. MB.*

Eadem epigraphe.

LEG XI...... Victoria ſtans, ſiniſtrâ palmam, dexterâ lauream extollens; ad pedes leo, quaſi lauream ſuſcepturus. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LEG XI CL VI P VI F. Neptunus nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, tridenti adnititur dextrâ, delphinum verò ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Fauvel. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

LEG XI CL VI P VI F. (5) Typus ut ſuprà. *Regius.*

(1) Legio VII. & XI. Claudianæ nuncupatæ fuerunt à Claudio, quòd pro eo contrà Annium Vinicianum, & Furium Camillum Scribonianum Dalmatiæ Præfectum in fide permanſerint, ut auctor eſt Dio lib. LX. pag. 775. Κλαύδιος δὲ τέως μὲν πάνυ κατεδέδιει, ὥστε καὶ ἐθελοντὴς ἑτοίμως ἔχειν τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ἐκστῆναι· τότε δὲ ἀναθαρσήσας, τοὺς μὲν στρατιώτας ἄλλοις τε τισὶν ἠμείψατο, καὶ τῷ τὰ τέλη αὐτῶν στρατιωτικά, τό, τε ἕβδομον καὶ τὸ ἑνδέκατον, ἐκ Κλαύδια καὶ πιστὰ καὶ εὐσεβῆ καὶ πρὸς τῆς βουλῆς ὀνομασθῆναι. *At Claudius, qui eatenus in tanto metu fuerat, ut paratus ultro ei Principatu cedere eſſet, recepto tum animo, militibus cùm aliis donis gratias egit, tùm effecit ut urbanæ Legiones ſeptima & undecima Claudianæ, fideles, piæque à Senatu nominarentur.* Ex hoc Dionis loco manifeſtè liquet notas illas VI. P. VI. F interpretandas eſſe VI. *Pia* VI. *Fidelis* nimirum Legio: & perperam interpretari qui aliter eas interpretantur. Cæterum Legio VII. antea nullo cognomine ornata fuit, ſed ordine ita nuncupata, ideò à Julio Cæſare, *Veterrima vocata*, & ab eo in Britanniam tranſmiſſa. Vide lib. IV. de bell. Gal. Nummi hi inter rariores recenſendi.

(2) Habetur nummus aureus Severi cum epigraphe LEG. VIII. AVG. TR. P. COS. ſed in eo nummo pro typo cernuntur duo ſigna militaria erecta, aquilâ legionariâ intermediâ.

(3) Legio VIII. & IX. ob numerum ſic nuncupatæ, ex veteribus erant Legionibus; utramque hanc Legionem, quod Dyrrachinis præliis vehementer attenuatæ eſſent, Julius Cæſar in pugnâ Pharſalicâ in unum conjunxit, ita ut vix ex duabus unam efficeret. Sic ille lib. III. de bel. Civ. *Cæſar ſuperius inſtitutum ſervans x. legionem in dextro cornu*, IX. *in ſiniſtro collocaverat; tametſi erant Dyrrachinis præliis vehementer attenuata, & huic ſic adjunxit* VIII. *ut penè unam ex duabus efficeret.* Eas poſtmodum Auguſtus reparavit, unde ex ejus nomine *Auguſtæ* nuncupatæ fuere: octavæ autem Auguſtæ in Germaniâ ſuperiori meminit Dio lib. LV. pag. 646. Nummi priores rari, hic verò rariſſimus.

(4) Legio X. nomine & ordine dicta, inter veteres numeratur, ejuſque virtus prædicatur à Julio Cæſare lib. I. de bell. Civ. *Huic*, inquit, *legioni & indulſerat præcipuè, & propter virtutem confidebat maximè.* Idem Cæſar hanc legionem in pugnâ Pharſalicâ in dextro cornu collocaverat, ut ipſe ſcribit lib. III. de eodem bel. *Cæſar ſuperius inſtitutum ſervans x. legionem in dextro cornu*, IX. *in ſiniſtro collocaverat.* Gemina autem dicta fuit, quod, cum Dyrrachino ac Pharſalico prælio plurimum attenuata eſſet, alteri ab Auguſto fortaſſis juncta eſſet. Hinc enim Geminarum appellationem ortam putat & Dio lib. LV. pag. 646. Ταῦτ᾽, inquit, ἐκ τῶν Αὐγουστείων στρατοπέδων σώζεται. Τὰ γὰρ δὴ λοιπά, τὰ μὲν παντελῶς διελύθη, τὰ δὲ καὶ ἑτέροις τισὶν ὑπό τε αὐτοῦ ἐκείνου καὶ ὑπ᾽ ἄλλων αὐτοκρατόρων ἀνεμίχθη, ἀφ᾽ οὗπερ καὶ δίδυμα ἐπωνομασμένα νενόμισται. *Hæ legiones Auguſti ſuperſunt, reliquis aut omninò diſſipatis, aut ab Auguſto, & aliis Imperatoribus inter cæteras Legiones admixtis, unde Gemellarum appellatio tracta putatur.* Hanc Legionem decimam Gemellam etiam appellat idem Scriptor loco citato, paulò ſuperiùs: Καὶ οἱ δέκατοι, οἵ τε ἐν τῇ Παννονίᾳ τῇ ἄνω, οἱ Δίδυμοι, καὶ οἱ ἐν Ἰουδαίᾳ. *Et decima, alia in Pannoniâ ſuperiori (nam Gemella erat) alia in Judæâ.* Nummi hi cum rarioribus collocandi.

(5) Legiones XI. & VII. Claudianæ dictæ à Claudio, quod pro eo contra Annium Vinicianum. & Scribonianum in fide permanſerint, ut diximus ſuprà ad Legionem VII. Hæc Legio in Galliâ cum Julio Cæſare militavit, ſed impar cæteris, nam nova erat, ut idem ſcribit lib. VIII. de bel. Gall. Collocata fuit ab Auguſto in Myſiâ inferiori, ut tradit Dio lib. LV. pag. 646. Nummus hic inter rariores recenſendus.

Eadem

Digitized by Google

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, dextrorſum.

LEG XI CL VI P VI F. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

LEG XIII GEM VI P VI F. (1) Victoria tunicata ac ſuccincta, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum ſiniſtrâ; ante eam leo gradiens à ſiniſtris dextrorſum. *Fouc. Regius. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

LEG XIIII GEM VI P VI F. Typus ut ſuprà. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

LEG XIIII GEM VI P VI F. (2) Capricornus à dextris ſiniſtrorſum. *Regius. MDM. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LEG IIXX. VI P VI F. (3) Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham. MB.*

....

LEG M XX VI P VI F. (4) Typus ut ſuprà. *MB.*

....

LEG XX VI P VI F. (5) Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LEG XXI GEM VI P. VI F. Victoria tunicata ac ſuccincta gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum ſiniſtrâ: ante eam leo gradiens à ſiniſtris dextrorſum. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

LEG XXII VI P VI F. Capricornus à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc. Regius. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

LEG XXII VI P VI F. (6) Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe.

LEG XXX NEP VI F. (7) Neptunus ſtans, dextrâ tridentem, ſiniſtrâ delphinum. *MB.*

Eadem epigraphe.

LEG XXX VLP P VI F. Hiſtrix. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LEG XXX VLP VI P VI F. (8) Neptunus nudus, cum pallio à tergo pendulo, vultu

(1) Legionis XIII. meminit & Cæſar lib. V. de bel. Gall. *In his à L. Roſcio Legato, quem Legioni* XIII. *præfecerat, certior eſt factus.* Recenſetur hæc Legio & Dioni inter veteres Legiones, & Gemella appellatur: Τό, τε τρίτον καὶ δέκατον, τὸ ἐν Δακίᾳ, τὸ Δίδυμον. *Decima tertia Gemella in Daciâ.* Nummus cum rarioribus adnumerandus.

(2) Legio XIIII. Reipublicæ tempore conſcripta fuit, ut conſtat ex lib. Comment. *Cæſar.......impedimentis Legionem* XIIII. *reliquit, unam ex his tribus quas proximè conſcriptas ex Italiâ tranſduxerat, eique Legioni Caſtriſque Q. Tullium Ciceronem præfecit.* Hæc ipſa Legio dicitur in nummo Severi Martia Victrix; quæ quidem cognomina nacta videtur in Galliâ, dum ab illius Provinciæ populis per inſidias circumſeſſa, de iis victoriam retulit. Gemella dicitur Dioni, & in Pannoniâ ſuperiori collocatur: Gemella etiam vocatur in nummo aureo Severi. Nummus rariſſimus.

(3) Legionis XVIII. Victricis fit mentio apud Tacitum; lectaque dicitur à Claudio in Germaniâ ſuperiori; ſed dubitant eruditi an illa fuerit, vel potius XXII. tranſpoſitis II. ante XX. ut videre eſt paulò infrà in nummo ejuſdem typi. Nummus rariſſimus.

(4) Refert hunc nummum Mediobarbus ex Triſtano, qui ſic legit, *Legio Minervia* XX. VI. *Pia* VI. *Fidelis.* Nummus rariſſimus ſi benè ab eo lectus & exhibitus.

(5) Hunc nummum Mediobarbus ex Vaillantio profert, ſed corruptum, dum legit, LEG. XX. M VI, &c. Litera enim M. abundat. Legio XX. olim, ut ait Dio, Valeria & Victrix cognominabatur: ſic ille lib. LV. pag. 646. *Καὶ οἱ εἰκοστοὶ, οἱ καὶ Οὐαλέριοι καὶ Νικηφόροι ὀνομασμένοι, καὶ ἐν Βρεττανίᾳ τῇ ἄνω ὄντες, οὕς τινας αὐτὸς, ἐμοὶ δοκεῖν, μετὰ τῶν τήν τε τοῦ εἰκοστοῦ ἐπωνυμίαν ἐχόντων, καὶ ἐν τῇ Γερμανίᾳ τῇ ἄνω χειμαζόντων, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μήθ' ὑφ' ἁπάντων Οὐαλέριοι ἐπεκλήθησαν, μήτε νῦν ἔτι τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ χρῶνται, παρέλαβεν εἴρηται.* Hæc Legio ex vetuſtis Legionibus eſt; nam in bello Punico ſecundo educta in aciem fuit teſte Livio lib. VII. Decad. 3. *Et Legio viceſima ab dextro cornu inſtructa. Valeriam* autem hanc Legionem ideò appellatam putat Vaillantius, quòd in Valeriâ Latii regione conſcripta eſſet: ſed hæc meræ conjecturæ. Nummus hic rariſſimus.

(6) Legio XXII. apud Spartianum in Did. Juliano, & in nummo æreo Victorini *Primigenia* cognominatur; à Tacito *Auguſta* etiam dicitur. Hæc à Julio Cæſare conſcripta. Nummi hi inter rariores recenſendi. Cæterum habetur nummus Severi argenteus cum epigraphe LEG. XXII. TR. P. COS. Sed typus in eo, duo ſigna militaria, aquilâ legionariâ intermediâ.

(7) Hunc nummum rariſſimum profert Mediobarbus ex proprio cimelio, ſed num rectè lectus?

(8) Legionem XXX. Ulpiam à Trajano, qui eam conſcripſerat, nuncupatam pro certo habetur; hic enim Imperator præter hanc trigeſimam, quam Dio Germanicam appellat, etiam II. Ægyptiam inſtituit, ut refert idem Scriptor lib. LV. pag. 646. qui ſubdit. Marcum Antoninum utrique huic Legioni à ſuo nomine nomen impoſuiſſe: *Τραϊανὸς τό τε δεύτερον τὸ Αἰγύπτιον, καὶ τὸ τριακοστὸν τὸ Γερμανικόν· ἃ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπωνόμασεν Ἀντωνῖνος ὁ Μάρκος. Trajanus ſecundam Ægyptiam, & trigeſimam Germanicam, quibus à ſuo nomine nomen impoſuit Marcus Antoninus.* At ſub Gallieno videtur hæc Legio nomen Trajani, qui eam inſtituit, iterùm ſumpſiſſe. Diſcrimen hujus nummi à ſequenti non eſt aliud, niſi quod in nummis Equitis *Fon-*

ſiniſtrorſum converſo ſtans, tridenti adnititur dextrâ, delphinum verò ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. Frad. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LEG XXX VLP VII P VII F. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

....

LEG......M......AC VII P VI. (1) Victoria ſtans, dextrâ ſertum, ſiniſtrâ palmam, ad cujus pedes aquila. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum.

LIB AVG T. (2) Figura muliebris ſtans, dextrâ teſſeram tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB. Harduinus.*

Eadem epigraphe.

LIBERAL AVG. Figura ſtans, dextrâ teſſeram frumentariam tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LIBERAL AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, teſſeram elatam tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ s. *Fouc. Cham. MDM. Fontaine.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

LIBERALITAS AVGG. (3) Typus ut ſuprà: à dexteris in areâ s. à ſiniſtris c. *Fontaine, maximi moduli.*

IMP GALLIENVS AVG.

LIBERALITAS AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *MB.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

LIBERALITAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LIBERALITAS AVGG. Typus ut ſuprà. *RE. MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

LIBERALITAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regins. DC. Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERALITAS AVGG. (4) Valerianus & Gallienus togati ac laureati, ſedentes in ſellâ curuli à ſiniſtris dextrorſum, figurâ virili ſtante intermediâ, dextrâ extenſâ, ſcipionem tenens ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERALITAS AVGG. (5) Tres figuræ togatæ ſedentes in ſellis curulibus, dextris extenſis, quarum ultima dextrorſum ſceptrum tenet: in imâ parte III. *Laiſné.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

LIBERO P CONS AVG. (6) Panthera gradiens à ſiniſtris dextrorſum. *Farneſianus.*

Alius cum B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regins. Fouc. MDM.*

Alius cum N. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

LIBERT AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pileum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam ſiniſtrâ, quâ & cippo innititur. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

LIBERT AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ s. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERTAS AVG. (7) Figura muliebris ut ſuprà ſtans abſque cippo, dextrâ tenet pileum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe.

LIBERTAS AVG X. Libertatis ſtantis typus. *MB.*

Eadem epigraphe.

LIBERTAS AVG XI. Typus ut ſuprà. *MB.*

taine, notæ numerales ſeparatæ ac diſtinctæ cernuntur, in aliis junctæ & extrà ordinem. Nummi rariſſimi. Cæterum Legiones numero XXX. ſingulas ordine diſpoſitas invenies in nummis Marci Antonii.

(1) Nummum hunc profert Mediobarbus ex Triſtano, ſed eum, quòd exeſus fortaſſis eſſet, perperam lectum puto.

(2) Sunt qui literam T. quæ procul dubio in areâ eſt, pro litera initiali Tertiæ liberalitatis accipiunt; & S. pro ſecunda. Vide nummum aureum cum eâdem literâ T. in areâ.

(3) Nummus hic argenteus Equitis *Fontaine*, Angli, maximi moduli elegantiſſimus eſt, ac rariſſimus.

(4) Nummus Gallieni cum hoc typo inter rariores recenſendus.

(5) Tres Imperatores congiarium diſtribuentes in hoc nummo exhibentur, nimirùm Valerianus pater, Gallienus, & Valerianus Junior, Gallieni frater, vel Saloninus ejus filius, & in imâ parte nota hæc III. cernitur, quam ad Tertiam Gallieni Liberalitatem referunt viri eruditi. Nummus hic rariſſimus.

(6) Epigraphe hæc nova, & typus novus, nam in Commodi & Severi nummis legitur LIBERO PATRI, non verò CONS AVG. & pro typo Bacchus ipſe exhibetur. Gallienus, cum omnes ferè Deos in periculoſo illo rerum ſui temporis æſtu invocaſſet, animalia Diis ſacra paſſim in nummis expreſſit, ut alibi diximus. Bacchus autem Liber appellatur, ob diverſas cauſas ab Hiſtoricis recenſitas, unde ipſius feſta dicta ſunt Liberalia. Pater dicitur ut cæteri Dii, Neptunus pater, Janus pater, &c. Panthera Baccho ſacra, vide Philoſtrat. lib. 1. Icon. in Tyrrheniis & Ariadne. Nummus rarus.

(7) Nummi cum hac epigraphe in Gallieno haud obvii.

Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ.

LVNA LVCIF. (1) Diana Lucifera ſtans, utrâque manu tenet facem accenſam: in imâ parte P V. ſtellâ intermediâ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARS VICTOR. Mars galeatus ſtans, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ ſcutum. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

MARTI PACIFER. (2) Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum elatum tenet dextrâ, clypeum verò humi poſitum cum ſpiculo, ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. *Fouc.*

Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PACIFERO. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *RE. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MERCVRIO CONS AVG. (3) Equus vel aries marinus Ægyptiacus cum cornibus inſtar Capricorni retroflexis: in imâ parte H. *Laiſné.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

MINERVA AVG. Minerva ſtans, dextrâ tenet haſtam ferratam, ſiniſtrâ ſcuto humi poſito innixa: in imâ parte palmæ ramus. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

MINERVA AVG. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

MINERVA AVG. Minerva galeata ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet clypeum humi poſitum, ſiniſtrâ ſpiculo innixa: in imâ parte VIIC. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

MINERVA AVG VIII. Minerva galeata ſtans, dextram ſcuto imponens, ſiniſtrâ haſtam tenet. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG.

MINERVA S AVG. (4) Minerva galeata ſtans, ſiniſtrâ haſtam cum ſcuto tenens, dextrâ lauream porrigit Gallieno, jaculum ſiniſtrâ tenenti: inter Gallienum & Minervam A. *MB.*

IMP GALLIENVS PIVS FELIX AVG. Caput laureatum, pectore paludato.

MONETA AVG. Tres Monetæ cum attributis. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG COS V.

MONETA AVG. Monetæ typus. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *MB. maximi moduli.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVGG. (5) Tres Monetæ cum attributis. *Fontaine, maximi moduli.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, pectore loricato, dextrâ haſtam humero imponit, ſiniſtrâ ſcutum cum capite Meduſæ.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

NEPTVNO CONS AVG. (6) Equus marinus à dextris ſiniſtrorſum. *Farneſianus.*

Alius cum N. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Fontaine.*

GALLIENVM AVG P R. Caput Gallieni.

OB CONSERVATIONEM PATRIAE. (7) Salus ſtans paſcit ſerpentem. *Vaillant, maximi moduli.*

GALLIENVM AVG P R. Gallienus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum tenet.

OB CONSERVATIONEM SALVTIS. (8) Figura ſtans, dextrâ ſerpentem tenet, cui pateram porrigit. *Laiſné. MB.*

(1) Nummus hic & ſequens Gallieni inter rariores recenſendi.

(2) Nummi Gallieni cum hac epigraphe haud obvii.

(3) Nummus hic Gallieni ex argento & ſequentes cum rarioribus adnumerandi.

(4) Nummus Gallieni cum hoc typo rariſſimus eſt. Habetur Getæ nummus cum epigrapbe, MINERVA SANCTA. cujus typus Minerva cum ſcuto & haſtâ tantum.

(5) Nummus hic Gallieni elegantiſſimus & rariſſimus eſt; cæterique cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

(6) Hæc epigraphe, & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Nummus argenteus cum rarioribus adnumerandus. Vide quæ infrà adnotamus ad nummum ſimilem æreum tertii moduli.

(7) In hoc nummo ſingulari, quem profert Vaillantius, Gallienum Auguſtum Populus Romanus ob Conſervationem Patriæ, ſubauditur colit, ſeu veneratur, adinſtar Græcarum Inſcriptionum. Dea Salus in nummo expreſſa denotat, Gallienum peſtem ex urbe expellendam ſummoperè curaſſe. Nummus cum hac epigraphe, & hoc typo tum primùm in nummis Imperatorum occurrit.

(8) Hæc epigraphe, & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Nummus hic rariſſimus cuſus videtur, quo tempore peſtis in urbe ſub Gallieno ceſſavit.

....

OB LIBERT RECEPTAM. (1) *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

ORIENS AVG. Sol capite radiato, cum pallio in utrumque brachium rejecto ſtans, dextrâ extenſâ & expanſâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. SG.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy. Fontaine.*

Alius cum Z. à ſiniſtris in areâ, abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *RE.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

ORIENS AVG. Sol ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ globum geſtat. *Cham. Le Roy. Fontaine.*

IMP GALLIENVS AVG G R. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà. *Fontaine. MB.*

GALLIENVS AVG.

ORIENS AVG. Figura ſeminuda, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ ſceptrum. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

ORIENS AVG. Sol cum pallio ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ non apparente: à ſiniſtris in areâ S. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

ORIENS AVG. Sol gradiens. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

ORIENS AVG. (2) Gallienus paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ protenſâ ad figuram mulíebrem ſtolatam ſtantem ex adverſo, coronam lauream tenentem dextrâ elatâ, haſtæ ferratæ adnititur ſiniſtrâ; in ſuperiore nummi parte inter utriuſque caput, corona altera laurea. *Fouc. Regius. MMA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Imperator ſtans à ſiniſtris, ſiniſtrâ ſpiculum tenet, dextram verò porrigit Victoriolam accepturus à muliere turritâ à dextris ſtante. *MMA.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM. Caput Gallieni ut ſuprà.

ORIENS AVGG. Sol capite radiato cum pallio in utrumque brachium rejecto ſtans, dextrâ extenſâ & expanſâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ. *RE.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG.

ORIENS AVGG. Orientis Solis typus. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

PAX AETERNA AVG. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum tenet dextrâ elatâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. *Fouc.*

Alius cum L. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe.

PAX AETERNA AVG G. Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS AVG.

PAX AVG. Figura ſedens, dextrâ ramum tenet, ſiniſtrâ ſcipionem. *MB.*

Eadem epigraphe.

PAX AVG. Figura ſtans, dextrâ caduceum tenet, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVG. Figura muliebris dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: à dextris in areâ T. *Cham.*

Alius cum V. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *SG.*

Alius cum S. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe.

PAX AVG S I. Pacis ſtantis typus. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

PAX AVG. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVG. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGVSTI. Figura muliebris gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam tenet: à dextris in areâ S. *Cham. Frad. MB.*

(1) Hunc nummum rariſſimum refert Mediobarbus ex Spanhemio pag. 788. Vide quæ de ſimili nummo Gallieni aureo diximus ſuprà.

(2) Nummi Gallieni cum hoc typo ac ſequenti inter rariores recenſendi.

(3) Nummi argentei Gallieni cum hac epigraphe haud obvii. Referri poſſunt hi nummi ad pacem à Gallieno initam cum Attalo Marcomannorum, vel Juthungorum Rege.

Digitized by Google

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGVSTI. (1) Figura muliebris vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ clypeum. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

PAX AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ elatâ ramum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *MB.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius. Fontaine.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP GALLIENVS P F AVG GM. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum V. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Le Roy. Fontaine. MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

PAX FVNDATA. (2) Trophæum erectum inter duos captivos humi ſedentes adverſos. *Regius. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum ad humeros.

PAX PVBLICA. (3) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: in imâ parte V. *Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe.

PERENNITATI AVG. (4) Figura ſtans, ſiniſtro cubito columnæ nixa, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam; propè columnam, ara. *MB.*

Eadem epigraphe.

PERPETVITATI. Figura ſtans ad columnam, dextrâ globum tenet, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

PERPETVITATI AVG. (5) Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ nixa, dextrâ elatâ globum tenet, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *RE. Fontaine.*

Alius cum P. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. Figura muliebris ſtolata, ſtans ad aram, manibus elatis & expanſis. *SG. MB.*

Alius cum P. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utraque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe.

PIETAS AVG SP. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG.

PIETAS AVG S. Figura ſtans, ambabus manibus elatis. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG.

PIETAS AVGG. (6) Imperator dextram porrigens Imperatrici. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG. Valerianus laureatus ac togatus, dextrorſum converſus, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, pateram tenet dextrâ, ſcipionem verò ſiniſtrâ: ex adverſo, Gallienus eodem typo ſtans, pateram pariter tenet dextrâ, ſiniſtrâ verò ſcipionem geſtat, in cujus apice aquila. *Fouc. Regius. RE. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum coronâ laureâ inter caput utriuſque Imperatoris. *Cham.*

IMP CAES P LIC GALLIENVS AVG.

PIETAS AVGG. (7) Duæ figuræ ſtantes, quarum una dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ bacillum. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

(1) Nummus Gallieni cum hoc typo inter rariores recenſendus.

(2) Habetur nummus Philippi cum epigraphe, PAX FUNDATA CUM PERSIS. cujus typus, Mulier ſtans cum ramuſculo & haſtâ tranſverſâ. Hic Gallieni nummus rariſſimus ob novam epigraphen, & novum typum referendus videtur ad pacem à Gallieno initam cum Attalo Marcomannorum, vel Juthungorum Rege.

(3) Nummus hic Gallieni cum rarioribus adnumerandus.

(4) Nummus hic cum novâ epigraphe, & novo typo profertur à Mediobarbo ex Triſtano, ſed eum, quòd fortaſſis exeſus eſſet, perperam à Triſtano lectum putat Vaillantius, & loco *Perennitati*, legendum *Perpetuitati*, nam idem utrobique typus.

(5) Perpetuitas pro Æternitate ponitur, ideo mulier globum gerit, quod æternum mundum exiſtimarent; perpetuum ſeu æternum Principis imperium optantes nummum cuderunt. Cum eadem autem epigraphe, & eodem typo habentur nummi Alexandri Severi tantùm. Nummus rariſſimus.

(6) Nummi Gallieni cum hoc typo, ac ſequenti inter rariores recenſendi.

(7) Typus hic haud diverſus à præcedenti videtur, ſed fortaſſis perperam deſcriptus.

PIETATI AVGG. (1) Figura muliebris ſtans dextrorſum verſa, ſiniſtro cubito cippo innixa, dextrâ haſtæ. *Fontaine.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

PIET SAECVLI. (2) Capra à ſiniſtris dextrorſum, ſub quâ infantulus lactans. *Cham.*

IMP GALLIENVS PIVS AVG.

P M TR P COS PP. (3) Imperator paludatus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ pilum tenens, ſtat inter duas figuras fluvii decumbentis, dextrâ arundinem gerentis. *MB.*

IMP GALLIENVS P F AVG.

P M TR P COS. Figura ſedens, dextrâ globum tenet: in imâ parte M S. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG.

P M TR P II COS M S. Figura ſedens, dextrâ globum, ſiniſtrâ ſceptrum tenens. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

P M TR P II COS PP. (4) Pallas galeata ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, ſpiculum ſiniſtrâ. *RDR.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

P M TR P II COS PP. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

P M TR P II COS PP. Typus ut ſuprà. *Regius. Cham.*

IMP GALLIENVS P F AVG G M.

P M TR P III COS. (5) Figura ſacrificans. *MB.*

GALLIENVS AVG.

P M TR P III COS. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG.

P M TR P III COS M S. Figura ſedens, dextrâ globum, ſiniſtrâ ſceptrum. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG GERM.

P M TR P IIII COS II PP. (6) Sol gradiens. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

P M TR P IIII COS III PP. Sol capite radiato nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ac volitante, concitato gradu gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ ac expanſâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM. Caput Gallieni ut ſuprà.

P M TR P IIII COS III PP. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

IMP GALL P F AVG.

P M TR P V COS III PP. *MB.*

GALLIENVS P P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

P M TR P COS III PP. Mars gradivus, ut videtur. *Fouc.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

P M TR P V COS III PP. (7) Sol ſtans dextrâ elatâ, ſiniſtrâ flagrum tenet. *Cham.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, ad humeros cum paludamento.

P M TR P V COS IIII PP. (8) Figura togata ſedens in ſellâ curuli à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ ſcipionem. *Cham.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

P M TR P VII COS. Typus ut ſuprà: in imâ parte M S. *Fouc.*

Eadem epigraphe.

P M TR P VII COS III. Pietas libans. *MB.*

GALLIENVS P F AVG. Gallienus capite radiato, ad humeros cum loricâ.

P M TR P VII COS IIII PP. (9) Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ geſ-

(1) Nummus Gallieni cum hac epigraphe, & hoc typo ſingularis eſt, nec Vaillantio, aut Mediobarbo viſus.

(2) Hæc epigraphe, & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Nummus ſingularis.

(3) Nummum hunc rariſſimum profert Mediobarbus ex Vaillantio, qui putat hunc nummum cuſum poſt Germanicas victorias à Gallieno relatas, ideoque ſtat Imperator inter duas fluviorum figuras, Rhenum nempe & Moſellam Germaniæ utriuſque præcipua flumina; quorum ripam quatuor legiones tuebantur.

(4) Fortaſſis non diverſus hic typus à ſequenti; facilè enim in nummis exeſis Pallas pro figura militari galeata ſupponitur. Nummi hi haud obvii.

(5) Nummus hic Gallieni ac ſequentes inter rariores recenſendi.

(6) Nummus hic pertinet ad annum Chriſti 256. ſequentes ad annum 257. quo Gallienus Conſul tertiùm fuit, quartoque Imperii anno circà menſem Auguſtum completo, quintum auſpicatus eſt.

(7) Nummus hic Gallieni ac duo ſequentes cum rarioribus adnumerandi.

(8) Gallienum Conſulem quartùm haud ante annum 261. fuiſſe ſuprà monuimus ad nummum aureum: itaque quintus Tribunitiæ poteſtatis annus cum quarto Conſulatu jungi non potuit.

(9) Quod de quarto Gallieni Conſulatu diximus ſuprà, nummum hunc Faſtis adverſari arguit. Nummus hic haud obvius.

rat ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Hen. Regius. Fontaine.*

IMP GALLIENVS P F AVG.

P M TR P VII COS. Figura ſedens, dextrâ globum tenet. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

P M TR P VII COS. Imperator togatus ſtans ad aram, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ veſtem colligit: in imâ parte M P. *MDM. Fontaine.*

IMP GALLIENVS P AVG.

P M TR P VII COS. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP GALLIENVS P AVG GERM. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, dextrorſum.

P M TR P VII COS. Imperator velatus & togatus ſtans ad aram, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ ſceptrum. *Fontaine.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

P M TR P VII COS. Typus ut ſuprà: in imâ parte M P. *Fontaine.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

P M TR P VII COS. Typus ut ſuprà: in imâ parte V S. *Fon.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P VII COS PP. Typus ut ſuprà: in imâ parte I P. ſtellâ intermediâ. *Regius.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

P M TR P VII COS PP. Typus ut ſuprà: in imâ parte M S. *Fon.*

GALLIENVS P F AVG.

P M TR P VIII COS IIII PP. Figura ſacrificans. *MB.*

Eadem epigraphe.

P M TR P VIII COS IIII PP. (1) Mars gradivus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ trophæum tenet. *MB.*

Eadem epigraphe.

P M TR P VIIII COS III PP. Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS AVG.

P M TR P IX COS IIII PP. Figura ſacrificans ad aram. *MB.*

Eadem epigraphe.

P M TR P IX COS V PP. *MB.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

P M TR P XII COS V PP. (2) Serapis palliatus cum modio, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tantiſper ſublatâ, haſtam tenet ſiniſtrâ. *Fouc. RE. MB.*

. . . .

P M TR P XII C VI PP. (3) Imperator eques pacificatoris habitu. *Vaillant.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P XII COS VI PP. (4) Leo radiatus. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

P M TR P XIII C VI PP. Leo gradiens à ſiniſtris dextrorſum. *Regius. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P XIII C VI PP. (5) Typus ut ſuprà. *Hen.*

IMP CAES P LICIN GALLIENVS P F AVG.

P M TR P XV COS VII PP. (6) *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

(1) Rectè convenit his duobus nummis cum Faſtis, ſed ſequent iiſdem adverſatur. Nummi hi ac ſequentes cum rarioribus adnumerandi.

(2) Quintum Conſulatum cepit Gallienus anno 261. ſextum anno 263. undecimo Tribunitiæ poteſtatis anno nondum abſoluto: itaque nummus hic Faſtis adverſatur, ſequenti verò cum iiſdem rectè convenit. Nummus hic inter rariores recenſendus.

(3) Exhibet nummus hic, inquit Vaillantius, Gallieni ex Galliis Romam adventum pacificatoris habitu. Quod ſi dicatur Gallienus jam ex Galliis reverſus, Romæ Conſulatum accepiſſe: ad ſtatuam equeſtrem, poſt triumphum ejus Perſicum hoc anno actum, ipſi erectam, referatur. At Galliis exceſſerat Gallienus anno 263. eodemque triumphum de Perſis in Decennales ludos addiderat: hic porrò nummus pertinet ad annum 264. itaque falſas eſſe Vaillantii conjectationes nemo non videt. Nummus hic inter rariores recenſendus.

(4) Nummus hic ac ſequens cum rarioribus adnumerandi.

(5) Hi nummi pertinent ad annum Chriſti 265. ad quem referenda etiam Inſcriptio, quam exhibet Gruterus pag. 274.

MAGNO. ET
INVICTO
GALLIENO. AVG. II
COS. VI
DESIGNATO. VII
PAG.

hoc enim anno duodecimum Tribunitiæ poteſtatis annum abſolvit, decimum tertium auſpicatus eſt Gallienus, Conſul denique VII. in annum ſequentem, Chriſti 266. deſignatus eſt, ut Faſti omnes teſtantur.

(6) Nummus hic Gallieni rariſſimus eſt.

P M TR P XVI COS VII. (1) Figura muliebris ſtans, dextra tenet globum, ſiniſtrâ haſtæ innixa. *MDM. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVI AVG. Figura muliebris bacillo globum tangens dextrâ, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet: à ſiniſtris in areâ II. *MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVID AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; juxtà pedes, globus: à dextris in areâ P. à ſiniſtris II. *Fouc.*

GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

PROVID AVG. Figura muliebris typo quo ſuprà, globum ſuſtinens dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtans ſiniſtrâ: in imâ parte M P. *Fouc.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

PROVID AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Farneſianus.*

Alius cum M P. in ima parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum P. à ſiniſtris in areâ, abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

PROVID AVG. Figura muliebris typo quo ſuprà, baculum inclinatum tenens dextrâ, haſtæ verò adnixa ſiniſtrâ; juxtà pedes, globus: in imà parte M T. *Fouc.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

PROVID AVG. Typus ut ſuprà cum M T. in imâ parte. *Fauvel.*

GALLIENVS AVG.

PROVIDEN AVG. Figura ſtans, dextrâ ſcipionem ſuper duos globos, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

PROVID AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò ſiniſtrâ; pro pedibus globus: à ſiniſtris in areâ X. *Le Roy.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG.

PROVIDENTIA AVG. Figura ſtans, dextrâ ſcipionem, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum loricâ.

PROVIDENTIA AVG. (2) Mercurius petaſatus, dextrâ crumenam tenet, ſiniſtrâ caduceum. *MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ſtolata, dextrorſum verſa ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextrâ demiſsâ tenet baculum, ſiniſtrá cornucopiæ. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe.

PROVIDENTIA AVG. Figura ſtolata ſtans, dextrâ globum tenet, ſiniſtrâ haſtam puram per tranſverſum. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENTIA AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò ſiniſtrâ; pro pedibus globus. *Fouc. Le Roy. Cham. MMA. Fontaine. B.*

....

PROVINCIA DACIA. Dea ſtans inter aquilam, & leonem. *MB.*

GALLIENVS AVG.

PVDICITIA. (3) Pudicitiæ ſimulacrum. *MB.*

GALLIENVS P F AVG.

RESTIT GALLIAE. (4) Gallienus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, figuram muliebrem capite turrito procumbentem, ac cornucopiæ geſtantem ſiniſtrâ, apprehenſam dextrâ ſublevat, haſtam verò ferratam tenet ſiniſtrâ. *MB.*

(1) Gallienum anno 253. adultâ æſtate Auguſtum Imperium cum patre participaſſe, anno verò 268. menſe Martio periiſſe in ejus Vitâ obſervavimus; itaque haud ultrà quatuordecim annos, ac menſes octo imperavit. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

(2) Nummus Gallieni cum hoc typo rariſſimus eſt. Denotare videtur, inquit Vaillantius, commercium, quod in toto Imperio per bella interruptum erat, Gallieni providentiâ reſtitutum. Mercurius enim negotiatorum exiſtimabatur Deus. Cæſar lib. VI. de bell. Gall. *Deum*, inquit, *Mercurium colunt: hunc ad quæſtus pecuniæ, mercaturaſque habere vim maximam arbitrantur.* Vetus Commentator Perſii ad Satyr. V. verſ. 112. de Mercurio notat: *Ipſum Deum lucri dicunt, unde & cum ſacculo pingitur.* Feſtus: *Mercurius à mercibus eſt dictus; hunc enim negotiorum omnium exiſtimabant Deum.* Vide Fulgentium lib. I. Mytholog. & Arnobium lib. III. & VI.

(3) Nummus rariſſimus. Vide ſimilem nummum ejuſdem Auguſti ex ære tertii moduli.

(4) Exhibet hunc nummum Mediobarbus ex Occone, à quo perperam inſcriptionem lectam puto, & legendam, ut in ſequentibus. Rubenius hunc nummum ac ſequentem tum cuſos putat cum Gallienus Germanos è Galliis ejeciſſet, uti refert Aurelius Victor: quod quidem factum fuit initio Imperii ipſius. Sed vide quæ paulò infrà adnotavimus.

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

RESTIT GALLIAR. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. MB.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

RESTIT GALLIAR. Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

RESTIT GALLIAR. Typus ut ſuprà. *Hen.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

RESTIT GALLIAR. Typus ut ſuprà. *Fauvel. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR GALLIAR. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP GALLIENVS PIVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

RESTITVTOR GALLIAR. (1) Typus ut ſuprà. *Cham.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

RESTITVTOR GALLIARVM. Typus ut ſuprà. *DC. MDM. MB.*

....

RESTITVT GEN HVMANI. Figura tunicata cum pallio, gradiens, capite radiato, dextram attollit, lævâ globum geſtat. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVT GENER HVMANI. (2) Sol capite radiato tunicatus ac ſuccinctus, cum pallio à tergo volitante, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ extensâ & expansâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

RESTITVT GEN HVMANI. Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

RESTITVT ORIENTIS. (3) Figura muliebris capite turrito ſtolata, ſtans à dextris, coronam lauream tenet dextrâ, haſtæ adnixa ſiniſtrâ: Gallienus laureatus ac paludatus ex adverſo ſtans à ſiniſtris, dextrâ protensâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius.*

....

RESTITVT ORIENTIS. Imperator paludatus ſtans, ſiniſtrâ haſtam tenens, dextrâ figuram procumbentem ſublevat, quæ ſiniſtra cornucopiæ tenet. *MB.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

ROMAE AETERNAE. Figura muliebris ſtolata & galeata, inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum ad-

(1) Nummi hi Gallieni haud obvii. Cuſi videntur poſt victoriam de Poſtumo relatam; nam ut ait Pollio: *Victrix Gallieni pars fuit*; ſed tamen Poſtumus Gallias tenuit. Sub Galliarum nomine tres Galliæ comprehenduntur. Vide Galbæ nummos. Habetur nummus Hadriani cum epigraphe, RESTITUTORI GALLIÆ. Sed RESTITUTOR GALLIAR. epigraphe nova, typus ut in Hadriano. Galliarum Hiſpaniarumque vias à Gallieno refectas teſtatur ſequens Inſcriptio, quam Gruterus pag. 258. exhibuit.

GALIENVS. IMP. CAES
AVG. CLEMENS. PIVS
VRBE. AEDIF. RESTAVR
AD. BONVM. ITAL. GAL
HISP. PVBLICVM. CON
VERSVS. HOC. ITER. VA
RIE. PER. PROVINC
INTERRVPT. REFICI
IMPERAVIT
LXXXVIII

(2) Cum eadem epigraphe, & eodem typo habetur nummus Valeriani ob victorias, quas primis præliis à Perſis reportavit; eandemque ob cauſam cuſum putant nonnulli hunc Gallieni nummum; alii verò, & fortaſſis probabiliùs arbitrantur hunc Gallieni nummum tum cuſum, cum Odenathus in Oriente contra Perſas victoriam retulit; nam teſte Pollione, ob eandem victoriam Gallienus triumphum egit; *Vincente Odenatho triumphavit Gallienus.* Sunt verò qui putant, nec quidem abs re, nummos hoſce cuſos ob Sibyllinos libros à Gallieno inſpici juſſos Gallieno & Petronio Fauſtino Coſſ. Anno V. C. 1015. Chriſti 262. ob peſtem, terræmotus, & alia Romani Imperii infortunia Diis placatis fuganda, ut ſcribit Pollio in Gallienis. *Gallieno*, inquit, *& Fauſtino Coſſ. inter tot bellicas clades, etiam terræmotus graviſſimus fuit, & tenebræ per multos dies. Auditum præterea tonitruum, terrâ mugiente, non Jove tonante; quo motu multa fabricæ devoratæ ſunt cum habitatoribus., multi terrore mortui: quod quidem malum triſtius in Aſiæ urbibus fuit. Mota eſt & Roma, mota & Lybia: hiatus terræ plurimis in locis fuerunt; quum aqua ſalſa in foſſis appareret: maria etiam multas urbes occuparunt. Pax igitur Deûm quæſita, inſpectis Sibyllæ libris, factumque Jovi Salutari, ut præceptum fuerat ſacrificium, &c.* Cum verò poſtea peſtis deſiiſſet, Gallienus RESTITUTOR GENERIS HUMANI dici voluit. Nummi hi inter rariores recenſendi.

(3) Nummus hic Gallieni inter rariores recenſendus; qui cuſus videtur, eandem ob cauſam, ob quam ſuperior. Habetur nummus Valeriani patris cum eâdem epigraphe, & eodem typo.

verſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ: in ſuperiore nummi parte à dextris, ſtella. *Fouc.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

ROMAE AETERNAE. Typus ut ſuprà, ſed ſtella in imâ parte. *Regius.*

Alius cum ſtellâ ſuprà Victoriolam, eodem typo utráque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

ROMAE AETERNAE. Roma clypeo inſidens, dextrâ Victoriolam tenet, ſiniſtrá haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.

ROMAE AETERNAE. Roma ſedens, ſiniſtrâ haſtam tenet, dextrâ Victoriolam, ſuprà quam ſydus. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

ROMAE AETERNAE. (1) Figura muliebris ſtolata & galeata, inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ vero ferratæ adnititur ſiniſtrâ: Gallienus capite radiato togatus ſtans ex adverſo, dextram protendit: in parte nummi ſuperiore, corona laurea. *Fouc.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

SAECVLARES AVG. Cervus à dextris ſiniſtrorſum: in imâ parte ramus. *Fouc.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

SAECVLARES AVG. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SAECVLARHS AVG. (2) Typus ut ſuprà. *Laiſné.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

SAECVLI FELICITAS. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtella. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVLI FELICITAS. (3) Typus ut ſuprà, abſque ſtellâ in areâ. *Regius.*

IMP C P LICIN GALLIENVS P F AVG.

SALVS AVG. Salus ſtans ad aram cum ſerpente. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

SALVS AVG. (4) Apollo nudus, dextrorſum converſus ſtans, lauri ramum demiſſum tenet dextrâ, cubito verò ſiniſtro tripodi innititur: in imâ parte P XV. *Fouc.* *MB.*

....

SALVS AVG. Salus paſcit ſerpentem; ex adverſo Imperator paludatus. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

SALVS AVG. (5) Æſculapius vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ ad latus compoſitâ, baculum ſerpente circumvolutum humi poſitum tenet ſiniſtrâ: in imâ parte MP. *Fouc. Fontaine. MB.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſerpente circunvolutam, pateram tenet dextrâ, quâ ſerpentem capite aſſurgentem paſcit, haſtæ verò adnititur ſiniſtra. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet ſerpentem, ſiniſtrâ pateram, ex quâ eundem paſcit. *Regius. Fontaine.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham. Le Roy.*

(1) Nummus Gallieni cum hoc typo rariſſimus eſt. Cuſus videtur poſtquam Italiam à Barbarorum incurſionibus liberavit.

(2) Ludorum Gallieni Decennalium vanitatem exagitat Pollio, quòd inanes de Perſis, Gothis, Sarmatis, Francis triumphos ageret, cum variis in partibus nutaret Imperium, nec Barbarorum incurſionibus magis quàm tyrannorum rebellionibus obnoxiæ eſſent pleræque Provinciæ: ludorum quoque ſæcularium ſpeciem eâdem tempeſtate exhibitam arguunt hi nummi quos rarioribus adſcribendos cenſemus. Nam quod averſam partem ad Philippos pertinere nonnulli exiſtimant, hâc ratione falſum demonſtrat eruditiſſimus Abbas Roman de Rives, cui poſtremum hunc nummum acceptum referimus, quòd cervus hîc longè minor exhibeatur quàm in Philipporum nummis.

(3) Rari ſunt in Gallieno cum hac epigraphe nummi; nec mirum, nam ipſo imperante, cum undique Romanum Imperium bellis civilibus, Barbaricisque premeretur, nec minus peſte ſæviſſimâ per ipſum graſſante vaſtaretur, Romani felicitatem deſiderare poterant, ſperare verò vix, aut ne vix quidem poterant.

(4) Nummi Gallieni cum hoc typo inter rariores recenſendi; cum ſequenti verò typo rariſſimi.

(5) Nunc cum Salutis ſeu Hygiæ, nunc cum Æſculapii typo occurrunt Gallieni nummi: alii Gallieno cum patre regnante cuſi ut ſequentes, alii ipſo captivo, vel mortuo, ut ſuperiores; omnes tamen peſte Romæ, adeoque per totum Imperium ſæviente cuſos non dubito; de hac peſte ſic Oroſius lib. VII. cap. 21. *Nulla ferè Provincia Romana, nulla civitas, nulla domus fuit, quæ non illâ generali peſtilentiâ correpta atque vaſtata ſit.* Nummus rarus cum hoc typo.

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

SALVS PVBLICA. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ pateram porrigens ſerpenti ex arâ erumpenti. *Fontaine. MB.*

GALLIENVS AVG.

SECVRITAS. Figura ſedens, dextrâ ſceptrum tenet, ſiniſtrâ capiti admotâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

SECVRIT AVG. (2) Figura muliebris ſtans ſiniſtro cubito columnæ innixo, dextrâ capiti admotâ: à dextris in areâ II. *Le Roy.*

Alius cum VI. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

SECVRIT ORBIS. Figura muliebris ſtolata ſedens, caduceo oblongo inclinato adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte T. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

SECVRIT ORBIS (3) Figura muliebris ſedens, ſiniſtro cubito ſedi innixo, & manu caput ſuſtentans, dextrâ baculum inclinatum tenet: in imâ parte VI. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

SECVRIT ORBIS. Typus ut ſuprà, cum VI. in imâ parte. *Cham.*

Eadem epigraphe.

SECVRIT ORBIS F. Figura ſedens, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

SECVRITAS ORBIS. Figura muliebris ſtolata ſedens, haſtæ inclinatæ adnititur dextrâ, ſellæ adnixa ſiniſtrâ, quâ & caput ſuſtinet: in imâ parte VI. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe.

SECVR PERPET. Figura nuda, dextram protendeos. *MB.*

Eadem epigraphe.

SECVR PERPET. Figura decuſſatis cruribus columnæ nixa, dextrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.

SECVRIT PERPET. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

SECVRIT PERP. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans; haſtæ adnititur dextrâ, cippo verò innititur ſiniſtrâ: in imâ parte MP. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

SECVRIT PERPET. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ H. *Le Roy SG.*

Alius cum H. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe.

SECVR TEMPOR MS. Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS P.

S P Q R OPTIMO PRINCIPI. (5) in coronâ. *MB.*

GALLIENVS AVG.

SCIS AVG. Figura ſedens, ſub cujus pedibus alia aquis innatare videtur. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

SCISCIA AVG. (6) Figura muliebris capite turrito, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ protenſâ, ſiniſtrâ verò tantiſper elatâ ac expanſâ: infrâ ſub pedibus, fluvius pronus à ſiniſtris dextrorſum, cum urnâ ex quâ aqua profluit. *Fouc. Cham. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

SISCI AVG. (ſic) Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

(1) Nummus hic Gallieni rariſſimus.

(2) Nummi hi Gallieni haud obvii.

(3) Habes cum eadem epigraphe & eodem typo nummum aureum, ubi vide quæ adnotavimus. Nummi hi haud obvii, ſed cum typo ſuperiori inter rariores recenſendi.

(4) Nummi hi Gallieni argentei haud obvii.

(5) Nummus hic Gallieni rariſſimus profertur à Mediobarbo ex Indice Cavotortæ. Cuſus creditur quo tempore Odenathum Palmyrenorum Regem participato Imperio Auguſtum vocavit; quam quidem rem & Senatus, & urbs omnis gratanter accepit, teſte Pollione in Gallienis: *Laudatur ſane*, inquit Pollio, *ejus optimum factum, nam conſulto Valeriani fratris ſui & Lucilli propinqui, ubi comperit ab Odenatho Perſas vaſtatos, redactam Niſibim, & Carras in poteſtatem Romanorum, omnem Meſopotamiam noſtram, denique Cteſiphontem eſſe perventum, fugiſſe Regem, captos Satrapas, plures Perſarum occiſos, Odenathum participato Imperio Auguſtum vocavit, ejuſque Monetam, quâ Perſas captos traheret cudi juſſit, quod & Senatus, & urbs omnis gratanter accepit*, &c.

(6) Hæc epigraphe & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Cuſum aiunt hunc nummum poſt Ingenui tyranni mortem; hic enim cum ex Pannoniæ præfecto Imperium arripuiſſet, à Gallieno victus eſt, ideo Siſcia hujus Provinciæ urbs præcipua & Romana Colonia ſedens in nummo exhibetur; ad cujus pedes Savus cernitur, ad indicandum urbis ſitum. Vide Probi nummos cum eadem epigraphe. Nummi rariſſimi.

Fadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

SOLI CONS AVG. (1) Pegaſus à dextris ſiniſtrorſum, pedibus anterioribus ſublimibus: in imâ parte A. *Fouc. Regius. DC. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

SOLI CONS AVG. (2) Bos à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe.

SOLI INVICTO. (3) Sol gradiens. *MB.*

Eadem epigraphe.

SPES PVBLICA. Spei typus. *MB.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

SPES PVBLICA. Figura muliebris tunicata ac ſuccincta, cum pallio in brachium dextrum rejecto ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Fontaine. MB.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP GALLIENVS PIVS AVG.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG.

TR P II COS II. (4) *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VBERITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, crumenam tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ Є. *Fouc. Le Roy. Frad.*

Alius abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VBERTAS AVG. (5) Typus ut ſuprà. *Le Roy. MB.*

Eadem epigraphe.

VBERTAS AVG. Figura ſtans, dextrâ cornu revolutum tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VICTORIA AET. (6) Victoria ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: à dextris in areâ Ƨ. *Le Roy.*

Alius cum Z. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AET. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Ƨ. *MDM.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AET S. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG.

VICTORIA AET. Figura ſtolata ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtra palmam. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VICTORPA AET. Victoria ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Le Roy.*

Alius cum S. à dextris & P. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe.

VICT AET AVG. Victoria gradiens, dextrâ ſertum tenet, ſiuiſtrâ palmam. *MB.*

....

VICTORIA AVG. (7) Victoria inſiſtens globo inter duos captivos, dextrâ lauream tenet, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni, radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVG. Victoria ad dextram gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam: à dextris in areâ ſtella. *Regius.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humer.s cum paludamento.

VICTORIA AVG. (8) Gallienus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextram protendit ad Victoriam tunicatam ac ſuccinctam ſtantem ex adverſo, corouam lauream ei offerentem dextrâ, ac palmæ ramum geſtantem ſiniſtrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. RE.*

GALLIENVS AVG.

VICTORIA AVG III. Victoria cum laureâ & palmâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG III. Victoria tunicata,

(1) Hæc epigraphe, & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Nummus haud obvius, ſed cum ſequenti typo inter rariores recenſendus.

(2) Bos pro Solis ſymbolo exhibetur, nam ipſi ſacer erat, teſte Theocrito 25. Idyl. Ælianus lib. 11. cap. 2. narrat, bovem Mnevim Soli, & bovem Apim Lunæ dicatos.

(3) Nummi Gallieni cum hac epigraphe inter rariores recenſendi; ſequentes verò haud obvii.

(4) Hunc nummum refert Mediobarbus ex Eminentiſſimi Noriſii de Votis x. fol. 100. ſed non dubito quin more ſolito legendus ſit nummus P. M. TR. P. II. &c. vel primæ illæ literæ exeſæ fuere, ut paſſim occurrit.

(5) Nummi hi in Gallieno haud obvii.

(6) Nummi Gallieni cum hac epigraphe haud obvii.

(7) Nummi Gallieni cum hac epigraphe, & hoc typo rari.

(8) Nummi Gallieni cum hoc typo inter rariores recenſendi.

gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ T. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum loricâ.

VICTORIA AVG III. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. *Regius.*

GALLIENVM AVG SENATVS. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVG III. (1) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. *Fouc.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VICTORIA AVG III. Typus ut ſuprà cum T. à dextris in areâ. *Cham. Le Roy.*
Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG VI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros dextrorſum.

VICTORIA AVG VII. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AVG VIII. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. *Cham. Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

VICTORIA AVG VIII. Typus ut ſuprà, cum S. à dextris in areâ. *Cham.*
Eadem epigraphe. Gallienus capite galeato ac radiato, ad pectus cum paludamento dextrorſum, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum.

VICTORIA AVG VIII. Typus ut ſuprà cum S. à dextris in areâ. *Cham.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VICTORIA AVG VIIII. (2) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ dextrorſum, dextrâ tenet haſtam humero dextro, ſiniſtrâ clypeum in quo caput Meduſæ.

VICTORIA AVGVSTI, (3) Victoria ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ tenet lauream, ſiniſtrâ tropæum humero ſiniſtro. *Fontaine.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum ſiniſtrâ. *Fouc. MB.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà. *DC. Quinarius.*

IMP GALLIENVS PIVS AVG.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtans, manibus expanſis zonam tenens. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros dextrorſum.

VICTORIA AVGG. Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat corouam, ſiniſtrâ palmam. *Farneſianus.*

IMP GALLIENVS P AVG.

VICTORIA AVGG. Victoria alata ſtans, ambabus manibus zonam; ad pedes, duo ſcuta. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVGG. Victoria tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream ſolutam tenet utrâque manu; à dextris clypeus, à ſiniſtris alter. *Fouc. Regius. Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros dextrorſum.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham. Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtans ad dextram ſpectans, dextrâ clypeo humi poſito innixa, ſiniſtrâ ſtolam colligit. *Cham.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VICT GAL AVG. Victoriæ tres tunicatæ, dextrorſum converſæ ſtantes, coronam lauream tenent dextrâ, palmæ verò ramum geſtant ſiniſtrâ. *Cham. MB.*

(1) Notas haſce numerales ad numerum Victoriarum à Gallieno relatarum ſpectare putant eruditi; plures enim victorias ſive per ſe, ſive per Duces ſuos reportavit Gallienus tam à barbaris, quam à tyrannis, ut videre eſt in ejus Vitâ. Sunt qui referunt illas notas ad victorias de Poſtumo relatas, de quibus Pollio: *Victrix*, inquit, *Gallieni pars fuit, pluribus præliis eventuum ratione decurſis.* Ad quas quidem victorias referunt etiam nummos, quos infrà exhibemus cum epigraphe VICT GAL AVG III. quorum typus tres Victoriæ dextrorſum converſæ cum laureis & palmis. Nummi cum ejuſmodi notis haud obvii; hic autem ob capitis epigraphen rariſſimus, in quo Senatus Gallienum Auguſtum, *ſubauditur*, colit aut veneratur adinſtar inſcriptionum, quæ paſſim occurrunt in nummis Græcis. Vide nummum aureum Gallieni cum epigraphe capitis GALLIENUM AVG. P. R.

(2) Nummi Gallieni cum hiſce notis VI. VII. & VIII. rari ſunt; ſed hic qui notam VIIII. victoriæ præfert rariſſimus eſt: plures autem victorias ſive per ſe, ſive per ſuos Duces Gallienum tam de barbaris quàm de tyrannis retuliſſe certum eſt, ſed quænam fuerit numero nona ex Scriptoribus ſcire non poſſumus, cum in illius ævi Hiſtoricis omnia confuſa ac perplexa occurrant. Vide quæ diximus paulò ſuperiùs ad nummum cum epigraphe, VICTORIA AVG. III. & infrà, VICT. GAL. AVG. III.

(3) Nummi Gallieni cum hac epigraphe & hoc typo inter rariores recenſendi; ſequentes haud obvii.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICT GAL AVG III. (1) Typus ut ſuprà. *Foue.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

VICT GAL AVG III. Typus ut ſuprà. *Regius.*

....

VICTORIA GALL AVG III. Victoria gradiens, dextrâ coronam, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

GALLIENVS AVG.

VIC GERMANICA. Victoria gradiens, captivum proſternens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICT GERM. Victoria gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, lauri ramum ſiniſtrâ; ad pedes captivus humi ſedens, manibus poſt tergum revinctis. *Cham.*

IMP GALLIENVS AVG.

VICT GERM. Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICT GERMANICA. Victoria tunicata ſiniſtrorſum converſa, pede ſiniſtro inſiſtens globo, coronam lauream tenet dextrâ, trophæum verò geſtat ſiniſtrâ; juxtà globum captivi duo averſi manibus poſt tergum revinctis, alter à dextris, alter à ſiniſtris humi ſedentes. *Foue. Regius. RE. Cham. Le Roy. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite laureato, ad pectus cum loricâ dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro.

VICT GERMANICA. Typus ut ſuprà. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

VICT GERMANICA. Typus ut ſuprà. *Foue. Le Roy. Fauvel. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICT GERMANICA. Victoria tunicata & ſuccincta, dextrorſum converſa, pede dextro captivi humi ſedentis manibus poſt tergum revinctis dorſum premens, coronam lauream tenet dextrâ, trophæum verò geſtat ſiniſtrâ. *Cham. Le Roy. B.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, cætera ut ſuprà.

VICT GERMANICA. Typus ut ſuprà. *DC. Quinarius.*

GALLIENVS P L AVG. (ſic) Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum,

VICT GERMANICA. Typus ut ſuprà. *Regius.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICT GERMANICA. Typus ut ſuprà. *Foue. Cham. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICT GERMANICA. Victoria ad ſiniſtram gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

VICT GERMANICA. Typus ut ſuprà, *Regius. Cham.-Fontaine.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros ſiniſtrorſum.

VICT GERMANICA. Typus ut ſuprà. *Foue.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM.

VICT GERMANICA. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP GALLIENVS PLVS AVG.

VICT GERMANICA. Victoria gradiens, dextro pede captivum conculcans, dextrâ lauream tenens. *MB.*

GALLIENVS P F AVG.

VICT GERMANICA. Victoria inſiſtens globo, dextrâ ſertum. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICT GERMANICA. Victoria ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM.

VICTORIA GERM. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum loricâ.

VICTORIA GERM. Victoria ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ; ad pedes à dextris captivus humi ſedens manibus poſt tergum revinctis. *Fontaine. MB.*

GALLIENVS P F AVG.

VICTORIA GERM. Typus ut ſuprà *MB.*

(1) Nummi cum hac epigraphe inter rariores recenſendi. Notas autem numerales quæ in hiſce nummis leguntur, referendas eſſe putant nonnulli ad victorias à Gallieno de Poſtumo relatas, uti diximus paulò ſuperiùs ad nummum cum epigraphe, VICTORIA AUG. III. alii verò exiſtimant nummos hoſce cuſos in Decennalibus à Gallieno celebratis; in quorum quidem pompâ plurimæ gentes ſimulatæ ibant, Gothi nimirum, Sarmatæ, Franci & Perſæ, de quibus tanquam devictis, tres illæ Victoriæ in nummis cœlatæ fuerunt, additâ etiam notâ numerali III: Sarmatæ quippe cum Gotthis paſſim à Scriptoribus illius ævi confunduntur.

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA GERMAN. (1) Imperator laureatus & paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ: Victoria tunicata & ſuccincta ſtans ex adverſo, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in ſuperiore nummi parte ſtella. *Fouc. Regius. MDM. Fontaine. MB.*

IMP GALLIENVS PIVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VICTORIA GERMANICA. Victoria tunicata & ſuccincta ſiniſtrorſum converſa, pede lævo inſiſtens globo, coronam lauream tenet dextrâ, trophæum verò geſtat ſiniſtrâ; juxtà globum hinc inde duo captivi averſi manibus poſt tergum revinctis humi ſedentes. *Fontaine.*

GALLIENVS AVG GERMAN. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

VICTORIA GERMANICA. Typus ut ſuprà. *Hen.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros ſiniſtrorſum.

VICTORIA GERMANICA. Victoria gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, trophæum verò geſtat ſiniſtrâ. *RE.*

GALLIENVS AVG.

VICTORIA GERMANICA. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VICTORIA GERMANICA. Victoria ſtans coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ; ad pedes à dextris captivus humi ſedens manibus poſt tergum revinctis. *Cham.*

IMP GALLIENVS P F AVG G M. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA G M. (2) Typus ut ſuprà. *Fouc. Fontaine.*

IMP GALLIENVS P F AVG G R.

VICTORIA G M. Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA NEPT. (3) Victoria ſtans, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam: à dextris in areâ S. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VICTORIA PART. Typus ut ſuprà, cum S. à dextris in areâ. *Cham.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA PART. (4) Imperator paludatus ſtans dextrâ protensâ, & haſtæ adnixus ſiniſtrâ: adſtat Victoria coronam ei offerens. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA PART. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VICTORIAE AVGG II GERM. (5) Victoria ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes captivus humi ſedens manibus poſt tergum revinctis. *Fouc. Regius. DC. Cham. Le Roy. Decleſves. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIAE AVGG IT GERM. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

. . . .

VICTORIAE AVGG T GERM. (6) Victoria gradiens, dextrâ coronam, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

(1) Nummus hic & ſequens inter rariores recenſendi.

(2) Ob hanc victoriam Germanicam Maximam non ſolùm Gallienus dictus fuit *Germanicus Maximus*; ſed etiam Valerianus pater, ut ex nummo ipſius argenteo ſingulari apparet, in quo *Germanicus Maximus Ter* Valerianus dicitur. Nummus hic rariſſimus.

(3) Nummus hic rariſſimus cuſus videtur ob navalem victoriam de Scythis in Ponto relatam, poſtquam vaſtaſſent Heracleam; cujus meminit & Pollio: *Scythæ*, inquit, *navibus factis Heracleam pervenerunt, atque inde cum prædâ in ſolum proprium reverterunt, quamvis multi naufragio perierint, navali bello ſuperati.* Et paulò poſt ait, *Veneriano item Duce, navali bello Gotthi ſuperati ſunt.* Inde etiam NEPTUNO CONSERVATORI AUG. nummi quamplurimi à Gallieno percuſſi fuere.

(4) Nummi in Gallieno cum hac epigraphe rariſſimi, & Vaillantio ignoti, ut ipſe teſtatur in Salonino pag. 393. Cuſi autem videntur ob victoriam illam, quam primis præliis reportavit à Perſis Valerianus pater, ut ſuo loco pluribus monuimus.

(5) Binas de Germanis victorias retuliſſe Gallienum, & quidem ante patris captivitatem, cum Auguſtorum illæ victoriæ dicantur, hic & ſequens nummus teſtantur. Hæc epigraphe tum primùm in nummis Imperatorum occurrit, & nummus hic inter raros recenſetur à Vaillantio; ſequens verò nummus rariſſimus, in quo nova etiam epigraphe legitur, nimirum *Victoriæ Auguſtorum iterum Germanica.*

(6) Nummum hunc rariſſimum profert Mediobarbus ex Vaillantii primâ editione, qui cum non extet in ſecundâ editione, putant nonnulli, eum tum malè lectum fuiſſe à Vaillantio, & fortaſſis legendam inſcriptionem ut in nummo præcedenti, nimirum *Victoria Auguſtorum iterum Germanica.* At ipſe puto nummum legendum, ut in primâ editione, videlicet *Victoria Auguſtorum Tertia Germanica.* Hanc quippe

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVG. (1) Figura muliebris tunicata & galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſiniſtrâ tenet coronam lauream quam offert Gallieno laureato & paludato ſtanti ex adverſo dextram protendenti, haſtam verò tranſverſam ſiniſtrâ geſtanti, clypeum verò humi poſitum cum haſtâ tenet dextrâ: in ſuperiore nummi parte corona laurea. *Fouc.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata cum ſago à tergo pendulo, dextrâ clypeo humi poſito innixa, ſiniſtrâ haſtæ ferratæ inverſæ. *DC. Quinarius.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, infrà collum cum leonis exuviis dextrorſum, clavam geſtat dextrâ humero dextro.

VIRTVS AVG. (2) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG.
VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà. *Le Roy. Cham. MDM.*

Alius cum VI. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ VI. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Figura militaris ut ſuprà, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ P. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, cum P. in areâ. *Regius.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, cum P. in areâ. *Fouc.*

IMP C P LICIN GALLIENVS P F AVG.
VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG.
VIRTVS AVG. Mars gradivus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſpolia. *MB.*

GALLIENVS P F AVG.
VIRTVS AVG. (3) Hercules nudus cum leonis exuviis & clavâ: ad latus ſtella. *MB.*

Eadem epigraphe.
VIRTVS AVG. Imperator armatus, ſiniſtrâ ſignum militare. *MB.*

IMP GALLIENVS AVG.
VIRTVS AVG. Figura militaris, dextrâ ramum, ſiniſtrâ pilum. *MB.*

IMP C P LICIN GALLIENVS P F AVG.
VIRTVS AVG. Duo milites haſtati, alter globum ſiniſtrâ tenet, alter aquilam dextrâ. *MB.*

Eadem epigraphe.
VIRTVS AVG. Figura militaris paludata, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum. *MB.*

GALLIENVS AVG.
VIRTVS AVG. Figura militaris, dextro pede globum calcans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.
VIRTVS AVG F. Figura militaris, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.
VIRTVS AVG F. Figurâ militaris, dextrâ clypeum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGVSTI. (4) Hercules nudus ſtans, dextrâ poſt tergum reductâ, clavæ innititur ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias geſtat. *Regius.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros dextrorſum.

VIRTVS AVGVSTI. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, ad pectus cum paludamento ſiniſtrorſum, ſiniſtrâ geſtat ſpiculum humero ſiniſtro.

VIRTVS AVGVSTI. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

lectionem confirmat nummus argenteus ſingularis Valeriani patris, in quo ipſe dicitur *Germanicus Maximus Ter*, ob tertiam victoriam proculdubio de Germanis à Gallieno relatam. Cæterum epigraphe etiam hæc tum primùm in nummis Imperatorum occurrit.

(1) Nummi Gallieni cum hoc typo inter rariores recenſendi.
(2) Nummus hic Gallieni rarus ob capitis typum.
(3) Nummi Gallieni cum hoc typo inter rariores ponendi.
(4) Vide quæ de ſimili nummo Gallieni aureo diximus ſuprà. Nummi hi cum rarioribus adnumerandi.

VIRTUS AUGUSTI. (1) Figura militaris galeata dextrorſum converſa ſtans, & captivum pede dextro premens, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam: à dextris in areâ x. *Le Roy.*

IMP GALLIENUS AUG.

VIRTUS AUGG. Mars gradivûs. *MB.*

IMP GALLIENUS P F AUG GERM. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum loricâ.

VIRTUS AUGG. Figura militaris galeata gradiens à dextris ſiniſtrorſum; dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Regius. Cham. Le Roy. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTUS AUGG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP GALLIENUS AUG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTUS AUGG. (2) Figura militaris galeata ſtans, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Cham.*

IMP C P LIC GALLIENUS AUG.

VIRTUS AUGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe.

VIRTUS AUGG. Figura militaris, dextrâ ramum, ſiniſtrâ pilum. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTUS AUGG. Figura militaris galeata cum ſago à tergo pendulo, dextrâ innititur clypeo humi poſito, ſiniſtrâ haſtæ ferratæ inverſæ. *Regius. Fouc. Cham. RE. Le Roy. Fontaine. MB.*

IMP GALLIENUS P F AUG G M. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTUS AUGG. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ haſtæ innititur, ſiniſtrâ clypeo humi poſito. *Le Roy.*

IMP C P LIC GALLIENUS P F AUG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VIRTUS AUGG. Typus ut ſuprà. *Regius. Fontaine.*

GALLIENUS P F AUG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTUS AUGG. Figura militaris ſiniſtrorſum converſa ſtans, utrâque manu ſpiculum tranſverſum tenet: à ſiniſtris ſignum militare erectum. *Le Roy. MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTUS AUGG. Imperator paludatus gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam ferratam tranſverſam geſtat dextrâ, ſignum militare ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. MMA. Cham. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTUS AUGG. Typus ut ſuprà. *Cham. SG.*

GALLIENUS AUG.

VIRTUS AUGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ clypeum.

VIRTUS AUGG. (3) Hercules capite radiato nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ clavam cum leonis exuviis. *Fontaine.*

IMP C P LIC GALLIENUS P F AUG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VIRTUS AUGG. Figura muliebris tunicata & galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſiniſtrâ tenet coronam lauream, quam offert Imperatori laureato ac paludato ſtanti ex adverſo, dextram protendenti, haſtam verò ſiniſtrâ geſtanti, clypeum verò humi poſitum cum haſtâ tenet ſiniſtrâ: in ſuperiore nummi parte corona laurea. *RE. MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTUS AUGG. (4) Imperatores duo ſtantes ex adverſo, dextris tenent pateras; quæ à dextris eſt ſiniſtrâ geſtat ſcipionem in cujus apice aquila; quæ à ſiniſtris, ſceptrum tenet ſiniſtrâ, quâ & veſtem colligit. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTUS AUGG. Valerianus laureatus & paludatus vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum averſum ſuſtinet dextrâ, haſtam verò ferratam tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: Gallienus eodem typo ſtans ex adverſo, haſtæ adnititur dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ: in ſuperiore nummi parte corona laurea. *Cham.*

GALLIENUS P F AUG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VIRTUS AUGG. Typus ut ſuprà, abſ-

(1) Hucuſque virtus Gallieni prædicatur, quam variis modis repræſentatam vidimus: licet enim Gallienus voluptatibus plurimum eſſet deditus, tamen, ut inquit Pollio, *ubi neceſſitas coëgiſſet, velox, fortis, denique Ingenuum conflictu habito vicit.* Et alibi: *Erat enim in Gallieno ſubita virtutis audacia.* Nummus hic rarus.

(2) Nummi Gallieni cum hac epigraphe, & hoc typo rari.

(3) Nummi Gallieni cum hoc typo, ac ſequenti inter rariores recenſendi.

(4) Variis etiam modis Virtus Valeriani patris ac Gallieni in hujuſce nummis exhibetur, cum ille Orientem verſus, hic in Gallias moviſſet; ſed nummi cum hoc ac ſequenti typo inter rariores locandi.

que coronâ laureâ ſuperne. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTUS AGG. (ſic) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

. . . .

VIRTUS GALLIENI. (1) Imperator equo currenti inſidens. *MB.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRT GALLIENI AVG. Gallienus laureatus cum paludamento à tergo volitante, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeo armatus ſiniſtrâ; pede ſiniſtro captivum reſupinatum conculcat. *Regius. Fouc. Cham. MMA. B.*

Eadem epigraphe. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam humero dextro, clypeo armatus ſiniſtrâ.

VIRT GALLIENI AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ ſiniſtrorſum.

VIRT GALLIENI AVG. Gallienus ut ſuprà, gradiens à ſiniſtris dextrorſum. *Cham.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRT GALLIENI AVG. (2) Imperator eques currens à dextris ſiniſtrorſum, ſiniſtrâ ſpiculum in captivum proſtratum contorquet. *Cham. MB.*

GALLIENVS P F AVG. Gallienus capite radiato, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS GALLIENI AVG. Figura militaris galeata, ſiniſtrorſum converſa ſtans, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ clypeum, pede lævo captivum proſtratum conculcat. *Fouc. Fauvel. Val. MDM.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VIRTVS GALLIENI AVG. Typus ut ſuprà. *Fontaine. MB.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VIRTVS VALERI. (3) Pharetra, exuvium leonis, clava, thorax & arcus. *Regius. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, & pelle leonis coopertum, ad humeros.

VIRTVS VALERI. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VIRTVTI AVG. (4) Trophæum, ad cujus imum captivi duo ſedentes manibus poſt tergum revinctis: in imâ parte S P Q R. *RDR.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VOTA DECENNALIA. (5) Victoria dextrorſum verſa ſtans, ſcribit in clypeo arbori palmæ innixo. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros dextrorſum.

VOTA DECENNALIA. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTA DECENNALIA. Victoria ut ſuprà, ſiniſtrorſum verſa &c. pede lævo galeæ impoſito. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

VOTA DECENNALIA. Typus ut ſuprà. *Brandenburg.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VOTA ORBIS. (6) Victoriæ duæ tunicatæ ac ſuccinctæ ſtantes ex adverſo, clypeum in quo S C. ad palmam arborem appenſum tenent utrâque manu. *Fouc.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VOTA ORBIS. Typus ut ſuprà. *Brandenburg.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

VOTIS X. (7) in coronâ. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS DECENNALIB. in coronâ laureâ. *Regius. Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros.

VOT X & XX. (8) in coronâ. *MDM.*

(1) Nummum hunc profert Mediobarbus ex muſeo Mauroceno Bononienſi; ſed quod fortaſſis exeſus eſſet, inſcriptionem integram non legit: & legendam puto, ut in ſequentibus, VIRTUS GALLIENI AUG. Nummi cum novâ hac epigraphe haud obvii.

(2) Nummi Gallieni cum hoc typo inter rariores recenſendi; cum ſequenti verò haud obvii.

(3) Nummus hic Gallieni cum rarioribus adnumerandus; ſequens verò ob capitis typum rariſſimus eſt.

(4) Nummi Gallieni cum hac epigraphe, & hoc typo rariſſimi ſunt.

(5) Vide quæ ad ſimilem nummum aureum monuimus. Nummi hi rari.

(6) Cum eadem epigraphe, & eodem typo habentur nummi Valeriani patris. In Gallieno cum rarioribus adnumerandi

(7) Ad Decennalia initio Imperii cum patre ſuſcepti nuncupata ſpectare putant hos nummos. Cum hac epigraphe rariſſimi, cum ſequenti verò rari.

(8) Hæ ſunt Decennaliorum ſolutorum, & Vicennaliorum ſuſceptorum notæ. Vide quæ ad ſimilem nummum aureum adnotavimus. Nummus hic rariſſimus.

NUMISMATA ARGENTEA
à Gallieno reſtituta.

DIVO AVGVSTO. Caput Auguſti radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. (1) Aquila à fronte alis expanſis. *Regius.*

DIVO TITO. Caput Titi radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Ara cum igne. *Regius.*

DIVO NERVAE. Caput Nervæ radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Ara cum igne. *Regius.*

DIVO TRAIANO. Caput Trajani radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Ara cum igne. *Regius.*

DIVO PIO. Caput Antonini radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Ara cum igne. *Regius.*

DIVO MARCO. Caput M. Aurelii radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Aquila à fronte alis expanſis. *Regius.*

DIVO SEVERO. Caput Sep. Severi radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Aquila à dextris ſiniſtrorſum alis expanſis. *Regius.*

DIVO ALEXANDRO. Caput Alexandri Severi radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Ara cum igne. *Regius.*

(1) Inter nummos Gallieni aureos nummum rariſſimum ex Theſauro Regio propoſuimus, in cujus altera parte Gallieni caput cernitur, in alterâ verò Auguſti, cum epigraphe DEO AUGUSTO, ubi vide quæ adnotavimus. Cæterum ut hoſce nummos argenteos nonnullorum Imperatorum, qui à Gallieno reſtituti videntur, hîc ſubjungeremus, amici monuere. Nummi hi rari.

NUMISMATA ÆREA LATINA
maximi moduli, vulgò Medaglioni.

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

ADLOCVTIO AVGG. (1) Duo Imperatores paludati, pone quos duo alii ſtantes, adloquuntur cohortes. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

ADLOCVTIO AVGVSTORVM. Duo Imperatores cum Præfecto Prætorii ſtant in ſubſtructione, manus attollentes; quatuor aliæ ſtant ante ſubſtructionem, ex quibus una labarum, & duæ ſigna militaria tenent. *RE.*

IMP GALLIENVS...... Caput Gallieni laureatum ad pectus cum paludamento dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum, in quo Meduſæ caput.

ADVENTVS AV..... Tres Imperatores equites à ſiniſtris dextrorſum, Victoria præeunte; pone eos aquila legionaria inter duo ſigna militaria & vexillum, à militibus galeatis geſtata; ultimo loco ſequitur miles cum clypeo. *Farneſianus.*

CONCORDIA AVGG. Capita adverſa Gallieni laureati ad pectus cum paludamento, & Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

AEQVITAS PVBLICA. (2) Tres Monetæ ſtantes dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ geſtant. *Regius. Vaillant.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureâ cinctum.

APOLLINI CONSERVATORI. Apollo nudus ſtans, dextrâ ramum gerit, ſiniſtrâ lyram. *Vaillant.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

CORNELIA SALONINA AVGVSTA. Caput Saloninæ. *Vaillant.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Gallienus capite laureato, ad pectus cum loricâ dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum, in quo figura Gorgonis.

CORNELIA SALONINA AVGVSTA.

(1) Licet omnes nummi hujus Auguſti ex ære maximi moduli rari ſint, tamen hic & duo ſequentes rariſſimi ſunt.

(2) Perperam legit Vaillantius capitum epigraphen CONCORDIA AOG pro AVGG. Hinc autem manifeſtè liquet paſſim in nummis duo G. referenda non ſolùm ad duos Imperatores, ſed etiam ad Imperatorem, & Auguſtam conjugem, uti in nummis Trajani Decii monuimus. Nummus cum rarioribus adnumerandus.

(1) Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ. *RE.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

FIDES EXERCITVS. Valerianus & Gallienus ſtantes dextras jungunt, Valerianus coronatur à Victoriâ: in imo hinc & inde fluvius decumbens cùm urnâ. *Vaillant.*

GALLIENVS PIVS FEL AVG. Caput Gallieni pelle leoninâ ornatum.

FORTVNA REDVX. Fortuna ſtans ſtolata, dextrâ temonem tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureâ inſigne.

LIBERALITAS AVG. Mulier ſtolata ſtans dextrâ teſſeram præfert, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S. C. *Vaillant.*

CONCORDIA AVGVSTORVM. Capita adverſa Gallieni & Saloninæ.

LIBERALITAS AVG. (2) Imperator & Salonina ſedentes in ſubſtructione pro congiario diſtribuendo, pone Gallienum ſtat Præfectus Prætorii; pone Saloninam mulier ſtolata. *Vaillant.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Gallienus capite laureato, ad pectuscum loricâ, ſiniſtrâ geſtat ſpiculum ad humerum ſiniſtrum.

MONETA AVG. Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *Lamoignon. DeC.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *DeC.*

IMP C GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

GALLIENVS PIVS FEL AVG. Caput Gallieni pelle leoninâ ornatum.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

CONCORDIA AVGG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento; ex adverſo caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

MONETA AVG. (3) Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM. Caput Gallieni laureatum.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Gallienus medio corpore tenus cum trabeâ dextrorſum, dextrâ ſcipionem tenet in cujus ſummitate aquila.

P M TR P X PP COS V. (4) Imperator in quadrigis triumphalibus dextrâ equorum habenas tenet. *Vaillant. Regius.*

(1) Nummi Gallieni cum Saloninæ ex alterâ parte typo rariſſimi ſunt.
(2) Nummus hic Gallieni rariſſimus.
(3) Nummus hic & ſuperior ob capitum typos inter rariores recenſendi.
(4) Perperam legitur hic nummus apud Vaillantium COS II. pro COS V.

NUMISMATA ÆREA GRÆCA
maximi moduli, vulgò medaglioni.

A..............

ANTIOXEΩN MAIANΔPOC. *Antiochenſium Mæander.* Pons Antiochiæ ad Mæandrum, ſuprà quem figura Fluvii decumbentis; ad ingreſſum pontis arcus videtur pulcherrimus. *Vaillant.*

ATT K Π AIK ΓAΛΛIHN. *Imperator Cæſar Publius Licinius Gallienus.* Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

AΠOΛΛΩNIATΩN AT..... (1) *Apolloniatarum Lyciorum.* Imperator paludatus dextrorſum converſus, dextrâ tenens globum, ſiniſtrâ haſtæ innixus, ſtat in templo octo columnis ſuffulto. *Regius.*

ATT K Π Λ ΓAΛΛIHN. Caput Gallieni ut ſuprà.

AΠOΛΛΩNIATΩN ΛYKIΩN. (2) Imperator ſtat in templo ut ſuprà, ſed dextrâ columnæ innixus, ſiniſtrâ tenet haſtam. *RE.*

ATT K Π AIK ΓAΛΛIHNOC. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

EΠ OKTA APTEMIΔΩPOY ΘYATEIPHNΩN. *Sub Octavio Artemidoro Thyatirenorum.* Diana Epheſia & Amazon quæ dextrâ ſcipionem, ſiniſtrâ bipennem tenet. *Regius. Vaillant.*

....

EΠI ATP MHNOΦIΛOY B ANΔPONEIKOY KYZIKHNΩN. *Sub Aurelio Menophilo Valerio Andronico*, ſubauditur, *Prætoribus Cyzicenorum.* Pluto in cur-

(1) Viginti quinque hujus nominis urbes memorat Stephanus, & vigeſimo primo loco recenſet ejuſdem nominis inſulam prope Lyciam, *νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ*, in quâ fortaſſis erat oppidum ejuſdem nominis, ubi Gallieni hi nummi cuſi videntur. Similem nummum recenſet Vaillantius ex proprio cimelio inter nummos ſecundi moduli, niſi quòd in eo Imperator dextrâ pateram tenet.
(2) Aliter hunc nummum legit Holſtenius in Notis ad Stephanum de Urbibus.

ru rapit Proſerpinam. *Vaillant.*

Π ΛΙΓΑΛΛΙΗΝΟϹ ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΟΝΕΙΝΑ. *Publius Licinius Gallienus. Cornelia Salonina.* Capita adverſa Gallieni radiati & Saluninæ; in medio eorum figura globo inſiſtens, ambabus manibus velum tenens.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΑϹΥΛΟΥ ΙΕΡΟϹ. (1) *Pergæorum, Inviolabilis Urbis, Sacrum Certamen.* Menſa ſuprà quam urna, in quâ legitur ΠΥΘΙΑ. *Pythia. RE. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠ ϹΤΡ Μ ΑΥΡ·ϹΕΞΤΟΥ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. circà coronam lauream in quâ ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑϹΙΑϹ ΕΝ ϹΜΥΡΝΗ. (2) *Sub Prætore Marco Aurelio Sexto Smyrnæorum ter Neocororum Prima*, ſubauditur, *Certamina communia Aſiæ in urbe Smyrnâ. Regiut. Vaillant.*

. . . .

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Tripolitarum.* circà coronam lauream, in quâ ΛΗΤΩΕΙΑ ΠΥΘΙΑ. *Latonia Pythia. Vaillant.*

(1) Pe͏rge una ex celeberrimis & antiquiſſimis Pamphyliæ urbibus, quam illuſtrabat fanum Dianæ, ob quod jure Aſyli gaudebat; quo fortaſſis jure unà cum aliis urbibus ſub Tiberio privata, à Gordiano in priſtinum ſtatum reſtituta eſt, ut indicat Tranquillinæ nummus. De hac urbe & templo Dianæ pluribus infrà. Nummus hic recenſetur a Vaillantio ex eodem Regio Etruriæ eimelio inter nummos primi moduli.

(2) Delectam à Communi Aſiæ urbem hanc nummus ſignificat, ubi conventus totius Provinciæ fieret, ludique ſolennes, & in templo ejus oppidi ſacra communia celebrarentur; quod primùm factum ſub Severo, indicat ejuſdem nummus in Gazâ Regiâ aſſervatus. Primitus autem Smyrna cum una eſſet ex duodecim Æolenſium urbibus, inſequentibus deinde temporibus Concilii ſui jus cum Smyrnæis Iones communicarunt, teſte Pauſania; idque auctoribus Epheſiis factum narrat Strabo. Plinius, *Smyrnæum*, inquit, *conventum magna pars Æolia frequentat*, &c.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ANNONA AVGG. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ demiſsâ tenet ſpicas ſuprà modium, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S.C. *RE.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

APOLLINI CONSERVA. Apollo nudus ſtans dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram humi innixam: in areâ S.C. *Fouc.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

APOLLINI CONSERVAT. Typus ut ſuprà, cum S.C. in areâ. *RE.*

IMP C P LICIN GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureati.

COHORT PRAEF PRINCIPI SVO. (2) in laureâ. *Vaillant.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. Duæ dextræ junctæ: in imâ parte S. C. *Fouc. RE. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA EXERCIT. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ: in areâ S. C. *Fouc. RE. Frad. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum loricâ.

CONCORDIA EXERCIT. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Regius. Fontaine.*

IMP CAES LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA EXERCIT. Figura muliebris ut ſuprà, ſiniſtrâ tenet cornucopiæ; cum S. C. in areâ. *Fauvel.*

. . . .

DIANA FELIX. (3) Diana Venatricis habitu ſtans, dextrâ arcum; pro pedibus canis. *Vaillant.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum loricâ.

FELICITAS AVGG. (4) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet caduceum oblongum, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S. C. *Frad. Cham.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

(1) Hic nummus & ſequens Gallieni inter rariores recenſendi.

(2) Nummus hic Gallieni cum novâ epigraphe rariſſimus eſt; ſequens verò cum rarioribus à Vaillantio adnumeratur.

(3) Nummum hunc profert Vaillantius ex eimelio Reginæ Chriſtinæ, & cum rarioribus adnumerat.

(4) Hic nummus ac ſequentes inter rariores recenſendi.

FELICITAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *RE.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ; in areâ S. C. *Fouc. Regius. Cham.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

GENIVS AVG. Genius cum modio ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ; à ſiniſtris aquila legionaria erecta: in areâ S. C. *Regius. RE. Cham.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVAT. Jupiter nudus cum pallio in humeros rejecto ſtans, dextrâ fulmen tenet, ſiniſtrâ haſtæ adnixus: in areâ S. C. *Regius.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros.

IOVI CONSERVAT. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *SG.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVAT. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Collegii.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

LIBERALITAS AVG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ geſtat teſſeram, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ S. C. *RE.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum loricâ.

LIBERALITAS AVGG. (1) Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc. Regius. Frad. Cham. Le Roy.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

MARTI PACIF. (2) Mars galeatus dextrorſum gradiens, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ ſpiculum & clypeum: in areâ S. C. *Regius.*

IMP GALLIENVS AVG COS V. Caput Gallieni ut ſuprà.

MONETA AVG. (3) Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *RE.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *DeC.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP GALLIENVS P F AVG GER. Caput Gallieni ut ſuprà.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte S. C. *Fouc.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ORIENS AVGG. (4) Sol cum pallio nudus ſtans, dextrâ elatâ & expanſâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum loricâ.

ORIENS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ geſtat ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: in areâ S. C. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

PAX AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *DC.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

PAX AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Cham. Fauvel.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum loricâ.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum S.C. in areâ. *Frad.*

. . . .

RESTIT GALLIAR. (5) Figura paludata ſtans dextrâ haſtam, figuram mulie-

(1) Omnes liberalitatis typos pro ratis habendos ſcribit Vaillantius.

(2) Nummus hic rariſſimus cuſus videtur, quo tempore Gallienus fœdus cum Attalo Marcomannorum, ſeu Juthungorum Rege iniit.

(3) Omnes nummos cum hac epigraphe primæ formæ raros eſſe ſcribit Vaillantius, ſed hujus pretium auget capitis Inſcriptio.

(4) Nummi cum hac epigraphe inter rariores recenſendi; cum ſequenti verò haud obvii.

(5) Nummus hic Gallieni inter raros recenſetur à Vaillantio.

brem in genua procumbentem ſublevat. *Vaillant.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

RESTITVTOR ORBIS. (1) Imperator paludatus ſtans, dextram porrigit figuræ turritæ genuflexæ, ſiniſtrâ haſtam tenet: in areâ S. C. *Fouc.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

SECVRITAS AVGG. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ capiti admotâ, columnæ innititur ſiniſtrâ, quâ & haſtam tranſverſam tenet: in areâ S. C. *Frad.*

....

SERAPIDI COMITI AVG. (2) Serapis ſtans, dextram attollit, ſiniſtrâ haſtam puram; pro pedibus ibis. *Vaillant.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVN. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

VESTA. (3) Figura muliebris ſtans, dextrâ lucernam tenet, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Laiſné.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria ad dextram gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in areâ S.C. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtans coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà cum S. C. in areâ. *RE.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtans, dextrâ innixa clypeo humi poſito, palmæ ramum tenet ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVGG. (4) Victoria ſtans utrâque manu tenet corollam: in imâ parte II. *Fontaine.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VICTORIA GERM. Victoria ad dextram gradiens, coronam lauream tenet dextrâ elatâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc. Val.*

IMP GALLIENVS P F AVG GER. Caput Gallieni ut ſuprà.

VICTORIA GERM. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ſtans, globum tenet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Regius.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Figura militaris galeata ac paludata ſtans, haſtam ferratam inverſam tenet dextrâ, clypeo verò humi poſito innititur ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Frad. DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. Figura militaris ut ſuprà, dextrâ clypeo humi poſito innixa, haſtam ferratam tenet ſiniſtrâ: in areâ S.C. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius. Cham. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS DECENNALIBVS S C. in coronâ laureâ. *Frad. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

VOTIS DECENNALIBVS S C. in coronâ. *Regius. RE. Fouc.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VOTIS DECENNALIBVS S C. in coronâ. *Frad.*

(1) Cum eâdem epigraphe habetur nummus Valeriani patris; unde fit ut cuſum putem nummum, cum cum alter Gallicam expeditionem, alter Orientalem ſuſcepiſſet: Gallienus in Gallus multa præclarè geſſit, Valerianus primis præliis Perſas vicit, ut teſtis eſt Zoſimus. Nummus hic ac ſequens rariſſimi.

(2) Hæc epigraphe & hic typus tum primùm occurrunt in nummis Auguſtorum. Vide Poſtumi nummos. Nummus rariſſimus.

(3) Epigraphe hæc frequens occurrit in nummis primorum Imperatorum, nimirùm in nummis Caii, Claudii, Neronis, Galbæ, & uſque ab Hadrianum, deinde verò à Sabinâ ad Severinam uſque in nummis tantum Auguſtarum occurrit, excepto hoc Gallieni rariſſimo nummo.

(4) Nummi Gallieni cum hoc typo inter rariores recenſendi; ſequentes verò omnes rari.

NUMISMATA LATINA Æ. I
Gallieno adſcripta.

GENIVS P R. Caput radiatum ad humeros.

INT S C VRB. (1) in coronâ. *Fouc. Cham. DC. Fontaine. Brandenburg.*

GENIO S P Q R. Caput ut ſuprà.

INT S C VRB. in coronâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

S C. in coronâ. *Bau.*

(1) Hunc nummum Cl. Patinus poſt Triſtanum ad Gallienum pertinere arbitratus eſt, cum Auguſto pleique hactenus adſcripſiſſent : ſed in illo explicando variant eruditi. Quidam in ludibrium Gallieni cuſum à tyranno quodam fuiſſe autumant, quaſi voluptatibus mancipatus princeps vino & luxuriæ plerumque intrà urbem indulgeret : ſed Gallienum plurimis bellis interfuiſſe in ejus Vitâ monuimus. Patinus mavult de Gallieni in urbem adventu intelligi ; de quo tamen, non apeeit : nóbis nummus cuſus videtur, vel quo tempore Italiam adeoque orbem Romam à Juthungorum incurſionibus liberatum venit Gallienus, anno ſcil. 259. vel ſequenti, cum hactenus Sarmatico bello diſtentus eſſet ; vel anno 263. quâ tempeſtate receptâ Byzantinâ urbe Romam ad triumphum ac Decennalia celebranda advolavit : nimirùm Princeps vanus *ſtatuam majorem coloſſo ſibi fieri Solis habitu præceperat*, ut ſcribit Pollio, cujus capitis exemplum hoc in nummo exhiberi veroſimile eſt.

NUMISMATA Æ. I.
in Coloniis cuſa.

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

COL IVL AVG FEL BER. *Colonia Julia Auguſta Felix Berytus.* Figura muliebris tutulata ſtans, dextrâ haſtæ crucigeræ innixa, ſiniſtrâ tenet acroſtolium, pede ſiniſtro proræ navis impoſito : à ſiniſtris columna, cui inſiſtit Victoriola coronans figuram. *Fouc. Cham. SG.*

IMP P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

COL IVL AVG FEL BER. Typus ut ſuprà. *Vaillant. Regius. Lamoignon.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſupra.

COL IVL AVG FEL BER. (1) Leo gradiens à ſiniſtris dextrorſum. *DeC.*

IMP CAES P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

COL IVL AVG FEL HEL. (2) *Colonia Julia Auguſta Felix Heliopolis.* Caput Gallieni ſub Mercurii effigie, pone quem caduceus ; ex adverſo caput Saloninæ ejus uxoris ſub imagine Genii urbis turriti. *Vaillant. Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

COL IVL AVG FEL HEL. CERT SACR CAP OEC ISE HEL. (3) *Colonia Julia Auguſta Felix Heliopolis. Certamen Sacrum Capitolinum Oecumenicum Iſelaſticum Heliopolitanum.* Tria vaſa ſeu diſci cum palmis. *RE. DeC.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ.

COL TYRO METRO. (4) *Colonia Tyros Metropolis.* Aſtarte tutulata ſtans, dextram imponit trophæo, ſiniſtrâ haſtam tenet : à ſiniſtris Victoria columnæ inſidens coronam ei porrigit ; pro pedibus à dextris Silenus, à ſiniſtris conchylium. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

COL TYRO ME. (5) Figura nuda exten-

(1) Vide quæ de nummo ejuſdem typi diximus in Valeriani nummis ſecundi moduli ; hic autem Gallieni Vaillantio ignotus.

(2) In nummis paſſim Auguſtos Auguſtaſque repræſentatos fuiſſe ſub Deorum Dearumque effigie nemo ignorat. Hîc Gallienum Heliopolitani ſub Mercurii effigie exhibuerunt, quod hic Deus in illorum urbe ſummopere cultus eſſet, ut denotant nummi Philippi Senioris à Vaillantio citati ; in altero ex quibus Mercurius cum attributis cernitur, in altero verò templum eidem Deo dicatum, quod indicare videtur caduceus in eodem cuſus. Vide Vaillantium de Coloniis part. 2. pag. 239. & 240.

(3) Nummus hic Gallieni non extat apud Vaillantium.

(4) Nummus hic Gallieni à Tyriis cuſus non extat apud Vaillantium.

(5) Figuram nudam triremi inſiſtentem Herculem Tyrium eſſe cum Vaillantio putamus ; de quo locuti ſumus ſuprà in nummis Treboniani Galli primi moduli. Triremi autem inſiſtens repræſentatur hic Hercules, vel quòd triremium inventor eſſet, & eas fabricare Tyrios docuiſſet, ut ſcribit Nonnus Dionyſ. lib. XL. vel ob res ab eo in mari geſtas, cum Herculem Tyrium ad Gades perveniſſe ſcribat Clearchus, teſte Iſaacio Lycophronis interprete ; quod & Arrianus confirmat inquiens ; Τὸν Τύριον Ηρακλέα εἰς περὶ τὰ Γάδειρα τόπους ἀφιχθῆναι, *Tyrium Herculem ad loca Gadibus vicina acceſſiſſe.*

ſis manibus triremi inſiſtens : à dextris in areâ conchylium. *Fouc. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL TYRO MET. (1) Figura virilis ſeminuda ſiniſtrorſum gradiens, & retroſpiciens, dextrâ extenſâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam : à dextris in areâ conchylium. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe eum eodem capitis typo.

COL TYRO MET. (2) Hercules nudus ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ trophæo à dextris erecto innixus, ſiniſtrâ clavam, & leonis exuvias ; à dextris in areâ conchylium. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL TYRO METR. (3) Figura muliebris galeata clypeo inſidens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat aquilam cui inſiſtunt duo Imperatores, ſiniſtrâ haſtæ innixa : à ſiniſtris in areâ conchylium. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL TYRO METROP. Aſtarte turulata ſtans in templo ſex columnis ſuffulto, dextram imponit trophæo à dextris erecto, ſiniſtrâ geſtat ſcipionem : à ſiniſtris columna, cui inſiſtit Victoriola coronam figuræ porrigens ; pro pedibus à dextris Silenus ; à ſiniſtris conchylium. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL TYRO METR. (4) Vir nudus brachio ſtrophium gerens, ſaxo ſerpentem contra ſe erectum impetit : à dextris in areâ conchylium. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

. COL TYRO METR. Arbor inter duos lapides metarum inſtar ; & infrâ à dextris ara, à ſiniſtris conchylium. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe eum eodem eapitis typo.

COL TYRO METRO. (5) Ædificium quoddam ; & conchylium infrà. *Regius.*

(1) Similis nummus habetur in Valeriano ex ære ptimi moduli ; non extat hic nummus apud Vaillantium.

(2) Nummus hic non extat apud Vaillantium. Vide quæ de Hercule Tyrio diximus in nummis Treboniani Galli primi moduli.

(3) Vide quæ de ſimili nummo diximus in nummis Treboniani Galli ſecundi moduli. Non habetur hic apud Vaillantium.

(4) Similis typi nummus habetur in Gordiano tertio, quem exhibuit Vaillântius, qui utrumque typum, nimirum figuram illam virilem brachio ſtrophium gerentem, & ſaxo ſerpentem impetentem Cadmum repræſentare putat, cum ſcribat Nonnus Cadmum ſerpentis caput ſaxo fregiſſe. Sed de Cadmo, & hac fabulâ pluribus egimus ſuprà in nummis Treboniani Galli ſecundi moduli.

(5) Nummus exeſus, & ædificium incognitum, ſed non extat apud Vaillantium.

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

A.................

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ ΠΡΟΣ ΡΥΝΔΑΚΩ. (1) *Apolloniatarum ad Rhyndacum.* Figura paludata in templo ſex columnarum, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ. *Imperator Cæſar Publius Licinius Gallienus.* Caput Gallieni laureatum, ad pectus eum loricâ : à ſiniſtris in areâ ΙΑ. *Anno undecimo.*

ΑΣΠΕΝΔΙΩΝ. (2) *Aſpendiorum.* Figura juvenilis rupibus inſidens. *Regius.*

....

ΑΡΧ ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ ΑΠΕΛΛΑ ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩΝ. *Archonte Hermogene Apella Aphrodiſienſium.* Imperator eques decurrens. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento : à dextris in areâ Γ. *Anno 3.*

ΕΦΕΣΙΩΝ Α ΑΣΙΑΣ. (3) *Epheſiorum Primorum Aſiæ.* Victoria ſeminuda ſtans à dextris ſiniſtrorſum, elypeo palmæ arbori appenſo epigraphen inſcribens. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ ΑΥΓΟ. *Imp. Cæſar Publius Licinius Gallienus Auguſtus.* Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum cum ſpieulo.

ΕΦΕΣΙΩΝ Α ΑΣΙΑΣ. Biga cum rectore; currus autem ſimilis eſt templo quatuor columnis ſuffulto. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem eapitis typo.

ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ. Diana ſtat tenens arcum ; pro pedibus cervus. *RE.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ. Caput Gallieni laureatum, ad humeros.

(1) Plinius lib. v. ſect. XXXII. *Apolloniatæ à Rhyndaco amne.* Ἀπολλωνία πρὸς Ῥυνδάκῳ ποταμῷ, in mediterraneis Phrygiæ Majoris oppidis apud Ptolemæum lib. v. cap. II. Rhyndacus verò fluvius ante Lycus dictus ex eodem Plinio, oritur in ſtagno Artynia juxtà Miletopolim Phrygiæ, recipit Megeſtum & pleroſque alios fluvios ; Aſiam Bithyniamque diſterminans, in Propontidem fluit ſecus Beſoïcum inſulam.

(2) Nummus hic Gallieni ab Aſpendiis cuſus non extat apud Vaillantium. Vide quæ de Aſpendiis diximus in nummis Treboniani Galli ſecundi moduli.

(3) Nummus cum hac epigraphe & hoc typo, ac duo ſequentes non extant apud Vaillantium.

ΕΦΕCΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (1) Eques à dextris ſiniſtrorſum, ſub quo neſcio quæ figuræ. *DeC.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (2) *Epheſiorum ter Neocororum.* Diana Venatrix ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſagittam è pharetrâ ex humeris ſuſpensâ depromit dextrâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes canis currens. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ Δ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (3) *Epheſiorum quater Neocororum.* Typus ut ſuprà. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΑΥΓΟ. *Imperator Cæſar Publius Licinius Gallienus Auguſtus.* Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum cum ſpiculo.

ΕΦΕCΙΩΝ Δ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Victoria ſtans manus clypeo palmæ arbori appenſo imponit. *RE.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento ſiniſtrorſum.

ΕΦΕCΙΩΝ ΑΠΗΝΗ. (4) *Epheſiorum Tenſa.* Carpentum elegans, quod vehunt equi duo à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ ΑΡΤΕΜΙC. (5) *Epheſiorum Diana.* Diana Venatrix ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſagittam è pharetrâ ex humeris ſuſpensâ depromit dextrâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ: pone eam arbor: à dextris juxtà pedes canis. *Fouc. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

ΚΛΑΥΔΙΟ CΕΛΕΥΚΕΩΝ. (6) *Claudiopolitarum Seleucienſium concordia.* Figura turulata ſtans, dextrâ temonem tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΚΥΜΑΙΩΝ ΑΙΛ ΕΡΜΕΙΑC ΠΡΥΤ. (7) *Cumæorum, Ælius Hermias Prytanis.* Diana Epheſia cum pateris, adminiculis & cervis. *Fouc.*

. . . .

ΑΙΛ ΕΡΜΕΙΑC ΠΡΥΤ ΚΥΜΑΙΟΙC. (8) *Ælius Hermias Prytaneus Cumæis.* Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

ΑΥΤ ΚΑΙ ΠΟ ΛΙ ΓΑΛΛΙΗ. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento: à ſiniſtris in areâ ΙΑ.

ΛΥΡΒΕΙΤΩΝ. *Lyrbitarum.* Mercurius inſidens ſcopulis à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ crumenam tenet, ſiniſtrâ caduceum. *Regius. Vaillant.*

. . . .

ΕΠΙ ΓΡ ΑΡΙCΤΕΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ. (9) *Sub Scribâ Ariſteo Magnetum.* Mulier turrita ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Vaillant.*

. . . .

ΕΠ CΤΡ ΛΟΓΓΕΙΝΟΥ ΤΟ Β ΜΑΓΝΗΤΩΝ CΙΠΥ. *Sub Prætore Longino iterum, Magnetum à Sipylo.* Mulier turrita ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ clypeum: Victoria retrò ei coronam imponit. *Vaillant.*

. . . .

ΕΠΙ CΤΡ ΒΑΛ ΑΡΙCΤΟΜΑΧΟΥ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. *Sub Prætore Valerio Ariſtomacho Mytilenæorum.* Mulier turrita ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrâ puerulum in faſciis. *Vaillant.*

. . . .

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Nicomedienſium bis Neocororum.* Imperator eques decurrens haſtâ ſubmiſſâ. *Vaillant.*

(1) Nummus Gallieni cum hac epigraphe, & hoc typo ignotus Vaillantio.

(2) Nummum ſimilem recenſet Vaillantius ex cimelio P. Jobert inter nummos ſecundi moduli tantùm.

(3) Nummus hic ac ſequens recenſentur à Vaillantio inter nummos ſecundi moduli.

(4) Nummum ſimilem recenſet Vaillantius inter nummos ſecundi moduli ejuſdem Auguſti.

(5) Recenſetur hic nummus à Vaillantio ex eodem Fucaltiano cimelio, ſed malè ab eo deſcribitur.

(6) Claudiopolim & Seleuciam in Iſauriâ ponit Ammianus lib. XIV. pag. 19. *Et hanc quidem* (loquens de Iſauriâ) *præter oppida multa, duæ civitates exornant; Seleucia opus Seleuci Regis, & Claudiopolis, quam deduxit coloniam Claudius Cæſar.* Vide quæ de Seleuciâ diximus ſuprà in nummis Treboniani Galli. Nummus hic Gallieni non extat apud Vaillantium.

(7) Nummus cum hac epigraphe Gallieni non extat apud Vaillantium.

(8) Harduinus ſic: Αἴλιος Ἑρμείας Πρύτανις Κυμαίοις, ſubintellige ἀνέθηκεν, ut in Smyrnæorum nummo, ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ CΜΥΡΝΑΙΟΙΣ, aliiſque.

(9) Hic nummus ſpectare videtur ad Magneſiam Mæandri, de quâ Plinius lib. V. ſect. XXXI. *Magneſia Mæandri cognomine inſignis;* nam Magnetes à Sipylo Prætoris nomen nummis impreſſiſſe videntur, nempe Ἐπὶ Στρατηγοῦ. Magnetes verò Mæandri ſive ad Mæandrum Scribæ, Ἐπὶ Γραμματέως. Mæander porrò fuit Phrygiæ fluvius celeberrimus, qui diverſas regiones perfluebat, Magneſia autem ejuſdem Phrygiæ urbs & regio. Fuere etiam diverſæ illius nominis urbes, ſed duas ad Mæandrum celebrat Strabo lib. XIV. alteram Cariæ, alteram Æolidis. Duas item memorat Ptolemæus lib. V. cap. 2. quarum alteram ponit in Lydiâ, & Magneſiam ad Sipylum vocat, alteram verò in Cariâ, & Magneſiam ad Mæandrum nuncupat. Utriuſque meminit & Livius lib. XXXVII. cap. 44.

ΑΥΤ Κ ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟC CΕΒ. *Imp. Cæſar Licinius Gallienus Auguſtus.* Caput Gallieni nudum, ad pectus cum paludamento.

ΠΕΡΓΑΙΑC ΑΡΤΕΜΙΔΟC. (1) *Pergæa Diana.* Templi facies columnis duabus ſuffulta, ad cujus veſtibulum Dianæ Pergææ ſignum, hinc Sol, inde Luna; aquila alis expanſis in periſtylio. *Fouc. Vaillant.*

ΑΥΤ ΚΑΙ ΠΟ ΛΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC CΕΒ. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludameoto.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ. (2) *Pergæorum.* Figura juvenilis trunco inſidens, dextrâ lateri admotâ, ſiniſtrâ clypeum geou impoſitum tenet. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo: à ſioiſtris in areâ I. *anno decimo.*

ΠΕΡΓΑΙΩΝ. Diana Pergæa ſtans ad dextram ſpectans. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo: à ſioiſtris io areâ I.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ. Figura mnliebris ſtans dextrorſum verſa, dextrâ tenet florem, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Regius.*

..............ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieoi ut ſuprà.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤ Γ ΝΕΩΚ ΕΠ ....*Pergamenorum Primorum ter Neocororum, ſub*......Æſculapius ſtans cum baculo & ſerpente in templo ſex columnarum. *Regius. Vaillant.*

....

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚ. *Perinthiorum bis Neocororum.* Mulier inſidens rupibus, dextrâ ſpicas. *Vaillant.*

....

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hercules leonem comprimit. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC CΕΒ. Gallienus capite radiato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ ſpiculum inverſum teoet, ſiniſtrâ clypeum.

CΑΜΙΩΝ. (3) *Samiorum.* Templi facies quatuor columois ſuffulta, ad cujus veſtibulum Juno Samia cum adminiculis, pateris, cervis & alio ornatu. *Bau.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙ ΓΑΛΛΙΝΟC. (ſic) Caput Gallieni nudum, ad pectus cum paludamento.

CΑΜΙΩΝ. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

ΑΥΤ Κ. ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludameuto.

CΑΜΙΩΝ. Figura militaris galeata ſiniſtrorſum converſa ſtans, figuram muliebrem dilabeutem, capite appreheoſam coofodit gladio. *Fouc. Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CΑΜΙΩΝ. Figura virilis nuda ſioiſtrorſum converſa ſtans, lapidem tenet dextrâ retroactâ, ſiniſtram verò ad ſerpentem in gyros convolutum ac capite aſſurgentem inteodit. *Fouc. DeC. Vaillant.*

ΑΥΤ ΚΑΙ ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC CΕΒ. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento, ſpiculo, & clypeo dextrorſum.

CΑΜΙΩΝ. Mars galeatus ac nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ ad femur demiſsâ, clypeum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

CΑΜΙΩΝ. Juno Samia cum pateris, adminiculis & alio ornatu. *Fouc. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CΑΜΙΩΝ. (4) Juno Samia ut ſuprà: à ſiniſtris figura muliebris ſtolata ac velata, ſtaos à fronte, utrâque manu ſtolâ involutâ; juxtà pedes à dextris rota, quâ formâ Nemeſis repræſentatur. *Fouc. DeC.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΚ ΓΑΛΛΙΝΟC. (ſic) Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

CΕΛΕΥΚΕΩΝ. (5) *Seleucienſium.* Minerva ſtans à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum vibrat dextrâ, clypeum verò geſtat ſioiſtrâ. *Fouc.*

(1) Stephanus: Πέργη, πόλις Παμφυλίας· τὸ ἐθνικὸν Περγαῖος· τὸ θηλυκὸν, Περγαία· καὶ Περγαία Ἄρτεμις. Erat Perge una ex celeberrimis Pamphyliæ urbibus, quam Scholiaſtes Callimachi Hymno in Dianam v. 187. μιλιόπολιν Παμφυλίας vocat: hanc autem urbem illuſtrabat fanum Dianæ, quæ ideò *Pergæa*, ſeu *Pergaſia* dicebatur; & urbem & Dianæ delubrum celebrat Mela lib. I. cap. 14. *Inter eos* (ſcilicet duos validiſſimos fluvios Ceſtrum & Catactem) *Perga eſt oppidum & Dianæ, quam ab oppido Pergæam vocant, templum.* Quod Tullius in Verrem antiquiſſimum & ſanctiſſimum appellat. Ad hoc templum quotannis ſacer erat conventus, ut ſcribit Strabo lib. XIV. pag. 667. Τὸ τῆς Περγαίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἐν ᾧ πανήγυρις κατ' ἔτος συντελεῖται. Meminere hujus urbis & Ptolemæus lib. V. cap. V. inter Pamphyliæ mediterraneas civitates, & Periegeta v. 854. Cæterum Dianæ iconem & templi formam exhibet hic nummus. Vide quæ de jure Aſyli, quo gaudebat hæc urbs ob Dianæ fanum, ſuprà diximus.

(2) Nummus hic Gallieni ac duo ſequentes à Pergæis cuſi non extant apud Vaillantium.

(3) Nummus cum hoc typo à Samiis cuſus recenſetur à Vaillantio inter nummos ſecundi moduli tantùm.

(4) Nummus Gallieni cum hoc typo exhibetur à Vaillantio inter nummos ſecundi moduli.

(5) Hic nummus ſpectare videtur ad Seleuciam Syriæ, ſitam in littore Maris Mediterranei apud Polybium & Ptolemæum, qui eam *Pieriam*, ut Cicero quoque & Strabo, cognominat. Nummus hic Vaillantio ignotus.

. . . .

ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΚΑΛΥΚΑΔ. *Seleucienſium, ad Calycadnum.* Pallas galeato capite ſtans, haſtâ captivum impetit, ſiniſtrâ clypeum. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΟΥΛΠΙΑC CΕΡΔΙΚΗC. (1) *Ulpia Serdica.* Serpens radiatus in gyros circunvolutus. *RE.*

. . . .

CΙΔΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sidetum Neocororum.* Serapis ſedens dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam: ad pedes Cerberus. *Vaillant.*

. . . .

CΙΔΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Mulier ſtolata ſtans, dextrâ extensâ, lævâ columnæ innititur. *Vaillant.*

ΑΥΤ ΚΑΙ ΠΟΥ ΕΓ Λ ΓΑΛΛΙΗΝΟC CΕ. *Imperator Cæſar Publius Egnatius Licinius Gallienus Auguſtus.* Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento: infrà aquila alis expanſis.

CΙΔΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡ. (2) Navis velis expanſis à dextris ſiniſtrorſum, cum ſeptem remigibus, & gubernatore ad puppim. *Vaillant.*

. . . .

CΙΔΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (3) Minerva galeata ſtans dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam & clypeum. *Vaillant.*

ΑΥΤΟ ΚΑΙ ΠΟΥ ΛΙ. ΕΓΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento: à ſiniſtris in areâ I.

ΠΡΩΤΑ ΠΑΜΦΥΛΩΝ CΙΔΗΤΩΝ. (4) *Prima Pamphyliorum Sidetum.* Urna cum duabus palmis menſæ impoſita. *Regius. Vaillant.*

. . . .

CΙΔΗΤΩΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗC ΕΝΔΟΞΟΥ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (5) *Sidetum ſplendidiſſimæ illuſtris* civitatis *Neocororum.* in laureâ. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΑΥΓΟ. *Imperator Cæſar Publius Licinius Gallienus Auguſtus.* Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum cum ſpiculo.

ΕΠ C Μ ΑΥΡ CΕΞΤΟΥ CΜΥΡ Γ ΝΕΩΚ. (6) *Sub Prætore Marco Aurelio Sexto Smyrnæorum ter Neocororum.* Figura muliebris radiata ſtans adloquitur alteram, veluti Amazonem Smyrnæenſem. *RE.*

ΑΥ Κ Π ΗΓ ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΠΠ. *Imp. Cæſar Publius Egnatius Gallienus Pater Patriæ.* Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento ſiniſtrorſum.

ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤ Γ Β. *Tarſi Metropoleos, Decreto Senatûs.* Jupiter dextrorſum converſus ſtans, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; juxtà eum à dextris leo. *Fouc. Vaillant.*

. . . .

ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΑΜΚΓΒ. *Tarſi Metropoleos, Primæ Solius Ciliciæ, Decreto Senatûs.* Bacchus ſtans, dextrâ poculum, ſiniſtrâ thyrſum. *Vaillant.*

ΑΥ Κ ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum paludamento.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. (7) *Tripolitarum.* Templum tetraſtylum, in quo Latona ſtans duos puerulos ulnis amplectitur. *Regius.* Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ. (8) circà coronam, in quâ ΛΗΤΩΕΙΑ ΠΥΘΙΑ. *Latonia, Pythia certamina. Regius, deargentatus.*

(1) Serdicæ in Thraciâ meminit Goltzius ex veteri Inſcriptione; & eadem videtur quæ Σαρδικὴ, *Sardica* apud Ptolemæum urbs Thraciæ mediterranea. Ab Ulpio Trajano cognomen habere videtur. Vide nummos Caracallæ & Getæ in eâdem urbe cuſos.

(2) Vide quæ de hac urbe, quæ in hujus Imperatoris nummis illuſtris & ſplendidiſſima vocatur, diximus ſuprà ad nummum Græcum Æ. III. Trajani Decii. Navis autem in hoc nummo velis expanſis, & cum remigibus fortaſſis ideò repræſentatur, quòd civitas eſſet maritima cum portu, ut ſcribit Scylax in *Pamphyliâ*; quod etiam patet ex Ptolemæo lib. v. cap. v. & ex Livio lib. xxxv. cap. 48. Conſtantinus Porphyrogenitus de Thematibus lib. I. Them. 14. hanc urbem Piratarum officinam vocat. Concordia autem juncta erat hæc civitas cum Perga ejuſdem Provinciæ Pamphyliæ urbe, ut teſtatur Tranquillinæ nummus. Πόλεις ἐπιφανεῖς ambas appellat Anonymus à Gothofredo editus in Ἐξηγήσει.

(3) Sidetæ imprimis Minervam colebant, de quâ Strabo lib. XIV. Εἶτα Σίδη Κυμαίων ἄποικος· ἔχει δ' Ἀθηνᾶς ἱερόν. *Deinde Side Cumæorum colonia; habet autem Minervæ fanum*; ideoque in hujus urbis nummis paſſim Minerva repræſentatur.

(4) Siden inter alia à Gallieno privilegia, ut prima Provinciæ certamina ederet, obtinuiſſe hic nummus arguit, quaſi Provinciæ Primatum haberet, quod apertè verba illa ΠΡΩΤΑ ΠΑΜΦΥΛΩΝ denotare videntur; & in Concilio CP. VI. Σιδητῶν μητρόπολις Παμφυλίας legitur.

(5) Harduinus hunc nummum ſic legit: CΙΔΗΤΩΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΕΝΔΟΞΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sidetum ſplendidiſſimæ* civitatis, *illuſtrium Neocororum.*

(6) Nummus Gallieni cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

(7) Vide quæ de Tripolitis in nummis Herennii Etruſci, & Valeriani adnotavimus. Nummus hic Vaillantio ignotus.

(8) Ex hoc nummo apparet Latonia certamina eadem eſſe, quæ Pythia; quod etiam ex Pindaro colligitur, ut diximus ſuprà in nummis Valeriani. Nummum ſimilem recenſet Vaillantius inter nummos maximi moduli.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ADVENTVS AVGG. (1) Imperatores duo in equis à ſiniſtris dextrorſum, dextris extenſis & elatis pacificatorum habitu: ſequuntur milites cum vexillo & ſigno militari; præit verò Victoria coronam lauream geſtans dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Regius.*

CONCORDIA AVGVSTORVM. Gallieni laureati ad pectus cum paludamento à dextris; & Saloninæ ad pectus cum ſtolâ à ſiniſtris, capita adverſa.

ADVENTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP GALLIENVS AVG CON. Caput Gallieni laureatum, ad humeros; à tergo Pegaſus.

ALACRITATI. (2) Pegaſus à dextris ſiniſtrorſum. *Frad.*

GALLIENVS P F AVG GERM. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

APOLINI (ſic) CONSERVA. (3) Apollo nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, lauri ramum demiſſum tenet dextrâ, lyram verò humi poſitam attingit ſiniſtrâ. *Regius.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

APOLLINI CONSERVA. Typus ut ſuprà: in areâ S. C. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVGG. Duæ dextræ junctæ: in areâ S. C. *Regius. Cham.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ innititur caduceo oblongo, ſiniſtrâ cornucopiæ geſtat: in areâ S. C. *Regius.*

IMP GALLIENVS P AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

INDVLGENT AVG. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ demiſſâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ ſceptrum: in imâ parte S. C. *DC.*

IMP GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà, dextrorſum.

LIBERALITAS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, teſſeram tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

LIBERALITAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius. Frad.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

LIBERALITAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius.*

GALLIENVM AVG PR. Gallienus capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum.

OB CONSERVATIONEM SALVTIS. (4) Figura muliebris paludata ſtans, ad ſiniſtram ſpectans, ſerpentem tenet dextrâ, ſiniſtrâ verò pateram ex quâ eum paſcit. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum paludamento.

OB CONSERVATIONEM SALVTIS AVGG. Typus ut ſuprà. *RE.*

GALLIENVM AVG SENATVS. Caput Gallieni laureatum.

OB LIBERTATEM RECEPTAM. (5) Libertas ſtans, dextrâ pileum, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

ORIENS AVGG. (6) Sol ſtans cum pallio

(1) Nummus hic Gallieni inter rariores recenſendus; ſequens verò ob Gallieni & Saloninæ capita adverſa rariſſimus eſt; cujus epigraphe partis anterioris confirmat, quod in nummis Trajani Decii diximus, nimirùm *Auguſtorum* vocem referendam non ſolùm ad duos Imperatores ſed etiam ad Imperatorem, & ejus conjugem Auguſtam, ut ex hoc nummo liquet; qui perperam à Vaillantio deſcribitur, dum ait Valeriani & Gallieni capita.

(2) Nummus hic Gallieni cum novâ epigraphe rariſſimus eſt; ſequentes verò cum rarioribus adnumerandi.

(3) Hujus nummi pretium auget capitis Inſcriptio, quæ indicat nummum cuſum poſt victorias à Gallieno de Germanis relatas, & adhuc peſte graſſante.

(4) Similis nummus habetur ex argento, ubi vide quæ adnotavimus. Nummus rariſſimus, ſed ſequens, qui *ob conſervationem ſalutis Auguſtorum* cuſus dicitur, ſingularis omninò eſt.

(5) Habetur cum eâdem epigraphe nummus aureus à nobis exhibitus ex eodem Vaillantio, niſi quod in eo capitis Inſcriptio *Gallienum Auguſtum Populus Romanus* pro *Senatus* ſubauditur *colit* aut *veneratur* ob libertatem receptam, ut ibi adnotavimus. Nummus rariſſimus.

(6) Nummus hic Gallieni cum rarioribus adnumerandus; ſequentes verò haud obvii.

à tergo pendente, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenet flagellum: in areâ S. C. *RE.*

IMP GALLIENVS PIVS FELIX AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

PAX AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Val.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum S.C. in areâ. *Fouc.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM. Caput Gallieni ut ſuprà.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Regius.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cun paludamento.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum loricâ.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad.*

GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros.

PAX PVBLICA. (1) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam: in imâ parte S. C. *DC.*

VIRTVS AVGVSTI. Caput Gallieni galeatum.

SALONINA AVG. Caput Saloninæ. *Vaillant.*

IMP C P LIC GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

S C. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: pro pedibus à dextris globus. *Fouc.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM. Caput Gallieni ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata ac ſuccincta, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream geſtat dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in areâ S.C. *Fouc. Fontaine.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtans, dextrâ clypeo humi poſito innixa: in areâ S.C. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVGG. Victoria ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream geſtat dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc.*

IMP GALLIENVS P F AVG GERM. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA GERM. Victoria ut ſuprà, cum captivo ſedente ad pedes, manibus poſt tergum revinctis. *Regius. Collegii.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VICTORIA GERM. Typus ut ſuprà, cum S. C. in areâ. *Frad:*

IMP C GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VIRTVS AVG. (2) Figura militaris galeata ſtans, dextrâ globum tenet, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Frad.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum prægrandem humi poſitum attingit dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Fouc. Regius. RE. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. (3) Figura militaris galeata ſtans, dextram porrigit figuræ genuflexæ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ: in areâ S. C. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

VOTIS DECENNALIBVS. in coronâ laureâ. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

VOTIS DECENNALIBVS. in coronâ laureâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VOTIS DECENNALIBVS S C. in coronâ laureâ. *Regius. RE. Frad. Fontaine. B.*

GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

VOTIS DECENNALIBVS S C. in coronâ laureâ. *Fouc.*

IMP GALLIENVS P F AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

VOTIS DECENNALIBVS S C. in coronâ. *Frad.*

(1) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus; ſequentes verò duo rariſſimi.
(2) Nummi Gallieni cum hoc typo rari; cæteri verò omnes æreì mediocris formæ haud obvii.
(3) Nummi cum hoc typo rari; ſequentes verò haud obvii.

NUMISMATA LATINA Æ. II.
Gallieno adſcripta.

GENIVS P R. Caput virile imberbe cum capillis oblongis inſtar Solis, ſed cum modio & laureatum.

INT S C VRB. (1) in coronâ laureâ. *Regins. Fauvel. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput ut ſuprà cum modio radiatum, &c.

INT S C VRB. in coronâ laureâ. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Caput ut ſuprà, ſed barbatum.

S C. in coronâ laureâ. *Fouc. Ban.*

(1) Vide quæ ad ſimiles nummos æreos primi moduli adnotavimus.

NUMISMATA Æ. II.
in Coloniis cuſa.

IMP C P LICI GALLIENVS AVG. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

COL IVL CONC AVG APAM. (1) *Colonia Julia Concordia Auguſta Apamena.* Figura muliebris tutulata ſeminuda ſtans, dextrâ tenet navis gubernaculum, ſiniſtrâ cornucopiæ: in areâ hinc inde D. D. *Decreto Decurionum. Regins. Vaillant.*

IMP CAES P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

COL IVL CONC APAM AVG. (2) Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam: à dextris in areâ D. D. *Vaillant.*

IMP C P LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

COL IVL AVG FEL BERY. (3) *Colonia Julia Auguſta Felix Berytus.* Leo gradiens à ſiniſtris dextrorſum. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL IVL AVG FEL BERY. Leo gradiens à dextris ſiniſtrorſum. *Regins.*

IMP GALLIENVS PIVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

PROVINCIA DACIA. (4) Mulier ſtans veſtitu patrio ornata, duo vexilla duabus manibus tenet: pro pedibus à dextris aquila coronam geſtans roſtro; à ſiniſtris leo: in imâ parte AN. VI. *Regins.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVINCIA DACIA. Mulier ſtans veſtitu patrio ornata, dextrâ tenet vexillum in quo V. alterum ſiniſtrâ in quo XIII. pro pedibus à dextris aquila coronam geſtans roſtro, à ſiniſtris leo: in imâ parte AN. VII. *Vaillant.*

IMP LIC GALLIENVS AVG. Caput Gallieni ut ſuprà.

COL ΔAMAS METROP. (5) *Colonia Damaſcus Metropolis.* circà coronam querceam in qua CEBACMIA. *Sebaſmia. Vaillant.*

(1) Plurimæ hujus nominis urbes recenſentur à Geographis, ſed hunc nummum ad Apameam Bithyniæ ſpectare, cum ſola illa Coloniæ Romanæ dignitatem obtineret, docemur ex Plinio lib. v. cap. 32. *Intus in Bithynia, Colonia Apamena.* Hanc autem urbem, olim Myrleam nuncupatam reædificatam fuiſſe à Nicomede Epiphane ſcribit Stephanus Byzantius, verùm in rebus Geographicis potior fides adhibenda Straboni, qui hac in re omnem omnium veterum diligentiam ſuperavit: hic portò Scriptor Geographiæ lib. XII. refert Pruſiam Bithyniæ Regem è ruderibus Cium & Myrleam urbes excitaviſſe, & Cium Pruſiadem à ſe, Myrleam ab uxore Apameam denominaſſe: Ἀνέλαβεν δ' ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἐρειπίων αὐτὰς, ὀνομάσας ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν Προυσιάδα πόλιν τὴν Κίον, τὴν δὲ Μυρλείαν Ἀπάμειαν ἀπὸ τῆς γυναικός. Meminere hujus Coloniæ præter laudatos ſcriptores Ulpianus, & Plinius Junior Epiſt. lib. 10. ad Trajanum, ubi de Apamenorum privilegiis ſic habet: *Quùm vellem Apamea, Domine, cognoſcere publicos debitores, & reditum, & impendia, reſponſum eſt mihi, cupere quidem univerſos, ut à me rationes Coloniæ legerentur, nunquam tamen eſſe lectas ab ullo Proconſulum, habuiſſe privilegium, & vetuſtiſſimum morem, arbitrio ſuo Rempublicam adminiſtrare.* Nomen *Julia* à Julio Cæſare deductam fuiſſe arguit. *Concordia* etiam appellata eſt in nummis, vel quòd una cum Pruſiade ex ruderibus à Pruſia Bithyniæ Rege reædificata eſſet, ut narrat Strabo paulò ſuperiùs citato loco, vel quod Pruſienſes & Apameni pro Julio contrà Pompeium ſtetiſſent, quod vero ſimilius eſt. *Auguſta* cognomen quando *Julia* nomen non ſequitur, inquit, Vaillantius, non ab Auguſto inditum, ſed aliam ob cauſam, ut in plurimis Coloniis obſervatus, adjectum eſt. Figura in nummo expreſſa Genium urbis repræſentare videtur.

(2) Apameni contrà Scytharum incurſiones, de quibus Zoſimus & Pollio, opem à Gallieno petentes in Victoriæ augurium hunc nummum percuſſiſſe videntur.

(3) Typus leonis gradientis in Gallieni nummis à Berytenſibus cuſis Vaillantio ignotus eſt.

(4) Nummus hic Gallieni non extat apud Vaillantium.

(5) Similem nummum ſecundi moduli habes in Treboniano Gallo, ubi vide quæ monuimus.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL IVL AVG FEL HEL. (1) Duo cornucopiæ decuſſatim poſita, caduceo medio. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

COL IVL AVG FEL HEL. (2) Caput tutulatum baſi impoſitum, inter duo vexilla. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL IVL AVG FEL HEL. (3) Tres urnæ cum palmis, & in mediâ duæ palmæ: infrà, CERT SACR CAP OEC ISE HEL. *Certamen Sacrum Capitolinum Oecumenicum Iſelaſticum Heliopolitanum. Regius.*

IMP CAES GALLIENVS. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

COL IVL AVG F HEL. CERT SACR CAP OEC ISE HEL. Urna cum palmis. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

C G H I P. (4) *Colonia Gemella Hipponenſis Julia Pia.* Arcus triumphalis ſuper quem Imperator in bigis elephantorum; hinc & inde Victoria. *RE.*

IMP C GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum, ad humeros.

C G I H P. *Colonia Gemella Julia Hipponenſis Pia.* Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

C G I V L H A P. (5) *Colonia Gemella Julia Hipponenſis Auguſta Pia.* Victoria inſiſtens globo, utrâque manu coronam ſuprà caput attollens. *Vaillant.*

IMP LICI GALLIENVS AVG. Caput Gallieni laureatum.

P M S COL VIM. *Provincia Mæſia Superioris Colonia Viminacium.* Mulier ſtans brachiis expanſis inter bovem à dextris & leonem à ſiniſtris: in imâ parte AN XIIII. *Vaillant.*

Alius cum AN. XV. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Vaillant.*

Alius cum AN. XVI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Vaillant.*

IMP C P LIC GALL. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

Epigraphe exeſa. Caput muliebre turritum, capillis cincinnatis in dorſum defluentibus, ad pectus cum ſtolâ, humero dextro nudo. *Fonc.*

(1) Hic nummus ab Heliopolitanis cuſus videtur initio Imperii Gallieni, in augurium abundantiæ ac pacis æternæ ipſo Imperatore.

(2) Caput tutulatum baſi impoſitum videtur eſſe caput Aſtartes. In nummis Philippi ab Heliopolitanis cuſis paſſim exhibetur caput Genii urbis. Vide quæ de nummis hujus urbis, & de Veteranis ex duabus Legionibus in eam deductis diximus ſuprà in Valeriano. Nummus hic Gallieni non extat apud Vaillantium.

(3) Nummus hic Gallieni ac ſequens non extant apud Vaillantium.

(4) Hippo urbs Africæ littoralis gemina, unde in nummis Gemellam ſe nominat; una Hippo *Regius*, altera *Diarrhytus*, ſeu irriguus nuncupatus: prior Plinio Juniori Colonia Hipponenſis dicitur lib. ix. Epiſt. ad Caninium, quod confirmat Antonini Itinerarium: *Hippone Regio Colonia*, &c. Hipponem urbem à Phœnicibus conditam tradit Saluſtius de bello Jugurthino: *Poſtea Phœnices. ...Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliaſque urbes in orâ maritimâ condiderunt.* De utroque Hippone loquitur Solinus cap. 29. ſed fallitur, teſte Saluſtio, dum utramque urbem ab equitibus Græcis conditam ſcribit: *Borion*, inquit, *promontorium, quod Aquilone cæditur, Græci advenæ ſic vocaverunt, Hipponem Regium dictum: item Hipponem alterum interfluente freto Diarrhyton nuncupatum: nobiliſſima oppida equites Græci condiderunt.* Hipponem autem Coloniam Romanam a Julio Cæſare factam docet *Juliæ* nomen, quod in nummis ejuſdem urbis legitur. Hic nummus Gallieno ab Hipponenſibus cuſus videtur in monimentum ſingularis cujuſdam beneficii ab eodem Auguſto accepti. Arcus verò triumphalis ſuprà quem ipſe in bigis elephantorum triumphans cernitur, in monumentum triumphi quem Romæ ſolenni cum pompâ celebravit.

(5) Hic nummus ad varias victorias, quas Gallienus in diverſis Provinciis de hoſtibus reportavit, referri debet.

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

M..............

MHT AΓKY. *Metropoleos Ancyræ.* Tria vaſa cum palmis. *Vaillant.*

....

AΓKYPAC MHTPOΠOΛEΩC. Apollo nudus ſtans, dextrâ coronam gerit, ſiniſtro cubito columnæ innixus, ſiniſtrâ lyram tenet. *Vaillant.*

....

AΔANEΩN. *Adaneorum.* Fluvius decumbens. *Vaillant.*

....

AΠOΛΛΩNIATΩN ΛYKIΩN. *Apolloniatarum Lyciorum.* Imperator paludatus ſtans in templo octo columnarum, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

....

ATTAΛEΩN. *Attalenſium.* Pallas ſtans, dextrâ Victoriam, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

ΠO ΛI EΓ ΓAΛΛIHNOC CE. *Publius Licinius Egnatius Gallienus Auguſtus.*

Caput

Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *Byzantiorum.* Pharus. *Foue. Regius. Vaillant.*

. . . .

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Pelamis. *Vaillant.*

ΠΟ ΛΙ ΕΓΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟC CΕΒ. Caput Gallieni radiatum, ad humeros cum paludamento.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Byzantiorum Nicaenſium Concordia.* Ara inter duos pharos ſeu lampades. *R.E. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Π ΛΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. *Imperator Cæſar Publius Licinius Gallienus.* Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΠ ΙΟΥ CΕΟΥΗΡΟΥ ΓΟΡΔΗΝΩΝ. (1) *Sub Julio Severo Gordenorum.* Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Foue. Vaillant.*

ΑΥ Κ ΠΟ Λ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni ut ſuprà.

ΕΠ ΑΥΡ ΑΙΛ...... ΙΠΠΙΚΟΥ ΑΡΚ ΓΟΡΔΗΝΩΝ. (2) *Sub Aurelio Ælio Hippici filio Archonte Gordenorum.* Jupiter ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innixus. *Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩ ΑCΙΑC. *Epheſiorum Primorum Aſiæ.* Diana Venatrix ſtans ſub arbore, dextrâ pharetræ admotâ, lævâ arcum gerit: pro pedibus à ſiniſtris canis. *Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ Π ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ Α ΑCΙΑC. Typus ut ſuprà abſque cane. *Laiſné.*

. . . .

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩ ΑCΙΑC. Mulier tunicata ſtans, dextrâ tædam ardentem gerit. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. Diana ad ſiniſtram gradiens, cum cane illam ſequente, dextrâ pharetræ admotâ, lævâ arcum tenet. *Regius. Vaillant.*

ΑΥΤ ΠΟ ΛΙΚΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. (3) Diana Lucifera ſtans, ambabus manibus facem accenſam tenet. *Regius.*

ΑΥΤ Κ ΠΟ ΛΙΚΙ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni laureatum, ad pectus cum loricâ.

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. Diana ad talos tunicata ſiniſtrorſum converſa ſtans, cum pharetrâ ex humeris ſuſpensâ, facem accenſam tenet dextrâ, alteram ſiniſtrâ. *Foue.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. Diana altè ſuccincta cum ſtolâ retrorſum volitante, ſiniſtrorſum converſa ſtans, facem accenſam demiſſam tenet dextrâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ. *Foue. Vaillant.*

ΑΥΤ ΠΟ ΛΙΚ ΝΕ ΓΑΛΕΙΗΝΟC. (ſic) *Imp. Pub. Lic. Egnatius Gallienus.* Caput Gallieni laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕCΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (4) *Epheſiorum Neocororum.* Mulier ſtans ſiniſtrorſum verſa, utrâque manu facem tenet. *Ban.*

ΑΥΤ ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Epheſiorum ter Neocororum.* Figura nuda ſub arbore, dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ ſpiculum inverſum ſuprà humerum ſiniſtrum, ſuprà quem & ſpolia apri gerit. *Regius. Vaillant.*

ΑΥ Κ ΠΟ ΛΙΚ ΓΑΛΛΙΗΝΟC. Caput Gallieni ut ſuprà.

VESTA. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtam. *Fauvel. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VESTA. Figura muliebris velata ac ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, palladium ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. MMA. Cham. Fontaine. MB.*

CORNELIA SALONINA AVG.

VESTA. Figura ſtolata ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ tædam. *MB.*

CORN SALONINA AVG. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

VESTA AETERNA. (4) Figura mulie-

(1) Nummus hic Saloninæ haud obvius. Salonina in eo dicitur *Venus Genetrix* ad fœcunditatem denotandam, ut ad nummum ſimilem aureum ejuſdem Auguſtæ adnotavimus.

(2) Nummi Saloninæ cum hoc typo ac ſequenti rari ſunt.

(3) Nummi hi Saloninæ inter rariores recenſendi.

(4) Nummus hic rariſſimus. Veſta in hujus Auguſtæ nummis exhibetur ad denotandam ejus pudicitiam. *Æterna* dicitur ob æterni ignis cuſtodiam, quod nomen largitur ei & Horatius lib. 3. Od. 5. *Æternaque Veſta.* Palladium gerit illa, tanquam felicitatis pignus. Vide Spanhemii Diatribam de Veſtâ.

bris

bris velata ac ſtolata ſtans, palladium tenet dextrâ, haſtam verò ſiniſtrâ. *Regius.*

....

VESTA AETERNA. Figura muliebris ſedens, dextrâ palladium, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

VESTA FELIX. (1) Figura muliebris ſtolata & velata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VESTA FELIX. Figura muliebris ut ſuprà, ſed acerram tenens ſiniſtrâ: in imâ parte s. *Fouc. MB.*

....

VESTA FELIX. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ fulmen. *MB.*

(1) Nummi hi Saloninæ inter rariores recenſendi. Veſta hic, inquit Vaillantius, Felix cognominatur, volens per pudicitiam ſuam denotare in imperio Felicitatem; nummum autem hunc aliter explicat Triſtanus.

NUMISMATA ÆREA LATINA
maximi moduli, vulgò Medaglioni.

CORNELIA SALONINA AVG. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

ABVNDANTIA TEMPORVM. (1) Salonina ſedens, aſſiſtentibus hinc & inde ad latera mulieribus, & tribus puerulis. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AEQVITAS PVBLICA. (2) Tres Monetæ ſtantes ſtolatæ, dextrâ bilancem gerunt, lævâ cornucopiæ: pro earum pedibus arula. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNO REGINA. Juno tunicata ſtans cum velo, dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ haſtam; pro pedibus Pavo. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNONI REGINAE. (3) Pavo caudâ expansâ. *Vaillant. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MONETA AVGG. (4) Tres Monetæ cum attributis ſtantes. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. (5) Salonina ſedens ſtolata dextram extendit verſus duos puerulos ſtantes, lævâ haſtam gerit. *Vaillant. RE.*

(1) Licet omnes Saloninæ nummi ex ære maximi moduli rari ſint, tamen hic cum epigraphe novâ, & typo novo rariſſimus eſt. Vide quæ diximus ad nummum æreum tertii moduli cum epigraphe ANNONA AVG.

(2) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Saloninâ inter rariores recenſendi.

(3) Nummus hic Saloninæ rariſſimus eſt.

(4) Hæc epigraphe, & hic typus paſſim quidem in nummis Imperatorum, nunquam verò in Auguſtarum, præterquam in Juliæ Piæ & hujus Auguſtæ nummis. Nummus rariſſimus.

(5) Peperit Salonina marito Cornelium Valerianum Saloninum, & Julium Saloninum, quorum alter natu major Agrippinæ Poſtumi artibus interfectus fuit; alter verò prope Mediolanum unà cum patre ac matre trucidatus eſt. Cæterum hujus Auguſtæ dotes licet Scriptores illius ævi ſileant, nummi tamen illas prædicant, qui & merita ejus plurima in Rempublicam, & virtutes teſtantur: Sanctiſſimam quoque appellant hæ duæ Inſcriptiones, quarum primam in territorio Cemenelii prope Niciam Provinciæ repertam exhibet Sponius Miſcell. pag. 163. alteram Gruterus pag. 1022.

1.

CORNELIAE SALONINAE
SANCTISSIMAE AVG
CONIVGI GALLIENI
IVNIORIS AVG N ORDO
CEMENEL. CVRANT.
AVRELIO IANVARIO
V. E.

2

CORNELIAE
SALONINAE
SANTISSIMAE
AVG. CONIVGI
D. N. GALLIENI
INVICTI. AVG
FERENTINATES
NOVANI. DEVOTI. NVMS
NI. MAIESTATIQ. EIVS

NUMISMATA ÆREA GRÆCA
maximi moduli, vulgò medaglioni.

C........... ΣΙΛΛΥΕΩΝ. (1) *Sillyenſium.* Mulier turrita inſidens rupibus, dextrâ ſpicas; pro pedibus fluvius emerge s. *Vaillant.*

(1) Sillyus Ioniæ urbs propè Smyrnam, teſte Stephano: Σίλλυος, πόλις Ἰωνίας πρὸς τῇ Σμύρνῃ· τὸ ἐθνικὸν, Σιλλυεύς. Perpetam igitur locatur à nonnullis ex recentioribus in Pamphyliâ.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

AEQVITAS PVBLICA. Tres figuræ muliebres ſtantes, ſingulæ bilancem dextrâ tenent, cornucopiæ ſiniſtrâ: in imâ parte SC. *Fouc. Regius.*

CORNELIA SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

AEQVITAS PVBLICA. (1) Typus ut ſuprà. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNO REGINA. Figura muliebris paludata ac velata ſtans, dextrâ geſtat pateram, haſtæ adnixa ſiniſtrâ: in areâ SC. *Regius. DC. Frad. Cham. De C. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. Figura muliebris paludata ac ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ blanditur duobus pueris ante ipſam ſtantibus, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte SC. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *RDR.*

Alius cum SC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PVDICITIA. (2) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ velum oculis obtendit, ſiniſtrâ haſtam tenet: in imâ parte SC. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS GENETRIX. (ſic) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextram porrigit puerulo à dextris ante ipſam ſtanti, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in areâ SC. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS GENITRIX. Typus ut ſuprà: In areâ SC. in imâ parte Q. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS VICTRIX. Figura muliebris ut ſuprà ſtans, dextrâ pomum tenet, ſiniſtrâ haſtam; ante eam ſtat puerulus: in areâ SC. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VESTA. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte SC. *Regius. Frad.*

(1) Nummus hic Saloninæ inter rariores recenſetur à Vaillantio.
(2) Nummus hic ac ſequentes cum rarioribus adnumerandi.

NUMISMATA Æ. I.
in Coloniis cuſa.

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

COL IVL AVG FEL BER. (1) *Colonia Julia Auguſta Felix Berytus.* Figura muliebris turrita inſiſtit acroſtolio, dextrâ innixa haſtæ crucigeræ, ſiniſtrâ ſtolam colligit; à ſiniſtris columna cui inſiſtit Victoriola coronam ei imponens. *Fouc.*

CORNE SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

COL TYRO METRO. (2) *Colonia Tyros Metropolis.* Mercurius ſtans cum pallio, dextra tenet baculum, ſiniſtrâ caduceum: pro pedibus à dextris ibis; à ſiniſtris in areâ conchylium. *Regius. Vaillant.*

(1) Nummus ſimilis refertur à Vaillantio inter nummos ſecundi moduli tantùm, ut videre eſt infrà. Berytum autem urbem maritimam Phœniciæ, *Julia* nomen accepiſſe à Julio Cæſare, *Auguſtæ* verò ab Auguſto, diximus ſuprà ad nummum ſimilem Valeriani, ubi etiam de Aſtarte Dea egimus; quæ proculdubio in hoc quoque nummo exhibetur.
(2) Vide quæ de ſimilis typi nummo à Tyriis cuſo diximus ſuprà in nummis Valeriani ſecundi moduli.

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

ΚΟΡΝΗΛΑΙΑ CΑΛΩΝΕΙΝΑ. *Cornelia Salonina.* Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚ ΝΑΥΑΡ ΕΤ ΕΤ. (1) *Ægæenſium Neocoræ Claſſicæ, anno* 305. Figura nuda Triptolemi in bigis. *Bau. Vaillant.*

....

ΑΝΚΥΡΑC ΜΗΤΡ Β ΝΕ. *Ancyræ Metropoleos bis Neocoræ.* Urna in quâ ſcriptum legitur ΑΚΤΙΑ, *Actia*; & deſuper palmæ ramus. *Vaillant.*

CΑΛΩΝ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕΒΑC. *Salonina Chryſogone Auguſta.* Caput Saloninæ ad pectus cum ſtola, & lunâ bicorni ad humeros.

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. *Epheſiorum Primorum Aſiæ.* Diana cum arcu, & canc pro pedibus. *RE.*

CΑΛΩΝ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕΒΑ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ Δ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (2) *Epheſiorum quater Neocororum.* Diana altè ſuccincta gradiens à dextris ſiniſtrorſum, cum pharetrâ ex humeris ſuſpensâ, ſtolâ à tergo volitante, facem accenſam geſtat dextrâ, alteram ſiniſtrâ: juxtà pedes canis venaticus currens. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΦΕCΙΩΝ ΤΟ ΑΓΑΘΟΝ. (3) *Epheſiorum Bonum.* Figura muliebris ſtolata, dextrâ demiſsâ. *Fouc. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΦΕCΙΩΝ ΑΡΤΕΜΙC. (4) *Epheſiorum Diana.* Diana tunicata ſtans à fronte, vultu ſiniſtrorſum converſo, cum pharetrâ ex humeris ſuſpensâ, facem accenſam geſtat dextrâ, alteram ſiniſtrâ: juxtà pedes à ſiniſtris cervus. *Fouc. Vaillant.*

ΚΟΡ CΑΛΩΝΕΙΝΑ CΕΒ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

ΕΠΙ ΟΚΤ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. (5) *Sub Octavio Artemidoro Thyatirenorum.* Vir nudus adſtans columnæ, ſerpentem tenet. *Regius. Vaillant.*

....

ΛΥΡΒΕΙΤΩΝ. (6) *Lyrbitarum.* Urna inter duas menſas, ex quâ arbor. *Vaillant.*

....

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ· (7) *Metropolitarum qui ſunt in Ioniâ.* Mulier turrita & ſtolata ſtans coram arulâ ignitâ, dextrâ ſignum Martis, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Vaillant.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑ CΑΛΩΝΙΝΑ CΕΒ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ. (8) *Pergæorum.* Figura muliebris ſtans dextrorſum verſa, dextrâ tenet florem, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Regius. Vaillant.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑΝ CΑΛΩΝΙΝΑΝ CΕ. *Corneliam Saloninam Auguſtam.* Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (9) *Pergæorum Neocororum.* Victoria coronans Saloninam ad ſiniſtram ſtantem. *Regius.*

(1) De Ægæenſium nummis, & epochâ in eis ſignatâ pluribus ſuprà.

(2) Nummus hic ac ſuperior non extant apud Vaillantium.

(3) Bonus Eventus pro Deo ab antiquis colebatur, & inter Conſentes divos agricolarum recenſetur à Varrone de Re Ruſt. lib. 1. Lymphæ comes datus, quoniam ſine aquâ & ſucceſſu miſera eſt agricultura, & fruſtratio quædam. Euphranoris ſimulacrum Boni Eventus nudum erat, dextrâ pateram, ſiniſtrâ ſpicas & papavera tenens, ut tradit Plinius lib. xxxiv. cap. viii. Ita exhibetur etiam in nummo Getæ cum inſcriptione *Bonus Eventus.* Idem Plinius lib. xxxvi. cap. v. alterius à Praxitele facti meminit: *Romæ Praxitelis opera ſunt, Flora, Triptolemus, Ceres in hortis Servilianis: Boni Eventus, & Bonæ Fortunæ ſimulacra in Capitolio.* Templum autem Boni Eventus fuit Epheſi, necnon Romæ, quod Petrus Victor collocat in Regione ix. prope Thermas Agrippæ. Cæterum Bonus Eventus non ſolùm ſub formâ virili, ſed etiam ſub formâ Matronæ repræſentatur, ut patet ex hoc nummo, & altero Severi nummo cum inſcriptione *Boni Eventus*, ubi ſub Matronæ formâ decore cultæ, cum patera frugibus plena in dextrâ, & ſpicis in ſiniſtra exhibetur; igitur ſub fœminea ſpecie etiam Bonum Eventum æquè ac Segetiam, Tutelinam, aliaſque Deas agreſtes, agrorum culturæ & frugum præfuiſſe conſtat. Nummum hunc recenſet Vaillantius ex eodem Fucaltiano cimelio inter nummos ſecundi moduli.

(4) Vide quæ ad ſimilem nummum Valeriani ex Æ. II. ſuprà adnotavimus.

(5) Thyatira urbs Lydiæ, de quâ ſuprà ad nummum Valeriani æreum maximi moduli.

(6) Hujus urbis in Phrygiâ Euſtathius & Dionyſius meminere.

(7) Duplices Metropolitæ occurrunt apud Plinium, quorum priores ad Apameenſem pertinent conventum, poſteriores ad Epheſinum: à quibus proculdubio cuſus eſt hic nummus. Vide quæ ad nummum Valeriani ex ære I. cum eâdem epigraphe ſuprà adnotavimus.

(8) Vaillantius refert hunc ipſum nummum, ſed ab eo malè deſcribitur.

(9) De Pergâ urbe Pamphyliæ & templo Dianæ celeberrimo, quod in eâ erat, & ob quod jure Aſyli gaudebat, loquuti ſumus ſuprà in nummis Gallieni; ſub quo Principe tantùm Neocoriam accepiſſe videtur, ut teſtatur hic nummus. Nummus cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

....

ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Mulier tunicata ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ rhombum. *Vaillant.*

CΑΛΩΝ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕΒΑC. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

CΑΜΙΩΝ. (1) *Samiorum.* Juno Pronuba ſtans cum admiuiculis. *RE.*

CΑΛΩΝ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕΒ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

CΑΜΙ Ν. Juno Samia cum pateris, adminiculis, pavouibus duobus ad pedes, altero à dextris, altero à ſiniſtris, & alio ornatu. *Fouc.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑ CΑΛΩΝΙΝΑ CΕΒ. Caput Saloninæ ut ſuprà, cum ſtellâ in parte nummi ſuperiore, & à dextris in arcâ ΙΑ. *anno* 11.

CΙΔΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (2) *Sidetarum Neocororum.* Pallas galcata vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, Victoriæ verò ſignum ſuſtinet ſiniſtrâ: juxtà pedes clypeus. *Fouc.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑΝ CΑΛΩΝΕΙΝΑΝ CΕΒΑCΤΗΝ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ΑΔΡΙΑΝΗC CΕΥΗΡ ΤΑΡCΟΥ Α Μ Κ. (3) *Adriana Severiana Tarſi, Prima Solius Cilicia.* Figura galeata ac tunicata gradiens, dextrâ geſtat icunculam armatam, ſiniſtrâ clypeo armatâ haſtam tenet. *RE.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑ CΑΛΩΝΕΙΝΑ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. (4) *Tripolitarum Laodicenſium Concordia.* Mulier ſtans cum velo volitante, ambabus puerulum in ulnis: ex adverſo Jupiter Philalethes cum aquilâ. *Vaillant.*

(1) Nummos Saloninæ ſimiles à Samiis cuſos recenſet Vaillantius inter nummos ſecundi moduli tantùm.

(2) Nummus ſingularis ob literas quæ in areâ partis anteriotis leguntur, & etiam ob typum qui diverſus eſt ab eo, quem Vaillantius recenſet inter nummos ſecundi moduli.

(3) Vide quæ diximus in nummis Valeriani ſecundi moduli. Nummus autem hic Saloninæ non extat apud Vaillantium.

(4) De Tripoli Cariæ ad Mæandrum loquuti ſumus ſuprà in nummis Herennii Etruſci ſecundi moduli, & Valeriani maximi moduli, ubi etiam de Latonio certamine, quod à Tripolitis edebatur in honorem Latonæ, quæ in eâ urbe ſummo honore colebatur. Hæc autem urbs cum Laodiceâ ejuſdem Provinciæ urbe concordiâ juncta erat; utraque numina ſua fœderis teſtes exhibet, Tripolis Latonam, Laodicea Jovem Laodicenum Philalethem dictum, hoc eſt, *veritatis amicum*, urbis ſuæ præſidem; quippe Laodicea olim Dioſpolis appellata fuit, teſte Plinio lib. v. ſect. xxix. qui ſic de ejus ſitu: *Laodicea impoſita eſt Lyco flumini, latera alluentibus Aſopo & Capro, appellata primum Dioſpolis*, hoc eſt civitas Jovis.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

CORNELIA SALONINA AVG. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

FECVNDITAS AVG. (1) Figura muliebris ſtans, dextram puero adſtanti porrigit, ſiniſtrâ infantulum nudum geſtat. *Regius.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

IVNO REGINA. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Regius.*

CORNELIA SALONINA AVG. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

IVNO REGINA. Typus ut ſuprà: in areâ S C. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Saloninæ ut ſuprà, abſque lunâ bicorni.

IVNO REGINA. Typus ut ſuprà, cum S C. in areâ. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Figura muliebris ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextram extendit ad figuras duas pueriles nudas ante ſe ſtantes, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; juxtà ſellam alia figura puerilis nuda: in imâ parte S C. *Fouc. Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PVDICITIA. Mulier ſtans velo ori admoto, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenet: in areâ S C. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Saloninæ ut ſuprà, cum lunâ bicorni ad humeros.

PVDICITIA. (2) Typus ut ſuprà, cum S C. in areâ. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Saloninæ ut ſuprà, abſque lunâ bicorni.

VENVS GENETRIX. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pomum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur

(1) Nummus hic Saloninæ cum rarioribus adnumerandus.

(2) Nummus hic Saloninæ ac ſequentes rari ſunt.

ſiniſtrâ : ante eam juxtà pedes figura puerilis nuda utramque manum attollens : in areâ SC. *Fouc. Regius.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Saloninæ ut ſuprà, cum lunâ bicorni ad humeros.

VENVS GENETRIX. Figura muliebris ut ſuprà, dextrâ puerulum tenet, ſiniſtrâ haſtam; ante eam juxtà pedes alter puerulus ſtans; in areâ SC. *RE.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

VENVS VICTRIX. Figura muliebris ſeminuda, ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextrâ pomum tenet. *Val.*

CORNELIA SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà, abſque lunâ bicorni.

VESTA. (1) Figura muliebris ſtolata ac velata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pateram tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ : in imâ parte SC. *Fouc.*

(1) Veſtam in Auguſtarum nummis ad indicandam earum pudicitiam cælatam aiunt; ſed hoc quidem falſum eſſe oſtenduot nummi varii diverſorum Imperatorum, cuſi cum rādem epigraphe, & eodem typo. Vide nummos Caii, Claudii, Neronis, Galbæ, Veſpaſiani, Titi, Domitiani, &c.

NUMISMATA Æ. II. in Coloniis cuſa.

CORNELIA SALONINA AVG. Caput Corneliæ Salonınæ ad pectus cum ſtolâ.

COL IVL AVG FEL BER. *Colonia Julia Auguſta Felix Berytus.* Mulier turulata pede ſiniſtro inſiſtit acroſtolio, dextrâ innixa haſtæ crucigeræ, ſiniſtrâ veſtem colligit : à ſiniſtris columna, cui inſiſtit Victoriola coronam figuræ porrigens. *Vaillant. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL IVL AVG FEL BER. (1) Figura ſeminuda capite turrito ſtans, dextrâ tenet tridentem, ſiniſtrâ pallium colligit, pede lævo proræ navis innixa; à ſiniſtris columna, cui inſiſtit Victoriola ei coronam imponens. *Brandenburg.*

COR SALONINA. Caput Saloninæ, cum lunâ bicorni ad humeros.

COL IVL DIENSIS. DD. (2) *Colonia Julia Dienſis. Decreto Decurionum.* Minerva galeata ac tunicata ſtans, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

CORNEL SALONINA AVG. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, abſque lunâ bicorni ad humeros.

PTOL. (3) Figura muliebris turulata ſtans dextrorſum converſa, dextrâ tenet navis gubernaculum, ſiniſtrâ cornucopiæ : à ſiniſtris columna cui inſiſtit Victoria : à dextris caduceus. *Brandenburg.*

CORN SALONINA AVG. Caput Corneliæ Saloninæ ut ſuprà, & lunâ bicorni ad humeros.

COL TYRO METROPOL. (4) *Colonia Tyros Metropolis.* Tripus ſuprà quem in areâ conchylium. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL TYRO METR ACTIA ERACL. (5) *Colonia Tyros Metropolis, Actia Eraclia.* Menſa ſuprà quam duo vaſa ſeu diſci cum palmis; ſub menſâ conchylium. *Vaillant.*

(1) Begerus in Theſauro Brandenburgico hunc nummum in ære inciſum exhibet, & explicat pag. 747. ſed mihi videtur idem qui ſuperior.

(2) Dium, urbs eſt Macedoniæ littoralis in Pieriâ regione, inter Haliemonis & Baphiri oſtia ſita, de quâ loquitur Livius Decad. 5. lib. 3. *Ipſe Dium urbem ingreſſus, ſicut non magnam, ita exornatam publicis locis, & multitudine ſtatuarum, munitam que egregie.* Urbem hanc Julius Cæſar Coloniam Romanam fecit, ut nomen *Julia* denotat; in nonnullis nummis *Auguſta* etiam dicitur, quòd ab Auguſto Colonis frequentata eſſet. Minerva in hoc nummo exhibetur, quæ à Macedonibus Alcida cognomine ſummoperè colebatur : hujus meminit laudatus Livius citatâ Decad. lib. 2. de Perſeo loquens : *Ipſe centum hoſtiis ſacrificio regaliter Minervæ, quam vocant Alcidam, confecto, cum purpuratorum & ſatellitum manu profectus Citium eſt.* Nummus hic non extat apud Vaillantium.

(3) De Ptolemaide Phœniciæ urbe locuti ſumus ſuprà in nummis Valeriani primi moduli. Similis autem typi nummum à Ptolemaidenſibus Septimio Severo cuſum profert Vaillantius, in quo caduceus deeſt, & columnæ inſidet loco Victoriolæ lupa cum Romulo & Remo. Mulierem in nummo exhibitam cum temone, & cornucopiæ Genium eſſe urbis cenſet idem Vaillantius, apud quem non extat hic Saloninæ nummus.

(4) Tripodem ad Apollinem ſpectare nemo ignorat; Apollo autem unus ex tutelaribus urbis Tyri numinibus erat, ut tradit Plutarchus in vitâ Alexandri Magni, ubi de Tyri urbis obſidione loquens, narrat plurimos Tyrios in ſomniis Apollinem vidiſſe ad Alexandrum ſe tranſiturum dicentem, cum ſibi cordi non eſſent ea quæ in urbe agerentur; itaque illi ſicut tranſfugæ ſceleris comperti Apollinis ſimulacrum devinxere catenis, clavíſque baſi affixere, Alexandri fautorem appellantes, ſed Tyro captâ Alexander ei catenas detraxit, & Philalexandrum vocari juſſit.

(5) Vide quæ de Actiis ac Heracliis certaminibus diximus ſuprà in nummis Treboniani Galli & Voluſiani ſecundi moduli.

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

A............

ΑΤΤΑΛΕΩΝ. (1) *Attalenſium*. Pallas dextrâ pateram, ſiniſtrâ innixa clypeo. *Vaillant*.

....

ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ. (2) *Attudenſium*. Jupiter pallio tectus ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam : ad pedes aquila. *Vaillant*.

ΚΟΡ CΑΛΩΝΙΝΑ ΑΥΓΟΥ. *Cornelia Salonina Auguſta*. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ΑΦΡΟΔΕΙCΙΕΩΝ. (3) *Aphrodiſienſium*. Mercurius ſtans dextrâ teuet crumenam, ſiniſtrâ caduceum. *Regius*. *Vaillant*.

....

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. *Byzantiorum*. Delphin inter dnas pelamides. *Vaillant*.

CΑΛΩΝΕΙΝΑ CΕΒΑ. *Salonina Auguſta*. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ Α ΑCΙΑC. (4) *Epheſiorum primorum Aſiæ*. Diana in curru à duobus cervis tracto à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ pharetræ admotâ, ſiniſtrâ arcum teuet. *Bau*.

CΑΛ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ. *Salonina Chryſogone*. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtola.

ΕΦΕCΙΩΝ Α ΑCΙΑC. Diana ad ſiniſtram gradiens, dextrâ arcum, ſiniſtrâ ſagittam tenet. *Regius*.

CΑΛΩΝ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕ. *Salonina Chryſogone Auguſta*. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ Α ΑCΙΑC. Diana altè ſuccincta gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ pharetræ admotâ, arcum tenet ſiniſtrâ : juxtà pedes canis venaticus currens. *Fouc*.

....

ΕΦΕCΙΩΝ Α ΑCΙΑC. Diana venatrix utrâque tædam ardentem. *Vaillant*.

....

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. Diana polymammia cum attributis. *Vaillant*.

CΑΛΩΝΕΙΝΑ CΕΒΑ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. (5) Diana altè ſuccincta gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ pharetræ admotâ, arcum tenet ſiniſtrâ : juxtà pedes canis venaticus currens. *Fouc*.

CΑΛΩΝ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕΒ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. Diana ad ſiniſtram ſtans, dextrâ tædam, ſiniſtrâ arcum tenet : pro pedibus à dextris cervus. *Regius*. *Vaillant*.

CΑΛΩΝ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. Diana ut ſuprà abſque cervo. *Bau*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Epheſiorum ter Neocororum*. Hercules nudus ſiniſtrorſum converſus ſtans juxtà arborem, pateram tenet dextrâ, humero verò ſiniſtro clavam geſtat : juxtà pedes aper. *Fouc*. *Vaillant*.

CΑΛΩΝ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕΒΑ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (6) Diana venatrix ad ſiniſtram gradiens, dextrâ ſagittam, ſiniſtrâ arcum tenet. *Regius*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Diana venatrix ad ſiniſtram gradiens, dextrâ pharetræ admotâ, ſiniſtrâ arcum tenet : pro pedibus canis venaticus currens. *Regius*. *Vaillant*.

CΑΛ ΧΡΥCΟΓΟΝΗ CΕ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Typus ut ſuprà. *Fouc*.

....

ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Diana venatrix inſidens ſcopulis, dextrâ pateram, ſiniſtrâ arcum. *Vaillant*.

....

ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Diana venatrix gradiens, ambabus tædam accenſam. *Vaillant*.

CΑΛΩΝΕΙΝΑ CΕΒΑ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

(1) Vide quæ de Attalia diximus ſuprà ad nummum Valeriani ex ære maximi moduli.

(2) Habetur nummus etiam Caracallæ in eâdem urbe cuſus cum eodem typo, & in cimelio Regio aſſervatur nummus, in quo ex unâ parte legitur, ΔΗΜΟΣ, *Populus*; ex alterâ verò ΑΤΤΟΥΔΕΩΝ. Fortaſſis *Attuſa* Plinii lib. v. ſect. xl. In Notitiâ Eccleſ. antiquâ inter Sedes Epiſcopales Phrygiæ Pacatianæ pag. 27. Ἄττουδα, Leunclavius pag. 98. ὁ Αὐτούδων. In Concilio Calched. act. vi. pag. 604. Symmachius Attudorum Epiſcopus legitur, Συμμάχιος πόλεως Ἀττουδῶν.

(3) De Aphrodiſienſibus loquimur ſuprà ad nummum Trajani Decii ex ære maximi moduli.

(4) Nummus hic Saloninæ, ac duo ſequentes non extant apud Vaillantium.

(5) Nummus Saloninæ cum hoc typo non extat apud Vaillantium.

(6) Nummus cum hoc typo Vaillantio ignotus.

ΕΦΕϹΙΩΝ Δ ΝΕΟΚΟΡΩΝ. (ſic) *Epheſiorum quater Neocororum.* Diana venatrix ad ſiniſtram gradiens, dextrâ pharetræ admotâ, arcum tenet ſiniſtrâ: pro pedibus canis currens. *Fouc. Vaillant.*

ϹΑΛ ΧΡΥϹΟΓΟΝΗ ϹΕ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ Δ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (1) Diana ſeminuda ſtans, utrâque manu tædam accenſam tenet. *Brandenburg.*

....

ΚΟΙΝΟΝ ΘΕϹϹΑΛΩΝ. (2) *Commune Theſſalorum.* Pallas galeata ſtans, dextrâ elatâ telum, ſiniſtrâ ſpicas. *Vaillant.*

ΚΟΡ. ϹΑΛΩΝΙΝΑ ΑΥΓΟ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

ΘΕϹϹΑΛΟΝΙΚΗ ΜΗΤΡ ΚΟ Β ΝΕ. *Theſſalonice Metropolis Colonia bis Neocora.* Urna ex quâ palmæ ramus erumpit, in quâ legitur ΠΥΘΙΑ. *Pythia. Regius. Vaillant.*

ΚΟΡΝΗΛ ϹΑΛΩΝΙΝΑ. Caput Saloninæ ut ſuprà, cum lunâ bicorni ad humeros.

ΘΕϹϹΑΛΟΝΙΚΕΩΝ Β ΝΕ. (3) *Theſſalonicenſium bis Neocororum.* Typus ut ſuprà. *Fouc.*

....

ΕΠ Γ ΟΚΤ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. *Sub Caio Octavio Artemidoro, Thyatirenorum.* Hygia ſtans tunicâ inſignis, dextrâ pateram, in quâ paſcit ſerpentem. *Vaillant.*

ϹΑΛΩΝ ΧΡΥϹΟΓΟΝΗ ϹΕΒΑ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ΕΠ ϹΤ ΑΥΡ ΕΥΠΟΡΟΥ Β ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. (4) *Sub Prætore Aurelio Euporo iterùm Metropolitarum.* Mulier turrita ſtans ad aram ignitam, dextrâ Martis ſignum ſuſtinet, ſiniſtrâ verò cornucopiæ geſtat. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΠ ϹΤΡ ΑΥΡ ΕΥΠΟΡΟΥ Β ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. (5) Cybele ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ pateram tenet, ſiniſtro verò cubito tympano innititur: ad pedes hinc & inde leo cubans. *Regius. Vaillant.*

....

ΕΠΙ ϹΤΡ ΑΥΡ ΕΥΠΟΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Imperator paludatus, & mulier Genius urbis, dextras jungunt. *Vaillant.*

ϹΑΛΩΝ ΧΡΥϹΟΓΟΝΗ ϹΕΒ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

ΚΑΙϹΑΡΕΙΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ. (6) *Cæſarea* certamina *Metropolitarum.* Ciſta in quâ palmæ ramus geminus cum hac epigraphe tranſverſim, ϹΕΒΑϹΤΑ. *Auguſtalia. Fouc. Vaillant.*

Eadem epigraphe. Caput Saloninæ ut ſuprà, cum lunâ bicorni ad humeros.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. (7) *Metropolitarum qui ſunt in Ioniâ.* Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, templum tetraſtylum exiguum ſuſtinet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. (8) Figura muliebris capite turrito ſtolata, dextrorſum verſa ſtans ad aram ignitam, dextrâ ſuſtinet figuram, quæ dextrâ [illegible]tum, ſiniſtrâ haſtam tenet; ſiniſtrâ cornucopiæ geſtat. *Brandenburg.*

ϹΑΛΩ ΧΡΥϹΟΓΟΝΗ Ϲ. Caput Saloninæ abſque lunâ bicorni.

ΜΙΛΗϹΙΩΝ ΠΑΝΙΩΝΙΑ ΠΥΘΙΑ. (9) *Mileſiorum Panionia Pythia.* Urna menſæ

(1) Nummus hic Saloninæ non extat apud Vaillantium. Cæterum putat Begerus hîc ſub Dianæ Luciferæ ſpecie Saloninam exhiberi, quod confirmare videtur ejuſdem capitis typus, ad cujus humeros luna bicornis ſeu falcata cernitur, & inſcriptio capitis ubi Χρυσογόνη dicitur, cum & Luna ab aureo Sole lumen ſuum trahat, & quaſi naſcatur; quâ ratione & Ἄρτεμις χρυσηνι𝈿, χρυσόθρον𝈿, χρυσηλάκατ𝈿 Homero, Euripidi autem χρυσοβόστρυχ𝈿 appellatur, licet alias ἀργυρόπεζα cum Nonn. Dionyſ. videatur appellanda.

(2) Κοινὸν, intellige commune fanum, commune ſacrum, commune certamen, in uno aliquo oppido à totius Provinciæ communitate editum. His ſacris certaminibus qui præerat Θεσσαλάρχης vocabatur, cui cura ſacrorum ludorumque κοινοῦ τῶν Θεσσαλῶν, commiſſa fuit, ut Βιθυνιάρχης cui κοινοῦ τῆς Βιθυνίας; Ἀσιάρχης, cui κοινοῦ τῆς Ἀσίας, &c. In hoc autem nummo videtur repræſentari Pallas Itonia, quæ in Theſſaliâ colebatur. Strabo lib. ix. pag. 435. Ἴτων, inquit, ὅπου τὸ τῆς Ἰτωνίας ἱερόν. Et Stephanus: Ἴτων, πόλις Θεσσαλίας......ἀπὸ Ἴτωνος ἥρω𝈿, ἀφ᾽ οὗ καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ, ἀλλὰ καὶ Ἰτώνη, Ἰτωνάς, καὶ Ἰτωνίς ἡ Ἀθηνᾶ. *Iton urbs Theſſaliæ.......ab Itono heroe, à quo & Minerva Itonia, quæ etiam Itone, Itonaus, & Itonea Minerva.*

(3) Nummus hic Saloninæ à Theſſalonicenſibus cuſus Vaillantio ignotus.

(4) Vide nummos Valeriani ſecundi moduli à Metropolitis cuſos, & quæ ibi adnotavimus. Nummus hic mutilus apud Vaillantium, & ab eo malè deſcriptus.

(5) Recenſet Vaillantius hunc nummum ex Regio cimelio, ſed mutilum.

(6) Similem nummum Valeriani ſecundi moduli explicavimus: hic autem Saloninæ nummus perperam à Vaillantio deſcribitur.

(7) Vide quæ diximus ſuprà ad nummum ſimilem Valeriani primi moduli.

(8) Refert ſimilem Saloninæ nummum Vaillantius ex cimelio Lucæ Corſi inter nummos primi moduli.

(9) De Mileto vide quæ in nummis Valeriani primi moduli diximus. Hæc verò ad hunc Saloninæ nummum adnotat Vaillantius; Apollinem, inquit, cognomine Didymæum ſummâ veneratione coli etſi ne-

poſita : ſub menſâ duo palmæ rami. *Regius. Vaillant.*

. . . .

ΜΟϹΤΗΝΩΝ. *Moſtenorum.* (1) Tripus, ex quo duo rami lauri erumpunt. *Vaillant.*

. . . .

ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. *Mytilenæorum.* Elephas cum ſeſſore. *Vaillant.*

ΚΟΡ ϹΑΛΑΛΩΝΕΙΝΑ (ſic) . . . . Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

ΙΕΡΑ ΝΕΙΚΟΠΟ. *Sacra Nicopolis.* Victoria gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Regius.*

ΚΟΡ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΕΠΙ Ϲ Μ ΑΥΡ ΔΑΜΑ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩ Γ ΝΕΩΚ. (2) *Sub Prætore Marco Aurelio Damaſia Pergamenorum Primorum ter Neocororum.* Hygia, ſeu Dea Salus ſtolata vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, ſerpentem tenet dextrâ, pateram verò ſiniſtrâ, quâ eum paſcit. *Foue. Vaillant.*

. . . .

ΕΠ ϹΤΡ ΑΥΡΗΛ ΠΑΛΑΤΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Γ ΝΕΩΚ. *Sub Prætore Aurelio Palato Pergamenorum ter Neocororum.* Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

ϹΑΛ ΧΡΥϹΟΓΟΓΟΝΗ ϹΕ. (ſic) Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

ϹΑΜΙΩΝ. (3) *Samiorum.* Figura virilis nuda, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, ventilabrum aut velum tenet utrâque manu. *Frad.*

ϹΑΛ ΧΡΥϹΟΓΟΝΗ ϹΕ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. Typus ut ſuprà. *Foue.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. Mulier ad ſiniſtram ſtans, ambabus manibus urnam tenet. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. Juno Samia tutulata à fronte cum pateris, adminiculis, & pavonibus duobus, altero à dextris, altero à ſiniſtris: juxtà caput à dextris luna bicornis, à ſiniſtris ſtella. *Foue. Vaillant.*

ϹΑΛΩΝ ΧΡΥϹΟΓΟΝΗ ϹΕ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. Typus ut ſuprà. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. Templi tetraſtyli facies, ad cujus veſtibulum Juno Samia typo quo ſuprà. *Foue. Vaillant.*

ϹΑΛ ΧΡΥϹΟΓΟΝΗ ϹΕ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. (4) Figura virilis altè ſuccincta, ſiniſtrorſum converſa, pede lævo proræ navis impoſito ſtans ac retroſpiciens, dextram protendit retrorſum, clypeum verò geſtat ſiniſtrâ. *Foue. Vaillant.*

ϹΑΛΩΝ ΧΡΥϹΟΓΟΝΗ ϹΕ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. Typus ut ſuprà. *Foue.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΜΙΩΝ. Fortuna tutulata vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum ad cujus imum globus tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Foue. Regius. Frad. Vaillant.*

ϹΑΛΩΝ ΧΡΥϹΟΓΟΝΗ Ϲ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΕΠ ΔΟΜ ΡΟΥΦΟΥ ΑϹΙΑΡ ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡ. (5) *Sub Domitio Rufo Aſiarchâ Sardianorum ter Neocororum.* Simulacrum Proſerpinæ. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΠ ΡΟΥΦΟΥ ΑϹΙ ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sub Rufo Aſiarcha Sardianorum Neocororum.* Tabernaculum Proſerpinæ dicatum, à dextris ſpica, à ſiniſtris papaver. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΠ ΔΟΜ ΡΟΥΦΟΥ ΑϹΙΑΡ ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (6) Cybele ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ pateram tenet, ſiniſtro cubito tympano innixa, ſiniſtrâ haſtam brevem: pro pedibus à dextris leo cubans. *Regius. Vaillant.*

. . . .

ϹΙΔΗΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Sidetarum Neocororum.* Pallas ſtans galeato capite, dextrâ Victoriæ ſignum tenet, ſiniſtrâ clypeum gerit. *Vaillant.*

ΚΟΡ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩ ΕΠ Ϲ ϹΕΞΤΟΥ. (7) *Smyrnæorum ter Neocororum, ſub*

mo neſciat, certamina in ejus honorem celebrari ſolus indicat hic nummus, & quidem communibus Ioniæ impenſis, ut vox ΠΑΝΙΩΝΙΑ nos edocet. Vide Strabonem de templo Apollinis in hac urbe, & celebertima illius Dei oracula ex aliis diſce Scriptoribus.

(1) De nummis à Moſtenis cuſis vide quæ diximus ſuprà in nummis Gallieni ſecundi moduli.

(2) Vaillantius hunc nummum ſic legit: ΕΠΙ Ϲ Μ ΑΥΡ ΠΑΛΑ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, &c.

(3) Nummi Saloninæ cum hoc typo ac ſequenti à Samiis cuſi non extant apud Vaillantium.

(4) Vaillantius figuram muliebrem eſſe ait.

(5) Vide quæ de nummis à Sardianis cuſis diximus ſuprà in nummis Gallieni ſecundi moduli; hinc etiam facilè videre eſt, cur ſub Aſiarcha hujus urbis nummi Gallieni temporibus percuſſi fuere.

(6) De Sardibus celebertima Lydiæ urbe, Crœſi regia, pluribus ſupra ad nummum Gallieni à Sardianis cuſum ex ære II.

(7) Nummus hic Saloninæ à Smyrnæis cuſus non extat apud Vaillantium; ſequens verò ad eodem recenſetur inter nummos tertii moduli tantùm.

Prætore Sexto. Mulier ſedens à ſiniſtr's dextrorſum, dextrâ ædiculam geſtat, ſiniſtrâ haſtæ innixa. *Regius.*

ΚΟΡ ΣΑΛΩΝΕΙΝΑ ΣΕΒ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩ ΕΠ ΣΕΞ. Amazon turrita ſtans, dextrâ templum geſtat, ſioiſtrâ bipennem. *RE.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑΝ ΣΑΛΩΝΕΙΝΑΝ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Α Μ Κ Γ Β. *Tarſi Metropoleos Primæ ſolius Ciliciæ Decreto Senatûs.* Victoria ad dextram gradiens, dextrâ coronam, ſiniſtrâ palmæ ramum tenet. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ &, lunâ bicorni ad humeros.

ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Α Μ Κ Γ Β. (1) Diana Lucifera ad dextram gradiens, ambabus manibus facem tenet. *Regius.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑΝ ΣΑΛΩΝΙΝΑΝ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Α Μ Κ Γ Β. Sol capite radiato, veſtitu muliebri, ſiniſtrorſum converſus ſtans, dextrâ protensâ & expansâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Vaillant.*

ΣΑΛΩΝ ΧΡΥΣΟΓΟΝΗ ΣΕ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ ΕΠΙ ΣΤΡΑ ΚΟΝΔΙΑΝΟΥ. (2) *Hypæpenorum, ſub Prætore Condiano.* Diana polymammia cum peplo ac tutulo ad talos demiſſo, manibus expanſis; Victoria tunicata ſtans à ſiniſtris, coronam lauream capiti ejus imponit dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

. . . .

. ΕΠΙ ΣΤΡ ΣΕΚΟΝΔΙΑΝΟΥ ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. *Sub Prætore Secondiano Hypæpenorum.* Venus cum ornamentis ſolitis, coronatur à Victoriâ. *Vaillant.*

. . . .

ΕΠΙ ΛΟΥΚ ΚΟΜΟΔΙΑΝΟΥ ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. *Sub Lucio Comodiano Hypæpenorum.* Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

ΚΟΡ ΣΑΛΩΝΙΝΑ ΣΕΒ. Caput Salooinæ ad pectus cum ſtolâ.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. (3) *Philippopolitanorum.* Venus ſeminuda gradiens à ſiniſtris dextrorſum, manibus expanſis. *Fouc. Vaillant.*

(1) Nummus Saloninæ cum hoc typo à Tarſenſibus cuſus Vaillantio ignotus.

(2) Hypæpa urbs Lydiæ à Strabone locatur eâ parte, quâ deſcenditur à monte Tmolo ad Cayſtri campos. Hujus quoque meminere Ptolemæus & Pauſanias.

(3) Stephanus: Φιλιππόπολις, πόλις Μακεδονίας, Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου κτίσμα ἐν τῷ Εὔρῳ· τὸ ἐθνικὸν, Φιλιπποπολίτης. Ptolemæus lib. III. cap. II. inter Thraciæ Cherſoneſi oppida recenſet, apud quem triplici nomine gaudet, *Philippopolis, Trimontium, & Adrianopolis.* Meminit hujus & Livius lib. XXXIX. cap. LIII. eamque in Thraciâ locat; ut & Ammianus Marcellinus lib. XXII. cap. II. qui eam *Eumolpiada veterem* appellat. Et proculdubio hæc urbs in Thraciâ locari debet. ſed cum hæ regiones eſſent finitimæ, & Macedonum Reges Macedoniæ terminos intrà Thraciam extendiſſent, Stephano fortaſſis placuit eam Macedoniæ adſcribere. Sita autem eſt ad Hebrum fluvium, unde Holſtenius in Notis ad Stephanum monet locum ejuſdem Scriptoris corrigendum, & pro ἐν τῷ Εὔρῳ legendum ἐν τῷ Ἕβρῳ: quæ emendatio niſi placuiſſet poſſet locus caſtigari ex Plinio lib. IV. ſect. XVIII. qui eam ſub Rhodope monte ſitam ſcribit: *Oppidum ſub Rhodope, Poneropolis antea, mox à conditore Philippopolis.* Vide nummum Antonini Pii apud Seguinum pag. 150. à Philippopolitis cuſum, in cujus alterâ parte cernitur mulier monti inſidens, quo urbis ſitus indicatur; & in medio legitur ΡΟΔΟΠΗ. In ambitu, ΗΓΕΜ. Μ. ΠΟΝΤ. ΣΑΒΕΙΝΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟ.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. II.

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ΣΑΛΩΝΕΙΝΑ ΣΕΒ. *Cornelia Salonina Auguſta.* Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

L. Α. *An.* 1. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. *An.* 3. Figura muliebris ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ quid velut ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tenet. *B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. *An.* 4. Aquila cum coronâ ad dextram verſa; à ſiniſtris in areâ palmæ ramus. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Ε *An.* 5. Aquila cum coronâ roſtro ſiniſtrorſum verſo. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Ζ. *An.* 7. Figura muliebris galeata & ſtolata, inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΑ. *An.* 11. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ protensâ & expansâ, cornucopiæ geminum complectitur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΑ. Figura muliebris typo quo ſuprà, dextrâ bilancem, lævâ geminum cornucopiæ. *Regius.*

ΚΟΡ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

L. ΙΑ. Typus ut ſuprà. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΑ. Aquila lauream tenens roſtro. *RE.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

L. ΙΑ. Figura muliebris ſtolata ſedens, navis gubernaculum tenet dextrâ, caput verò ſuſtentat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΑ. Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ; à dextris palmæ ramus. *Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΒ. *Anno* 12. Typus ut ſuprà: à dextris palmæ ramus. *Fouc. Regius. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΒ. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ; à dextris palmæ ramus. *Fouc. Regius. Cham.*

ΚΟΡ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

L. ΙΒ. Typus ut ſuprà. *RE.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

L. ΙΓ. *An.* 13. Victoria ad ſiniſtram gradiens, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΓ. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; à dextris palmæ ramus. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΓ. Typus ut ſuprà; ſed palmæ ramus à ſiniſtris *Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΓ. Aquila à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet roſtro ſiniſtrorſum converſo; à dextris palmæ ramus. *Fouc. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΔ. *An.* 14. Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ: à dextris palmæ ramus. *Fouc. Regius. Cham. Fontaine. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΔ. Figura muliebris tutulata ac ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; à ſiniſtris palmæ ramus. *Fouc. Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΔ. Aquila alis expanſis à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet roſtro; à ſiniſtris palmæ ramus. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. Fontaine. B.*

ΚΟΡ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

L. ΙΔ. Typus ut ſuprà. *RE.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑ ϹΑΛΩΝΕΙΝΑ ϹΕΒ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

L. ΙΔ. Mulier tutulata in lectiſternio decumbens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ temonem tenet, lævâ caput ſuſtinet. *Regius. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙЄ. *An.* 15. Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ; à dextris palmæ ramus. *Fouc. Frad. Cham. Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙЄ. Figura muliebris tutulata ac ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; à ſiniſtris palmæ ramus. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙЄ. Nili ac Iſidis capita jugata loti flore inſignia: Nilus tenet cornucopiæ; à dextris palmæ ramus. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙЄ. Aquila alis expanſis, ſiniſtrorſum converſa, coronam lauream tenet roſtro; à dextris palmæ ramus. *Fouc. Cham. Frad. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙЄ. Aquila alis compreſſis, dextrorſum converſa, cum palmæ ramo tranſverſo, coronam lauream tenet roſtro. *Fouc. Le Roy. Fontaine.*

NUMISMATA LATINA Æ. III.

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & luna bicorni ad humeros.

ABVNDANTIA AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, utrâque manu geſtat cornucopiæ,

(1) Hæc epigraphe & hic typus frequentiſſimè in nummis Auguſtorum, nunquam verò in Auguſtarum, præterquam in Saloninæ nummis occurrunt. Nummus rariſſimus, imò ſingularis.

ex quo varias opes effundit : à dextris in areâ B. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AEQVITAS AVG. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ : in imâ parte VIIC. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ANNONA AVG. (2) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet ſpicas, ſiniſtrâ cornucopiæ ; pro pedibus modius. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ANNONA AVG. (3) Figura muliebris cætera ut ſuprà, anchoram tenet ſiniſtrâ ; pro pedibus modius. *Regius.*

COR SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

AVG IN PACE. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, oleæ ramum demiſſum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ. *Le Roy.*

Alius cum MS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

AVG IN PACE. Typus ut ſuprà : in imâ parte MP. *Fontaine.*

Alius cum MS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Val. Chez.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

CORN SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

AVG IN PACE. Typus ut ſuprà : in parte MS. *Fontaine.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

AVGVSTA IN PACE. (4) Typus ut ſuprà abſque literis in imâ parte. *Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AET. (5) Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geminum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCOR AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

CORN SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

CONCORDIA AVGG. Gallienus laureatus & togatus, & Salônina ſtolata ſtantes dextras jungunt. *Pluc. Fontaine.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

DEAE SEGETIAE. (6) Templi tetraſtyli frontiſpicium, ad cujus veſtibulum figura muliebris ſtans, utrâque manu expansâ & tantiſper elatâ veluti pomum tenet. *Fouc. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

DIANA LVCIFERA. (7) Figura muliebris ſtans, facem accenſam dextrâ tenet per tranſverſum. *KDR.*

COR SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

DIANAE CONS AVG. (8) Cervus à dextris ſiniſtrorſum : in imâ parte Δ. *Fouc.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

FECVNDITAS AVG. Figura muliebris ſtans, dextram porrigit puerulo coram ſtanti, alterum ſuſtinet ſiniſtrâ. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FECVNDITAS AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextram porrigit puerulo nudo ante ipſam ſtanti, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Alius cum Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Val. Chez.*

CORNEL SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

FECVNDITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum Δ. à ſiniſtris in areâ. *Le Roy.*

(1) Nummus rariſſimus. Vide quæ de ſimili argenteo ejuſdem Auguſtæ diximus.

(2) Hæc epigraphe, & hic typus licet paſſim in Imperatorum nummis occurrant, nunquam tamen in Auguſtarum, exceptâ Saloninâ. Neque nobis arridet illorum opinio, qui putant partem averſam hujus nummi ad Gallienum ſpectare, & Monetarii incuriâ Saloninæ adſcriptam : nam plures alii typi & plures inſcriptiones, licet frequentiſſimè in Imperatorum nummis, nunquam fermè in Auguſtarum nummis, exceptâ Saloninâ occurrunt, ut *Abundantia Temporum. Abundantia Aug. Æquitas Aug. Fides Militum. Moneta Augg. Pax Aug. Provid. Aug.* Nummus autem hic cum epigraphe *Annona Aug.* cuſus videtur, quòd illa Annonæ providerit, quo tempore Gallienus in bello contrà barbaros & tyrannos detinebatur ; quod confirmare videntur nummi ejuſdem Auguſtæ, alter cum epigraphe DEAE SEGETIAE ; quam quidem Deam imprimis coluiſſe creditur Salonina, ad annonam Populo Romano procurandam ; alter verò cum epigraphe CERERI AVG. Hinc manifeſtò liquet non caſu aut Monetarii incuriâ, ſed conſulto adſcriptum hunc Saloninæ nummum ; quod etiam de aliis ejuſdem Auguſtæ nummis à nobis paulò ſuprà citatis ſuo loco dicemus. Nummus rariſſimus.

(3) In nummo hoc rariſſimo mulier ſiniſtrâ anchoram tenet ad denotandum annonæ à Saloninâ conſultum fuiſſe navibus, hoc eſt frumentum ex Africâ vel aliis locis maritimis tranſvehendo.

(4) Nummi hi Saloninæ haud obvii, ſed cum integrâ epigraphe rariores ſunt.

(5) Nummus hic ac ſequentes cum rarioribus adnumerandi.

(6) Vide quæ de ſimili nummo argenteo ejuſdem Auguſtæ diximus. Nummus inter rariores recenſendus.

(7) Nummus hic in Saloninâ rariſſimus eſt, imò ſingularis.

(8) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Gallieno obvii ; in Saloninâ verò rariſſimi.

CORNELIA SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

FECVNDITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum Δ. à ſiniſtris in areâ. *Fouc.*

COR SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

FECVNDITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum Δ. à ſiniſtris in areâ. *Le Roy.*

Alius cum Z. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

S........AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

FELICITAS AVGG. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ caduceo oblongo innixa, ſiniſtrâ geſtat cornucopiæ. *Le Roy.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

FELIC PVBL. Figura muliebris ſtolata ſtans, caduceum tenet dextrâ, brachio verò ſiniſtro columnæ innititur. *Fout. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICIT PVBL. Typus ut ſuprà. *Cham. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS PVBLI. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS PVBLICA. Figura muliebris ſtolata ſedens, caduceum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MIL. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare inclinatum tenet dextrâ, alterum erectum ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM. (2) Typus ut ſuprà. *Laiſné. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNO AVG. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, florem tenet dextrâ, infantem verò faſciis involutum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte MS. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Alius cum ♀. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fon.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNO CONSERVAT. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; juxtà pedes pavo. *Hen.*

Alius cum H. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum N. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

COR SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

IVNO CONSERVAT. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. *Fouc.*

Alius cum H. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum III. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum IV. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *SG. Fontaine.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

IVNO REGINA. Typus ut ſuprà, abſque pavone & literis in areâ. *Fouc. Cham. Val.*

Alius cum Q. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNO REGINA. Typus ut ſuprà, cùm pavone pro pedibus à dextris: à ſiniſtris in areâ Q. *Regius.*

COR SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

IVNO REGINA. Typus ut ſuprà, cum Q. à ſiniſtris in areâ. *Le Roy.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

IVNO VICTRIX. (3) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtam. *Regius. Le Roy.*

COR SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

IVNONI CONS AVG. Cervus à ſiniſtris dextrorſum. *Brandenburg.*

Alius cum Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fon.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVNONI CONS AVG. Capra à ſiniſtris dextrorſum. *Fouc. RE.*

Alius cum Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Cham. Val. Le Roy.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

IVNONI CONS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte Δ. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: à dextris in areâ T. *Cham.*

(1) Hæc epigraphe & hic typus paſſim quidem in nummis Imperatorum, nunquam verò in Auguſtarum, præterquam in Juliæ Mammeæ, & hujus Auguſtæ nummis occurrunt. Nummus rariſſimus.

(2) Paſſim occurrunt nummi Imperatorum cum hac epigraphe, & hoc typo; nunquam verò Auguſtarum, exceptâ Juliâ Mammeâ & Saloninâ. Nummus rariſſimus; ſequens verò inter rariores recenſendus.

(3) Nummus hic Saloninæ cum rarioribus adnumerandus.

(4) Hæc epigraphe & hic typus paſſim quidem in nummis Imperatorum, nunquam verò in Auguſtarum, præterquam in hujus Auguſtæ nummis occurrunt. Nummus rariſſimus.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, pateram tenet dextrâ, acerram verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham.*

Alius cum S. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. Figura muliebris ſtolata & velata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ, acerram geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ P. *Cham. Le Roy.*

Alius cum P. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum II. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum P. à dextris in areâ, & II. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGVST. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Figura muliebris typo quo ſuprà, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, pateram tenet dextrâ, acerram verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Figura muliebris ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ extenſâ ad figuras duas pueriles nudas ante ſe ſtantes, haſtæ adnititur ſiniſtrâ: juxtà ſellam alia figura puerilis. *Fouc. Cham. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVID AVG. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVID AVG. Figura muliebris ut ſuprà, ſed dextrâ tenet globum. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PVDICITIA. Figura muliebris ſtolata & velata, vultu dextrorſum converſo ſtans, velum faciei obducit dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. B.*

Alius cum Q. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

Alius cum 9. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PVDICITIA. Figura muliebris ut ſuprà, ſedens à ſiniſtris dextrorſum: in imâ parte Q. *Regius. Fouc. Le Roy.*

Alius cum TB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum IV. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum VI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Val. Le Roy.*

Alius cum II. à dextris in areâ, abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PVDICITIA AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. (2) Figura muliebris galeata & ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: Gallienus laureatus & togatus ſtans ex adverſo, dextram protendit Victoriæ ſignum accepturus. *Fouc. Regius. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ ſerpentem. *Cham. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS AVG. Figura muliebris ſeminuda, vultu dextrorſum converſo ſtans, galeam ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte PXV. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS FELIX. Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, figuram verò puerilem nudam ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Le Roy. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS FELIX. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pomum tenet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ; ad pedes figura puerilis nuda ſtans, utramque manum attollens. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS FELIX. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, cætera ut ſuprà, cum figurâ puerili ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ P. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS GENETRIX. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. *Fouc.*

Alius cum H. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fou.*

Alius cum N. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum VI. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS VICT. Typus ut ſuprà: à ſiniſ-

(1) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo paſſim occurrunt in Imperatoribus, nunquam verò in Imperatricibus, exceptâ Saloninâ. Nummus hic ac ſequens rariſſimi.

(2) Nummus hic haud obvius; duo verò ſequentes inter rariores recenſendi.

tris in areâ P. *Foue. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS VICT. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, galeam tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ. *Foue. Cham. Val.*

Alius cum MS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS VICTRIX. Figura muliebris ut ſuprà, galeam ſuſtinet dextrâ, haſtæ adnixa ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes clypeus. *Le Roy. Fon.*

Alius cum H. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Foue. Cham. Le Roy.*

Alius cum III. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Foue.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS VICTRIX. (1) Figura muliebris ſeminuda, ſiniſtrorſum converſa ſtans, dextrâ tenet pomum, ſiniſtro cubito columnæ innixo, ſiniſtrâ palmam. *Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VESTA. Figura muliebris ſtolata ac velata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pateram tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam ſiniſtrâ. *Le Roy.*

Alius cum 9. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Foue. Cham. Le Roy.*

CORN SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

VESTA. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Hen. Fontaine.*

SALONINA AVG. Caput Saloninæ ut ſuprà.

VESTA. Typus ut ſuprà. *Foue. Val.*

Alius cum S. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VESTA FELIX. (2) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Regius. Cham.*

Alius cum S. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Foue. Le Roy. Fontaine.*

Alius cum S. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Foue.*

(1) Nummi Saloninæ cum hoc typo inter rariores recenſendi. Venus dextrâ pomum gerit, quod in monte Idâ à Mercurio acceperat, unde Victrix appellatur, ſiniſtrâ palmam Victoriæ ſymbolum. Sub ſpecie Veneris Salonina repræſentata creditur, quod ob corporis elegantiam à Gallieno inter cæteras Romanas electa fuerit.

(2) Nummi hi Saloninæ haud obvii ſunt.

NUMISMATA Æ. III.
in Coloniis cuſa.

CORNELIA SALONINA AVG. Caput Corneliæ Saloninæ.

COL IVL AVG FEL BER. (1) *Colonia Julia Auguſta Felix Berytus.* Caput Aſtartes tutulatum medio corpore, hinc & inde aquila legionaria. *Vaillant.*

CORN SALONINA AVG. Caput Corneliæ Saloninæ.

COL IVL DIENSIS. (2) *Colonia Juliæ Dienſis.* Jupiter ſeminudus cum pallio ex humeris pendente ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtæ innixus; pro pedibus à dextris prora navis: in areâ hinc & inde D. D. *Decreto Decurionum. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COL AVG TRO. (3) *Colonia Auguſta Troadenſis.* Aquila alis expanſis cippo inſiſtens. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COLO TYRO METROPOL. *Colonia Tyros Metropolis.* Tripus, ſuprà quem in areâ conchylium. *Vaillant.*

(1) De Aſtarte ſeu Venere à Berytenſibus cultâ pluribus locuti ſumus. Duæ aquilæ legionariæ ad Veteranos V. Macedonicæ, & VIII. Auguſtæ, quibus ab Auguſto frequentata fuit Colonia Berytus, referri debent.

(2) De hac urbe locuti ſumus ſuprà in nummis ejuſdem Auguſtæ ſecundi moduli. Jupiter autem in nummo expreſſus ſui cultum in eâ urbe indicat, quod innuere videtur etiam Stephanus, dum certamen Olympiacum in eâ celebrari ſolitum tradit: Δῖον πόλις Μακεδονίας ἔνθα τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα ἐτέλουν. *Dium urbs Macedoniæ, ubi Olympiacum celebrabant certamen.* Ludos Olympiacos Jovi fuiſſe dicatos nemo eſt qui neſciat.

(3) De Coloniâ Troadenſi pluribus ſuprà. Vide quæ de hoc nummo habet Vaillantius, qui eum profert pag. 356.

NUMISMATA GRÆCA Æ. III.

KΟΡΝΗΛΙΑ CΑΛΩΝΕΙΝΑ, *Cornelia Salonina.* Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

ΑΦΡΟΔΙCΙΕΩΝ. (1) *Aphrodiſienſium.* Mercurius ad ſiniſtram gradiens, dextrâ arietem trahit, ſiniſtrâ caduceum tenet. *Regius. Vaillant.*

CΑΛΩΝΕΙΝΑ ΑΥΓ. *Salonina Auguſta.* Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΕΩΝ. (2) *Theſſalonicenſium.* Cabirus ſtans in templo diſtylo. *Regius.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑ CΑΛΩΝΕΙΝΑ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΕΩΝ Β ΝΕΩΚ. *Theſſaloniceenſium bis Neocororum.* Cabirus ſtans ad aram, dextrâ ferrum, ſiniſtrâ malleum tenet. *Regius.*

ΚΟΡΝΗΛ CΑΛΩΝΙΝΑ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΕΩΝ Β ΝΕ. Urna aut ciſta in quâ palmæ ramus, cum hac epigraphe ſupraſcriptâ, ΠΥΘΙΑ. *Pythia* certamina. *Fouc.*

CΑΛΩΝΕΙΝΑ CΕΒ. *Salonina Auguſta.* Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Cyzicenorum bis Neocororum.* Triremis cum remigibus, à dextris ſiniſtrorſum. *Regius. Vaillant.*

....

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. (3) *Metropolitarum.* Mars ſtans, dextrâ clypeum, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

ΚΟΡΝ CΑΛΩΝΕΙΝΑ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ, dextrorſum.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡ. *Nicomedienſium ter Neocororum.* Mulier turrita ſtans, dextrâ temonem tenet, ſiniſtrâ verò cornucopiæ geſtat. *Regius. Vaillant.*

ΚΟΡΝΗΛ CΑΛΩΝΙΝΑ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Iſis tunicata, ſtolâ retrorſum volitante, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, velum tenet utrâque manu una cum ſiſtro. *Fouc. Vaillant.*

ΚΟΡΝΗ CΑΛΩΝΙΝΑ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΙΕΡΑ ΝΙΚΟΠΟΛΙC. (4) *Sacra Nicopolis.* Victoria tunicata & altè ſuccincta, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream geſtat dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: à dextris in areâ Δ. *Fouc. Vaillant.*

ΚΟΡΝΗΛΙΑ CΑΛΩΝΙΝΑ CΕΒ. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΟΔΗCCΙΤΩΝ. (5) *Odeſſitarum.* Gallienus eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, pacificatoris habitu. *Fouc. Vaillant.*

....

CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Smyrnæorum ter Neocororum.* Hercules ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ clavam erectam. *Vaillant.*

ΚΟΡ CΑΛΩΝΕΙΝΑ. Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

CΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hercules ſtans dextrâ ſcyphum tenet, ſiniſtrâ verò clavam cum ſpoliis leonis geſtat. *Regius. Vaillant.*

ΚΟΡ CΑΛΩΝΕΙΝΑ C. Caput Saloninæ ut ſuprà.

ΕΠ C Μ ΑΥΡ CΕΞΤΟΥ CΜΥΡ Γ ΝΕΩΚ. *Sub Prætore Marco Aurelio Sexto Smyrnæorum ter Neocororum.* Amazon turrita ſtans, dextrâ templum, ſiniſtrâ peltam cum bipenne geſtat. *Regius. Vaillant.*

(1) Hunc nummum Vaillantius recenſet ex proprio cimelio inter nummos ſecundi moduli.
(2) Nummus hic ac duo ſequentes à Theſſalonicenſibus cuſi non extant apud Vaillantium.
(3) Nummum hunc laudat Vaillantius ex Regio Theſauro, ſed ibi hodiè non extat.
(4) Profert hunc nummum Vaillantius ex cimelio Colbertino, ſed abſque literis in areâ.
(5) Odeſſus urbs in Ponto prope Salmydeſſum, ut ſcribit Stephanus: Ὀδησσὸς, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, πλησίον τῷ Σαλμυδησσῷ· ὁ πολίτης Ὀδησσίτης ἢ Ὀδησσεύς. Fuit Mileſiorum colonia, teſte Plinio lib. IV. cap. II. qui eam Thraciæ adſcribit; namque Thracia altero latere à Pontico litore incipiebat, ubi Iſter flumen immergebatur. Hujus etiam meminere Strabo lib. 7. Ptolemæus lib. III. cap. 10. Arrianus in Periplo Ponti Euxini, & Ovidius Triſt. lib. I. Eleg 9. v. 37. Scylaci in Thraciâ *Odeſopolis* dicitur. Ὀδησσὸς autem pro Ὀδησσὸς recenſetur à Procopio lib. IV. de Ædif. cap. XI. inter caſtella Iſtro appoſita; & hoc ipſo modo ſcribitur apud Ptolemæum loco citato. Recenſetur hic nummus à Vaillantio ex eodem cimelio Fucaltiano inter nummos ſecundi moduli.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

KΟΡΝΗΛΙΑ ΣΑΛΩΝΕΙΝΑ ΣΕΒ. *Cornelia Salonina Augusta.* Caput Saloninæ ad pectus cum ſtolâ.

L. ΙΒ. *An.* 12. Mulier ſtans ad dextram ſpectans, dextrâ elatâ ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam; pro pedibus à dextris palmæ ramus erectus. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΒ. Aquila alis expanſis roſtro ſiniſtrorſum verſo geſtat coronam lauream; à tergo palmæ ramus. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ΙΔ. *An.* 14. Mulier tutulata ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ; à ſiniſtris palmæ ramus. *Regius.*

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

CORNELIA SALONINA AVG.
AEQVITAS PVBLICA. Tres figuræ ſtantes, dextris bilances, ſiniſtris cornucopiæ tenentes.

Eadem epigraphe.
AVG IN PACE MS. Figura ſedens, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

CORNELIA S......... Caput Saloninæ, vel *Supera.*
FECVND.......SC. Figura ſtans, ſiniſtrâ haſtam, dextram puerulo porrigens.

SALONINA AVG.
IVNO REGINA. Figura ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam longam.

CORNELIA SALONINA AVG.
IVNO REGINA. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.
PIETAS AVG SC. Figura ſedens, dextram porrigens duobus puerulis ad pedes ſtantibus, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.
PVDICITIA AVG SC. Figura ſtans, dextrâ peplo velans faciem, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.
PVDICITIA AVG SC. Figura ſedens, dextrâ peplo velans faciem.

SALONINA AVG.
VENVS AVG. Venus galeata ſtans, dextrâ ignem accenſum, ſiniſtrâ haſtam.

....
VENVS GENETRIX SC. Figura muliebris ſtolata ſtans, icunculam dextrâ, haſtam ſiniſtrâ; pro pedibus, puerulus.

CORNELIA SALONINA AVG.
VESTA SC. Veſta ſedens cum attributis.

Eadem epigraphe.
.........SC. Figura muliebris ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam.

Nummi in Coloniis cuſi.


CORNELIA SALONINA AVG.
COL IVL AVG FEL....... Figura turrita ſtans, dextrâ crucem oblongam; propè columna, in quâ Victoria coronans priorem figuram.

CORNELIA SALONINA AVGVSTI.
COLONIA TYRVS METROPOLIS. AVGVSTA. Tripus.

CORN SALONINUS.

LICINIUS CORNELIUS SALONINUS VALERIANUS Gallieni & Saloninæ filius natu major, Cæſar à Valeriano avo factus eſt circà menſem Auguſtum anni 253. cumque teneriori ætate videretur quàm ut militiæ aſſueſcere poſſet, Romæ aliquandiù in Palatio inſtitutus, anno tandem Chriſti 256. in Gallias miſſus eſt, Poſtumoque Transrhenani limitis Duci commiſſus, adjecto Sylvano qui lubricam ætatem propiori curâ obſervaret. Addunt Scriptores cum Gallienus Ingenuum ulciſci parans univerſas Gallias Poſtumi fidei commiſiſſet, Ducis ac Præceptoris diſſenſiones Principi tandem exitio fuiſſe; cum enim nullam adoleſcentis in adminiſtrando adverſus Germanos bello rationem

rationem haberet Poſtumus, Sylvanus contrà diſcipuli ſui authoritatem ſpecie tueri, reipsâ ſuam amplificare contenderet, fortè contigit, ut irruptione cis Rhenum factâ Barbari maximas prædas abigerent, quas ubi fuſis hoſtibus recepit, Poſtumus inter milites partitus eſt. Tum verò Sylvanus læſam Principis majeſtatem queri, prædam omnem ad Saloninum deferri flagitare, ipſumque Poſtumum pœnè in diſcrimen vocare capitis. Sed importunis querelis nihil aliud profecit, quàm ut ſibi ac diſcipulo ſuo mortem maturaret: commoti enim milites, cum & prædam à ſe auferri indignè ferrent, & adoleſcentis imperium contemnerent, Poſtumo purpuram induunt, obſeſſumque intrà Agrippinam Valerianum unà cum præceptore interficiunt anno Chriſti 261.



P. Simoneau filius sc.

NUMISMATA AUREA.

VALERIANVS CAES. Caput Salonini nudum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CRESCENTI. (1) Jupiter inſidens capræ à dextris ſiniſtrorſum. *Regius. MB.*

(1) Cùm omnes Salonini nummi aurei rariſſimi ſunt, tum hic præſertim, in quo Saloninus Jovi io Cretâ à caprâ educato comparatur; capræ ipſe inſidet eam cornu apprehenſam tenens, puerorum more, qui ita à teneris annis, ut equos aliquando ducere poſſent, inſtituebantur. Vide Triſtanum tom. 3. pag. 120. Hujus Cæſaris hanc Inſcriptionem refert Gruterus pag. 185.

P. CORNELIO
LICINIO
VALERIANO
CAESARI
PISAVRENSES

SAL VALERIANVS C S.

PIETAS AVG. Vaſa Pontificalia. *MB.*

LIC COR SAL VALERIANVS N CAES. Caput Salonini nudum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG. Vaſa Pontificalia, urceus, lituus, &c. *Regius.*

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (1) Figura paludata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes captivus. *MB.*

(1) Huc referendæ ſunt Inſcriptiones duæ, quarum primam Gruterus pag. 158. refert, ac Vindobonæ repertam prodit, alteram Nepete inventam idem pag. 275. exhibet.

1.

IMP. CAES
P. LICINIO. CORNEL
VALERIANO NOBILISS....
CES. PRINCIPI
IVVENTVTIS. VIA
ET. PONTES. VETVSTA
CONLAPSA. RESTI
A. . . . . N. D. M. P.
II

2.

P. LICINIO. SALONIN. VALE
RIANO. NOB. CAES. PRIN. IVVEN
VALERIANI. AVG. NEPOTI
GALLIENI. ET SALONINAE. AVG
FILIO
MATER. PIENTISSIMA

NUMISMATA ARGENTEA.

C. . . . .

CONCORDIA AVGG. (1) Tres dextræ junctæ. *MB.*

DIVO VALERIANO CAES. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONSACRATIO. (ſic) Aquila volans à dextris ſiniſtrorſum, cujus dorſo Saloninus radiatus ac togatus inſidens à ſiniſtris dextrorſum, dextram expanſam attollit, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Regius. DC. Fontaine. MMA. Cham. Fauvel. B. Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà. *Farneſianus. MB.*

VALERIANVS P F AVG. Caput Salonini ut ſuprà.

CONSACRATIO. Typus ut ſuprà. *Deleſves.*

DIVO CAES VALERIANO. Caput Salonini ut ſuprà.

CONSACRATIO. Typus ut ſuprà. *Hen.*

DIVO VALERIANO CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

CONSACRATIO. Aquila alis expanſis à ſiniſtris dextrorſum, roſtro ſurſum verſo. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSACRATIO. (2) Aquila globo inſiſtens, à ſiniſtris dextrorſum, roſtro ſiniſtrorſum verſo. *Fontaine.*

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO. Aquila alis expanſis, à ſiniſtris dextrorſum, roſtro ſurſum verſo. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONSECRATIO. (3) Rogus. *Regius. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSACRATIO. Rogus. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSECRATIO. Ara ſuprà quam ignis accenſus. *Fontaine.*

DIVO CAES VALERIANO. Caput Salonini ut ſuprà.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà. *Fouc. DC. Regius. Cham. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSECRATIO. Aquila retrorſum reſpiciens. *Regius. Cham. MB. Farneſianus.*

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO. Aquila Cæſarem in cœlum vehens, & Cæſar dextrâ ſceptrum tenens. *MB.*

(1) Nummus hic rariſſimus, quem ex Arſchotano cimelio profert Mediobarbus, denotare videtur Concordiam Valeriani, Gallieni Auguſtorum, & Salonini, qui ſimul imperarunt. Vide nummos Græcos Valeriani, in quibus ſignata horum trium capita habentur cum epigraphe AYT OYAΛΕΡΙΑΝΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC OYAΛΕΡΙΑΝΟC. Habentur etiam in Codice Juſtinianæo multæ leges latæ ab Impp. Valeriano & Gallieno A. A. & Valeriano Cæſare; quas recenſitas videſis apud Joannem Wolfangum Freimonium in Symphonia juris Chronologica pag. 731. & ſeqq. Conjungit horum quoque nomina Galerius Maximus Proconſul in ſententia, quam contra S. Cyprianum pronunciavit, uti in ejus Paſſione ex Vet. Codice MS. videre eſt, ubi inter alia hæc verba habentur: *Inimicum te Diis Romanis & ſacris legibus conſtituiſti, nec te pii & ſacratiſſimi Principes Valerianus, & Gallienus, & Valerianus nobiliſſimus Cæſar ad ſectam cerimoniarum revocare potuerunt*, &c.

(2) Nummi Salonini cum hac epigraphe obvii ſunt; hic autem ob typum peculiarem inter rariores recenſendus.

(3) Nummi Salonini cum hoc typo inter rariores recenſendi.

DEO MARTI. (1) Mars galeatus in templo quatuor columnarum. *MB.*

P CORN SAL VALERIANVS CAES.

DII NVTRITORES. Duæ figuræ, altera Jovis, altera Imperatoris porrigentes dextras; Victoriola in medio. *MB.*

P COR SAL VALERIANVS CAES. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

DII NVTRITORES. (2) Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, dextrorſum converſus ſtans, Victoriæ ſignum averſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. Imperator capite laureato togatus ſtans ex adverſo, dextram protendit, ſcipionem verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Bau. MDM.*

VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

FIDES MILITVM. (3) Signum militare cum aquilâ Romanâ, in cujus imo clypeus rotundus, inter duo ſigna militaria abſque aquilâ, in quorum imo clypei duo oblongi decuſſatim poſiti. *Latſné.*

VALERIANVS CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

IOVI CRESCENTI. Capra à dextris ſiniſtrorſum, cui Jupiter infans nudus inſidens, vultu dextrorſum converſo, dextram attollit, capræ verò ex cornibus unum apprehendit ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Val. DC. Fontaine. B.*

COR LIC VALERIANVS CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

IOVI CRESCENTI. (4) Typus ut ſuprà. *Deleſves.*

P C L VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini radiatum ad humeros.

IOVI CRESCENTI. Typus ut ſuprà. *MB. Farneſianus.*

VALERIANVS CAESAR.

IOVI CRESCENTI. Typus ut ſuprà. *MB.*

SAL VALERIANVS C S.

PIETAS AVG. Vaſa Pontificalia. *MB.*

SALON VALERIANVS CAES. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVG. Vaſa Pontificalia. *Fouc. Regius. DC. MMA. Cham. Val. Fontaine B.*

SALONI VALERIANVS CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PIETAS AVG. Typus ut ſuprà. *Hen.*

SALON VALERIANVS CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PIETAS AVG. Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

P LIC VALERIANVS CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PIETAS AVG. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

SALON VALERIANVS CAES.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

P C L VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Hen. SG. MDM.*

LIC COR SAL VALERIANVS N CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *MB. Fauvel. Bau. Fontaine.*

P C LIC VALERIANVS NOB CAES.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

LIC COR SAL VALERIANVS N CAES.

PRINC IVVENT. *MB.*

SALON VALERIANVS NOB CAES.

PRINC IVVENT. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

LIC COR SALON VALERIANVS N CAES. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

PRINC IVVENT. Figura ut ſuprà: ad pedes à dextris captivus humi ſedens. *Cham.*

P C L VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENT. Typus ut ſuprà abſque captivo. *Bau.*

DIVO CAES VALERIANO. Caput Salonini radiatum ad humeros.

PRINCIPI IVVENT. Typus ut ſuprà cum captivo. *Fontaine.*

Alius cum P. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

SAL VALERIANVS C S.

PRINC IVVENT. Figura ſtans, dextrâ baculum quo tangit globum, ſiniſtrâ haſtam; pone ſignum militare. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

PRINC IVVENT. Imperator paludatus

(1) Nummo huic in Salonino rariſſimo habentur ſimiles argentei in Gallieno, ubi vide quæ adnotavimus.

(2) Hæc epigraphe, & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus. Vide Triſtanum tom. 3. pag. 119.

(3) Nummus hic Salonini rariſſimus eſt, imò ſingularis.

(4) Vide quæ ad nummum ſimilem aureum ejuſdem Auguſti adnotavimus.

vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, haſtam verò ferratam tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris ſigna duo militaria erecta. *Foue. Fontaine. MB.*

Alius cum ûnico ſigno militari à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Val. Le Roy. Fontaine. B. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINC IVVENT. Imperator cætera ut ſuprà, ſiniſtrâ tenet haſtam ferratam inverſam: à ſiniſtris ſignum militare erectum. *Foue. Cham. Val. Hen. MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINC IVVENT. Imperator ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ tenet haſtam ferratam non inverſam: à dextris trophæum erectum inter captivos duos humi ſedentes. *Fauvel. MDM. Fontaine.*

Alius cum trophæo à ſiniſtris abſque captivis, eodem typo utrâque ex parte, *Fontaine.*

P C L VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini radiatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENT. Figura militaris paludata, capite nudo ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ haſtæ innixa. *Farneſianus.*

P LIC COR VALERIANVS CAES. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Imperator paludatus vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, haſtam verò ferratam inverſam tenet ſiniſtrâ. *Fontaine.*

SAL VALERIANVS CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (1) Typus ut ſuprà: à ſiniſtris trophæum erectum. *Regius.*

SALON VALERIANVS CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà. *Foue. Fauvel.*

P C L VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Imperator laureatus & paludatus vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare erectum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Regius. Fontaine. DC. Quinarius. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Salonini nudum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà. *DC. Quinarius.*

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura militaris inter aquilam legionariam & haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſignum militare. *MB.*

SALON VALERIANVS CAES. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

SPES PVBLICA. Figura muliebris tunicata & ſuccincta, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ. *Foue. Regius. Cham. SG. B.*

SALON VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

SPES PVBLICA. (2) Figura muliebris ut ſuprà: ante eam ex adverſo Saloninus paludatus ſtans, dextram protendit veluti florem accepturus, ſcipionem verò tenet ſiniſtrâ. *Foue. Regius. MB.*

Alius cum ſtellâ in ſuperiore nummi parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

SALON VALERIANO NOB CAES.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *MB.*

SAL VALERIANVS C S.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *MB.*

SALON VALERIANVS NOB CAES.

SPES PVBLICA. (3) Spes coronans Imperatorem ſtantem. *MB.*

Eadem epigraphe.

SPES PVBLICA. Duæ figuræ paludatæ jungentes dextras. *MB.*

P LIC COR VALERIANVS CAES.

VICTORIA GERMAN. (4) Victoria ſtans lauream porrigit Imperatori. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA PART. (5) Figura virilis laureata & paludata vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ: Victoria tunicata & ſuccincta ſtans ex adverſo, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Foue. Regius. MB.*

(1) Nummi Salonini cum hoc typo inter rariores recenſendi.

(2) Spes Dea ſolita Cæſarum Comes aſtat Salonino paludato ei florem offerens, tanquam victoriam de barbaris, contrà quos in Gallias proficiſcebatur, ſponderet. Nummus rarus.

(3) Nummi Salonini cum hoc typo ac ſequenti inter rariores recenſendi.

(4) Nummus hic in Salonino rariſſimus cuſus videtur ob Victoriam Gallieni à Germanis reportatam, ut pluribus de eâ in ejus nummis diximus.

(5) Ut Victoriæ Germanicæ à patre Gallieno, ita & Parthicæ ab avo Valeriano reportatæ monimentum in nummis Salonini exhibetur. Vide nummos argenteos Gallieni cum eâdem epigraphe Vaillantio ignotos. Nummus rariſſimus.

NUMISMATA ÆREA LATINA maximi moduli, vulgò Medaglioni.

LIC COR SAL VALERIANVS CAES. Caput Salonini nudum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVGG. Tres fœminæ ſtantes ſtolatæ dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ geſtant; pro pedibus earum monticulus. *Regius. MDM. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (1) Saloninus ſtans paludatus, dextrâ globum ſuſtinet, ſiniſtrâ haſtam; pro pedibus captivus humi ſedens. *Vaillant.*

(1) Nummi Salonini ex ære maximi moduli rariſſimi ſunt, præſertim hic nummus, in quo Saloninus dicitur Princeps Juventutis, & exhibetur paludatus dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam tenens, cum captivo pro pedibus humi ſedente. Saloninus à Valeriano avo Cæſar & Princeps Juventutis dictus eſt circà menſem Auguſtum anni 253. & cum teneriori ætate videretur, quam ut militiæ aſſueſcere poſſet, Romæ aliquandiù in Palatio inſtitutus, anno tandem Chriſti 256. in Gallias mittitur; quo quidem bi nummi cum captivo cuſi videntur; quod confirmant nummi ejuſdem argentei, in quibus trophæum etiam cernitur.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

DIVO CORN SAL VALERIANO. Caput Salonini nudum, ad humeros cum paludamento.

CONSECRATIO (1) Rogus columnis ornatus cum quadrigâ in ſummitate. *RE.*

DIVO CAES VALERIANO. Caput Salonini ut ſuprà.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà: in imâ parte SC. *Regius. Fontaine. De C.*

DIVO VALERIANO. Caput Salonini ut ſuprà.

CONSECRATIO. (2) Typus ut ſuprà, cum SC. in imâ parte. *Fouc.*

IMP C L VALERIANVS NOB CAES.

MONETA AVGG. Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *S. Genov.*

P C L VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini nudum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGVSTORVM. Vaſa Pontificalia: in imâ parte SC. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENT. Figura militaris capite nudo paludata ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ haſtam: in areâ SC. *DC. Frad.*

CORNEL SAL VALERIANVS. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (3) Figura militaris ut ſuprà, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ haſtam; pro pedibus captivus humi ſedens. *RE.*

(1) In ſummo Rogi funebris faſtigio currus cum bigis aut quadrigis expreſſus ferè ſemper cernitur; qui quidem repræſentare creditur currum inauratum, quo Imperator, aut Auguſta vehebatur.

(2) Omnes Salonini nummi ex ære primi moduli rariſſimi ſunt. Saloninum autem Poſtumi artibus in Gallis occiſum mœrens pater inter Divos à Senatu referri curavit, in cujus rei monimentum plurimi nummi cum diverſis typis cuſi fuere.

(3) Principes Juventutis haſtati fermè ſemper in nummis exhibentur; idque factum fortaſſis hinc eſt, quòd cum Caius Cæſar ab Equitibus Romanis Princeps Juventutis appellatus eſſet, haſtis argenteis donatus fuit, ut patet ex Breviario Imperii Auguſti, cujus fragmenta quædam nobis ſervata ſunt in Lapide Ancyræ reperto: HONORIS. MEI. CAUSA. SENATUS. POPULUSQUE ROMANUS. ANNUM. QUINTUM. ET. DECIMUM. AGENTIS. CONSULIS. DESIGNAVIT. UT. EUM. MAGISTRATUM. INIRENT. POST. QUINQUENNIUM. EX. EO. DIE. DUO. DEDUCTI. IN. EORUMVE. INTERESSENT. CONSILIIS. PUBLICIS. DECREVIT. SENATUS. EQUITES. AUTEM. ROMANI. UNIVERSI. PRINCIPEM. JUVENT. CAIUM. HASTIS. ARGENTEIS. DONATUM. APPELLAVERUNT. Haſtis autem & clypeis aureis donatos fuiſſe Caium & Lucium Cæſares tum cum virilem togam ſumpſerunt, ſcribit Dio lib. LV. Τῷ δὲ Λουκίῳ τῷ τε Γαΐῳ τὰ σώματα διά τε τῶν χιλιάρχων, καὶ διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης πόλεως πρώτων ἐς τὴν Ῥώμην ἐκομίσθη· καὶ αἱ πέλται τά τε δόρατα ἃ παρὰ τῶν ἱππέων ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσιόντες χρυσᾶ εἰλήφεσαν, ἐς τὸ βουλευτήριον ἀνετέθη. *Corpora autem Caii & Lucii à Tribunis militum, ac cujuſque civitatis decurionibus, Romam adlata ſunt; parmæque & haſtæ, quas aureas ab equitibus, quum virilem togam ſumerent, acceperant, in curia ſuſpenſa.*

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

A Κ ΠΟ ΛΙΚΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. *Imperator Cæſar Publius Licinius Valerianus.* Caput Salonini laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΕΠ ϹΤ ΑΥΡ ΕΛΠΙΔΗΦΟΡΟΥ ΔΙϹ ΚΥΜΑΙΩΝ. (1) *Sub Prætore Aurelio Elpidephoro iterùm Cumæorum.* Figura muliebris turulata triremi inſiſtens, dextrâ tenet temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

. . . .

ΕΠ ϹΤ ΑΥΡ ΕΛΠΙΔΗΦΟΡΟΥ ΚΥΜΑΙΩΝ. Ædificium plurimis columnis ſuffultum. *Vaillant.*

ΠΟ ΛΙΚ ϹΑΛΩΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝ. *Publius Licinius Saloninus Valerianus.* Caput Salonini aquilæ impoſitum.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΙΕΡΟϹ. (2) *Pergenſium Neocororum Sacrum*, id eſt, *certamen.* Menſa ſuprà quam urna. *RE.*

. . . .

ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΙΕΡΟϹ. Menſa in quâ ΑΥΓΟΥϹΤΕΙΑ ſcriptum; ſuprà illam urna inter duo vaſa. *Vaillant.*

Α Κ ΠΟ ΛΙΚΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Salonini laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΕΠ Ϲ ΦΙΛΗΤΟΥ ΙΠΠΙΚΟΥ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (3) *Sub Prætore Phileto Hippici filio Smyrnæorum ter Neocororum.* Tria templa. *Regius.*

(1) Nummus Salonini cum hoc typo à Cumæis cuſus non extat apud Vaillantium. Vide quæ ad ſimilem nummum Valeriani ex ære maximi moduli ſuprà adnotavimus.

(2) Idem fortaſſis hic nummus qui ſequens, ſed literæ menſæ inſcriptæ forſitan exeſæ.

(3) Nummus hic Salonini à Smyrnæis cuſus non extat apud Vaillantium.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

DIVO CAES VALERIANO. Caput Salonini nudum, ad humeros cum paludamento.

CONSECRATIO. Rogus cum quadrigâ in ſummitate: in imâ parte S C. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Salonini nudum ad humeros.

CONSECRATIO. (1) Typus ut ſuprà, cum S C. in imâ parte. *Regius.*

DIVO CAESARI VALERIANO. Caput Salonini ut ſuprà.

CONSECRATIO. (2) Aquila alis expanſis à dextris ſiniſtrorſum, ſuprà cujus dorſum ſedet Saloninus à ſiniſtris dextrorſum, dextram attollens, haſtam verò puram geſtans ſiniſtrâ: in imâ parte S C. *Fouc. Regius. Frad.*

P C S VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini nudum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG. (3) Inſtrumenta Pontificalia. *Regius.*

P C L VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

COR SAL VALERIANVS N CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà: in areâ S C. *RE.*

LIC VALERIANVS CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENT. Imperator paludatus capite nudo ſtans, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ verò haſtæ ferratæ inverſæ adnititur: in areâ S C. *Regius.*

LIC COR SAL VALERIANVS CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Saloninus paludatus dextrorſum converſus ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò puræ ad-

(1) Nummi Salonini cum hoc typo ac ſequenti inter rariores recenſendi.

(2) Quibus ritibus & cærimoniis Romani Imperatores ſuos poſt mortem quod in Julio Cæſare primum cœptum, deinde in Auguſto aliiſque continuatum, in Deorum numerum referre ſolebant, narrat Dio Caſſius lib. LVI. in Auguſti Conſecratione, ſed pluribus Herodianus in Severi Conſecratione. Aquila autem alis expanſis repræſentatur in hoc nummo, cui inſidet Saloninus, tùm quia ales Jovis, cui Cæſares poſt mortem comparabantur; ut Auguſtæ Junoni, unde in earum nummis Pavo Conſecrationis ſymbolum, ut in Marinianæ nummis vidimus; tùm, quia inter Conſecrationis ritus, rogo accenſo & combuſto, aquila ex eo emittebatur, quæ ſublimia petens Cæſaris animam in cœlum deferre exiſtimabatur; ut tradunt laudati Scriptores Dio & Herodianus citatis locis.

(3) Nummi hi à Vaillantio cum rarioribus adnumerantur. Inſtrumenta autem Pontificalia omnia, quæ in hiſce nummis repræſentantur, denotant Saloninum Cæſarem ab avo factum etiam Sacerdotio fuiſſe ornatum, & in omnia Pontificum collegia aſcitum; neque ita fuit ab initio; nam Auguſtus Caium Cæſarem Pontificem, ut ſimpulum in ejus nummis declarat, Lucium verò Augurem fecit, ut lituus in hujus nummis indicat.

nititur ſiniſtrâ; juxtà pedes captivus humi ſedens ac mœrens: in areâ SC. *Fouc. Regius. DC. SG.*

LIC COR SAL VALERIANVS N CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà, cum SC. in areâ. *Fontaine.*

COR SAL VALERIANVS N CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà, cum SC. in areâ. *RE.*

P COR SAL VALERIANVS N CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà, cum SC. in areâ. *Fontaine.*

P C L VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura militaris capite nudo ſtans, dextra ſignum militare, ſiniſtrâ haſtam tenet. *Frad. Fontaine.*

SAL VALERIANVS AVG. Caput Salonini coronâ ex lauro & gemmis ornatum.

VENERI VICTRICI. (1) Figura muliebris ſeminuda ſtans, dextrâ elatâ pomum, ſiniſtrâ galeam tenet: in areâ S. in imâ parte SM. TS. *RE.*

(1) Cum eâdem epigraphe, & fermè eodem typo habetur nummus Gallieni, niſi quod in eo Venus dextrâ galeam, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam gerit. Vide quæ ibi adnotavimus. Nummus hic Salonini rariſſimus, imò ſingularis.

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

ΠΟ ΛΙΚ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Publius Licinius Valerianus.* Caput Salonini laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΑΜΙCΟC. (1) *Amiſus.* Europa tauro vecta, cum delphino infrà. *Fouc.*

ΠΟ ΛΙ ΚΟΡ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΚΑΙ. *Publius Licinius Cornelius Valerianus Cæſar.* Caput Salonini laureatum.

ΑΜΙCΟC. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

ΚΟΡ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΚΑΙ. Caput Salonini laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕCΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Epheſiorum ter Neocororum.* Diana Lucifera velata ac tunicata gradiens à dextris ſiniſtrorſum, facem accenſam geſtat dextrâ, alteram ſiniſtrâ. *Fouc.*

ΛΙΚ CΑΛΩΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Licinius Saloninus Valerianus.* Caput Salonini ut ſuprà.

ΕΦΕCΙΩΝ Δ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Epheſiorum quater Neocororum.* Diana Venatrix ſiniſtrorſum gradiens cum cane, dextrâ pharetræ admotâ, ſiniſtrâ tenet arcum. *Regius. Vaillant.*

ΛΙΚ CΑΛ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. Caput Salonini ut ſuprà.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. (2) *Metropolitarum.* Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *RE.*

ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΚΟΡΝΗΛΙΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΚΑΙC. *Publius Licinius Cornelius Gallienus Cæſar.* Caput Salonini nudum, ad humeros cum paludamento.

ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ. *Perinthiorum bis Neocororum. Actia Pythia Certamina.* Templum quinque columnis à latere ſuffultum. *Vaillant.*

(1) Amiſus urbs in Ponto illuſtris, à Mileſiis condita, varios caſus experta eſt; nam Athenienſes dum maris imperium tenerent, ipſos ab eâ expulerunt, deductâ in illam coloniâ; deinde Perſarum Regibus paruit cum Reipublicæ adminiſtratione penes populum, donec ab Alexandro Magno in libertatem reſtituta fuit. Paruit & Ponticis Regibus, ſed à Lucullo, devicto Mithridate, libertatem accepit, quam Pharnaces invaſit, ſed à Julio Cæſare rurſus liberatur. M. Antonius Regibus dedit, Strato Tyrannus occupavit, ac malè tractavit, ſed ab eo tandem ſe liberavit anno V. C. 721. cujus libertas poſtea confirmata fuit ab Auguſto poſt Actiacam victoriam, teſte Strabone lib. XII. Annos autem qui paſſim reperiuntur in nummis ab Amiſenis cuſis Ælio Cæſari, Commodo, Caracallæ, Diadumeniano, & Maximino, numerare maluit à libertate, quam ſibi ipſa ſtrenuè vindicaverat, quam à confirmatâ ab Auguſto, ut putat & Vaillantius, licet alii aliter ſentiant. In prædictorum autem Imperatorum nummis libera dicitur ΑΜΙCΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑC. *Amiſi libera.* Sic etiam dicitur & Plinio lib. VI. ſect. II. Diſtabat hæc urbs à Sinope 900. ſtadia, ut ſcribit Stephanus, ſed Arriano major fides adhibenda, qui in Periplo ait, eam diſtitam à Sinope ſtadia 1020.

(2) Refert Vaillantius nummum Salonini cum eodem typo, ſed inter nummos tertii moduli tantum.

(3) Perinthus urbs Thraciæ celebris cui Byzantinæ urbis jura, ac privilegia, quod Peſcennii partibus ſtuduiſſet, Severus tribuit. Cujus autem Dei templum in hoc nummo repræſentetur non ſatis liquet; certum tamen eſt, Herculem à Perinthiis imprimis cultum, quem conditorem ſuum credebant, ut præter alios ſcribit Ammianus lib. XXII. unde & Heraclea Thraciæ dicta fuit hæc urbs. Vide nummum Trajani Decii ex ære II. à Perinthiis cuſum, in quo exhibetur Hercules leonem comprimens.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. II.

ΠΑΙΚ ΚΟΡ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹ ϹΕΒ. *Publius Licinius Cornelius Valerianus Cæſar Auguſtus*. Capnt Salonini nudum, ad pectus cum paludamento.

L. Δ. *An.* 4. Mulier ſtans dextrâ elatâ, ſiniſtrâ geminum cornucopiæ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. Aquila roſtro ſiniſtrorſum converſo coronam lauream gerens. *Regius.*

Π ΛΙΚ ΚΑΛ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΕΥϹΕ ϹΕΒ. *Publius Licinius Saloninus Valerianus Pius Auguſtus*. Caput Salonini ut ſuprà.

Λ. Δ. (1) Aquila coronam lauream gerens roſtro. *RE.*

(1) Hic nummus malè fortaſſis lectus, & pro Λ. Græco legendum L. Latinum, ut in omnibus aliis Ægyptiis nummis habetur.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

DIVO VALERIANO CAES. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONSECRATIO. Aquila à ſiniſtris dextrorſum, roſtro ſiniſtrorſum verſo, alis expanſis. *Val.*

DIVO CAES VALERIANO. Caput Salonini radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà. *Fouc. B.*

C P LIC COR SAL VALERIANO. Caput Salonini ut ſuprà.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSECRATIO. Ara quadrata ſuprà quam ignis accenſus. *Fouc. Cham.*

C P LIC VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONSECRATIO. (1) Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

P C L VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà. *B.*

DIVO CAES VALERIANO. Caput Salonini ut ſuprà.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Salonini radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà. *SG. Fon. Fontaine. B.*

VALERIANVS CAES. Caput Salonini radiatum, ad pectus cum paludamento.

DEO VOLKANO. (2) Templi tetraſtyli facies, in cujus veſtibulo Vulcanus dextrorſum converſus ſtans, malleum tenet dextrâ, forcipem ſiniſtrâ. *Fouc.*

P COR SAL VALERIANVS CAES. Caput Salonini radiatum, ad humeros cum paludamento.

DII NVTRITORES. (3) Jupiter nudus cum pallio divinitatis, dextrorſum converſus ſtans, Victoriæ ſignum averſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ: ſtat ex adverſo Saloninus paludatus dextram tendens, haſtæ verò adnixus ſiniſtrâ. *Fouc. Cham.*

P C L VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

IOVI CRESCENTI. Jupiter infans capram inequitans à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc. Fontaine.*

VALERIANVS CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

IOVI CRESCENTI. Typus ut ſuprà. *Bau.*

SALON VALERIANVS NOB CAE. Caput Salonini ut ſuprà.

PIETAS AVG. Vaſa Pontificalia. *RE.*

P C L VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. Fontaine.*

SALON VALERIANVS CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Bau.*

LIC COR SAL VALERIANVS N CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINC IVVENT. Saloninus paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes captivus averſus humi ſedens: à ſiniſtris in areâ P. *Fouc. Val. Bau. SG. Fontaine.*

(1) Nummus hic ac ſequens ob capitis epigraphen rari ſunt.

(2) Huic nummo rariſſimo habetur ſimilis in Gallieno. Cum hac autem epigraphe & hoc typo nummi ſub Valeriano hujus Cæſaris avo primum occurrunt; ubi vide quæ adnotavimus.

(3) Nummus hic cum rarioribus adnumerandus; ſequens verò haud obvius.

SAL VALERIANVS CS. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINC IVVENT. Saloninus ut ſuprà, baculum demiſſum tenet dextrâ, ſpiculum tranſverſum geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris ſignum militare erectum. *Fouc. Cham. B.*

P COR SAL VALERIANVS N CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENT. Saloninus ut ſuprà, ſignum militare tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

P C L VLERIANVS (ſic) NOB CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVT. Saloninus ut ſuprà, dextrâ tenet globum. *Fontaine.*

SALON VALERIANVS NOB CAE. Caput Salonini ut ſuprà.

SPES PVBLICA. (1) Figura muliebris dextrorſum verſa ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam ſuſtollit ſiniſtrâ: ſtat ex adverſo Saloninus paludatus dextram protendens, haſtam tranſverſam geſtans ſiniſtrâ. *RE.*

SALON VALERIANVS NOB CAES. Caput Salonini ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ ſupernè inter utriuſque caput. *Fouc. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà, ſed Saloninus abſque haſtâ, & ſine ſtellâ ſupernè. *Frad. Fontaine.*

IMP SALON VALERIANVS AVG. Caput Salonini ut ſuprà.

SPES PVBLICA. (2) Spes cum flore, tunicam ſuſtollit ſiniſtrâ. *Decleſves. Nummus deargentatus.*

(1) Nummi hi Salonini inter rariores recenſendi.
(2) Nummus hic ob capitis epigraphen rariſſimus eſt. Habetur alter Æ. II. cum epigraphe VENERI VICTRICI, in cujus adverſâ parte SAL VALERIANVS AVG. legitur.

NUMISMATA GRÆCA Æ. III.

KOP ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙ. *Cornelius Valerianus Cæſar.* Caput Salonini laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕϹΙΩΝ. *Epheſiorum.* Dianæ Epheſiæ ſimulacrum; hinc & inde figura humi ſedens, & aſtragalis ludens. *Regius. Vaillant.*

ΠΟ ΛΙΚΙΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. *Publius Licinius Valerianus.* Caput Salonini ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ. *ordine inverſo.* Figura muliebris turulata ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius. Vaillant.*

ΛΙΚ ϹΑΛΩΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. *Licinius Saloninus Valerianus.* Caput Salonini ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (1) *Epheſiorum ter Neocororum.* Diana venatrix cervum retinet cornibus prenſum. *Regius. Vaillant.*

....

ΕΦΕϹΙΩΝ ΚΑΥϹΤΡΟϹ. *Epheſiorum Cayſter.* Cayſter imberbis decumbens. *Vaillant.*

ΚΟΡ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙ. Caput Salonini laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕϹΙΩΝ ΤΥΧΗ. (2) *Epheſiorum Fortuna.* Figura muliebris turulata ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

ϹΑΛΩΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Salonini ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ ΤΥΧΗ. Figura muliebris ut ſuprà, dextrâ tenet Dianæ Epheſiæ ſignum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *RE.*

ϹΑΛΩΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΝ. ſubaud. *colunt.* Caput Salonini ut ſuprà.

ΕΦΕϹΙΩΝ ΤΥΧΗ. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

ΛΙΚ ϹΑΛΩΝ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Salonini ut ſuprà.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. (3) *Metropolitarum.* Mars galeatus ſtans, dextrâ clypeo humi poſito innixus, ſiniſtrâ haſtæ. *Regius.*

ϹΑΛΩ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙ. Caput Salonini ut ſuprà.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Figura muliebris turulata ſtans, dextrâ tenet temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

ΛΙΚ ϹΑΛΩ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Salonini ut ſuprà.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

ΚΟΡ ϹΑΛ ΟΥΑΛΕΛΙΑΝΟϹ. (ſic) Caput Salonini ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. *Samiorum.* Typus ut ſuprà. *Fouc. Vaillant.*

ΚΟΡ Λ Λ ΟΥΑΛΛΙΑΝΟϹ. (ſic) Caput Salonini ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. Typus ut ſuprà. *Frad.*

ΠΟ ΛΙΚ ΚΟΡ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. Caput Salonini ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. Fluvius ſeminudus decumbens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet arundinem, ſiniſtrâ cornucopiæ, ſiniſtro

(1) Nummum hunc Salonini refert Vaillantius ex eodem Regio cimelio inter nummos ſecundi moduli.
(2) Nummus Salonini cum hoc typo ab Epheſiis cuſus non extat apud Vaillantium.
(3) Nummus cum hoc typo à Metropolitis Salonino cuſus Vaillantio ignotus.

cubito urnæ, ex quâ aqua effluit, innixo. *Fouc.*

ΠΟ ΑΙΑ ΚΟΡ ΟΤΑΑΓΡΙΑΝΟϹ. (ſic) *Publius Æl. ... Cornelius Valerianus.* Caput Salonini ut ſuprà.

ϹΑΜΙΩΝ. (1) Typus ut ſuprà. *Regius.*

Κ ΠΟ ΚΟΡ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. *Cæſar Publius Cornelius Valerianus.* Caput Salonini ut ſuprà.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟϹ ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥϹΙΝ. (2) *Cleobulus Temenothyrenſibus.* Hercules ſtans, dextrâ clavæ humi poſitæ innixus, ſiniſtrâ poma & leonis exuvias. *Regius.*

(1) Inſcriptionem capitiſ ΠΟ ΑΙΑ, &c. pro ΠΟ ΛΙΚ. *Publius Licinius.* ſunt qui putant ſcalptam artificis incuriâ.

(2) Hujus urbis meminit Pauſanias in Atticis, eamque inter Lydiæ urbes recenſet; ab Hierocle verò Grammatico in Synecdemo inter urbes Phrygiæ Capatianæ locatur. Habetur nummus Valeriani ex ære maximi moduli in eadem urbe cuſus.

NUMISMATA ÆREA incerti moduli.

DIVO CAESARI VALERIANO.

CONSECRATIO SC. Rogus quatuor tabulatorum, in cujus ſummitate Imperator in quadrigâ.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO SC. Aquila expanſis alis.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO SC. Aquila animam Cæſaris in cœlum vehens.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO SC. Ara accenſa.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO SC. Rogus quinque tabulatuum, in cujus ſummitate quadriga.

SAL VALERIANVS NOB CAES.

PIETAS AVGG SC. Vaſa Pontificalia.

SAL VALERIANVS CAES.

PRINC IVVENT SC. Figura ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtile.

....

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura paludata ſtans, dextrâ ſceptrum, ſiniſtrâ haſtam; ponè, duo ſigna militaria.

P C L VALERIANVS NOB CAES.

PRINCIPI IVVENTVTIS SC. Figura militaris laureata ſtans, dextrâ ſignum militare, ſiniſtrâ haſtam.

LIC COR SAL VALERIANVS N CAES.

PRINCIPI IVVENTVTIS SC. Figura ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVTIS SC. Figura militaris ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes, mulier captiva ſedens.

Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVTIS SC. Figura paludata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes, captivus ſedens.

P LIC COR SAL VALERIANVS NOB C.

PRINCIPI IVVENTVTIS SC. Figura militaris paludata ſtans, dextrâ elatâ cum globo, ſiniſtrâ haſtam puram; ad pedes, captivus ſedens.

LIC CORN SALONINVS VALERIANVS CAES.

PRINCIPI IVVENTVTIS SC. Figura militaris ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

JUL. SALONINUS.

QUINTUS JULIUS SALONINUS GALLIENUS alter Gallieni & Saloninæ filius, Cæſar à patre poſt Corn. Salonini cædem factus, poſtmodum unà cum illo interfectus eſt propè Mediolanum anno 268. Teſtatur Pollio ſuâ ætate extitiſſe in Urbe ſtatuam, cujus cippo inſcriptum, GALLIENO MINORI SALONINO. Alteram ejuſdem Inſcriptionem refert Gruterus pag. 275. quæ Gallienum filiam quoque habuiſſe, cui Juliæ nomen fuerit, ſuadet.

IMP. Q. IVLIO. FILIO. GALLIENI
AVG. ET. SALONINAE AVG

IVLIAE. NOBILISS
PVELLAE. FIL. GAL
LIENI. AVG. ET. SALON
AVG

ORDO. POPVLVS. QVE SVESSANVS. PARENTIBVS
EORVM. PVBLICE. PRIVATIM. QVE. DEVOTI

Nummus incerti metalli ac moduli.

IVL SAL GALLIENVS NOB CAES. PRINC IVVENT. *MB. ex Occone.*

Nummi in Coloniis cuſi.

IVL SAL GALLIENVS NOB CAES. COL I C FEL HEL. Duo capita adverſa. *MB. ex Occone.*

VALERIANUS JUNIOR.

PUblius Licinius Valerianus alter Valeriani Auguſti filius, matre, ut plerique omnes volunt, Marinianâ, Cæſar à patre primùm, deindeque Auguſtus à Gallieno fratre appellatus, unà cum illo periit propè Mediolanum anno Chriſti 268. Verecundiam, eruditionem, ac temperantiam ejus commendat Pollio; obſervatque ex ejus ac Lucilli propinqui conſilio collatam in Odenathum ſpectatæ virtutis Ducem Auguſtam dignitatem anno 264.



NUMISMATA AUREA.

VALERIANVS P F AVG. ORIENS AVGG. (1) Sol dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum. *MB.*

(1) Hujus Auguſti nummi ex auro rariſſimi ſunt.

NUMISMATA ARGENTEA

IMP VALERIANVS P AVG. AEQVITAS AVG. (1) Figura ſtans, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

DEO VOLKANO. Templi tetraſtyli facies, ad quam Vulcanus ſtans, malleum tenet dextrâ, ſcipionem verò ſiniſtrâ. *Fouc. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

DEO VOLKANO. (2) Templum qua-

(1) Hunc nummum rariſſimum, imò ſingularem profert Mediobarbus ex Stradâ, cui quæ fides adhibenda eruditi optimè norunt.

(2) Cum hac epigraphe & hoc typo nummi ſub Valeriano patre primùm occurrunt, ubi vide quæ adnotavimus. Cæterum nummos cum epigraphe JOVI CRESCENTI, quos Vaillantius Valeriano Juniori adſcripſit, ſpectare putamus ad Saloninum; ideoque eos ibi proponimus.

tuor columnarum, in cujus medio ſtat Vulcanus, dextrâ tenens malleum, ſiniſtrâ forcipes; à dextris incus. *DC. Cham. Fontaine. MB.*

VALERIANVS NOBIL CAES. Caput Valeriani Jun. radiatum.

ORIENS. (1) Valerianus paludatus coronam imponit trophæo, ſiniſtrâ clypeo innixâ. *Vaillant.*

VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

ORIENS AVGG. Sol capite radiato nudus, cum pallio à tergo pendulo, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ protensâ ac elatâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. DC. Regius. MDM. Fontaine. B. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVGG. Sol ut ſuprà, ſed flagrum tenens ſiniſtrâ. *Cham. Val. Le Roy. SG. Declesves. Fontaine. B.*

IMP VALERIANVS AVG. Caput Valeriani Jun. ut ſuprà.

PAX AVGG. (2) Figura muliebris ſtans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani Jun. radiatum, ad pectus cum loricâ.

PIETAS AVGG. (3) Mercurius ſtans, dextrâ tenet crumenam, ſiniſtra caduceum: in imâ parte K A Δ. *SG.*

P LIC VALERIANVS CAES. Caput Valeriani Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG. Vaſa Pontificalia. *Fouc. Regius. Le Roy. Cham. Fontaine. MB.*

. . . .

PIETAS AVGG. (4) Duæ figuræ velatæ ſacrificantes ſuper aram ignitam, aſtro intermedio. *MB.*

VALERIANVS CAES. Caput Valeriani Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

PRINC IVVENTVTIS. Valerianus Jun. capite nudo paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris, ſigna duo militaria erecta. *Fouc. Regius.*

VALERIANVS NOBIL CAES. Caput Valeriani Jun. ut ſuprà.

PRINC IVVENTVTIS. Valerianus Jun. paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, quam trophæo juxtà ſe erecto imponit, clypeum verò humi poſitum cum haſtâ tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Valeriani Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà. *Cham. Val.*

IMP C P LIC VALERIANVS P F AVG.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Figura militaris, dextrâ ſignum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

IMP VALERIANVS AVG. Caput Valeriani Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

SECVRIT PERPET. Figura muliebris ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ haſtæ innixâ, ſiniſtro cubito cippo innixo. *Frad.*

VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani Jun. ut ſuprà.

SECVRIT PERPET. (5) Typus ut ſuprà. *RDR.*

VALERIANVS NOBIL CAES. Caput Valeriani Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

SPES PVBLICA. (6) Figura muliebris ſtans dextrorſum verſa, dextrâ geſtat florem, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Le Roy.*

VALERIANVS P F AVG. Caput Valeriani Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Hen. MB.*

(1) Nummus hic rariſſimus profertur à Vaillantio, qui ſequentia adnotat; Valerianus, inquit, Junior dicitur in nummis Oriens, tanquam Sol novus in Imperio orietur, quando ejus particeps à fratre Gallieno factus eſt; Orientem enim jam domuiſſe, Meſopotamiamque recuperaſſe credebatur, in quâ trophæum de Perſis jam erigere videtur, cum Odenathus Perſarum Duces captos ad eos miſiſſet, de quibus Romæ triumphus actus eſt.

(2) Nummus hic rariſſimus ad quam pacem referendus ſit, neſcitur.

(3) Nummi Valeriani Junioris cum hoc typo rariſſimi.

(4) Nummum hunc rariſſimum profert Mediobarbus ex Vaillantio, qui de eo ſic habet; Gallienus & Valerianus, inquit, fratres ſacra faciunt velati, unde eorum erga Deos Pietas notatur, & mihi conjecturæ locum facit aſtrum pro Oriente ſignatum, ob victorias ab Odenatho de Perſis relatas, quem Gallienus, ut ait Pollio, *Conſulto Valeriani fratris ſui & Lucilli propinqui......participato imperio Auguſtum vocavit.*

(5) Nummi Valeriani Junioris cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

(6) Nummi cum hac epigraphe, & hoc typo obvii in aliis Cæſaribus, in Valeriano Juniore rariſſimi. Sequens nummus haud obvius.

:..............

VIRTUS AVGG. (1) Roma galeata ſedens, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam. *Vaillant.*

(1) Nummus hic rariſſimus profertur à Vaillantio, qui ſic habet; Roma, inquit, ſedet, ut quieta & tranquilla, Gallieni, & ejus fratris Valeriani virtute; quaſi eam à Scythis in Italiam irruentibus conſervaſſent. Vide de impreſſione Scytharum in Italiam Zoſimum.

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

AYT KAI ΠΟ ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΝ CE. *Imperatorem Cæſarem Publium Licinium Valerianum Auguſtum.* Caput Valeriani Jun. laureatum, ad humeros cum paludamento: à ſiniſtris in areâ IA.

ΛΥΡΒΕΙΤΩΝ. (1) *Lyrbitarum.* Imperator paludatus ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtæ innixus. *Regius. Vaillant.*

K ΠΟ ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Cæſar Publius Licinius Valerianus.* Caput Valeriani Jun. nudum.

ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Pergenſium Neocororum.* Figura ſedens in templo. *Vaillant.*

AYT K Π Λ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC C. *Imperator Cæſar Publius Licinius Valerianus Auguſtus.* Caput Valeriani Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

EΠ ΔΟΜ ΡΟΥΦΟΥ ΑCΙΑΡΧ CAPΔΙΑΝΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡ. (2) *Sub Domitio Rufo Aſiarcha Sardianorum ter Neocororum.* Juno Pronuba ornatu ſolito ſtans cum Cerere ex adverſo, quæ dextrâ ſpicas, ſiniſtrâ tædam geſtat. *Regius.*

:.............

EΠ ΔΟΜ ΡΟΥΦΟΥ ΑCΙΑΡΧ. CAPΔΙΑΝΩΝ Γ ΝΕΩΚ. *Sub Domitio Rufo Aſiarcha Sardianorum ter Neocororum.* Mulier tunicata ſtans, dextrâ ſpicas, ſiniſtrâ baculum, in cujus apice aquila; ante illam menſa, deſuper templum diſtylum. *Vaillant.*

(1) Hujus urbis Phrygiæ ſuprà Cabyram ſitæ Euſtathius & Dionyſius meminere.
(2) Mutilam hujus nummi capitis epigraphen profert Vaillantius.

NUMISMATA GRÆCA Æ. II.

KAICAP ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Cæſar Valerianus.* Caput Valeriani Jun. nudum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕCΙΩΝ. *Epheſiorum.* Diana venatrix, dextrâ telum, ſiniſtrâ arcum; pro pedibus canis. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΜΑCΤΑΥΡΕΙΤΩΝ. (1) *Maſtauritarum.* Hercules nudus ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ clavæ humi poſitæ innixus, ſiniſtrâ extensâ pomum, & circà brachium leonis exuvias. *Vaillant.*

ΙΓ ΠΟ ΛΙΚΙ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Ignatus Publius Licinius Valerianus.* Caput Valeriani Jun. laureatum.

CAMIΩN. *Samiorum.* Juno Pronuba cum pavonibus in templo quatuor columnis ſuffulto. *Vaillant.*

ΠΟ ΛΙΚ ΒΑΛΕΡΙΑΝΟC KAI. *Publius Licinius Valerianus Cæſar.* Caput Valeriani Jun. nudum, ad humeros cum paludamento.

CAMIΩN. *ut videtur.* Figura virilis nuda haſtæ adnititur dextrâ, ſiniſtrâ ad latus compoſitâ. *Foue.*

(1) Stephano: Μάσαυρα πόλις Λυδίας......ποταμὸς δὲ διὰ μέσης πόλεως ῥεῖ Χρυσόῤῥοας λεγόμενος· τὸ ἐθνικὸν, Μασαυρεύς, καὶ Μασαυρίτης. Plinio lib. v. ſect. xxxi. *Maſtaurenſes* dicuntur. Notitiæ Epiſcopatuum Græciæ duo hujus nominis oppida recenſent, unum Aſiæ quod Stephanus Lydiæ adſcribit, alterum Lyciæ.
(2) Nummus Valeriani Jun. cum hoc typo à Samiis cuſus non extat apud Vaillantium.

NUMISMATA GRÆCA Æ. III.

ΠΟΥ......ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC KAI. *Publius.....Valerianus Cæſar.* Caput Valeriani Jun. nudum, ad humeros cum paludamento.

ΕΦΕCΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (1) *Epheſiorum Neocororum.* Figura in curru malè efficto tracta. *RE.*

K ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC. *Cæſar Valerianus.*

(1) Nummus Valeriani Junioris cum hoc typo ab Epheſiis cuſus Vaillantio ignotus.

Caput Valeriani Junioris ut ſuprà.

ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. (1) *Thyatirenorum.* Apollo cum ſtrophio, dextrâ ramum, ſiniſtrâ plectrum. *Vaillant.*

ΠΟ ΛΙΚ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ. *Publius Licinius Valerianus.* Caput Valeriani Jun. ut ſuprà.

ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. (2) *Trallianorum.* Figura virilis paludata ſedens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ geſtat Victoriolam. *Fouc. Vaillant.*

(1) Thyatiræ urbis Lydiæ meminit Ptolemæus lib. v. cap. 21. qui eam *Metropolim* appellat. De eadem mentionem facit & Divus Joannes in Apocalypſi cap. 1.

(2) Hæc urbs Stephano in Lydia ponitur; Plinio verò & Ptolemæo in Caria. Fuit urbs opulentiſſima totius Aſiæ. Vide Strabonem lib. xiv. & Ciceronem Orat. pro L. Flacco; cui etiam memoratur Epiſtol. lib. 3. ad Appium Pulchrum Epiſt. v.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

P LIC VALERIANVS CAES. PRINCIP IVVENT SC. Figura paludata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam inverſam gerens.

Nummi in Coloniis cuſi.

VALERIANVS NOBIL CAES.
C C I H P. Capricornus cum globo & cornucopiæ.

MACRIANUS.

FULVIUS MACRIANUS ignobili genere natus, cum plurima virtutis ſpecimina variis in bellis præbuiſſet, ad eum ſplendorem jam ſeneſcens pervenit, ut totam illi Rempublicam Valerianus crederet. Verùm Principis fiduciâ abuſus vir magicis artibus addictus, author ei fuit, ut Chriſtianos, in quos Imperii initio ſummâ benignitate & clementiâ uſus fuerat, perſequeretur; ac tribus annis poſt, cum univerſa belli Perſici ratio illi commiſſa fuiſſet, Valerianum ſive fraude, ſive imperitiâ in ea loca deduxit, unde illum nec virtus, nec diſciplina militaris retrahere poſſent, ut ſcribunt S. Dionyſius Alexandrinus & Pollio. Capto itaque infelici Principe, Macrianus cum reliquias exercitûs ſervaſſet, conſilium cum Baliſta de Republicâ iniit, cujus ſumma hæc fuit, ut quando hoſtes Romani nominis undique irruerent, nec ulla ſpes ſupereſſet in Gallieno, ipſe cum duobus filiis Macriano & Quieto Imperator crearetur; quod contigit ineunte Chriſti anno 261. Gallieno & Voluſiano Coſſ. Collectis igitur copiis ita ſe comparavit, ut ipſe cum filio Macriano adverſus Gallienum proficiſceretur, Quietus verò una cum Baliſta Præfecto Prætorio in Oriente relictus, bellum adverſus Perſas redintegraret. Et Baliſta quidem junctis cum Odenatho conſiliis Rempublicam tantâ virtute adminiſtravit, ut Saporem victum in ſuum regnum ſe recipere compulerit. Macrianus verò audito Valentem à Gallieno in Achaiam miſſum eſſe, cum ab illo maximè ſibi timeret, Piſonem præmiſit qui hominem interficeret; mox ipſe cum quinque & quadraginta militum millibus adverſus Domitium Domitianum proceſſit, qui Illyricum tunc temporis tenebat. Sed fortunâ adverſâ ubique uſus eſt; nam Valens ab impendente periculo præmonitus Imperii inſignia ſumpſit, Piſonemque qui in Theſſaliam ſe receperat, interfecit; mox tamen ipſe à ſuis occiſus eſt; Domitianus verò cum Macrianis

congreſſus vel in Illyrico, vel in extremis Thraciarum partibus; præclaram victoriam reportavit, cæſis quindecim fermè millibus, inter quos Macrianus ipſe unà cum filio ejuſdem nominis periit anno Chriſti 262. poſt annum unum & aliquot tyrannidis menſes, ut colligitur ex nummo Ægyptiaco tertii moduli, in quo ſecundus hujus annus ſignatur; quod optimè convenit cum S. Dionyſio Alexandrino, qui Gallienum in Ægypto iterùm approbatum fuiſſe Imperatorem poſt Macriani cladem ſcribit, cum nonum Imperii annum degeret; pacemque, quâ cæteræ Eccleſiæ jam ab anno 260. fruebantur, tum demùm Ægypto confirmatam teſtatur, cum Gallieni benignitate frui, Eccleſiis Orientis per Macrianum hactenus non licuiſſet.

Numiſmata incerti metalli ac moduli.

DIVO MACRIANO.

CONSECRATIO. (1) Aquila. K. A. A.

IMP MACRIANVS OPTIMVS PRINCEPS. Tres figuræ patris & filiorum in ſuggeſtu ſellis curulibus, quibus à tergo aſſiſtit Pallas.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſedens cum aquilâ, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam.

. . . .

P M T R P LIBERALITAS AVGG. (2) *Macriani patris, ut quidem exiſtimat, has Inſcriptiones refert Mediobarbus.*

IMP C MACRIANVS P F AVG. *ex Occone.*

IMP C *alii* Q MACRIANVS P F AVG. *ex Goltzio.*

(1) Hunc nummum Mediobarbus profert ex Occone, ſed apud Occonem exhibetur inter nummos Macriani filii. rectiùs quidem, quando nullus hactenus in oculos noſtros incurrit Macriani nomine inſignitus nummus, qui ad filium non pertineat; idemque ſibi accidiſſe teſtantur plerique omnes Antiquarii.

(2) Nummum hunc ſingularem profert Mediobarbus ex Fulvio Urſino: ſed cum epigraphe Macrini tempora magis quàm Macrianorum ſapere videatur, adverſæ partis Inſcriptionem ab Urſino minus rectè lectam conjicimus.

MACRIANUS JUNIOR.

TITUS FULVIUS JUNIUS MACRIANUS Fulvii Macriani filius natu major ex muliere quadam nobili cujus nomen ſilent Scriptores, tribunus militum adhuc juvenis à Valeriano factus, poſt illius Principis cladem Imperator unà cum patre creatus eſt initio anni 261. cumque illum adverſus Gallienum comitatus fuiſſet, cæsâ exercitûs parte, cæteris à Domitiano Illyrici Præſide in deditionem acceptis, interfectus eſt cum paulò plus anno uno imperaſſet.



P. Simonneau filius fecit

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C FVL MACRIANVS P F AVG. Caput Macriani Jun. radiatum, ad pectus cum loricâ.

AEQVITAS AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ: à dextris in areâ ſtella. *Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Macriani Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

APOLLINI CONSERVA. Apollo nudus cum ornatu capitis muliebri, & pallio à tergo pendulo, vultu dextrorſum converſo ſtans, lauri ramum tenet dextrâ demiſſâ, citharam verò cippo humili impoſitam tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Macriani Jun. radiatum, ad pectus cum loricâ.

INDVLGENTIAE AVG. (1) Figura muliebris paludata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtam: à dextris in areâ ſtella. *Regius. Fontaine. B.*
Eadem epigraphe. Caput Macriani Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſeminudus ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; juxtà pedes à dextris aquila, & paulò ſuprà ſtella. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Macriani Jun. radiatum, ad pectus cum loricâ.

ROMAE AETERNAE. (2) Figura muliebris ſtolata & galeata inſidens thoraci à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Fontaine.*

IMP CAE FVL MACRIANVS P F AVG. Caput Macriani ut ſuprà.

ROMAE AETERNAE. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C FVL MACRIANVS P F AVG. Caput Macriani Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

SOL INVICTO. (3) Sol capite radiato nudus, cum pallio in humerum ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ & expanſâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: à dextris in areâ ſtella. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Macriani Jun. radiatum, ad pectus cum loricâ.

SOLI INVICTO. Typus ut ſuprà. *Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Macriani Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

SPES PVBLICA. (4) Figura muliebris gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ tenet florem, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Fauvel.*

Alius cum ſtellâ à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Macriani Jun. radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVGG. (5) Victoria ſiniſtrorſum gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Bau.*

(1) Nummus hic Macriani Jun. ac duo ſuperiores non extant apud Mediobarbum; per *Indulgentiam* verò hîc intelligere poſſumus ſive remiſſionem tributorum à Macriano Orientalibus Provinciis, cum ad Imperium pervenit, præſtitam; ſive quandam ſingularem criminum remiſſionem ab eodem factam.

(2) Nummus hic Macriani, ac ſequentes non extant apud Mediobarbum.

(3) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo tum primùm ſub Gallieno cuſi, ut ad ejus nummos diximus.

(4) Primis diebus cum Macrianus imperium arripuit, cuſum hunc nummum putamus; nam paſſim hæc inſcriptio & hic typus in Cæſarum nummis occurrunt.

(5) Cùm cæteri omnes hujus Imperatoris, ſeu mavis tyranni nummi rari omninò ſint, tùm hic inter rariſſimos recenſendus eſt, ac referri poſſe videtur ad victorias quas Quietus alter Macriani frater Baliſtâ Duce de Perſis in Oriente retulit, ut memoriæ prodidit Zonaras, qui tamen Calliſtum pro Baliſta ſcripſit, nec ullam de Quieto mentionem fecit.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. II.

A K T Φ IOYN MAKPIANOC CEBT. *Imperator Cæſar Titus Fulvius Junius Macrianus Auguſtus Pius.* Caput Macriani Jun. laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. A. *An.* I. Victoria capite turrito ſtans, dextrâ geſtat lauream, ſiniſtrâ palmam. *Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Macriani Jun. laureatum, ad pectus cum paludamento.

L. A. Aquila alis expanſis ſtans, coronam lauream geſtat roſtro dextrorſum converſo. *Regius.*

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C FVL MACRIANVS P F AVG. Caput Macriani Jun. radiatum, ad pectus cum loricâ.

AEQVITAS AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *DC. RE. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLINI (ſic) CONSERVA. Apollo nudus ſtans, dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram humi poſitam. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

INDVLGENTIA AVG. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius. Cham.*

IMP C....VL MACRIANVS P F AVG. Caput Macriani Jun. ut ſuprà.

INDVLGENTIAE AVG. (1) Figura muliebris cætera ut ſuprà, ſiniſtrâ ſceptrum tenet: à dextris in areâ ſtella. *Brandenburg.*

IMP C FVL MACRIANVS P F AVG. Caput Macriani Jun. ut ſuprà.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſeminudus, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ: pro pedibus aquila. *Regius.*

Alius cum ſtellâ à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Foue.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. (a) Figura muliebris galeata & ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ; juxtà ſellam clypeus: à dextris in areâ ſtella. *Foue. Cham.*

Alius abſque ſtellâ in areâ, cum duobus punctis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SOLI INVICTO. Sol capite radiato nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum ſuſtinet: à dextris in areâ ſtella. *DC.*

(1) Hunc nummum haud diverſum putamus ab argenteo eâdem epigraphe inſignem, in quo mulier ſiniſtrâ haſtam puram tenet: ſed quod, IMP C M IVL MACRIANVS P F AVG. legendum exiſtimat Eruditiſſimus Begerus, in eo ſanè egregiè hallucinatur, nam vel IMP C FVL. ut in ſuperioribus, vel ut in argenteo Regii Etruriæ cimelii cum epigraphe ROMAE AETERNAE. IMP CAE FVL. legendum eſt. Vide infrà nummum Ægyptiacum Æ. III ejuſdem Brandenburgici Theſauri, & quæ de illo monemus. Cæterum hi duo nummi ac ſuperiores Mediobarbi diligentiam fugerant.

(a) Nummi Macriani Jun. cum hac epigraphe, ac ſequenti apud Mediobarbum non extant.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

ΑΥΤ Φ ΙΟΥΛΙ ΜΑΚΡΙΑΝΟϹ Ε ϹΕΒ. *Imperator Flavius Julius Macrianus Pius Auguſtus.* Caput Macriani Jun. laureatum, ad pectus cum loricâ.

L. A. *An.* I. (1) Victoria ſtans vultu dextrorſum converſo, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum humi innixum ſiniſtrâ. *Brandenburg.*

Α Κ ΜΑ ΦΟΥ ΜΑΚΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Cæſar Marcus Fulvius Macrianus Auguſtus.* Caput Macriani Jun. laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. B. *An.* 2. (2) Figura muliebris galeata & ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ. *Foue.*

(1) Hunc nummum Begerus cur ad Macrianum patrem, quàm ad filium referre malit non video, cum illius nulla hactenus, quæ quidem noverim, numiſmata prodierint: ſed in eo quoque fallitur eruditiſſimus vir, quòd *Flavium* legit, refragantibus Latinis nummis, qui *Fulvium* nunquam non habent; ac deinde quod ΙΟΥΛΙ pro ΙΟΥΝ. obtrudit, quod poſtremum in duobus Regii Theſauri nummis Æ. II. perſpicuè legimus.

(2) Nummus ſuperior cuſus anno 261. quo Macriani in Oriente rebellarunt; hic anno 262. quo poſt fœdiſſimam exercitûs cladem vel in Illyrico, vel in extremis Thraciarum partibus periere, ut prodit Pollio. Huc pertinet quod ſcribit S. Dionyſius Alex. Gallienum *ſeptennali circulo jam emenſo, nonum Imperii annum* tunc *degiſſe*, cum ad ejus auctoritatem Ægyptus ſe iterùm applicuit: omiſſo ſcilicet octavo anno, quòd Macrianorum partes hæc Provincia interea ſecuta eſſet.

Numiſmata incerti metalli ac moduli.

....

APOLLINI CONSERVAT. Apollo nudus ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ lyram.

....

APOLLINI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà.

DIVO MACRIANO.

CONSECRATIO K A A. (1) Aquila expanſis alis.

IMP C FVL MACRIANVS P F AVG. Caput Macriani Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſedens, dextrâ elatâ cum paterâ, ſiniſtrâ haſtam: ad pedes aquila. *Triſtan.*

Eadem epigraphe.

ROMAE AETERNAE. Roma clypeo inſidens, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

SPES PVBLICA. Spei typus.

(1) Nummum hunc Occo ſe ex picturis Alb. exſcripſiſſe teſtatur: itaque de ejus ſinceritate meritò dubitari poteſt: ſi quis tamen eum tueri velit, dici poteſt in Oriente Quieti juſſu cuſum fuiſſe, cum patris ac fratris cædem audiſſet, quibus haud multum ſuperfuit.

QUIETUS.

CNÆUS FULVIUS QUIETUS alter Macriani filius, ex Tribuno militum Imperator poſt Valeriani cladem appellatus eſt unà cum patre ac fratre circà initia anni 261. Quibus adverſus Gallienum profectis, ipſe in Oriente relictus ut Perſarum incurſionibus obſiſteret, junctis cum Odenatho conſiliis, ac Baliſta Duce Rempublicam adeò feliciter adminiſtravit, ut Saporem variis cladibus attritum in regnum ſuum ſe recipere tandem ſubegerit Verum cæſis in Illyrico patre ac fratre, cum eodem hoſte uteretur, quo priùs defenſore Odenatho, qui in totius Orientis Imperium jam tum animo imminebat, Emeſam fugere coactus, atque ibi à ſuis proditus, tyrannidi ſimul ac vitæ finem fecit anno 262. adoleſcens digniſſimus Imperio, ſi Pollioni credimus.



P. Simonneau filius fecit

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C FVL QVIETVS P F AVG. Caput Quieti radiatum, ad humeros cum paludamento.

AEQVITAS AVGG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius.*

Alius cum ſtellâ à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C FVL QVIETVS AVG. Caput Quieti ut ſuprà.

APOLLINI CONSER. (2) Apollo ſtans, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram: in areâ ſtella. *RE.*

(1) Nummus hic Quieti argenteus deſideratur in Collectione Mediobarbi. Omnes autem hujus Auguſti nummi inter rariores recenſendi.

(2) Nummus hic Quieti, ac duo ſequentes non extant apud Mediobarbum.

IMP C FVL QVIETVS P F AVG. Caput Quieti ut ſuprà.

FORT REDVX. Figura muliebris ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ ſtella; in imâ parte punctum. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORT REDVX. (1) Figura muliebris clypeo inſidens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet baculum inclinatum, ſiniſtrâ cornucopiæ: à dextris in areâ ſtella. *Cham.*

IMP C FVL QVIETVS AVG. Caput Quieti ut ſuprà.

INDVLGENTIAE AVG. (2) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *RE.*

IMP C FVL QVIETVS P F AVG. Caput Quieti ut ſuprà.

INDVLGENTIAE AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella. *Regius. Cham.*

Eadem epigraphe.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſedens, ſiniſtrâ cornucopiæ, dextrâ pateram. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Quieti radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtæ innixus: pro pedibus aquila: in ſuperiore nummi parte ſtella. *Bau. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. (3) Figura muliebris ſtolata & galeata, inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò admititur ſiniſtrâ: in imâ parte duo puncta. *Fouc. Fauvel. Regius.*

IMP C FVL QVIETVS AVG. Caput Quieti ut ſuprà.

ROMAE AETERNAE. Typus ut ſuprà. *RE.*

SOL INVICTO. Sol capite radiato nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ protensâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. MB.*

Alius cum ſtellâ à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPES PVBLICA. (4) Figura muliebris tunicata ac ſuccincta, cum pallio in brachium dexterum rejecto ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ: à dextris in areâ ſtella. *Fouc. Frad.*

IMP C FVL QVIETVS AVG. Caput Quieti ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *RE.*

(1) Emeſæ ſive Emiſæ Imperii ſedem poſuiſſe Quietum innuere videtur Pollio; quæ & celeberrima tunc temporis colonia, & ad bellum Perſicum, in quod toto animo incumbere Quietus à patre juſſus fuerat, peropportuna erat: quamobrem nummos hoſce cuſos fuiſſe opinor exeunte anno 261. cum recepto Oriente fortiſſimus adoleſcens urbem illam repetiit, Perſas deinde, ubi primùm per anni tempeſtatem licuiſſet, intrà eorum ſolum bello perſecuturus, niſi optima ejus conſilia prævertiſſet Odenathus, cui proditum à Baliſta anno 262. fuiſſe variis in locis monuimus.

(2) Nummus hic argenteus Quieti deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Roma Æterna in hujuſce ac fratris Macriani nummis dicitur; qui ſane tum cuſi videntur cum Macrianus pater unà cum filio ejuſdem nominis adverſus Gallienum proficiſceretur, Quieto in Oriente relicto, ut Perſarum incurſionibus obſiſteret. Qui quidem junctis cum Odenatho conſiliis, ac Baliſta Duce Rempublicam adeò feliciter adminiſtravit, ut Saporem variis cladibus attritum in regnum ſuum ſe recipere tandem compulerit. Nummus hic Quieti non extat apud Mediobarbum.

(4) Nummus hic Quieti argenteus deſideratur in Collectione Mediobarbi.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C FVL QVIETVS AVG. Caput Quieti radiatum, ad humeros cum paludamento.

AEQVITAS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C FVL QVIETVS P F AVG. Caput Quieti ut ſuprà.

AEQVTAS AVGG. (ſic) Typus ut ſuprà. *DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLLINI CONSERVA. Apollo nudus cum pallio ex humeris pendente ſtans dextrorſum verſus, dextrâ demiſſâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyræ innixus. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLLINI CONSERVAT. Typus ut ſuprà. *E ſchedis RDR.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVN REDVX. (1) Figura muliebris ſedens, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet. *RDR.*

(1) Nummus hic Quieti ac ſuperior non extant apud Mediobarbum.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. (1) Jupiter ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtæ innixus; pro pedibus aquila. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. Figura, muliebris galeata & ſtolata inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *E ſchedis RDR.*

IMP C FVL QVIETVS AVG. Caput Quieti ut ſuprà.

SOL INVICTO. (ſic) Sol nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, dextrâ protensâ & expansâ, globum tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C FVL QVIETVS P F AVG. Caput Quieti ut ſuprà.

SOL INVICTO. (ſic) Typus ut ſuprà. *Regius.*

(1) Nummus hic Quieti æreus deſideratur in Collectione Mediobarbi; cum ſequenti verò epigraphe deeſt quoque.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

K ΦΟΤΑ ΚΟΗΤΟC E CEB. *Cæſar Fulvius Quietus Pius Auguſtus.* Caput Quieti laureatum, ad humeros cum paludamento.

L A. *An.* 1. Aquila alis expanſis à dextris ſiniſtrorſum. *Laiſné.*

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

IMP C FVL QVIETVS P F AVG.

AEQVITAS AVGG. Figura ſtans, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ.

. . . .

INDVLGENTIAE AVG. Figura muliebris ſeminuda ſedens, dextrâ elatâ pateram tenet, ſiniſtrâ ſceptrum: à dextris in areâ ſtella. *Triſtan.*

IMP C FVL QVIETVS P F AVG.

SOL INVICTO. Sol capite radiato nudus, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum geſtat.

Eadem epigraphe.

SOLI INVICTO. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

SPES PVBLICA. Spei typus.

PISO.

LUCIUS CALPURNIUS PISO FRUGI, Theſſalicus quoque ob acceptum in Theſſaliâ Imperium nuncupatus, vir ſummæ nobilitatis, quique ex antiquâ Piſonum familiâ originem ducere traderetur, omnibus Principibus ſuæ ætatis acceptiſſimus, cum Valerianum ad bellum Perſicum proſecutus eſſet, Macriano, quem poſt illius cladem exercitus ad imperium provexerat, ſe adjunxit, ab eoque in Achaiam miſſus eſt, ut Valentem qui Provinciam illam in officio continebat interficeret. Sed ubi comperit Valentem detectis inſidiis purpuram ſumpſiſſe, in Theſſaliam quàm celerrimè potuit regreſſus, Imperatorem ſe quoque appellari voluit, ut periculum quod alteri injecerat à ſe amoliretur; quod fruſtrà fuit; miſſis enim à Valente militibus occiſus eſt anno Chriſti 261. in paucis diebus quàm tyrannidem arripuerat.

Nummi incerti metalli ac moduli.

IMP C PISO FRVGI P F AVG.

THESSAL AVGVST. (1) Victoriæ ſignum palmiferum, quod dextrâ coronam Imperatori imponit. *MB.*

(1) Nummum hunc profert Mediobarbus ex Fulvio Urſino; ſequentem verò ex Occone.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

ΑΥΤ Α ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟϹ ΠΙϹΩΝ ϹΕΒ. *Imperator Lucius Calpurnius Piſo Auguſtus.* L. A. *An.* I. *MB.*

VALENS.

PUBLIUS VALERIUS VALENS vir civilibus virtutibus non minùs quàm Imperatoriis artibus clarus, Proconſul in Achaiam à Gallieno miſſus eo tempore quo Macrianus in Oriente rebellabat, tyrannum illum ſtatim in ſe convertit. Cum enim à Valente maximè ſibi timeret, incautum verò facilè opprimi poſſe ſperaret, Piſonem præmiſit qui interficeret hominem Reipublicæ quidem neceſſarium, ſed quem ſibi inimicum ſciret invidiâ virtutum. Verùm ab impendentibus periculis præmonitus Valens, quando nulla alia ſupereſſet evadendi ratio, Imperatorem ſe appellari voluit, collectiſque copiis adverſus Piſonem profectus eſt: quo in Theſſaliâ interfecto, ipſe non multò poſt à ſuis, incertum quâ de causâ occiſus eſt anno Chriſti 261. cum Imperium vix deguſtaſſet.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

ΑΥΤ Κ ΠΟΛ ΟΥΑΛΕΡ ΟΥΑΛΕΝϹ ϹΕΒ. *Imperator Cæſar Publius Valerius Valens Auguſtus.* L. A. (1) *An.* I. *MB.*

(1) Hunc Valentis nummum profert Mediobarbus ex Occone.

BALISTA.

SERVIUS ANICIUS BALISTA, quem Pollio ditiſſimum fuiſſe tradit, maximam autoritatem apud Valerianum habuiſſe perhibetur, cui etiam ſuis conſiliis plurimùm profuit; nec tamen, quæ eſt Scriptorum illius temporis incuria, quas dignitates ſub illo obtinuerit, ſcimus. Id tantùm Pollio refert, capto à Perſis Valeriano, cum nutaret Reſpublica, nec ulla ſpes ſupereſſet in Gallieno qui voluptatibus jam ſe totum mancipaverat, Imperium à Macriano Baliſtæ delatum, quod ipſe Macriano ejuſque filiis retulit, munere Præfecti Prætorio contentus. Profecto igitur utroque Macriano adverſus Gallienum, ipſe cum Quieto in Oriente relictus, Perſas ſuperioribus victoriis elatos, & per Ciliciam ac Lycaoniam palantes adortus, pluribus præliis cecidit; tum junctis cum Odenatho conſiliis, Saporem ipſum variis cladibus attritum in ſuum regnum ſe recipere compulit. Verum cæſis in Illyrico Macrianis duobus, deleroque exercitu, cum Odenathus Orientis imperium jam tum animo præcipiens, Quieti exitio immineret, Emeſam fugere coactus, atque ibi obſeſſus, quando nulla erat evadendi ſpes, adoleſcentem fidei ſuæ concreditum prodidit. Quo interfecto, cum veniam obtinuiſſet, nec tamen ſatis Gallieno aut Odenatho confideret, Imperii inſignia ſumpſit, ac paulò poſt interemptus eſt, à quodam gregario milite Odenathi; quod circà finem anni 262. accidiſſe conjicimus.

Nummus incerti metalli ac moduli.

IMP C BALISTA P F AVG. *alius* SER ANIC. ANNONA AVG. (1) Figura muliebris. *MB.*

(1) Hunc Baliſtæ nummum exhibet Mediobarbus ex Occone.

REGILLIANUS.

QUINTUS NONIUS REGILLIANUS Daciâ oriundus, Regiſque Decebali affinis fuiſſe fertur. Mœſiaco exercitui poſt Ingenui cædem præfectus, cum Sarmatas aſſiduos Romani Imperii hoſtes aliquot præliis contriviſſet, ad tantam claritudinem pervenit, ut non alio duce magis Gallieni in parentes ſuos ſævitiam ſe ulciſci poſſe confiderent provinciales. Itaque his impellentibu: purpuram ſumpſit; (nam quod joco è nomine ejus acceſſito ad Imperium provectum fuiſſe Pollio narrat, inſulſius eſt quàm ut exſcribatur) ſed cum deinde contempto priori conſilio Gallieni aſperitatem reformidarent provinciales, ſimul Roxolanorum auxilia militiam adverſus legitimum Principem detrectarent, tyranni cæde periculum à ſe amoliriſt aſuerunt: itaque interfectus eſt poſt paucos, ut videtur, quàm imperare cœperat menſes. Regilliani defectio ad annum 263. referenda videtur, quod eâ tempeſtate Gallieni Decennalia Romæ celebrata Pollio ſcribit.

Nummi Ærei incerti moduli.

IMP C REGILLIANVS AVG. Caput Regilliani radiatum, ad humeros. CONSECRATIO. (1) Ara accenſa. *Triſtan.*

IMP C REGILLIANVS P F AVG. CONSECRATIO. Ara accenſa. *MB.*

Eadem epigraphe. CONSECRATIO. Templum in cujus medio oſtium, ex quo emicat ignis ſuprà tectum. *MB.*

(1) Nummum hunc Regilliani ex Triſtano profert Mediobarbus, alterum ex Strada; tertium ex Fulvio Urſino. Vide Triſtani Notas.

ALEX ÆMILIANUS.

TIBERIUS CESTIUS ALEXANDER ÆMILIANUS, in ſeditione quâdam Alexandriæ, cum ejus ædes plebs obſideret, nec illius furori ſubtrahere ſe aliter poſſet, Imperii inſignia ſumpſit anno 262. Quod fuerit ejus in illâ urbe munus difficile eſt in tantâ Scriptorum penuriâ pro certo affirmare; ſed quoniam Ducem appellat Pollio, Tranſthebaitanorumque militum operâ ad Imperium evectum ſcribit, Ducem Thebaidis eâ tempeſtate fuiſſe conjicimus, nec diverſum putamus ab illo Æmiliano quem Euſebius Ægyptum ſub Valeriano rexiſſe, edictaque in Chriſtianos acerrimè executum fuiſſe tradit. Hunc enim Macriano ſe adjunxiſſe, dignitatemque ſub illo retinuiſſe vero ſimile eſt: dilapſis verò tyranni partibus, cum Provinciam legitimo Principi reſtitueret, Imperium illi à Gallieno prorogatum fuiſſe facilè credimus. Quicquid ſit, in novum tyrannum conſenſit Ægypti exer-

citus; nec pœnitenda fuere ejus initia; Thebaidem enim totamque Ægyptum peragravit, & barbaros qui in Romanum Imperium undique irruebant à Provinciâ ſuâ ſubmovit. In Indos quoque expeditionem paraſſe Pollio ſcribit; ſed alterum illi hoſtem fortuna parabat. Cum enim hujus rebellionis nuntium Gallienus quaſi per riſum contempſiſſe videretur, poſtmodum monentibus quibuſdam frumenta ex Ægypto in Italiam ampliùs non tranſvehi, plurimaſque urbes fame laborare, graviter commotus, in tumultuarium Imperatorem animadvertere tandem ſtatuit. Miſſo itaque Theodoto Ægyptio Duce magni nominis, Æmilianus primo congreſſu profligatus cum Alexandriam refugiſſet, captâ deinde urbe vivus in poteſtatem victoris venit, & ad Gallienum perductus eſt, qui miſertimo tyranno gulam in carcere laqueo frangi juſſit, revocato more ſupplicii, quo in Duces hoſtium Populus Romanus uti olim ſolebat: quod circà finem anni 263. vel initia anni 264. accidiſſe conſtat ex Pollione, qui Æmilianum adhuc imperaſſe refert, cum Gallieni Decennalia Romæ celebrarentur.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP CAES AEMILIANVS P F AVG.

ADVENTVS AVG AEGYPT. (1) Figura muliebris nuda humi procumbens, ſiniſtro brachio innixa caniſtro floribus pleno, & lævâ cornucopiæ habens, cum ibide, aut phœnice. *MB.*

Eadem epigraphe.

ADVENTVS AVG AEGYPT. Figura equeſtris, & miles cum labaro. *MB.*

IMP AEMILIANVS PIVS FEL AVG.

DIANAE VICTRI. (2) Diana ſuccincta ſtans, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ arcum. *MB.*

(1) Hunc & ſequentem Alexandri Æmiliani nummum exhibet Mediobarbus ex Occone; de horum ſinceritate eruditi viderint; cum nulli in cimeliis reperiantur hujuſcemodi nummi. Nova epigraphe, & novus typus.

(2) Eundem nummum exhibuimus inter Numiſmata argentea Æmiliani Auguſti Valeriani deceſſoris, ad quem potiùs quàm ad tyrannum ſpectare arbitramur. Æmiliani hujus iſtas quoque Inſcriptiones exhibet Mediobarbus.

C IVLIVS AEMILIANVS. IMP C T CEST ALEX AEMILIANVS.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

A K TIB KECT AAEZANA AIMIAIANOC CEB. *Imperator Cæſar Tiberius Ceſtius Alexander Æmilianus Auguſtus.* L. A. *Anno primo. Occo.*

TREBELLIANUS.

Caius Annius Trebellianus Iſauriæ tyrannus ſub Gallieno fuit; ſed quo anno incompertum. Narrat Pollio ab Iſauris Ducem ſibi quærentibus creatum, cum ab aliis Archipirata vocaretur, ipſum ſe Imperatorem appellaſſe, Palatium in arce Iſauriæ extruxiſſe, cumque locis naturâ munitis ſe tueretur, aliquandiù regnaſſe; ſed miſſo Cauſiſoleo Ægyptio Theodoti qui Æmilianum ceperat fratre, cum in plana deductus eſſet, juſto prælio tandem victum, in ipsâ pugnâ occubuiſſe. Hanc porrò Trebelliani cladem capto jam Æmiliano, ideoque poſt annum 263. accidiſſe, Pollionis verba innuere videntur. Cæterum notandum ab eâ tempeſtate Iſauros Romani juris eſſe deſiiſſe, nec ullâ Principum humanitate deinceps ad eorum authoritatem adduci potuiſſe.

Nummus incerti moduli.

IMP CAES C TREBELLIANVS AVG. Caput Trebelliani radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. (1) Aquila expanſis alis. *Triſtan. MB.*

Hanc Trebelliani Inſcriptionem Mediobarbus poſt Occonem exhibet.

IMP C C ANN TREBELLIANVS *alius* P F AVG.

(1) Innuit hic nummus, ſi genuinus eſt, Trebellianum non à Senatu conſecratum, cum in eo *Divus* non dicatur, ſed ab Iſauriæ populis, qui eo Duce cum à Romanis rebellaſſent, nullâ Principum humanitate deinceps ad eorum authoritatem adduci potuerunt.

CELSUS.

TITUS CORNELIUS CELSUS, olim Tribunus militum, cum privatus in agro ſuo degeret, autoribus Vibio Paſſieno Proconſule Africæ, & Fabio Pomponiano Duce limitis Libyci, favente etiam Gallienâ quâdam Imperatoris conſobrinâ, Auguſtus ab Afris appellatus eſt, ac diadematis loco Cœleſtis Deæ peplo ornatus. Quo anno acciderit hæc rebellio, Pollioni ſcribere haud placitum eſt; monet tantùm hominem fuiſſe inſigni corporis proceritate, quique eam juſtitiæ famam conſecutus fuerat, ut dignus Imperio videretur. Sed tam brevis illi poteſtas fuit, quàm inſperata venerat; ſeptimo enim die quàm regnare cœperat, incertum quâ de causâ, occiſus eſt. Corpus canibus addictum, petentibus Siccenſibus qui in officio remanſerant; ac novo genere injuriæ imago ejus in crucem ſublata, inſultante vulgo quaſi Celſus ipſe patibulo videretur affixus.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

AYT K TIT KOPNHA KEACOC EYCEB. *Imp. Cæſar Titus Cornelius Celſus Pius Auguſtus.*

L. A. (1) *An.* 1. *MB.*

Ejuſdem hanc Inſcriptionem exhibet Mediobarbus poſt Occonem.

IMP C CELSVS P F AVG.

(1) Profert hunc nummum Celſi Mediobarbus ex Occone, qui ex Goltzii theſauro eum exſcripſerat.

SATURNINUS.

PUBLIUS SATURNINUS rei militaris peritiâ clarus, tyrannidem ſub Gallieno arripuiſſe fertur; ſed quo anno quâve in Provinciâ incompertum: nam quod in Ægypto rebellaſſe recentiores quidam volunt, quando opinionem ſuam nullâ authoritate confirmant, non moramur. Addit Pollio Saturninum, cum multa fortiter geſſiſſet, à ſuis denique interfectum fuiſſe; unde colligi poſſe videtur, ſummam poteſtatem ab hoc tyranno aliquandiù retentam: & ſanè quartum ejus annum exhibet nummus Ægyptiacus, quem è Goltzio exſcripſit Mediobarbus Comes. Cæterum cum duos Saturninos Auguſtos nummi exhibeant, Publium ſub Gallieno, Julium ſub Probo rebellaſſe cum Tillemontio judicamus, contrà quam Antiquariis viſum eſt: quòd eum

eum Saturninum qui tyrannidem Probi ætate arripuit, intrà breviſſimum tempus oppreſſum fuiſſe Vopiſcus non obſcurè ſcribit. Tertii Saturnini cui Avulnio nomen fuit, mentionem in Aureliano facit idem Vopiſcus, eumque limitis Scythici Ducem anno Chriſti 258. fuiſſe teſtatur.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΠΟΥ ϹΑΤΥΡΝΕΙΝΟϹ ΕΥϹϹΕΒ. *Imperator Cæſar Publius Saturninus Pius Auguſtus.*

L. Δ. *An.* 4. *MB.*

Saturnini Inſcriptionem hanc ex Occone exſcriptam in ſuam nummorum ſeriem tranſtulit idem Mediobarbus.

IMP C P SATVRNINVS AVG.

ODENATHUS.

ODENATHUS Palmyræ urbis in Phœniciâ Decurio, ut Rufus ſcribit, ut alii volunt, Saracenorum qui Euphratem accolebant Princeps, cum Romanis bellum impellente Cyriade intuliſſet, poſtmodum de illis ita meruit, ut Imperium ab eo reſtitutum in Oriente faterentur. Capto enim Valeriano, cum in offenſam Saporis Perſarum Regis veniſſe ſe ob quaſdam literas quæ Barbaro homini liberiores viſæ fuerant didiciſſet, Macriano qui Orientem eâ tempeſtate tenebat ſe adjunxit, communicatiſque cum ejus Præfecto Baliſtâ conſiliis, Perſas nihil quicquam tale metuentes adortus, pluribus præliis intrà annum ita profligavit, ut in patrium ſolum refugere tandem cogerentur. Cæſis deinde in Illyrico Macrianis, Quietum ſolum ex eâ familiâ ſuperſtitem, & poſtremo Baliſtam in gratiam, ut videri volebat, Gallieni interfecit. Tum aſſumpto Regis nomine, eoque cum Zenobiâ uxore, & filio natu majori Herode communicato, bellum adverſus Perſas aliquandiù intermiſſum repetiit, & Meſopotamiâ receptâ Cteſiphontem uſque progreſſus eſt, ac tot denique clades Perſis intulit, ut omiſſo vicinos Principes laceſſendi conſilio, ſatis benignâ uti fortunâ poſt multos annos ſibi viderentur, ſi bellum à ſuis finibus propulſarent. Denique dignus Gallieno viſus eſt Odenathus, qui in communionem imperii veniret, Orientemque cum Auguſti dignitate teneret. Id autem factum Pollio tradit Gallieno VI. & Saturnino Coſſ. anno Chriſti 264. nec quid poſtea egerit vir fortiſſimus, quæ eſt illius Scriptoris incuria, refert. Sed cum bis ad Cteſiphontem progreſſum Zoſimus ſcribat, alteram expeditionem ad hoc tempus pertinere, eâque demum vires Perſarum fractas libenter credimus, ne inerti otio marcuiſſe per triennium integrum videatur; quartum enim Imperii annum auſpicarum eum fuiſſe ex nummis conſtat. Occiſus eſt anno 267. unà cum filio Herode quocum Imperium participaverat, à conſobrino ſuo Mæonio, conſciâ ut quidam voluere Zenobiâ, quòd mulier ambitioſa privignum Herodem filiis ſuis prælatum iniquo animo ferret.

Odenathi hanc Inſcriptionem Mediobarbus ex Urſino exſcripſit.

IMP C ODENATHVS P F AVG.

Nummi incerti moduli.

....

CΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗϹ ΙΕΡΑϹ ΚΑΙ ΑϹΤ-ΛΟΥ. *Seleucienſium, ſacra & inviolata* urbis. *MB. ex Goltzio.*

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΟΔΗΝΑΘΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Cæſar Odenathus Auguſtus.*
L. Γ. *An.* 3. *MB.*

ΑΥΤ ΚΑΙϹ ΟΔΗΝΑΘΟϹ ϹΕΒ ΕΥϹ. *Imperator Cæſar Odenathus Auguſtus Pius.*
L. Δ. (1) *An.* 4. *MB.*

(1) Utrumque hunc nummum Odenathi Ægyptium profert Mediobarbus ex Occone.

HERODES.

Herodes, ſive Herodianus, Odenathi filius è priori uxore cujus nomen ad hanc ætatem latuit, primùm Rex Orientis, deinde Imperator à patre appellatus, denique unà cum illo occiſus eſt anno 267. cum annum Imperii quartum auſpicatus fuiſſet. Pollio ſcribit hominem fuiſſe delicatiſſimum, & Orientalis luxuriæ; ideoque uſum ingenio ejus Odenathum, gemmas omnes, & regales concubinas bello captas in eum contuliſſe.

NUMISMATA AUREA.

Imp C Herodes P F Avg.
Pax Avgvsti. Figura ſtolata ſtans, dextrâ ramum porrigens, ſiniſtrâ baculum per tranſverſum. *MB.*

Eadem epigraphe.
Princeps Ivventvtis. (1) Ara quadrata cum igne. *MB.*

(1) Hos nummos quâ de causâ Mediobarbus inter aureos recenſuerit, mihi hactenus incompertum eſt; cujus namque metalli fuerint Occo, ex quo exſcripti ſunt, monere per oſcitantiam prætermiſit.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

Imp C Herodianvs Avg. Caput Herodiani laureatum, ad humeros.
Salvs Avgvsti. (1) Dea Salus, dextrâ pateram porrigens ſerpenti, quem ſiniſtrâ tenet; ad pedes ara accenſa. *Triſtanus.*

(1) Nummus hic cuſus, cum peſtis per omnes Romani Imperii Provincias graſſaretur. Triſtanus ad infirmam Principis valetudinem refert, plurimaque huc congerit reconditâ eruditione referta, ſed quæ ad rem minus pertinere mihi videntur.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

ΑΥΤ ΚΑΙ ΗΡΩΔΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Cæſar Herodianus Auguſtus.*

L. Γ. *Anno tertio. Occo.*

Numiſmata Ærea incerti moduli.

Herodianvs Imperator v m. Manosmiod. Figura ſtans, dextrâ cornucopiæ, ſiniſtrâ ferrum biceps ignotum. *MB. ex Strada.*

Inſcriptionem hanc ex Occone idem Mediobarbus exſcripſit.

Herodianvs Imp Avg.

MÆONIUS.

MÆONIUS vir ſpurciſſimus, Odenathi conſobrinus fuit, quem cum per inſidias interfeciſſet, Imperator appellatus, ipſe intrà paucos dies malè periit anno Chriſti 267.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

AYT KAIC MOIΩNIOC EYC CEB.
Imperator Cæſar Mæonius Pius Auguſtus.
L. A. *An.* 1. *MB. ex Occone.*

In eodem MB. legitur hæc Mæonii Inſcriptio.
IMP C MAEONIVS P F AVG.

POSTUMUS.

MARCUS CASSIUS LATIENUS POSTUMUS clariſſimus tyrannorum qui Romanum Imperium ſub Gallieno diſtraxerunt, rebellaſſe videtur ineunte anno Chriſti 261. Patriam ac parentes ejus Scriptores omnes ſilentio prætermiſere, nec munera quibus ſub variis Principibus functus eſt magis aſſequi poſſumus; ſed præclaram virtutis famam jam tum conſequutum fuiſſe Poſtumum, cum Valerianus ad Imperium pervenit, hinc conſtat, quod Princeps ille cujus maximè judicium in eligendis Ducibus commendat Pollio, Transrhenanum limitem ei commiſit. In Gallias Germani circà annum 253. irruperant, hujuſque belli adminiſtrationem in ſe receperat Gallienus, adjuncto ſibi Aureliano, cujus forti ac fideli operâ aliquandiù uſus eſt: ſed cum deinde Cornelium Valerianum ſuum è Gallieno nepotem Valerianus ad militiam inſtitui vellet, nec Aureliano ſatis fideret, quem naturâ aſperiorem competerat, Poſtumum in ejus locum ſuccedere juſſit, ejuſque fidei adoleſcentem in ſpem Imperii eductum commiſit anno 256. Injuncto munere Poſtumus per biennium ita functus, ut eum toti Provinciæ Gallienus Ingenuum ulciſci parans præfecerit: ſed virum æquitate ac fide tandiù commendabilem inopinarus caſus tranſverſum abſtulit anno 261. Cum enim prædam, quam inter milites partitus erat Poſtumus, reſtitui, & ad Cornelium Valerianum deferri Sylvanus hujus cuſtodiæ præfectus flagitaret, militum animi ita commoti ſunt, ut ſolius Poſtumi auſpicia ſequi ſe deinceps velle, adoleſcentemque nebulonem, ac nihil præter nugas meditantem è Provinciâ, imo è vitâ exturbari debere clamitarent; quamobrem horum impulſu magis quàm conſilio ſuo obſeſſum intrà Agrippinam Principem unâ cum Præfecto Sylvano interemit. Gallias deinde per ſeptem annos à Poſtumo ita retentas obſervant Scriptores, ut Reipublicæ non inutilis ejus defectio videretur; quâ de re illis optimè cum nummis convenit, in quibus hæ leguntur Inſcriptiones: RESTITUTOR GAL-

LIARUM. VICTORIA GERMANICA. VICTORIAE AUGUSTI. VIRTUS POSTUMI. aliæque plurimæ quibus fortiſſimum virum cum Hercule comparatum fuiſſe comperimus. Plurimis ſanè difficultatibus conflictatum fuiſſe Poſtumium, quas partim virtute, partim felicitate ſuperavit, teſtatur Pollio; nam præter aſſidua cum barbaris bella, Gallienum parricidii pœnas à ſe repetentem acerrimum hoſtem expertus eſt; partâque primo congreſſu victoriâ, altero cæsâ maximâ exercitûs parte, ſalutem ſuam fugæ committere coactus eſt, debellarique facilè potuiſſet, niſi Gallienus Byzantium profecturus tyranni perſequendi curam Auteolo demandaſſet: hujus enim prævaricatione factum eſt, ut reparatis brevi copiis Poſtumus integrum bellum rurſus oſtentaret. Victorinum ab illo tum ad communionem Imperii vocatum fuiſſe probabile eſt, cum hinc irrumpentibus Germanis, illinc premente iterum Gallieno, (Gallias enim poſt annum quàm deceſſerat repetiit) duobus ſimul hoſtibus per ſe obſiſtere non poſſet. Sed eorum quæ vel ad bella cum Germanis, vel ad renovatum civile bellum ſpectant, nihil ad nos pervenit, niſi quod in obſidione cujuſdam urbis Gallienus, dum mœnia incautiùs ſubit, ſagittâ vulnus accepit, filiique cædem ulciſci tandem deſperans, Galliis iterum re infectâ diſceſſit, Aureolumque limiti Rhætico præfecit, qui Galliarum motus obſervaret, videretque ne quid inde Italia detrimenti caperet. Alterum deinde hoſtem Poſtumo fortuna objecit, Lælianum quem plerique Scriptores Ælianum vel Lollianum perperam appellant, purpuramque Maguntiaci ſumpſiſſe tradunt, & facilis quidem de novo tyranno victoria fuit; ſed cum urbis clariſſimæ direptionem petentibus militibus denegaſſet Poſtumus, coortâ ſeditione interfectus eſt anno 267. cum ſeptimum tyrannidis annum inchoaſſet. Cæterum Gallias à Poſtumo per decem annos retentas Eutropius ſcribit, eumque IMP. & TR. P. X. appellant numiſmata aliquot infrà deſcripta: ſed vel Eutropii vel nummorum ſententiam, cum ſerie rerum illâ ætate geſtarum an componi poſſet, eruditi haſtenus fruſtrà tentaverunt: nam quod Poſtumi cædem Pagius in annum 269. differt, in eo Scriptores omnes ſibi adverſari non vidit, qui non hunc ſolum, ſed Victorinos quoque & Marium Gallieno imperante periiſſe planiſſimè teſtantur. Quamobrem quod ad quartam Treb. Galli Tribuniriam Poteſtatem, quod ad decimam-ſextam Gallieni, idem ad decimam Poſtumi dicendum eſt, illorum temporum numiſmata ab hiſtoriæ Auguſtæ Authoribus ita diſſentire, ut hæc inter ſe aliquâ tandem viâ componi, optandum magis quàm ſperandum videatur.



BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI



P. [illegible]

Digitized by Google

NUMISMATA AUREA.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

AETERNITAS AVG. (1) Hercules imponens ſertum Imperatori. *MB.*

Eadem epigraphe.

APOLLO SALVTARIS. *MB.*

Eadem epigraphe.

CASTOR. (2) *MB.*

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. Capita Poſtumorum jugata ac laureata, ad humeros.

CLARITAS AVG. (3) Capita Solis ac Lunæ jugata. *Olim Philippi Stoſchii, nunc in Theſauro Principis Svvarzburgici.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERVATORES AVG. (4) Capita Martis & Victoriæ jugata. *Regius. MB.*

POSTVMVS PIVS FEL AVG. Capita Poſtumorum ut ſuprà.

CONSERVATORES AVG. Typus ut ſuprà. *Laiſné.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

COS IIII. (5) Figura ſtans, ſiniſtrâ ſignum militare tenens. *MB.*

Eadem epigraphe.

COS IIII. Figura alata fœminuda ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS AVG. (6) Capita adverſa Poſtumorum laureata, ad humeros. *Regius.*

Eadem epigraphe.

FELICITAS AVG. Figura ſtolata, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. Capita Poſtumorum jugata, & laureata ad humeros.

FELICITAS AVG. (7) Capita duo muliebria conjuncta pectore tenus; quod à dextris eſt Victoriam referens cum coronâ & palmâ; quod à ſiniſtris Pacem, oleæ ramum ferentem. *Regius. MB. Brandenburg.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

FELICITAS PROVINCIARVM. (8) *MB.*

POSTVMVS PIVS AVG. Caput Poſtumi laureatum, & radiatum ad humeros.

FIDES EXERCITVS. Quatuor ſigna militaria erecta. *Fontaine.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

FIDES MILITVM. Figura ſtans ſingulis manibus geſtans ſignum militare. *MB.*

Eadem epigraphe.

FORTVNA AVG. Fortuna ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe.

HERCVLI ARGIVO. (9) *MB.*

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. Poſtumorum capita, ſeu Poſtumi & Herculis jugata ac laureata dextrorſum, ad pectus cum loricâ Poſtumi.

(1) De hujus Auguſti bellica virtute pluribus in ejus Vitâ. Æternitatis autem titulo Romanos Principes ſuos paſſim donaſſe, præter hunc & alios quamplurimos nummos teſtis eſt Plinius lib. x. Epiſt. LXVII. ad Trajanum: *Flavius Archippus per ſalutem, Æternitatemque tuam petit à me*, &c. Idem Epiſt. LXXXVII. Florentius in Epiſtola ad Luciferum Epiſcopum Caralitanum, *Ut poſſit Æternitati ejus denuò offerri.* Ovidius lib. II. de Ponto:

Nunc tua pro rebus vitatur gratia lapſis,
Principis Æterni quam tibi præſtat amor.

Perennis titulo donantur à Sidonio Epiſtola v. *filia perennis Auguſti.* Vide Panegyricum Maximiano, & Conſtantino dictum; necnon Notas Petavii ad Themiſtium. Nummus rarus.

(2) Nummus rariſſimus. Vide quæ ad ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti infrà adnotamus.

(3) Hæc epigraphe & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Nummus rariſſimus.

(4) Hic typus atque hæc epigraphe in Poſtumo tantum occurrunt. Poſtumus autem vir fortiſſimus Martem & Victoriam Conſervatores ſuos appellat, & fortaſſis ob Victoriam à Germanis reportatam; nam *Poſtumum ſubmotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in priſtinam ſecuritatem revocaſſe Imperium* tradit Pollio. Nummus rarus.

(5) Hunc nummum Poſtumi profert Mediobarbus ex Occone; ſequentem verò ex Smetio: idem fortaſſe hic typus qui ſequentis nummi, ſed malè ab Occone deſcriptus, ut videre eſt in nummis argenteis ejuſdem Auguſti. Nummi hi rari.

(6) Hæc epigraphe juncta huic typo tum primùm in nummis Imperatorum occurrit. Nummus inter rariores recenſendus.

(7) Hic typus in Poſtumo tantùm occurrit; & exhibetur etiam à Triſtano, qui belli paciſque felicitatem, hîc ſub Victoria & Pace adumbratam arbitratur; & quidem rectè; nam ut ſcribit Pollio: *Fuit* Poſtumus *in bello fortiſſimus, in pace conſtantiſſimus.* Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

(8) Nummum hunc rariſſimum profert Mediobarbus ex Goltzio. Cum eadem epigraphe habetur nummus Domitiani. Hic etiam cuſus Poſtumo videtur ob victoriam à Germanis reportatam; nam *Poſtumum ſubmotis omnibus Germanicis gentibus Romomanum in priſtinam ſecuritatem revocaſſe Imperium*, ſcribit Pollio. Vide quæ ad nummum argenteum ejuſdem Auguſti cum epigraphe SALUS PROVINCIARUM adnotavimus.

(9) Hunc nummum rariſſimum profert Mediobarbus ex Goltzio.

HERCVLI CRETENSI. (1) Hercules taurum domans. *Brandenburg. ex ſchedis Philippi Stoſchii.*

Eadem epigraphe. Capita Poſtumorum jugata & laureata, ad pectus cum loricâ.

HERCVLI LIBYCO. Hercules Antheum brachiis comprimens. *Regius. MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

HERC PACIFERO. (2) Hercules cum clavâ. *MB.*

POSTVMVS PIVS AVG. Caput Poſtumi laureatum ad humeros.

INDVLG PIA POSTVMI AVG. (3) Imperator togatus ſedens in ſellâ curuli, porrigit dextram figuræ muliebri in genua provolutæ. *Regius.*

Eadem epigraphe.

INDVLGENTIA PIA POSTVMI AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

POSTVMVS PIVS FELIX AVG.

INDVLGENTIA PIA POSTVMI AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

IOVI PROPVGNATORI. Jupiter dextrâ fulmen. *MB.*

Eadem epigraphe. Poſtumus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat clavam ſuper humerum.

IOVI STATORI. (4) Jupiter ſtans, dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ fulmen. *MB. ex ſchedis Hen. Laiſné.*

Eadem epigraphe.

LAETITIA AVG. Cum navi Prætoriâ. *MB.*

POSTVMVS PIVS AVG. Caput Poſtumi laureatum ad humeros.

LIBERALITAS AVG. Imperator in ſuggeſtu ſedens in ſellâ curuli à ſiniſtris dextrorſum, adſtante à dextris Liberalitate, & à ſiniſtris Præfecto Prætorii, & aliâ figurâ ad gradus ſubſtructionis ſtante. *Regius. MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

MINER FAVTR. (5) Minerva, dextrâ ramum protendens, ſiniſtrâ haſtam, & parmam tenens. *MB.*

Eadem epigraphe.

MONETA AVG. Figura ſtolata, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

Eadem epigraphe.

NEPTVNO REDVCI. (6) Neptunus, dextrâ delphinum, ſiniſtrâ tridentem. *MB.*

Eadem epigraphe.

ORIENS AVG. Figura dextram in ſublime elevans. *MB.*

Eadem epigraphe.

PAX AVG. Pacis typus. *MB.*

POSTVMVS PIVS AVG. Caput Poſtumi laureatum ad humeros.

PIETAS AVG. (7) Mulier ſtans dextrorſum ſpectans cum quatuor puerulis, quorum duo ſtant ad pedes, duo verò brachiis geſtantur. *Regius. MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P COS PP. Leo radiatus ad dextram gradiens, ore fulmen gerit. *Regius.*

Eadem epigraphe.

P M TR P COS II PP. Figura militaris ſtans cum haſtâ & clypeo. *MB.*

Eadem epigraphe.

P M TR P COS II PP. Figura galeata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

POSTVMVS PIVS AVG.

P M TR P COS II PP. *MB.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

P M TR P COS II. *MB.*

(1) Nummus hic ac ſequens rariſſimus. Tres autem Hercules ſtatuit Diodorus Sic. lib. III. Ægyptium; Creticum, Thebanum: hunc recentiſſimum Jovis ex Alcmenâ filium, qui Euryſthei imperia paulò ante Trojanum bellum executus eſt & columnarum Herculis, quæ vocantur, unam in Hiſpaniâ locavit: Creticum, ſive Cretenſem paulò vetuſtiorem, clarum Imperatorem, à quo Olympiacum certamen inſtitutum: antiquiſſimum Ægyptium, cujus eſt altera Herculis columna in Africâ. Creticum omittit Arrianus lib. II. de Exp. Alex. treſque Hercules numerat Argivum, Tyrium, Ægyptium; ſed Tyrium ab Ægyptio haud magis, quàm Thebanum ab Argivo diverſum fuiſſe duo ſuadent; quòd Gades Tyriorum colonia fuit; ac deinde quòd columnas Herculis, haud aliûs quàm Tyrii fuiſſe cenſuit Strabo. Nova epigraphe, quæ in Poſtumo tantùm occurrit, ut ſuperior, & ea quæ proximè ſequitur.

(2) Vide quæ ad ſimilem nummum ejuſdem Auguſti argenteum infrà adnotamus.

(3) Hæc epigraphe & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Mulier autem in genua provoluta Galliam exhibere videtur, cui per *Indulgentiam* Poſtumus ſive tributorum remiſſionem præſtitit, ſive aliquam criminum remiſſionem fecit. Nummus cum rarioribus adnumerandus.

(4) Nummus hic cuſus videtur circà annum 264. quo Poſtumus bellum adverſus Gallienum redintegravit, cum priori anno tantam cladem accepiſſet, ut ſalutem ſuam fugæ committere coactus fuiſſet; quam ipſam fugam inutilem futuram fuiſſe Scriptores produnt, niſi Aureolus ſuo magis quàm Reipublicæ commodo inſerviens, Poſtumum è manibus perfidioſâ prævaricatione elabi ſiviſſet.

(5) Nummus hic Poſtumi cum rarioribus adnumerandus. Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti infrà adnotamus.

(6) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti infrà monemus. Nummus hic rariſſimus.

(7) Typus hic Poſtumi novus. Nummus inter rariores recenſendus.

POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi galeatum, ad pectus cum loricâ.

P M G M T P COS III PP. (1) Trophæum erectum inter duos captivos adverſos humi ſedentes. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P IIII COS III PP. Mars galeatus ad ſiniſtram gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Regius.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

P M TR P VII COS III PP. Mars gradivus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſpolia. *MB.*

POSTVMVS PIVS AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad humeros.

P M TR P IMP V COS III PP. (2) Imperator togatus ſedens in ſellâ curuli à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ ſceptrum. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS IIII PP. Imperator in quadrigis triumphalibus à ſiniſtris dextrorſum. *Regius.*

Eadem epigraphe.

P M TR P COS IIII PP. Imperator togatus in quadrigis, dextrâ lauream. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

P M TR P COS IIII PP. Mars gradivus dextrâ haſtam tenens. *MB.*

POSTVMVS AVG. Poſtumus capite nudo à fronte, ad pectus cum loricâ.

POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi galeatum, ad humeros cum loricâ, dextrorſum. *Regius. MB.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi galeatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, ſiniſtro cubito columnæ innixo, dextrâ tenet bacillum demiſſum, ſiniſtrâ cornucopiæ: pro pedibus à dextris globus. *Regius.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

PROVIDENTIA AVG. Navis Prætoria. *MB.*

Eadem epigraphe.

PROVIDENTIA AVG. Figura ſtans, ſiniſtrâ haſtam, dextrâ globum. *MB.*

POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi galeatum, ad humeros cum loricâ, dextrorſum.

PROVIDENTIA AVG. Typus ut ſuprà. *M.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi galeatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.

PROVID DEOR COS III. (3) Figura muliebris vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ ad pectus compoſitâ; supernè ſtella. *Regius, quinarius.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

QVINQVENNALES AVG. Victoria ſtans ad ſiniſtram verſa clypeo inſcribit VO X. pede lævo globum tergeminum premit. *Regius.*

POSTVMVS PIVS AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad humeros.

QVINQVENNALES POSTVMI AVG. Victoria cum clypeo, in quo crux, ſiniſtro pede quatuor orbibus in baſis formam extructis inſiſtens. *M. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

QVINQVENNALES POSTVMI AVG. Victoria ſtans ad ſiniſtram verſa clypeo inſcribit X. pede lævo globum tergeminum calcat. *Regius.*

POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi galeatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.

QVINQVENNALES POSTVMI AVG. (4) Typus ut ſuprà & in clypeo VOT X. *Regius.*

(1) Ut Gallienus antea, ita Poſtumus quoque Germanici Maximi titulo à ſuis donatus eſt, & quidem potiori jure; prætérquamquòd enim repreſſis à Gallieno Germanis, maximam in partem hujus gloriæ venerat Poſtumus; poſtquam Galliæ hujus arbitrio gubernari cœptæ ſunt, tot ab hoc clades illatas Barbaris fuiſſe teſtatur Pollio, ut caſtra etiam in eorum ſolo extruxerit; quæ poſt ejus cædem diruta atque incenſa ſunt. Nummus hic rariſſimus eſt. Cæterum hîc pertinere videtur antiqua Inſcriptio, in quâ Poſtumus dicitur Germanicus Maximus, Conſul tertium. Hanc Fabrettus refert pag. 686. in Oppido Guadix ex ſchedis Vaticanis.

IMP. CAES
M. CASSIANI
VS. LATINIVS. PO
STVMVS. PIVS. FEL
INVICTVS. AVG
GER. MAX
PONT. MAX
TRIB. POT
COS. III. P. P
PROC. RES
TITVIT

(2) Nummus hic Poſtumi rariſſimus eſt; ſequens verò inter rariores recenſendus.

(3) Nummus hic Poſtumi cum rarioribus adnumerandus: ſequentes verò rariſſimi.

(4) Hi nummi pertinent ad annum Chriſti 265. quo Poſtumus quintum Imperii annum auſpicatus eſt ac Decennalia Vota ſuſcepit, quæ quominus ſolvere poſſet obſtitit militum ſuorum levitas, à quibus interfectus eſt, cum ſeptimum tyrannidis annum degeret, ut ſcribit variis in locis Pollio.

POSTVMVS PIVS AVG.

REST ORBIS. (1) Imperator paludatus porrigens dextram figuræ capite radiato, & comâ promiſsâ. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi laureatum, ad humeros.

ROMAE AETERNAE. Figura muliebris galeata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam. *Regius. Farneſianus.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

SAECVLI FELICITAS. Figura militaris gradiens, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.

SAECVLI FELICITAS. Figura laureata & paludata gradiens, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ globum. *MB.*

Eadem epigraphe.

SAECVLO FRVGIFERO. Caduceum alatum. *MB.*

Eadem epigraphe.

SALVS AVG. Æſculapius ſtans, dextrâ baculum cum ſerpente. *MB.*

. . . .

SALVS EXERCIT. (2) Æſculapius cum Hygiâ ſtantes cum attributis. *MB.*

POSTVMVS PIVS AVG.

SALVS EXERCIT. Æſculapius. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi laureatum, ad humeros.

SALVS EXERCITI. (3) Æſculapius ſtans dextrâ baculo ſerpente circunvoluto innixus; pro pedibus à ſiniſtris globus. *Regius.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

SALVS EXERCITVS. Æſculapius. *MB.*

Eadem epigraphe.

SALVS EXERCITVS. Salutis ſedentis typus, dextrâ pateram, ſiniſtrâ temonem tangens. *MB.*

POSTVMVS PIVS AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad humeros.

SALVS POSTVMI AVG. (4) Salus à dextris, & Æſculapius à ſiniſtris ſtantes cum attributis. *Regius.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

SALVS PROVINCIARVM. (5) Rheni bicornis ſimulacrum.

Eadem epigraphe.

SARAPI COMITI AVG. Figura ſeminuda capite calathum gerens, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.

SERAPIDI COMITI AVG. (6) Deus Serapis cum roſtro navis ad pedes. *MB.*

Eadem epigraphe.

SERAPIDI COMITI AVG. Figura ſtolata ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

POSTVMVS PIVS AVG.

VBERTAS AVG. Figura ſtans, dextrâ cornucopiæ, ſiniſtrâ cornu inverſum. *MB.*

VIRTVS POSTVMI AVG. Caput Poſtumi galeatum, ad humeros cum loricâ.

VICTORIA AVG. Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam: pro pedibus captivus humi ſedens manibus poſt terga revinctis. *Brandenburg.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

VICTORIA AVG. (7) Currus triumphalis cum bijugis. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. Victoria alata, dextrâ ſertum, ſiniſtrâ pilum. *MB.*

POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi galeâ plurimis figuris ornatâ inſtructum, ad humeros cum loricâ, dextrorſum.

VIC GERM P M TR P V COS III P P. (8) Imperator paludatus ſtans, dextrorſum converſus, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ ſpiculum inverſum; pone eum ſtat Victoria ei coronam imponens. *Brandenburg.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

VIRTVS AVG. Hercules dextrâ clavam, ſiniſtrâ leonis exuvias & arcum. *MB.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG. Figura gradiens, dextrâ pilum, ſiniſtrâ parmam. *MB.*

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. Capita Poſtumorum jugata ac laureata, ad humeros.

VIRTVTI AVG. (9) Capita Poſtumorum jugata, alìud laureatum, aliud galeatum. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe.

VIRTVTI AVGG. Capita Poſtumorum ut ſuprà. *MB.*

(1) Nummus hic Poſtumi cum rarioribus adnumerandus.
(2) Nummi Poſtumi cum hoc typo, & hac epigraphe inter rariores recenſendi.
(3) Hæc epigraphe & hic typus in Poſtumo tantum occurrunt. Cuſi autem videntur hi nummi, cum ſæva peſtis per Romanas Provincias graſſaretur. Nummus rarus.
(4) Nova epigraphe, novus typus. Nummus hic inter rariores recenſendus.
(5) Nummus hic Poſtumi rariſſimus. Vide quæ de ſimili argenteo ejuſdem Auguſti infrà monemus.
(6) Vide quæ ad ſimilem nummum æreum tertii moduli ejuſdem Auguſti infrà adnotamus.
(7) Nummi Poſtumi cum hoc typo inter rariores recenſendi.
(8) Ob victorias de Germanis relatas dictus fuit etiam Poſtumus Germanicus Maximus, uti ſuprà monuimus ad nummum, qui tertium ipſius Conſulatum præfert. Nummus hic rariſſimus.
(9) Poſtumos ob robur & fortitudinem Marti & Herculi fuiſſe comparatos nummi eorum teſtantur. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

AETERNITAS AVG. (1) Tria capita radiata. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

CASTOR. (2) Figura militaris paludata, dextrorſum converſa ſtans, dextrâ equum tenet, ſiniſtrâ haſtam. *Cham. SG.*

IMP POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

CONCORD EQVIT. (3) Figura muliebris pede dextro proræ navis impoſito ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ navis gubernaculum tenet. *Regius. Hen. Fauvel.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C POSTVMVS P F AVG.

CONCORDIA EQVITVM. Typus ut ſuprà abſque literis in imâ parte. *MB.*

Eadem epigraphe.

CONCORD MILIT. Miles inſiſtens proræ navis, dextrâ pateram, ſiniſtrâ ſcutum. *MB.*

POSTVMVS PIVS AVG.

COS IIII. Figura alata, dextram capiti admovens, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

COS IIII. (4) Victoria ſeminuda gradiens à dextris ſiniſtrorſum, veſtem ſummâ liciniâ apprehenſam ſuſtollit dextrâ, palmæ verò ramum præfert ſiniſtrâ. *Fouc. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COS V. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

DIANAE LVCIFERAE. (5) Figura muliebris altè ſuccincta venatricis habitu, progrediens à dextris ſiniſtrorſum, facem accenſam geſtat utrâque manu. *Fouc. Regius. Cham. Fauvel. Bau. Fontaine. Laiſné.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

DIANAE REDVCI. (6) Diana typo quo ſuprà, ſiniſtrorſum converſa ac retrolpiciens, cervum ducit dextrâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. DC. Cham. Fontaine. Laiſné.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. Fauvel. SG. Fontaine. B.*

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. Poſtumorum patris & filii capita laureata & jugata, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS TEMP. (7) Triremis à ſiniſtris dextrorſum, cum quatuor remigibus, & labaro erecto in medio. *Fouc.*

IMP POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

(1) Typus hic novus; nummus rariſſimus.

(2) Cum eâdem epigraphe & eodem typo habentur nummi in Geta Cæſare. Caſtor & Pollux duo ſive Ledæ, ſive Nemeſis filii Dioſcuri appellati: *Hic pugnis, ille equis ſuperare nobilis*, ut ſcribit lib. 1 Od. XII. Horatius poſt Homerum Odyſſ. lib. XI. Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. Statius lib. 1. Sylv.

Monſtrabunt acies Mavors, Aſtræaque virgo,
Flectere Caſtor equos. ———

Addit Pindari Scholiaſtes ad 5. Od. Pyth. binos equos à Caſtore primùm currui junctos: quæ deinde cauſa fuit cur ludorum Circenſium unà cum fratre Præſes haberetur. Nummus hic rariſſimus.

(3) Hæc epigraphe in Poſtumis & Aureolo tantùm occurrit: Vide quæ dicimus infrà ad nummum FIDES EQUITUM. Nummus hic rarus.

(4) Nummus hic Poſtumi rarus; ſequens verò inter rariores recenſendus. Vide nummos ſimiles ejuſdem Auguſti ex ære tertii moduli.

(5) Ut in Gallieni nummo tertii moduli Luna, ita hìc Diana Lucifera appellatur, quòd eadem Dea eſſet, Luna & Lucina à lucendo dicta, ut præclarè obſervat lib. II. de Nat. Deor. Cicero, qui ſubjungit ut apud Græcos Dianam, eamque Luciferam: ſic apud Romanos Junonem Lucinam à parientibus invocari ſolitam. Hæc epigraphe in Juliæ Piæ nummo tantùm occurrit. Vide nummos Claudii Gothici cum epigraphe DIANA LUCIFERA, & eodem typo. Nummus hic rarus.

(6) Præfectam viis fuiſſe Lunam, ſive Dianam auctor eſt Feſtus in V. *Juvenalia*: idem ſcribit Phurnutus, qui Ἐνοδίαν idcirco vocatam teſtatur. Callim. hym. in Dianam:

——— Καὶ μὲν ἀγυιαῖς
Ἔσσῃ, καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος.

Eriſque & viis & portubus præfecta. Quamobrem Dianæ gratias rectè agebat Poſtumus, quòd ſe ex barbarico bello non ſalvum duntaxat, ſed victorem reduxiſſet. Hæc epigraphe haud alias comparet; nummus verò inter raros collocandus.

(7) Nummus hic rariſſimus ob typi novitatem, felicitatem temporum prædicat poſt aliquam felicem expeditionem ultrà mare, & quidem in Britanniam à Poſtumo ſuſceptam; quod ſanè confirmare videntur duo ejuſdem Auguſti nummi; alter ejuſdem typi cum epigraphe *Lætitia Aug.* alter cum Inſcriptione *Neptuno Reduci.* Ubi vide quæ adnotamus.

FIDES EQVIT. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pateram tenet dextrâ, labarum verò erectum ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Fouc. Fontaine.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

FIDES EQVIT. (1) Typus ut ſuprà cum P. in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES EXERCITI. Signa militaria quatuor erecta, quorum intermedia duo aquilam habent in ſummitate. *Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES EXERCITVS. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham. Bau. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alteri verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. DC. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNA AVG. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNA AVG. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, cætera ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham. Fauvel. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNA REDVX. Templum diſtylum rotundum, in quo figura muliebris typo quo ſuprà, cum rotâ juxtà eam à ſiniſtris. *Fouc. Regius.*

. . . .

GERMANICVS MAXV. (3) Trophæum armorum cum duobus captivis hinc inde aſſidentibus. *MB.*

POSTVMVS PIVS AVG.

HERC DEVSONIENSI. Hercules ſtans, dextrâ clavam, ſiniſtrâ arcum. *MB.*

IMP CAES POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

HERC DEVSONIENSI. Hercules nudus ſtans, dextrâ clavæ innixus, ſiniſtrâ arcum & leonis exuvias tenet. *RE.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

HERC DEVSONIENSI. Typus ut ſuprà. *Regius. M MA. Cham. Hen. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERC DEVSONIENSI. (4) Templi tetraſtyli facies cum gradibus, in quo Hercules nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, leonis verò exuvias geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Le Roy. Fauvel. Fontaine.*

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. Capita Poſtumorum jugata & laureata, ad pectus cum loricâ.

HERCVLI ERYMANTHINO. (5) Hercules humeris aprum ferens; pro pedibus à ſiniſtris vas quoddam. *Regius. MB.*

Eadem epigraphe. Capita Poſtumorum patris & filii.

HERCVLI IMMORTALI. (6) Hercules Cerberum tenens incatenatum. *MB.*

Eadem epigraphe. Capita Poſtumorum jugata & laureata, ad humeros cum paludamento.

HERCVLI INVICTO. (7) Hercules ſtans pede dextro monſtrum proterens, ſiniſtrâ clavam & leonis exuvias tenet. *Regius. RE. MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

HERCVLI MACVSANO. (8) Hercules nudus ſiniſtrorſum converſus ſtans, dextrâ

(1) Cæſar lib. VI. de Bello Gall. *In omni Galliâ eorum hominum, qui in aliquo ſunt numero, atque honore, genera ſunt duo: nam plebs penè ſervorum habetur loco, quæ per ſe nihil audet, & nulli adhibetur conſilio..... Sed de his duobus generibus, alterum eſt Druidum, alterum equitum.* Atque ubi de Druidis fusè diſſeruit, hæc de equitibus addit: *Ii, cum eſt uſus, atque aliquod bellum incidit, omnes in bello verſantur: atque eorum, ut quiſque eſt genere, copiiſque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos, clienteſque habet: hanc unam gratiam, potentiamque noverunt.* Gallicæ igitur nobilitatis benevolentiam captat Poſtumus, non his nummis ſolùm, ſed aliis etiam infrà deſcriptis, quibus ejuſdem Virtutem commendat. Cæterum hæc epigraphe & hic typus in Poſtumo tantùm occurrunt. Nummi hi ex argento rari.

(2) Nummus hic Poſtumi ac duo ſequentes rari.

(3) Nummum hunc rariſſimum profert Mediobarbus ex Triſtano. Poſtumus autem dicitur Germanicus Maximus, & in nummo aureo in quo ipſe tertiùm Conſul exhibetur; ubi vide quæ adnotavimus.

(4) Deuſona urbs primaria Francorum trans Rhenum habitantium, ubi colebatur Hercules inde dictus Deuſonienſis. De Hercule autem hoc Deuſonienſi vide Cl. Triſtanum tom. III. pag. 145. Hæc epigraphe & hic typus in Poſtumo tantùm occurrunt.

(5) De apro Erymanthino nota eſt fabula; hæc autem epigraphe & hic typus in Poſtumo tantùm occurrunt. Nummus hic rariſſimus.

(6) Nova epigraphe, novus typus hujus nummi, quem refert Mediobarbus ex Patini Theſauro. Nummus hic rariſſimus.

(7) Epigraphe & typus hujus ac ſequentis nummi in Poſtumo tantùm occurrunt. Uterque nummus rariſſimus.

(8) De Hercule Macuſano vide Cl. Triſtanum tom. III. pag. 146. & Oiſelium pag. 239.

poſt tergum retroactâ, clavæ rupi impoſitæ innititur ſiniſtrâ, quâ & leonis exuviás geſtat. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis rypo.

HERC PACIFERO. (1) Hercules nudus vulru dextrorſum converſo ſtans, ramum elatum tener dextrâ, clavam verò cum leonis exuviis geſtar ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. DC. M MA. Cham. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERCVLI ROMANO AVG. Arcus, clava & pharetra. *Regius. MB.*

POSTVMVS AVG. Poſtumus capite radiato, ad pectus cum leonis exuviis, dextrâ geſtat clavam humero dextro.

HERCVLI ROMANO AVG. (2) Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. *Fouc. Regius. Cham.*

IMP POSTVMVS P F AVG.

IMP X COS IIII. Victoria ſtans, dextrâ elatâ cum ſerto, ſiniſtrâ palmam humi fixam tenens. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

IMP X COS V. (3) Victoria ſtans, ſiniſtrorſum verſa, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tener palmæ ramum oblongum humi fixum. *Regius. Fauvel. Hen. MDM.*

Eadem epigraphe. Capur Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. (4) Jupiter nudus cum pallio ſtans, dextrâ tenet fulmen, ſiniſtra haſtæ innixus. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI PROPVGNAT. Jupiter nudus cum pallio à tergo volitante, fulmen dextrâ jaculatur, ſiniſtrâ elatâ. *Regius. Cham.*

Eadem epigraphe eum eodem capitis typo.

IOVI PROPVGNATORI. Jupiter typo quô ſuprà, ſed aquilam renens ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val. SG. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI STATORI. (5) Jupiter nudus dextrorſum converſus retroſpiciens, haſtæ adnititur dextrâ, fulmen verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. Fontaine.*

IMP CAES POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

IOVI STATORI. Typus ut ſuprà. *RE.*

POSTVMVS AVG. Poſtumus capite radiato, ad pectus cum ſpoliis leonis, dextrorſum, dextrâ tener clavam ad humerum dextrum.

IOVI STATORI. (6) Typus ut ſuprà. *MDM. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI STARORI. (ſic) Typus ur ſuprà. *Fauvel.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

IOVI VICTORI. (7) Jupiter nudus ſiniſ-

(1) Nummus bic ad annum *266.* commodiſſimè referetur, quo Gallienus Coſn. Salonini cædem ulciſci deſperans, Gallicum bellum mutuis cladibus huc uſque tractum tandem omiſit, ut Scythicis gentibus quæ à quindecim fermè annis per Europam & Aſiam graſſabantur, univerſis viribus obſiſteret; cum ea tunc temporis eſſet Imperii conditio, ut adverſus unum hoſtem ſatis validum, duo ſimul bella ſuſtinere nequiret. Sed hanc pacem ſuæ virtuti, quàm Reipublicæ calamitatibus acceptam referre maluiſſe Poſtumum indicat nummus hic, cujus ſimiles infrà habes in ære.

(2) Ejuſdem epigraphes nummi occurrunt ante Poſtumum in Commodo tantùm; quos quidem pluribus illuſtrat Oiſelius pag. 234. & ſequentibus. Occurrunt etiam in Probo, ubi vide quæ adnotamus. Poſtumus autem *Hercules Romanus* dici merito potuit, qui tot labores militares pro Republica obierit, tot gentes, & barbaras nationes vi bellica domuerit; *nam Poſtumum ſubmotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in priſtinam ſecuritatem revocaſſe Imperium*, ſcribit Pollio. Nummi hi rariſſimi ſunt; ſequens verò nummus haud obvius.

(3) Poſtumum ſeptem annos in Galliis imperaſſe pluribus in ejus Vitâ monuimus. Vide quæ infrà ad nummum in quo decimus Tribunitiæ Poteſtatis annus exhibetur, adnotamus. Nummi hi rari.

(4) Nummi cum hac epigraphe in Poſtumo rariſſimi ſunt; ſequentes verò duo haud obvii.

(5. Vide quæ ad ſimilem nummum aureum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus. Jovem autem Statorem nuncupatum inde volunt, quod ſtiterit ad radicem montis Palatini exercitum Romanum à Sabinis fuſum. Vide Livium lib. 1. Plutarchum in Romulo, & Dionyſium Halicarnaſſeum lib. 2. At Seneca ab his diſſentit lib. IV. de Benefic. cap. VII. *Quoties*, inquit, *voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellare, & Jovem illum Optimum Maximum ritè dices, & Tonantem, & Statorem: qui non (ut Hiſtorici tradiderunt) ex eo, quod poſt votum ſuſceptum, acies Romanorum fugientium ſtitit, ſed quod ſtant beneficio ejus omnia, Stator, Stabilitorque eſt.*

(6) Nummus hic & ſequens ob capitis typum cum rarioribus adnumerandi.

(7) Nummi cum hac epigraphe in Poſtumo inter rariores recenſendi. Ædem autem Jovis Victoris in Regione x. in Palatio ponit P. Victor. Huic Jovi bello cum Samnitibus & Gallis ædem voviſſe Quintum Fabium teſtatur Livius lib. x. cap. XXIX. *Ipſe ædem Jovi Victori, ſpoliaque hoſtium cum voviſſet, ad caſtra Samnitium perrexit.* Et mox: *Fabius, dimiſſis ad quærendum collegæ corpus, ſpolia hoſtium conjecta in acervum Jovi Victori cremavit.* Cæterum paſſim Imperatorum occurrunt nummi cum epigraphe Jovi Victori, vel quod victoriarum gloriam in eum transferre, vel potius ſe ipſi ſub Jovis Victoris habitu, & forma deſignare vellent, quaſi ſuis auſpiciis Victoria ab hoſtibus reportata fuiſſet.

trorſum converſus, fulmen jaculatur dextrâ, ſiniſtrâ verò haſtam geſtat humero ſiniſtro. *Fouc. Regius. Cham. SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LAETITIA AVG. Triremis à dextris ſiniſtrorſum, cum quatuor remigibus. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. Fontaine.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

LAETITIA AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

MARS VICTOR. (1) Figura militaris galeata vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MERCVRIO FELICI. (2) Mercurius nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, dextrorſum converſus ac retroſpiciens, crumenam tenet dextrâ, caduceum ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Fauvel. Hen. Fontaine. Laiſné.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MINER FAVTR. (3) Minerva tunicata & ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum; ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò ferratam cum clypeo ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. DC. Cham. Hen. Deleſves. Fontaine. Laiſné.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MONETA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. DC. Cham. MDM. Farneſianus.*

IMP CAES POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

NEPTVNO REDVCI. (4) Neptunus nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, delphinum ſuſtinet dextrâ, tridenti verò adnititur ſiniſtrâ. *Fontaine.*

Alius cum anchorâ pro pedibus à dextris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. DC. Cham. SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Sol capite radiato nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ extensâ & expansâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Le Roy. Cham. MDM.*

Alius cum P. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Hen.*

IMP CAES POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: in areâ C. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PACATOR ORBIS. Caput Solis radiatum, ad humeros cum paludamento. *RE.*

POSTVMVS PIVS AVG.

PACATOR ORBIS. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

PACATOR ORBIS. (5) Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham. Fauvel. Fontaine. Laiſné.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. Figura muliebris tunicata ac ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. MMA. Cham. Fontaine. B.*

POSTVMVS AVG. Poſtumus capite radiato, ad pectus cum ſpoliis leonis dextrorſum, dextrâ geſtat clavam humero dextro.

(1) Nummi Poſtumi cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt.

(2) Hæc & ſequens epigraphe in Poſtumo tantùm occurrunt. Deûm maximè Mercurium à Gallis cultum fuiſſe teſtatur Cæſar lib. VI. de bello Gall. *Hunc*, inquit, *omnium inventorem artium ferunt: hunc viarum atque itinerum ducem: hunc ad quæſtus pecuniæ, mercaturaſque habere vim maximam arbitrantur.* Vide Gerard. Joan. Voſſ. de Idololat. lib. II. cap. 32. Poteſt hic nummus & ad Poſtumi ingenium referri. Vide ſequentem notam. Nummus rarus.

(3) Poſtumum non bellicis ſolùm, ſed civilibus etiam virtutibus claruiſſe demonſtrant Valeriani teſtimonia, cujus judicium in æſtimandis ingeniis maxime commendat Pollio: præterquàmquod enim hunc in Epiſtolâ ad Gallos ita laudaſſe fertur, ut nec militarem diſciplinam in caſtris, nec jura in foro, nec dignitatem in curiâ hoc præſente perire poſſe affirmaret: nepotem etiam è Gallieno Com. Saloninum ejus fidei commiſit, cum nullum è Ducibus reperiret, qui majorem comitatem cum ſummâ gravitate ac ſingulari fortitudine conjunctam haberet. Quamobrem Minervam Poſtumo faventem Galli jure merito exhibuerunt, cum artium hæc & ſapientiæ Dea vulgò haberetur. Cæterum Poſtumi ingenii monimentum ſit etiam ſuperior nummus MERCVRIO FELICI inſcriptus. Nummus hic nunc rarus, olim rariſſimus fuit.

(4) Expeditionem aliquam ultrà mare, & quidem in Britanniam, ut videtur, à Poſtumo ſuſceptam fuiſſe arguit hic nummus poſt fortiſſimi Principis reditum cuſus. Similis epigraphes nummos in Veſpaſiano, Tito, & Hadriano reperies, quorum illos Urbem è Judæâ adnavigaſſe, hunc peragratis omnibus Provinciis Italiam tandem navibus repetiiſſe teſtantur Scriptores. Nummus hic rariſſimus.

(5) Cur Poſtumus Pacator Orbis appellatus, dicimus infrà ad nummum ſimilem ejuſdem Auguſti ex ære tertii moduli. Nummus hic inter rariores recenſendus.

PAX AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fauvel.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

PAX AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham. Fontaine.*

Alius cum P. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy. Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX EQVITVM. (2) Typus ut ſuprà: in imâ parte T. *Regius. Cham. Fontaine. MB.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. (3) Figura muliebris ſtans manibus expanſis. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, figuram puerilem ſuſtinet dextrâ, alteram ſiniſtrâ: à dextris alia figura puerilis ſtans, alia à ſiniſtris. *Fouc.. Regius. Cham. Fontaine. MB.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

P M TR P COS II PP. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Collegii.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

P M TR P COS II PP. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. M MA. Le Roy. MDM. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS III PP. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. Laiſné.*

Eadem epigraphe.

P M TR P COS III PP. Figura militaris gradiens, dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ ſpolia. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P III COS III PP. Mars nudus & galeatus cum pallio utrinque volitante gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, trophæum verò humero ſiniſtro. *Laiſné.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P IIII COS III PP. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. DC. Cham. Fontaine. Laiſné. MB.*

POSTVMVS PIVS AVG.

P M TR P COS IIII PP. Imperator togatus in quadrigis, dextrâ lauream. *MB.*

POSTVMVS AVG. Poſtumus capite radiato, ad humeros cum leonis exuviis, dextrâ geſtat clavam ad humerum dextrum.

P M TR P VIII COS IIII PP. (4) Arcus, clava & pharetra. *Regius. Fontaine.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P VIII COS IIII PP. Typus ut ſuprà. *Fouc. DC. Val. MDM. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P X COS V PP. Victoria ad ſiniſtram verſa ſtans pede lævo globo impoſito, clypeum tenet in quo VO XX. *DC. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P X COS V PP. Imperator togatus capite laureato, dextrâ elatâ tenet ſceptrum, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P X COS V PP. (5) Imperator capite laureato togatus ſtans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtra ſceptrum. *SG.*

IMP POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum.

POSTVMVS PIVS FELIX AVG. Duo capita jugata Poſtumorum patris & filii. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Val. Hen. Fontaine. B.*

(1) Nummus hic Poſtumi ob capitis typum inter rariores recenſendus.

(2) Hæc epigraphe in Poſtumis tantùm occurrit, eâque Nobilitatem Gallicam, cujus gratiam hi tyranni ambiebant, pace virtute ſuâ partâ deinceps fruituram deſignatur, cum omiſſo Poſtumi laceſſendi conſilio, Gallienus univerſas vires in Gothos convertiſſet. Nummus hic cum rarioribus collocandus.

(3) Nummus hic Poſtumi ac ſequens cum rarioribus adnumerandi.

(4) Nummum hunc commendat capitis typus, ſequentes quoque notâ X. Trib. Poteſtatis inſignes inter rariores recenſendi.

(5) Poſtumum haud ultrà ſeptem annos Gallias tenuiſſe, & Pollio variis in locis teſtatur, & ipſa rerum Gallieni ætate geſtarum ſeries ſuadet. At Eutropius pro nummo eſt; *Poſtumum*, inquit, *in Galliâ obſcuriſſimè natus purpuram ſumpſit, & per annos decem ita imperavit, ut conſumptas ferè Provincias ingenti virtute & moderatione reparaverit.* Idem teſtatur & Paulus Oroſius. Quâ verò ratione decimus Tribunitiæ Poteſtatis annus in hiſce nummis propugnari poſſit, eruditi viderint.

IMP CAES POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ut ſuprà, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ ſceptrum. *RE.*

POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi galeatum.

PROVID DEOR COS III. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ elatâ, ſtellam reſpiciens. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

RESTIT GALLIARVM. (2) Poſtumus laureatus ac paludatus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, figuram muliebrem ſtolatam procumbentem, ac cornucopiæ geſtantem ſiniſtrâ, ſublevat dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR GALLIAR. Poſtumus typo quo ſuprà, vultu dextrorſum converſo, captivi dorſum calcans pede dextro, muliebrem figuram capite turrito procumbentem ac cornucopiæ geſtantem ſiniſtrâ, ſublevat dextrâ. *Fouc. Regius. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

REST ORBIS. Poſtumus typo quo ſuprà, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, figuram muliebrem ſtolatam in genua provolutam, & cornucopiæ geſtantem ſiniſtrâ, ſublevat dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Le Roy. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR ORBIS. (3) Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

RESTITVTORI GALLIAE. (4) Figura turrito capite, ſiniſtrâ cornucopiæ, in genu dextrum procumbens, cui Imperator paludatus ſtans, dextro pede captivum calcans, ſiniſtrâ haſtam tenens, dextram porrigit. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

SAECVLI FELICITAS. Poſtumus laureatus ac paludatus, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Val. Le Roy. Deeleſves. Fontaine.*

IMP CAES POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

SAECVLI FELICITAS. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

SAECVLO FRVGIFERO. Caduceus alatus. *Fouc. Regius. Cham. Fauvel. Hen. MDM. Deeleſves. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVG. Æſculapius cum pallio, ſiniſtrorſum converſus ſtans ac retroſpiciens, baculum ſerpente circunvolutum humi poſitum tenet dextrâ, ſiniſtrâ pallio involutâ: à ſiniſtris juxtà pedes globus. *Fouc. Regius. Cham. Fauvel. SG. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſerpente circunvolutam, dextrâ pateram tenet quâ ſerpentem paſcit, navis verò gubernaculum tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Fauvel. MDM. Fontaine.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

SALVS AVG. Salus ſedens ante aram cum ſerpente. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS EXERCITI. (5) Æſculapius cum pallio, ſiniſtrorſum converſus ac retroſpiciens, baculum ſerpente circunvolutum humi poſitum tenet dextrâ, ſiniſtrâ pallio involutâ: à ſiniſtris juxtà pedes globus. *Fouc. Regius. Cham. Fauvel. Laiſné.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS POSTVMI AVG. Figura muliebris ſtolata, ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſerpentem tenet dextrâ, ſiniſtrâ verò pateram quâ eum paſcit. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. Deeleſves. Fontaine.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

(1) Nummi Poſtumi cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

(2) Quem titulum Gallieno collatum ſuperiùs vidimus, eodem donatum à ſuis fuiſſe Poſtumum hi nummi fidem faciunt: quàm potiori jure nemo non videt; cum & Gallieni auſpiciis Germanos Poſtumus è Galliis antea repuliſſet, & poſtquam huic Provinciæ imperitare cœpit, plerarumque urbium mœnia inſtauraverit, caſtriſque in barbarico ſolo extructis, & firmiſſimis præſidiis in utrâque Rheni ripâ collocatis, Galliarum ſaluti ac tranquillitati, quàm optimè fieri poterat, conſuluerit. Nummus hic ac duo ſequentes cum rarioribus adnumerandi.

(3) Vide Valeriani & Gallieni nummos cum eadem epigraphe.

(4) Nummum hunc Poſtumi rariſſimum profert Mediobarbus ex Smetio. Cum eadem epigraphe, & eodem fermè typo habentur nummi Hadriani, ut videre eſt apud Vaillantium, & Mediobarbum.

(5) Nummi cum hac & ſequenti epigraphe in Poſtumo tantùm occurrunt. Hi nummi haud obvii ſunt.

SALVS PROVINCIARVM. Rhenus bicornis jacens à ſiniſtris dextrorſum, cubito ſiniſtro urnæ innixus, ſiniſtrâ arundinem tenet, anchoram verò dextrâ *Le Roy. MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

SALVS PROVINCIARVM. (1) Typus ut ſuprà. *Regius. Cham. Val. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SERAPI COMITI AVG. Serapis paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ protenſâ & expanſâ, haſtam tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Cham. MMA. Fouc. SG. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SERAPI COMITI AVG. Typus ut ſuprà, cum prorâ navis pro pedibus. *Fouc. Fauvel. Regius. Cham. MDM. Fontaine.*

IMP CAES POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

SERAPIDI COMITI AVG. Typus ut ſuprà, abſque prorâ navis. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

TR P COS II PP. (2) Figura militaris galeata ac paludata ſtans, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ haſtam. *RE.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VBERTAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, crumenam tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Hen. MDM. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VBERITAS AVG. Typus ut ſuprà. *Cham. Hen.*

POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VBERITAS AVG. Typus ut ſuprà. RDR.

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata ac ſuccincta, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ; ante eam captivus humi ſedens, manibus poſt tergum revinctis. *Fouc. Regius. Cham. Frad. Fontaine. B.*

VIRTVS POSTVMI AVG. Caput Poſtumi galeatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVG. (3) Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

IMP CAES POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

VICTORIA AVG. Victoria coronans Imperatorem. *MB.*

IMP C POSTVMVS PIVS F AVG.

VICTORIA AVG. Victoria gradiens, dextrâ lauream tenet, ſiniſtrâ palmam; ad pedes captivus, manibus poſt terga revinctis. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam. *Farneſianus.*

POSTVMVS AVG.

VIC GERM P M TR P V COS III PP. (4) Victoria coronans Imperatorem. *MB.*

IMP POSTVMVS P F AVG.

VIC GERM P M TR P V COS III PP. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. Mars nudus & galeatus cum pallio à tergo pendulo ſtans, haſtæ ferratæ admititur dextrâ, clypeum verò humi poſitum tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. DC. Fauvel. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. (5) Imperator ad ſiniſtram gradiens, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum: pro pedibus captivus humi ſedens. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Imperator paludatus ſtans dextram

(1) Hic typus atque hæc epigraphe in Poſtumis tantùm occurrunt. Pleraſque Galliarum civitates ab hoc tyranno reparatas, aliquot etiam caſtella in barbarico ſolo extructa fuiſſe prodit Pollio: quamobrem hujus Provinciæ tranquillitati optimè conſultum hic nummus deſignat, cum tot præſidiis firmata eſſet in utrâque Rheni ripâ collocatis. Barbaris itaque, qui Gallias invaſerant, ultrà Rhenum denuò excedere coactis, nummo *Salus Provinciarum* inſcribi voluit, & in eo Rhenum exhiberi, utpote quia Galliarum Provinciæ per Rhenum à Germaniâ ſecluſæ. Sic Pollio in Gallieno: *Poſtumus Gallias ab omnibus circumfluentibus Barbaris validiſſimè vindicavit.* Et idem Scriptor in Poſtumo: *Siquidem nimius amor erga Poſtumum omnium erat in Gallica gente populorum, quod ſubmotis omnibus Germanicis gentibus, Romanum in priſtinam ſecuritatem revocaſſet Imperium.* Vide Oroſium lib. VII. cap. XXII. Nummus hic & ſequens rari.

(2) Nummus hic Poſtumi cum rarioribus adnumerandus; ſequentes verò haud obvii.

(3) Capitis epigraphe in illis temporibus rara.

(4) Nummus hic Poſtumi rariſſimus. Vide quæ ad ſimilem aureum ejuſdem Auguſti ſuprà monuimus.

(5) Rarioribus adnumerandi videntur hic & ſequens Poſtumi nummi.

dextram trophæo à dextris inter duos captivos humi ſedentes erecto imponit, ſiniſtrâ paludamentum colligit. *Fontaine.*

IMP POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VIRTVS EQVIT. Mars ad ſiniſtram gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ clypeum. *Regius. Cham. Le Roy.*

. . . .

VIRTVS EQVITVM. Mars gradiens cum haſtâ & ſcuto. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS EQVITVM. (1) Hercules nudus ſtans, dextrâ poſt tergum deductâ, ſiniſtrâ clavæ rupibus impoſitæ innixus, quâ & leonis exuvias tenet: in imâ parte ⋍. *Regius. Cham.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau. Fontaine. Laiſné.*

POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VIRTVTI AVGVSTI. (2) Hercules ſtans, dextrâ poſt terga deductâ, ſiniſtrâ clavæ innixus. *Cham.*

(1) Hæc epigraphe in Poſtumis tantùm occurrit. Vide quæ diximus ſuprà ad nummos ejuſdem Auguſti cum epigraphe FIDES EQVITVM. PAX EQVITVM. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

(2) Poſtumum in nummis cum Hercule comparatum à Gallis ob fortitudinem fuiſſe jam alio loco obſervavimus: & ſanè præter aſſidua bella cum Gallieno, Germanos etiam, ſive hi indigenæ erant ac veteres Romani nominis hoſtes, ſive advenæ Scythæ, variis præliis ab illo profligatos fuiſſe fidem imprimis faciunt alii nummi, quibus Germanici Maximi titulum ut Gallieno antea, ita Poſtumo quoque collatum fuiſſe comperimus. Nummus hic rariſſimus.

NUMISMATA ÆREA LATINA
maximi moduli, vulgò Medaglioni.

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

FELICITAS PVBLICA. (1) Figura muliebris capite radiato ſtans, dextrâ caduceo oblongo innixa, ſiniſtrâ cornucopiæ geſtat. *Lamoignon.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ. *Fauvel.*

IMP C M CASS LATI POSTVMVS P F AVG. Capita laureata & jugata Poſtumorum, vel Poſtumi & Herculis, ad humeros.

HERCVLI COMITI AVG COS III. Hercules nudus cum clavâ & leonis exuviis, ſtat inter Poſtumum velatum & togatum à ſiniſtris, dextrâ libantem paterâ ſuper tripodem ignitum, ſiniſtrâ codicillos tenentem; & popam à dextris, ſecurim humero dextro gerentem, ſiniſtrâ ducentem victimam. *Morell.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

LAETITIA AVG. Triremis à dextris ſiniſtrorſum, in quâ quatuor remiges: in imâ parte S C. *Frad. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS III PP. (2) Figura militaris galeata ſtans, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ haſtæ ferratæ innixa: in areâ S C. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR GALLIAR. Imperator galeatus & paludatus ſtans, dextrâ fœminam in genua procumbentem, & cornucopiæ lævâ gerentem ſublevat, ſiniſtrâ haſtæ adnititur. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVG. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ſerpentem aræ circunvolutum, & dextrâ apprehenſum paſcit ex paterâ, quam tenet ſiniſtrâ. *Fauvel.*

Epigraphe exeſa. Capita Poſtumorum jugata & laureata, ad humeros.

(1) Nummi quidem omnes hujus Auguſti ex ære maximi moduli rari ſunt, hic verò cum rarioribus adnumerandus. Poſtumi Inſcriptionem hanc profert Fabrettus pag. 413. è Notis Sirmondi ad Sidonium.

IMP. CAES
M. CASS. LAT
POSTVMO
P. F. AVG. COS
M. P. GABALL. V.

(2) Nummus hic Poſtumi, ac duo ſequentes locum ſibi inter rariores vindicant. Principem hunc Galliarum Reſtitutorem jure merito appellatum fuiſſe monuimus ſuprà ad ſimilem ejus nummum ex argento.

Sine epigraphe, niſi fortè hæc exeſa ſit.

(1) Figura muliebris ſtolata, caduceum oblongum dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ gerens, ſtat inter Poſtumum velatum & togatum à ſiniſtris, libantem ad tripodem; & victimarium à dextris, taurum ducentem. *Regius. Vaillant.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria gradiens, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria ut ſuprà, ſed captivum humi ſedentem pede dextro premit. *De C.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. (2) Victoriæ duæ ſtantes ex adverſo, clypeum unà tenent palmæ arbori appenſum: ad hujus truncum captivi duo hinc inde ſedent: in imâ parte SC. *DeC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIAE AVG. Typus ut ſuprà, cum SC. in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Figura militaris ſtans, dextrâ haſtæ ferratæ, ſiniſtrâ clypeo humi poſito innititur: in areâ SC. *Lamoignon. De C. Brandenburg.*

(1) Nummus hic rariſſimus, ac ſi mulierem excipias, cætera ſimilis illi, quem ex Morellii ſpecimine exſcripſimus ſuprà, cum epigraphe HERCULI COMITI AUG COS III. Sed utriuſque partis epigraphe legi, aut perſpici nullâ ratione potuit.

(2) Nummum hunc Poſtumi, & ſequentem cum rarioribus adnumeres licet; uterque ad victorias de Germanis referendus videtur.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſceptrum tenet ſiniſtrâ: in imâ parte SC. *Foue. Regius.*

IMP CAES M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

ADVENTVS AVGG. Typus ut ſuprà, cum SC. in imâ parte. *RE.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

EXERCITVS AVG. (2) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ; ante ipſum ſtant plures figuræ militares: in imâ parte SC. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

EXERCITVS ISC. (3) Typus ut ſuprà cum SC. in imâ parte. *Triſtanus.*

Eadem. epigraphe cum eodem capitis typo.

EXERCITVS VAC. (4) (ſic) Typus ut

(1) Hic nummus prædicat Adventum Auguſti, ſequens verò Auguſtorum: & fortaſſis cuſi poſt expeditionem illam, in qua Germanos profligavit Poſtumus. Hunc nummum inter rariores recenſet Vaillantius, additque ſimiles nummos ex ære ſecundi moduli tantùm raros eſſe; at ipſe nullibi tales reperi præter hoſce ex ære primi moduli, qui cum rariſſimis adnumerandi ſunt.

(2) Nummus hic, qui Poſtumum ex equo milites alloquentem repræſentat, rariſſimus eſt. Hæc epigraphe & hic typus in Poſtumo tantùm occurrunt.

(3) Hunc nummum rariſſimum ex ære primi moduli profert Triſtanus, ſed neſcio quamobrem illum Poſtumo filio adſcribit. Patinus & Vaillantius inter nummos ſecundi moduli hunc ipſum recenſent; & primus legit cum Triſtano *Exercitus Iſcanicus*: Vaillantius verò Yſcanicus legit; Yſca, inquit, urbs Angliæ in regione Silulorum, in qua ſecunda Legio Auguſti hyemabat, quæ fidem Poſtumo præſtitit. Patinus Iſcam ait in Magna Britannia poſitam in Monumethenſi comitatu, hodie dictam Kaer-leon-at Uſk ſeu urbs legionis ad Iſcam fluvium. Cæterum EXERCITUS IACANICUS dictus fuit ut RAETICUS, DACICUS, BRITANNICUS, JUDAICUS, MAURETANICUS in nummis Hadriani; & veriſimile quidem eſt iſtius exercitus operâ aliquam Poſtumo partam eſſe victoriam.

(4) De hoc nummo nonnulli ſic exiſtimant, VAC. in eo pro AVG. à monetario ſcriptum fuiſſe: contrà Vaillantius hunc ad Vaccos Hiſpaniæ Tarraconenſis populos, per quos Durius fluvius labitur, pertinere arbitratur: ſed Vaccæorum duæ gentes in Hiſpaniâ fuerunt, altera trans, altera cis Iberum. De illâ Plinius lib. v. ſect. 11. Ptolemæus lib. II. cap. 6 Livius cum Dec. III. lib. I. tum etiam Dec. IV. lib. v. & Dec. v lib. x. Hæc juxtà Pyrenæum amplam incoluit ſolitudinem, ut ſcribit Iſidorus Orig. lib. IX. cap. II. qui ſtatim addit Vaſcones (C literâ in S. mutatâ) appellatos, & à Pompeio de montium jugis detractos, in eam urbem congregatos fuiſſe, quæ Convenarum civitatis nomen inde accepit. Vacceiæ etiam regionis in Galliâ Novempopulanâ mentionem in SS. vitia non rarò fieri obſervavit eruditiſſimus vir Abr. Ortelius: quamobrem ad exercitum ejus loci ſpectare hunc nummum facilè crediderim, quò l regreſſo ex Hiſpaniâ ſive Germanos ſive Francos Poſtumi auſpiciis cecidiſſet: niſi malis ad Vacomagos referre, quam Britanniæ gentem fuiſſe Ptolemæus prodit; nam hanc quoque Provinciam Poſtumo paruiſſe plerique omnes opinantur. Hæc epigraphe & hic typus in Poſtumo tantùm occurrunt. Nummus hic olim rariſſimus, nunc inter rariores recenſendus.

ſuprà, cum SC. in imâ parte. *Fouc. Regius. DC. Cham. DeC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS AVG. (1) Arcus triumphalis ſuprà quem trophæum erectum, inter duos captivos humi ſedentes. *Fouc. Regius. DC. Cham. Val. Le Roy. DeC. Fontaine.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS AVG. Trophæum erectum inter duos captivos humi ſedentes: in imâ parte SC. *Fouc. Regius.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS AVG. Figura muliebris paludata & ſtolata ſtans, caduceum oblongum tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: in areâ SC. *Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS PVBLICA. (2) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Regius.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES MILITVM. Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ. *Frad. Val. Cham.*

Alius cum SC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS PIVS F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *MDM.*

VIRTVS POSTVMI AVG. Caput Poſtumi galeatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES MILITVM. (3) Typus ut ſuprà. *DeC.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Regius. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERC DEVSONIENSI. (4) Hercules nudus ſtans in templo tetraſtylo, dextrâ clavæ humi poſitæ innixus, arcum & leonis exuvias tenet ſiniſtrâ. *Regius. Cham. Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERC DEVSONIENSI. Hercules ut ſuprà, ſed abſque templo: in imâ parte SC. *Regius. Frad. Cham. Fontaine.*

VIRTVS POSTVMI AVG. Poſtumus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum tenet.

HERC DEVSONIENSI. Typus ut ſuprà, cum SC. in imâ parte. *Fouc. Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi galeatum, cætera ut ſuprà.

HERC DEVSONIENSI. (5) Typus ut ſuprà, cum SC. in imâ parte. *Fontaine.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Poſtumus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ elatâ.

HERC DEVSONIENSI. Typus ut ſuprà, cum SC. in imâ parte. *Fauvel.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

HER DEVSONIENSI AVG. (6) Typus ut ſuprà. *MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERCVLI MACVSANO. (7) Hercules nudus ſtans, dextrâ lateri innixâ, clavæ humi poſitæ innititur ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias tenet. *Fouc. Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERCVLI PACIFERO. (8) Hercules nudus ſtans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ clavam erectam & ſpolia leonis. *DC. B.*

IMP CASS LAT POSTVMVS P AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

HERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

HERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà. *Regius.*

(1) Hunc Poſtumi nummum inter elegantiores recenſet Vaillantius; at ſequentes duo rariores ſunt, licet ab eodem non recenſeantur.

(2) Licet hic nummus Poſtumi non recenſeatur à Vaillantio, tamen rariſſimus eſt, qui Felicitatem publicam ipſo in Galliis imperante prædicat.

(3) Nummus hic Poſtumi ob capitis epigraphen rarus.

(4) De Hercule Deuſonienſi pluribus Triſtanus tom. III. pag. 145. & Oiſelius pag. 237. & ſeqq. Hoſce porrò nummos cum typo ſequenti raros eſſe ſcribit Vaillantius; at mihi videtur rarior hic, ubi Hercules in templo tetraſtylo exhibetur.

(5) Nummus hic Poſtumi ac ſuperior ob capitis epigraphen & typum cum rarioribus adnumerandi.

(6) Nummus hic Poſtumi rariſſimus, imò ſingularis ob novam epigraphen, quæ Herculem Deuſonienſem Auguſti vel Auguſtum celebrat.

(7) Macuſani ſive Maguſani (nam utroque modo legunt eruditi) Herculis fanum, pagus Scaldiæ inſulæ eſt, unius ex Zelandiis, circà Scaldis fluvii oſtia, hodie *Weſtcappel*. Vide Triſtanum & Oiſelium. Nummus hic inter rariores recenſendus; ſequentes verò haud obvii.

(8) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P P AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo. (1) *Regius.*

.........POSTVMVS P TR P. Caput Poſtumi ut ſuprà.

LAET. Triremis à dextris ſiniſtrorſum, cum quatuor remigibus. *Fouc.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P P AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

LAETITIA. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P P AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

LAETITIA AVG. Typus ut ſuprà. *Regius. DC. Val. Fontaine.*

Alius cum SC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. B.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi laureatum, ad humeros cum paludamento.

LAETITIA AVG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

VIRTVS POSTVMI AVG. Caput Poſtumi galeatum, ad pectus cum paludamento.

LAETITIA AVG. (2) Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Fouc.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

LAETITIA AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte SC. *Regius.*

Eadem epigraphe. Poſtumus capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ elatâ.

LAETITIA AVG. Typus ut ſuprà, cum SC. in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Poſtumus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

LAEITIA AVG. (ſic) Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

.......T L I I A AVG. Typus ut ſuprà. *Frad.*

IMP C M CASS LAT POSTV..... Caput Poſtumi radiatum, ad humeros.

MINER FAVTR. Figura muliebris galeata ſtans, dextrâ palmam tenet, ſiniſtrâ ſcutum & haſtam: in areâ SC. *Fouc.*

IMP S S LAT POSTVMVS P P AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

MINER FAVTR. (3) Typus ut ſuprà. *DeC.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS PIVS. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

MONETA AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

PAX AVG. (4) Victoria ad dextram gradiens, dextrâ geſtat palmæ ramum, alterum ſiniſtrâ. *Cham.*

IMP CAES M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

P M TR P COS PP. Figura militaris galeata ſtans, globum tenet dextrâ, haſtam ſiniſtrâ. *RE.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F A. Caput Poſtumi ut ſuprà.

P M TR P COS II PP. (5) Figura militaris galeata, ad ſiniſtram gradiens, dextrâ tenet haſtam inverſam, alteram geſtat ſiniſtrâ ad humerum ſiniſtrum. *Fouc.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P COS II PP. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ haſtæ ferratæ inverſæ innixa, ſiniſtrâ clypeo humi poſito: in imâ parte SC. *Cham.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P COS II PP. Figura militaris galeata ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ: in areâ SC. *Fouc. Regius. Val. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

(1) Nummus hic Poſtumi rarus.

(2) Nummus hic ob capitis epigraphen rarus. Lætitiam autem Poſtumi deſignare hunc nummum putant nonnulli, quòd, cum in Galliis Imperium ipſi delatum fuerit, eas ut omnium rerum abundantiâ florerent curaverit, inſtauraveritque; cujus rei meminit Pollio in ejus Vita; alii typum hunc ſpectare putant ad quandam felicem expeditionem ultrà mare, & quidem in Britanniam ſuſceptam; quod confirmare videntur duo alii ejuſdem nummi, alter cum eodem typo, inſcriptus FELICITAS TEMPORUM; alter Neptunum exhibens cum epigraphe NEPTUNO REDUCI.

(3) Nummus hic Poſtumi & ſequens rari.

(4) Nummus hic rariſſimus, in quo Victoria gradiens, & utrâque manu palmæ ramum gerens pro typo cernitur; nec abs re quidem; nam paſſim Victoriam pax conſequitur. Sic in Claudii nummo inſcripto PACI AUGUSTAE, Victoria ſtat dextrâ velamen quoddam ante oculos attollens, ſiniſtrâ caduceum tenens, quo caput ſerpentis, cujus caudam pedibus calcat tangit. Veſpaſiani autem nummus ejuſdem ferè eſt typi, ſed inſcribitur PACI AUGUSTI.

(5) Nummi Poſtumi cum hoc typo ac ſequenti rari ſunt.

P M TR P COS II PP. Typus ut ſuprà, cum SC. in areâ. *DC.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

P M TR P COS II PP. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *DC. Frad. Cham. Val.*

Alius cum SC. in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS III PP. Typus ut ſuprà, cum SC. in areâ. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros.

PROVIDENTIA DEOR. (1) Figura muliebris paludata ac ſtolata ſtans, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: in areâ SC. *Fouc.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR GALLIAR. Imperator galeatus ſtans, ſiniſtrâ ſpiculum tenet, dextram verò porrigit figuræ galeatæ in genua procumbenti, quæ haſtam tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR GALLIAR. Typus ut ſuprà. *DC. Cham. DeC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVTOR GALLIAR. Imperator capite radiato ſtans, ſiniſtrâ ſpiculum tenens, dextram porrigit figuræ muliebri galeatæ in genua procumbenti, quæ ſiniſtrâ ramuſculum geſtat: in imâ parte SC. *Regius. Fontaine.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

SALVS AVG. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum ante aram, paſcit ex paterâ ſerpentem. *Fouc. DC. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria ad ſiniſtram gradiens, & pede lævo captivum conculcans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria ad dextram gradiens, coronam lauream tenet dextrâ elatâ, palmæ ramum ſiniſtrâ: in imâ parte SC. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria ut ſuprà, pede dextro captivum humi ſedentem conculcans, cum SC. in imâ parte. *Regius. Cham.*

IMP C POSTVMVS PIVS F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

VIRTVS POSTVMI AVG. Caput Poſtumi galeatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria ut ſuprà, ante cujus pedes captivus humi ſedens. *Fouc. Cham. Val.*

Eadem epigraphe. Poſtumus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

VICTORIA AVG. (2) Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP C POSTVMVS PIVS F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà. *DC.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà. *Val.*

IMP CAES M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ haſtam; pro pedibus captivus. *RE.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. (3) Victoriæ duæ ſtantes, unâ tenent clypeum arbori palmæ innixum; infrà duo captivi hinc inde humi ſedentes. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria clypeo inſiſtens inter duos captivos humi ſedentes adverſos, à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam. *DeC. Fontaine.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi galeatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ haſtæ ferratæ innixa, ſiniſtrâ clypeo humi poſito: à dextris tropæum erectum inter duos captivos humi ſedentes: in imâ parte SC. *Fouc.*

(1) Nummus hic Poſtumi cum rarioribus adnumerandus; quo quidem in numero locantur à Vaillantio etiam nummi cum ſequenti epigraphe.

(2) Nummus hic ob capitis epigraphen, & typum inter rariores recenſendus.

(3) Nummus hic Poſtumi ac duo ſequentes cum rarioribus adnumerandi.

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà, cum SC. in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIAE AVG. Victoriæ duæ ſtantes, unâ tenent clypeum arbori palmæ innixum; infrà duo captivi hinc inde humi ſedentes: in imâ parte SC. *Fouc. Cham. Le Roy.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIAE AVG. (1) Typus ut ſuprà, cum SC. in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Poſtumus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ elatâ, clypeum tenet ſiniſtrâ.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ac paludata ſtans, haſtam ferratam tenet dextrâ, clypeo verò humi poſito innititur ſiniſtrâ: in areâ SC. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi laureatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, cum SC. in areâ. *Fauvel.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, cum SC. in areâ. *Fouc. Regius. Frad. Cham. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Figura ad dextram gradiens & retroſpiciens, utràque manu elatâ & expanſâ. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ac paludata ſtans, dextrâ tenet ramuſculum, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Imperator dextrorſum converſus, pede lævo captivum humi proſtratum conculcans, utràque manu ſpiculum tranſverſum tenet, clypeo armatâ ſiniſtrâ. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Poſtumus filius capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi galeatum ac radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. (2) Typus ut ſuprà. *DeC.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS POSTVMI. Poſtumus paludatus ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris ſtans Victoria coronam lauream ei imponit, & pede dextro captivum humi ſedentem conculcat: in imâ parte SC. *Regius.*

(1) Duarum victoriarum de Germanis relatarum memoriam his nummis conſignatam fuiſſe probabile eſt; nam de Gallieno quominus exiſtimem, obſtant duo captivi in nummis ſculpti, quibus non Gallienum magis quàm illius Duces inſultare viſus eſſet Poſtumus, invidiamque Populi Romani concitaſſet, cujus tamen benevolentiam ab illo captatam arguit nummus aureus ſuprà cum epigraphe ROMAE AETERNAE. Nummus hic rarus.

(2) Nummus hic Poſtumi ac ſequens inter rariores recenſendi.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum loricâ.

AMV......C....... (1) Triremis à dextris ſiniſtrorſum. *DC.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

EXERCITVS AVG. (2) Poſtumus galeatus ac paludatus eques à ſiniſtris dextrorſum, alloquitur milites ante ipſum ſtantes cum quatuor ſignis militaribus: in imâ parte SC. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros.

FELICITAS AVG. Arcus triumphalis. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS AVG. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornu-

(1) Typus hic habetur in nummis Poſtumi cum epigraphe *Lætitia Aug.* ſed in hoc triremis à dextris ſiniſtrorſum, in illis verò à ſiniſtris dextrorſum; unde ex hoc & ex literis quæ ſuperſunt, (nam nummus exeſus) conjicio nummum hunc ſingularem, & incognitum eſſe.

(2) Nummus hic Poſtumi rariſſimus eſt; ſequens verò inter rariores recenſendus.

(3) Nummus hic Poſtumi cum rarioribus adnumerandus; ſequens verò qui Felicitatem publicam ipſo imperante prædicat, rariſſimus eſt.

copiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Val.*

Alius cum SC. in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS PUBLICA. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Fouc.*

M CASS LA POSTUMUS P F AUG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES EXERC. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in areâ SC. *Fouc.*

IMP C POSTUMUS P F AUG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES EXERCITUS. Quatuor ſigna militaria erecta, quorum unum cum aquilâ. *MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITUM. Figura muliebris paludata ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ. *Cham.*

IMP C POSTUMUS PIUS F AUG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

FIDES MILITUM. Typus ut ſuprà. *Fauvel.*

IMP C M CASS LAT POSTUMUS P F AUG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum loricâ.

FIDES MILITUM. Typus ut ſuprà. *Regius. Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GERMANICUS MAX. (2) Trophæum erectum inter duos captivos humi ſedentes. *Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GERMANICUS MAXU. Typus ut ſuprà. *Ban.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

GERMANICUS MAXU. Typus ut ſuprà. *Fauvel. Hen.*

IMP C POSTUMUS P F AUG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum loricâ.

HERC DEUSONIENSI. Hercules nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ geſtat arcum, & circà brachium leonis exuvias, ſiniſtrâ clavæ innixus. *Brandenburg.*

IMP C M CASS LAT POSTUMUS P F AUG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

HERC DEUSONIENSI. (3) Hercules nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, exuvias verò leonis cum arcu geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERC DEUSONIENSI. Templi tetraſtyli facies cum gradibus, in cujus medio Hercules nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, exuvias verò leonis geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. MDM. Brandenburg.*

IMP C M CASS LAT POSTUMUS P AUG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

HERC DEUSONIENSI. Typus ut ſuprà. *B.*

IMP C M CASS LAT POSTUMUS P F AUG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

HERC PACIFERO. (4) Hercules nudus vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, clavam verò cum leonis exuviis geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy.*

.....POSTUMUS PI AUGUSTUS. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

I IMP O POSTU........Caput Poſtumi Junioris radiatum, ad humeros cum paludamento. *Regius.*

IMP C POSTUMUS P F AUG. Caput Poſtumi laureatum, ad humeros.

I O M SPONSORI SAECULI AUG. (5) Imperator à dextris ſtans ad tripodem,

(1) Nummus hic Poſtumi inter rariores recenſendus, ſequens verò rarus.

(2) Ut Gallienus & Valerianus pater Germanici Maxumi titulum acceperunt, ita potiori jure Poſtumus ob tot Victorias à Germanis reportatas. Nummi hi rari.

(3) Nummus hic Poſtumi ac ſuperior inter rariores recenſendi; ſequens etiam rarus dicitur Vaillantio, qui forraſſis fallitur dum Herculem in templo diſtylo ponit, cum tetraſtylum ſit.

(4) Quo tempore cuſi hi nummi diximus ſuprà ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti. Nummus hic rarus; ſequens verò inter rariores recenſendus; ſed hujus, literis magna ex parte exeſis, epigraphe integra legi non poteſt.

(5) Habetur cum eadem epigraphe nummus argenteus Commodi Auguſti, ſed typo prorſus diverſo. Jovi autem Sponſori primus Tarquinius Superbus templum condere cœpit; quod poſtea à Sp. Poſtumio Conſule A. V. CCXXCVIII. demum dedicatum, ut memoriæ prodit Dionyſius Halicarnaſſeus lib. IX. Ἐν δὲ τῇ πόλει τὸν ναὸν τοῦ Πιστίου Διὸς Σπόζιος Ποστόμιος ὁ συνύπατος αὐτοῦ καθιέρωσε, μηνὸς Ἰουνίου ταῖς καλουμέναις νόνναις, ἐπὶ τοῦ Ἐνυαλίου λόφου, κατασκευασθέντα μὲν ὑπὸ τοῦ τελευταίου βασιλέως Ταρκυνίου, τῆς δὲ νομιζομένης παρὰ Ῥωμαίοις ἱδρύσεως οὐ τυχόντα ὑπ' ἐκείνου, τότε τῇ βουλῇ δόξαν, ὁ Ποστόμιος ἔλαβεν αὐτοῦ τὴν ἐπιγραφήν. *In urbe ædem Jovis Fidei Sponſoris collega ejus Sp. Poſtumius dedicavit Nonis Juniis in colle Martiali exſtructam ab ultimo Regum Tarquinio, non tamen ſolenni dedicationis ritu ab eo conſecratam, ſed tum demum ex SC. data eſt ejus inſcriptio Poſtumio.* Ædes autem hæc à Petro Victore in VIII. Urbis regione ponitur. Lilius Gyraldus Jovem Sponſorem non diverſum eſſe putat à Dio Fidio. Cæterum Poſtumus in hoc nummo ſacrificans exhibetur, eique adſtat Jupiter Sponſor, quaſi ſæculo ipſius felicitatem ſpondens. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt.

dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam tenet: ſtat à ſiniſtris Jupiter nudus dextrâ poſt terga reductâ, ſiniſtrâ haſtæ innixus. *Cham.*

C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI PROPVGNATORI. (1) Jupiter nudus cum pallio in humeros rejecto, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ fulmen tenet, ſiniſtrâ ſuſtinet aquilam. *Regius. Cham.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum loricâ.

LAETITIA AVG. Triremis à ſiniſtris dextrorſum, cum quatuor remigibus. *Fouc. Le Roy.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

MINERV FAVTR. (2) Minerva galeata ſtans, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam & clypeum. *Cham.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum loricâ.

MONETA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ. *Fouc. DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MONETA AVGV. Typus ut ſuprà. *Frad.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius.*

I CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

NEPTVNO REDVCI. (3) Neptunus nudus vultu dextrorſum converſo ſtans, delphinum ſuſtinet dextrâ, tridenti verò adnititur ſiniſtrâ. *Regius.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

NEPTVNO REDVCI. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

PAX AVG. Figura muliebris tunicata, & altè ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtam verò ſiniſtrâ. *Val.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: in areâ SC. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. Figura muliebris ut ſuprà, oleæ ramum tenet dextrâ, caduceum oblongum ſiniſtrâ: in areâ SC. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS II PP. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ: in areâ SC. *Fouc.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

P M TR P COS II PP. Typus ut ſuprà, cum SC. in areâ. *Le Roy. Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS III PP. (4) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

VIRTVS POSTVMI AVG. Caput Poſtumi galeatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P COS II PP. Typus ut ſuprà, cum SC. in areâ. *Regius.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P COS V. (5) Figura virilis galeata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi poſitum tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

RESTITOR (ſic) GALLIAE. Figura militaris galeata ac paludata, figuram aliam militarem galeatam procumbentem ſublevat dextra, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

RESTITOR (ſic) GALLIAE. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

RESTITOR (ſic) GALLIAR. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITOR GALLIAP. (ſic) Typus ut ſuprà. *MDM.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS AG. (ſic) Caput Poſtumi ut ſuprà.

(1) Jovis Propugnatoris templum in Palatio fuiſſe dicitur; fitque ejus mentio in veteri Inſcriptione apud Gruterum pag. ccc. n. 2. Nummus hic & ſequens rari.

(2) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus. Nummus hic inter rariores recenſendus.

(3) Nummus hic Poſtumi cum rarioribus adnumerandus. Vide quæ ad ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

(4) Nummus hic Poſtumi cum rarioribus adnumerandus.

(5) Nummus hic Poſtumi ac ſequentes inter rariores recenſendi.

RESTITOR (ſic) GALLIAR. Typus ut ſuprà. *Hen.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

RESTITVTORI GALLIAR. (1) Poſtumus galeatus ac paludatus ſtans, ſiniſtrâ haſtæ innixus, dextrâ figuram muliebrem galeatam genuflexam ſublevat. *DC.*

IMP POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

SAECVLI FELICITAS. (2) Imperator ſtans dextrorſum converſus, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ globum. *Cham.*

IMP L POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad humeros cum paludamento.

SAECVLO FRVGIFERO. Caduceus alatus erectus. *Regius.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVG. Figura muliebris ſedens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ tenet pateram, ex quâ ſerpentem paſcit aræ circunvolutum. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad humeros cum paludamento.

SPEI PERPETVAE. (3) Figura muliebris dextrorſum gradiens, dextrâ tenet florem, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ haſtæ innixa, ſiniſtrâ clypeo humi poſito: à tergo trophæum erectum inter duos captivos humi ſedentes. *DC.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata dextrorſum verſa, captivi manibus poſt tergum revinctis dorſum premens pede dextro, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Cham. Val.*

M CASS L POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VICTORI AVG. (ſic) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ elatâ.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà. *Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà: in areâ SC. *Fouc.*

Alius cum SC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. (4) Duæ Victoriæ ſtantes ex adverſo una tenent clypeum arbori palmæ appenſum: infrà duo captivi humi ſedentes. *B.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VICTORIAE AVG. Victoriæ duæ tunicatæ ad trophæum ſtantes altera à dextris, altera à ſiniſtris, clypeum tenent utrâque manu; ad trophæi imum captivus geminus, alter à dextris, alter à ſiniſtris, manibus poſt tergum revinctis. *Fouc. DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Figura virilis nuda ſtans, manibus elatis & expanſis. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pede dextro captivum humi ſedentem premens, dextrâ tenet ramuſculum, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ac paludata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, haſtæ ferratæ inverſæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi poſitum tenet ſiniſtrâ. *Regius. Fouc. Cham.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP CAES POSTVMVS. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ac paludata ſtans, dextrâ clypeo, ſiniſtrâ haſtæ innititur: in areâ SC. *RE.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà, dextrorſum.

VIRTVS POSTVMI AVG. (5) Hercules cornibus apprehenſum cervum tenet. *Regius.*

(1) Profert nummum argenteum Poſtumi Mediobarbus ex Smetio cum epigraphe RESTITUTORI GALLIAE, ſed inſcriptus RESTITUTORI GALLIAR. non amplius viſus eſt. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt.

(2) Nummus hic Poſtumi ac duo ſequentes cum rarioribus adnumerandi.

(3) Vide quæ ad nummum ſimilem ejuſdem ex ære tertii moduli infrà adnotamus. Nummus hic rariſſimus; ſequens verò cum rarioribus adnumerandus.

(4) Nummus hic ac ſequens, in quibus cernuntur duæ Victoriæ ex adverſo ſtantes ad victorias, quas à Germanis reportavit Poſtumus, referendas eſſe arbitrantur eruditi. Uterque nummus inter rariores recenſendus; ſequentes verò haud obvii ſunt.

(5) Poſtumum ob bellicam fortitudinem Herculi fuiſſe comparatum alibi ſæpè diximus. Nummus hic rariſſimus.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORD EQVIT. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pede dextro proræ navis impoſito, pateram tenet dextrâ, ſiniſtrâ verò navis gubernaculum, in cujus imo globus. *Fouc. Regius. Val. Hen.*

Alius cum ꝑ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Le Roy. Fontaine.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

CONCORD EQVIT. Typus ut ſuprà, cum ꝑ. in imâ parte. *B.*

IMP POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

CONCORDIA EQVIT. Typus ut ſuprà abſque globo, & literis in imâ parte. *Fouc.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

COS IIII. (2) Victoria ſeminuda, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, tunicam à tergo attollit dextrâ, palmæ verò ramum oblongum tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Hen. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COS V. Typus ut ſuprà. *Fouc. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

DIANAE LVCIFERAE. (3) Diana altè ſuccincta, cum pharetrâ ex humeris, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, facem accenſam geſtat utrâque manu. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS AVG. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS AVGG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

FIDES EQVIT. (5) Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pateram tenet dextrâ, ſignum militare ſiniſtrâ. *Le Roy.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES EQVIT. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte P. *Hen.*

IMP POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

FIDES EQVIT. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ: in ima parte P. *Cham.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

FIDES EQVIT. Typus ut ſuprà cum P. in imâ parte. *Cham. Le Roy.*

IMP POST.......... Caput Poſtumi ut ſuprà.

FIDES EQVITVM. Typus ut ſuprà abſque literis in imâ parte. *Ba.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

FIDES EXERCITVS. (6) Quatuor ſigna militaria, quorum unum cum aquilâ. *Fouc. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare erectum tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, gubernaculum navis tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERC DEVSONIENSI. Hercules nudus ſiniſtrorſum converſus ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, arcum verò cum leonis exuviis geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Val. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERC DEVSONIENSI. Hercules typo quo ſuprà, ſtans in templo tetraſtylo. *Cham. MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

(1) Nummi hi Poſtumi haud obvii. Vide quæ de Equitibus Gallis diximus ſuprà ad nummum argenteum cum epigraphe FIDES EQUITUM.

(2) Nummus hic Poſtumi rarus; ſequens verò inter rariores recenſendus. Hanc autem Victoriam, quæ exhibetur pro typo, referunt nonnulli ad victoriam illam, quam à Germanis reportavit Poſtumus.

(3) Nummus hic æreus rariſſimus. Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

(4) Nummus hic Poſtumi rarus; ſequens verò, qui Auguſtorum felicitatem prædicat, inter rariores recenſendus.

(5) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus. Nummi hi haud obvii.

(6) Nummus hic Poſtumi ac duo ſequentes ex ære tertii moduli haud obvii ſunt.

HERC PACIFERO. (1) Hercules nudus vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum tenet dextrâ, clavam verò cum leonis exuviis geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val. Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IMP C POSTVMVS P F AVG. (2) Caput Poſtumi filii. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IMP X COS V. (3) Victoria tunicata ſeminuda ſiniſtrorſum converſa ſtans, tunicam à tergo attollit dextrâ, palmæ verò ramum oblongum tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val. Hen. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVATORI. Jupiter ſtans ad dexteram ſpectans, dextrâ tenet fulmen, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; pro pedibus à dextris aquila. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI STATORI. (4) Jupiter nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, fulmen verò tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI VICTORI. Jupiter nudus gradiens à ſiniſtris dextrorſum, vultu ſiniſtrorſum converſo, fulmen tenet dextrâ elatâ, ſiniſtrâ verò haſtam ad humerum ſiniſtrum. *Regius. Cham. Val. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LAETITIA AVG. Triremis à ſiniſtris dextrorſum, cum tribus remigibus, & gubernatore ad puppim ſedente. *Fouc. Regius. Cham. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MERCVRIO FELICI. (5) Mercurius nudus ſtans, crumenam tenet dextrâ, caduceum verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MINER FAVTR. Minerva tunicata & galeata, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, oleæ ramum tenet dextrâ, ſiniſtrâ verò clypeum cum haſtâ ferratâ. *Fouc. Cham. Val. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MONETA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

NEPTVNO REDVCI. (6) Neptunus nudus cum divinitatis pallio, delphinum ſuſtinet dextrâ, tridenti verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Val. Le Roy. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Sol capite radiato gradiens à ſiniſtris dextrorſum, cum pallio divinitatis retrorſum volitante, dextrâ expanſâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. RE. Cham. Le Roy. Fontaine.*

Alius cum P. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PACATOR ORBIS. (7) Caput Solis radiatum, ad humeros cum paludamento. *Fouc. Regius. Cham. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. Figura muliebris gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ haſtam inverſam. *Hen. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ. *RE Cham. Val.*

Alius cum P. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX EQVITVM. (8) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Regius. Cham. Le Roy.*

(1) Quo tempore cuſi hi nummi, diximus ſuprà ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti. Ærei haud obvii ſunt.

(2) Nummus hic Poſtumi cum rarioribus adnumerandus.

(3) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus. Nummus hic ratus; ſequens verò rariſſimus.

(4) Nummus hic Poſtumi æreus haud obvius, ſequens verò cum rarioribus adnumerandus.

(5) Nummus hic & ſequens Poſtumi inter rariores recenſendi. Vide quæ ad ſimiles nummos argenteos ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

(6) Ad quandam Poſtumi expeditionem ultrà mare, & fortaſſis Britannicam referendum hunc nummum diximus ſuprà ad ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

(7) Pacator Orbis dictus videtur Poſtumus ob Germanos devictos; ſimilemque titulum Herculi, cui ob bellicam virtutem Poſtumus in variis nummis comparatus eſt, tribuit Seneca: *Sed tu domitor magne ferarum, Orbiſque ſimul Pacator ades.* Cum eadem epigraphe & eodem typo habentur nummi Severi & Caracallæ, necnon Marii, Aureliani & Floriani. Nummi hi rari.

(8) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti, & ad alterum cum epigraphe FIDES EQUITUM. adnotavimus. Nummus hic inter rariores recenſendus.

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utraque ex parte. *Hen. Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. (1) Figura muliebris ſtolata cum quatuor infantibus, quorum duos geſtat, alterum dextrâ, alterum ſiniſtrâ; alii duo ſtantes, alter à dextris, alter à ſiniſtris. *Fouc Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS II PP. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS III PP. (2) Typus ut ſuprà. *Val. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS III PP. Mars nudus galeatus, cum pallio ex humeris utrinque volitante, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam tranſverſam geſtat dextrâ, trophæum verò humero ſiniſtro. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P IIII COS III PP. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham. Val. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P V COS V PP. (3) Poſtumus togatus ſtans, ramum tenet dextrâ, haſtam ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C POST......... Caput Poſtumi ut ſuprà.

POS L M S. Templum ſex columnarum in quo figura. *Regius.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVG. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SAECVLI FELICITAS. Imperator paludatus gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVG. Æſculapius vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum ſerpente circunvolutum tenet dextrâ, ſiniſtrâ pallio involutâ. *Fouc. Cham. Val. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS EXERCITI. (5) Typus ut ſuprà. *Fouc. Val.*

Alius cum globo à ſiniſtris pro pedibus, eodem typo utrâque ex parte. *B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS POSTVMI AVG. Figura muliebris ſtolata ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſerpentem tenet dextrâ, ſiniſtrâ verò pateram ex quâ eum paſcit. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS PROVINCIARVM. Rhenus bicornis jacens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ naviculæ innixâ, ſiniſtro cubito urnæ, ſiniſtrâ ramum tenet. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SARAPI COMITI AVG. (6) Serapis cum modio ſuprà caput, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ extenſâ & expanſâ, haſtam tranſverſam geſtat ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes prora navis. *Cham. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SARAPI COMITI AVG. Typus ut ſuprà abſque prorâ navis. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SERAPI COMITI AVG. Typus ut ſuprà. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SERAPI COMITI AVG. Typus ut ſuprà, cum prorâ navis à dextris pro pedibus. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SARAPIDI COMITI AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPEI PERPETVAE. (7) Figura muliebris dextrorſum gradiens, florem tenet dextrâ, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Cham.*

(1) Nummi Poſtumi cum hoc typo cum rarioribus adnumerandi.

(2) Nummus hic Poſtumi rarus; ſequens verò inter rariores recenſendus.

(3) Nummus hic Poſtumi ac ſequens rariſſimi ſunt.

(4) Nummus hic Poſtumi ex ære puro rarus.

(5) Nummus hic Poſtumi rarus; ſequentes verò duo cum rarioribus adnumerandi.

(6) Serapis numen Ægyptium quidem eſt, ſed jamdudum ejus cultus in Græciam migraverat, & præſertim Athenas, ut teſtis eſt Pauſanias lib. 1. Romæ etiam templum habuiſſe in Regione 2. & Reg. 11. & Reg. 1x. ſive Circo Flaminio legere eſt apud P. Victorem de Regionibus Urbis. Hæc autem epigraphe & hic typus in Gallieno primùm occurrunt; cuſoſque puto cum hac divinitate nummos ad arcendam peſtem, quæ tum maximè per Romanas Provincias graſſabatur; Serapis enim à multis Deus ipſe Æſculapius exiſtimatus fuit, ut videre eſt apud Tacitum. Cæterum habetur nummus argenteus Commodi cum eadem divinitate, cui inſcriptum SERAPIDI CONSER AVG. & nummus Antonini Pii abſque inſcriptione, in quo duo capita Serapidis & Iſidis cernuntur. Vide quæ ad Claudii nummos infrà adnotamus, ubi Serapis & Iſis pro typo habentur. Nummi hi Poſtumi rari ſunt.

(7) Talem ſe geſſerat in Galliis Poſtumus, ut in eo ſpes perpetua eſſet. Cum eadem epigraphe & eodem typo habentur nummi M. Aurelii, Caracallæ, Getæ, Diadumeniani & Elagabali. Nummus hic rariſſimus.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

TR P X COS V PP. (1) Victoria ſtans dextrorſum verſa, pede lævo galeæ impoſiro, clypeo quem genu innixum tenet inſcribit VOT XX. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VBERTAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, crumenam tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ; ad pedes ante eam captivus humi ſedens manibus poſt tergum revinctis. *Fouc. RE. Cham. Val. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Mars nudus galeatus cum pallio ex humeris, ſiniſtrorſum converſus ſtans, haſtæ ferratæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi poſitum attingit ſiniſtrâ. *Fouc. RE. Cham. Val. Le Roy.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VIRTVS....... Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VIRTVS EQVIT. (2) Figura militaris gradiens à ſiniſtris dextrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ, clypeum verò ſiniſtrâ. *Bau.*

IMP C POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VIRTVS EQVIT. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS EQVIT. Figura militaris gradiens à dextris ſiniſtrorſum, cætera ut ſuprà. *Cham.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Val. Le Roy. Fontaine.*

IMP POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VIRTVS EQVIT. Typus ut ſuprà cum T. in imâ parte. *Bau. B.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi ut ſuprà.

VIRTVS EQVITVM. (3) Hercules nudus ſiniſtrorſum converſus ſtans, dextrâ in dorſum rejectâ, clavæ rupi impoſitæ innititur ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias geſtat. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVTI AVGVSTI. Typus ut ſuprà abſque rupe. *Cham.*

(1) Nummus hic Poſtumi rariſſimus. Vide quæ ad nummos argenteos ejuſdem Auguſti, in quibus decimus Tribunitiæ Poteſtatis annus ſignatus habetur, adnotavimus. Sequens nummus rarus.

(2) Nummus hic Poſtumi ac ſequentes haud obvii.

(3) Nummus hic Poſtumi cum rarioribus adnumerandus; ſequens verò rariſſimus.

NUMISMATA ÆREA

incerti moduli.

DIVO POSTVMO.

POSTVMVS PIVS PATER.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

ADVENTVS AVG SC. Imperator paludatus in equo.

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

ADVENTVS AVG SC. Typus ut ſuprà.

IMP POSTVMVS AVG.

CONCORDIA EQVIT. Figura ſtans in prorâ navis, dextrâ pateram, ſiniſtrâ temonem cum globo.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA MILIT. Miles ſtans ad proram navis, dextrâ pateram, ſiniſtrâ temonem.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

COS V. Figura alata, dextram capiti admovens, ſiniſtrâ palmam.

Eadem epigraphe.

DIANAE LVCIFERAE. Figura ſtolata utrâque manu tenens facem ardentem.

Eadem epigraphe.

DIANAE LVCIFERAE. Figura capite radiato pharetram geſtans.

Eadem epigraphe.

DIANAE REDVCI. Diana, dextrâ cervum, ſiniſtrâ arcum.

....

EXERCITVS AVG SC. Imperator eques galeatus alloquitur milites.

....

EXERCITVS VAC SC. Imperator eques alloquitur milites.

....

EXERCITVS YSC SC. Imperator alloquitur milites.

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

FELICITAS AVG SC. Arcus triumphalis, ſuprà quem trophæum cum duobus captivis aſſidentibus.

IMP C M CASS LA POSTVMVS P F AVG.

FELICITAS AVG SC. Arcus trium-

phalis &c. in cujus medio figura muliebris ſtans.

IMP POSTVMVS AVG.

FIDES EQVIT P. Figura ſedens, dextrâ pateram, ſiniſtrâ ſignum militare.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

FIDES EXERCITVS. Quatuor ſigna militaria erecta.

Eadem epigraphe.

FIDES MILITVM. Figura ſtans, ſingulis manibus geſtans ſignum militare.

IMP C POSTVMVS PIVS F AVG.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà.

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

FIDES MILITVM SC. Typus ut ſuprà.

.. ..

HERCVLEM. Hercules nudus, dextrâ clavam, ſiniſtrâ ramum cum leonis exuviis.

....

HERC DEVSONIENSI. Templum ſex columnarum, in cujus medio Hercules nudus, dextrâ clavam, ſiniſtrâ arcum, cum leonis exuviis.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

HERC DEVSONIENSI. Hercules nudus cum clavâ & leonis exuviis in medio templi.

Eadem epigraphe.

HERC DEVSONIENSI. Hercules Scytalo-ſagitti-pelliger nudus, dextrâ clavam, ſiniſtra pellem leonis, & arcum.

Eadem epigraphe.

HERCVLI DEVSONIENSI. Caput Poſtumi filii.

....

HERCVLI DEVSONIENSI SC. Hercules ſtans, dextrâ clavam, ſiniſtrâ arcum, & ſpolia leonis.

....

HERCVLI DEVSONIENSI SC. Hercules ut ſupra in templo diſtylo.

....

HERCVLI DEVSONIENSI SC. Aut caput Poſtumi ſub formâ Herculis, aut caput filii in aversâ parte.

....

HERCVLI INVICTO SC. Hercules domans taurum.

....

HERC MACVSANO. Hercules nudus, dextrâ clavam, ſiniſtrâ arcum cum leonis exuviis.

....

HERC MAGVSANO SC. Typus ut ſuprà.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

IMP X COS V. Figura alata dextram capiti admovens, ſiniſtrâ palmam.

Eadem epigraphe.

IOVI VICTORI. Imperator currens, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ fulmen.

....

IOVI VICTORI. Jupiter nudus gradiens, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ ſceptrum.

IMP CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

LAETITIA AVG. Navis prætoria cum Imperatore in puppi ſtante.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

LAETITIA AVG SC. Triremis prætoria, cum remigibus, & gubernatore ad clavum ſtante.

Eadem epigraphe.

LAETITIA AVG SC. Navis prætoria.

Eadem epigraphe.

MARS VICTOR. Figura ſtans galeata ac paludata, dextrâ clypeum, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

MERCVRIO FELICI. Mercurius, dextrâ crumenam, ſiniſtrâ caduceum.

....

MERCVRIO PACIFERO. Mercurius nudus, dextrâ caduceum cum petaſo.

....

MERCVRIO PACIFERO. Mercurius petaſatus, dextrâ ramum, ſiniſtrâ clavam cum ramo.

IMP C.....LAT POSTVMVS AVG.

MINERV FAVTR. Minerva, dextrâ ramum protendens, ſiniſtrâ haſtam & parmam tenens.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

PACATOR ORBIS. Figura capite radiato, & promiſsa comâ.

Eadem epigraphe.

PAX AVG. Figura ſtans, dextrâ elatâ cum ramo, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

Eadem epigraphe.

PAX AVGVST. Figura ſtolata, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam gerens.

IMP POSTVMVS AVG.

P M TR P COS. Victoria ſtans, utrâque manu palmam tenens.

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

P M TR P COS II PP SC.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

P M TR P III PP. Mars gradiens, dextrâ haſtam, humero ſiniſtro trophæum.

....

P M TR P VIIII COS IIII PP. Clava, arcus, pharetra.

....

P M TR P VIIII COS IIII PP. Duæ pharetræ erectæ cum arcu.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

P M TR P X COS V PP. Victoria ſtans,

ſiniſtro pede globum calcans, ſiniſtrâ ſcutum tenens, in quo VO XX.

....

PROVIDENTIA AVG. Figura ſtans, dextrâ bacillo globum tangens, ſiniſtrâ columnæ nixa cum cornucopiæ.

IMP . POSTVMVS P F AVG.

RESTORBIS. Imperator paludatus, ſiniſtrâ haſtam, dextrâ mulierem in genua procumbentem ſublevat; mulier verò ſiniſtrâ cornucopiæ tenet.

IMP C M CASS LAT POSTVMVS.

RESTITVTOR GALLIAR. Figura genuflexa, ſiniſtrâ cornucopiæ, dextram porrigens Imperatori ſtanti ſiniſtrâ haſtam tenenti, & dextro pede captivum ſupplantanti.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

SAECVLI FELICITAS. Miles, ſiniſtrâ globum, dextrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

SALVS POSTVMI AVG. Figura ſtans, dextrâ ſerpentem, cui pateram porrigit ſiniſtrâ.

Eadem epigraphe.

SERAPIDI COMITI AVG. Deus Serapis, cum roſtro navis ad pedes.

Eadem epigraphe.

SPEI PERPETVAE. Spei typus.

POSTVMVS AVG.

VIC GERM P M TR P V COS III PP. Victoria, ſiniſtrâ palmam, dextrâ lauream imponit Imperatori, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam tenenti.

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi galeatum; in galeâ apparent bigæ equorum marinorum, & alia.

VICT COMES AVG SC. (1) Victoria alata Imperatorem equitem deducens, dextrâ pilum protenſum tenentem.

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

VICTORIA AVG. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam, dextro pede captivum proculcans.

IMP C POSTVMVS PIVS F AVG.

VICTORIA AVG SC. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam; ad pedes captivus manibus poſt tergum revinctis.

....

VICTORIA AVG SC. Duæ Victoriæ ſuſtinentes clypeum palmæ impoſitum, ad cujus pedes duo captivi.

....

VICTORIAE AVG. Duæ Victoriæ tenentes clypeum in trophæi modum.

IMP C M CASS LAT POSTVMVS AVG.

VICTORIA GERMANICA SC. (2) Victoria gradiens, dextrâ coronam, ſiniſtrâ lauream gerens.

....

VIRTVS AVG. Caput barbatum & galeatum, humeris haſtam tenens.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

VIRTVS AVG SC. Figura gradiens, dextrâ pilum, ſiniſtrâ parmam.

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG SC. Figura militaris ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtram ſcuto imponens.

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

VIRTVS AVG SC. Vir armatus clypeo & haſtâ.

Eadem epigraphe.

VIRTVS EQVIT T. Miles gradiens, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

....

VIRTVS EQVITVM. Hercules nudus, clavæ ſiniſtro humero nixus, cum leonis exuviis.

....

VIRTVS POSTVMI SC. Poſtumus paludatus ſtans, dextrâ haſtam, coronatur à Victoriâ ſiniſtrâ palmam gerente, & captivum pede proculcante.

....

VIRTVS POSTVMI AVG SC. Hercules domans leonem.

IMP CAES POSTVMVS AVG.

Sine epigraphe. Triremis militibus plena.

Nummi in Coloniis cuſi.

IMP C POSTVMVS P F AVG.

COL C L AGRIP COS IIII. Figura muliebris ſtolata, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ.

(1) Ita hunc nummum rariſſimum ex Triſtano exhibet Mediobarbus; ſed apud Triſtanum capitis epigraphe & typus non extant. Vide Patinum & Vaillantium; quippe mihi nullibi ſimilis nummus viſus.
(2) Profert hunc nummum rariſſimum Mediobarbus ex Indice Pellegrini Aſcanii, & à Vaillantio inter rariores primi moduli recenſetur, ſed mihi nullibi viſus.

JUNIA DONATA.

JUNIA DONATA Poſtumi conjux fuit, ſi quæ fides nummo quem Chifletius primus exſcripſit, ac deinde Mediobarbus Comes in ſuam nummorum ſeriem contulit. Junium Donatum Conſulem anno Chriſti 260. unà cum Cornelio Sæculari reperimus.

Nummus æreus incerti moduli.


IVNIA DONATA AVGVSTA. Caput Juniæ Donatæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

SALVS PROVINCIARVM. Capita Poſtumorum ſe reſpicientia. *MB. ex Chiffletio.*

POSTUMUS JUNIOR.

CAIUS JUNIUS CASSIUS POSTUMUS Caſſii Latieni Poſtumi & Juniæ Donatæ filius, adoleſcens optimæ ſpei, tribunatum Vocontiorum ſub Valeriano adeptus, cum pater in Galliis purpuram ſumpſiſſet, Cæſar primùm ac deinde Auguſtus appellatus, poſtremò unà cum illo interfectus eſt anno Chriſti 267. Hunc ita diſertum fuiſſe ſcribit Pollio, ut ejus Controverſiæ Quintiliani Declamationibus inſertæ ſint.





NUMISMATA AUREA.

IMP CAES POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi laureatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.

AETERNITAS AVG. (1) Tria capita radiata ſe reſpicientia. *MB.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

P M TR P IMP COS III PP. (2) Templum rotundum, ante quod Imperator ſacrificans ad aram, dextrâ pateram; prope eum figura alia togata cum puerulo; ex adverſo figura muliebris dextrâ capeduncu-lam, prope hanc figura pueruli, & alia figura muliebris dextrâ aream. *MB.*

(1) Nummum hunc ſingularem profert Mediobarbus ex Triſtano, qui putat tria capita in hoc nummo exhibita repræſentare uxorem Poſtumi Junioris cum duobus filiis; & revera caput quod in medio cernitur muliebre eſſe videtur. Sic in Severi nummo cernitur caput ejus uxoris cum duobus filiis, cum epigraphe FELICITAS SAECVLI. & eodem modo capita illa diſpoſita ſunt, quo in hoc nummo viſuntur, niſi quod in Severi nummo radiis carent. Habetur etiam Juliæ nummus cum duobus filiis inſcriptus AETERNITAS IMPERI. Vide Triſtanum tom. 3. pag. 165. Cæterum de ſinceritate hujus nummi nec abs re dubitant eruditi; qui ſi genuinus etiam eſſet, patri Poſtumo potiùs quàm filio adſcribendus fortaſſis eſſet; & tria capita radiata, quæ cernuntur in parte averſâ nummi aliter explicanda.

(2) Hunc nummom rariſſimum profert Mediobarbus ex Strada; ſed quæ fides ei adhibenda eruditi viderint. Cur autem hic nummus (ſi genuinus eſt) filio Poſtumo potiùs quàm patri adſcribatur, non conſtat.

NUMISMATA

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi Jun. radiatum, ad pectus eum paludamento.

CONCORD EQVIT. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pede lævo proræ navis impoſito, pateram tenet dextrâ, navis verò gubernaculum, in cujus imo globus, ſiniſtrâ: in imâ parte s. *Fouc.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi Jun. ut ſuprà.

HERC DEVSONIENSI. (2) Hercules nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, arcum verò eum leonis exuviis ſiniſtrâ. *Fouc.*

C IVN CASS POSTVMVS CAES.

HERCVLI MACVSANO. (3) Hercules. *MB.*

Eadem epigraphe.

MERCVRIO PACIFERO. (4) Mercurius. *MB.*

Eadem epigraphe.

PRINC IVVENT. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. *alii* CC.

SALVS EXERCITVS. *MB.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi imberbis radiatum, ad humeros eum paludamento.

SALVS PROVINCIARVM. (5) Fluvius bicornis ſeminudus, decumbens à ſiniſtris dextrorſum, dextram admovet ad navem onerariam, urnæ verò ex quâ aqua effluit innititur ſiniſtrâ. *Fouc. Hen. Fontaine.*

IMP C M CASS LAT POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi imberbe ut ſuprà.

SALVS PROVINCIARVM. Typus ut ſuprà. *Frad. Fauvel.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi Jun. ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata ac ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ; ante eam juxtà pedes, captivus humi ſedens, manibus poſt tergum revinctis. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. (6) Hercules nudus vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, arcum verò cum leonis exuviis ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Poſtumus paludatus gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ, clypeum ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi Jun. ut ſuprà.

VIRTVS EQVIT. Figura militaris galeata gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam ferratam tranſverſam geſtat dextrâ, clypeo armata ſiniſtrâ: in imâ parte T. *Fouc.*

(1) Hæc epigraphe & hic typus in Poſtumis & in Aureolo tantùm occurrunt. Vide quæ de Equitibus Gallis adnotavimus ad nummum argenteum Poſtumi Patris cum epigraphe *Fides Equitum.* Cæterum haud abs te hîc monendum eſſe puto, Poſtumi Junioris nummos raros eſſe omnes, nec facilè diſtingui poſſe à nummis Poſtumi patris, niſi ubi JUN. nomen præfert, aut Cæſaris tantùm titulo inſignitur. In cæteris Antiquarios ſecuti ſumus, qui vel in prolixiori barbâ, vel in lineamentis narium quædam inter eos diſcriminis veſtigia reperiſſe ſe exiſtimarunt.

(2) Hæc epigraphe & hic typus paſſim occurrunt in Poſtumi patris nummis.

(3) Nummi cum hac epigraphe, & hoc typo in Poſtumo etiam patre inter rariores recenſentur; in filio autem rariſſimi ſunt præſertim ob capitis inſcriptionem, in qua prænomen JUN. legitur, & titulus tantùm Cæſaris.

(4) Hæc epigraphe, & hic typus in Poſtumi etiam patris nummis tantùm occurrunt, & rariſſimi ſunt, ut videre eſt in ejus nummis æreis incerti moduli. Mercurius autem in Poſtumorum nummis ideò forſitan exhibetur, quòd Galli, quibus Poſtumi imperabant, illum maximè colerent, ut teſtatur Cæſar lib. VI. Minutius Felix, aliique. Vide Poſtumi patris nummum argenteum cum epigraphe MERCURIO FELICI. Cæterum ideò Mercurio *Paciferi* nomen datur, quod τοῦ Ἑρμῇ προσάπτουσι τὰς ἐν τοῖς πολέμοις γινομένας ἐπικηρυκείας ϗ διαλλαγὰς ἢ σπονδάς. *Mercurio adſcribunt Caduceatorum in bellis legationes, pacificationes, & fœdera*: ut ait Diodorus lib. V. Bibliothecæ. Ovidius ſic de eo:

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album.
Moly vocant Superi———

Nummus hic Poſtumi Jun. ac ſequens rariſſimi ſunt.

(5) Ideò Poſtumorum nummi SALUS PROVINCIARUM inſcribuntur, quia Poſtumus, ut ait Pollio, *Gallias ab omnibus circumfluentibus barbaris validiſſimè vindicavit.* Oroſius lib. VII. cap. XXII. *Poſtumus in Gallia invaſit tyrannidem multo quidem Reipublicæ commodo, nam per decem annos ingenti virtute ac moderatione uſus, & dominantes hoſtes expulit, & perditas Provincias in priſtinam faciem reformavit.* Vide quæ diximus ad nummos ſimiles Poſtumi patris.

(6) Poſtumos Herculi comparatos, ac hujus cultui deditos imprimis fuiſſe eorum nummi teſtantur; & nos ſæpiùs diximus.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI STATORI. Jupiter nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, brachio verò ſiniſtro fulmen geſtat. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI VICTORI. Jupiter dextrorſum gradiens & retroſpiciens, dextrâ elatâ tenet fulmen, ſiniſtrâ haſtam ad humerum ſiniſtrum. *Frad. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVG. Æſculapius vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum ſerpente circumvolutum humi poſitum tenet dextrâ, ſiniſtrâ pallio involutâ. *Fouc.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS PROVINCIARVM. Fluvius ſeminudus, decumbens à ſiniſtris dextrorſum, dextram admovens ad naviculam onerariam, arundinem geſtat ſiniſtrâ; juxtà eum, urna inverſa. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Poſtumi Jun. abſque barbâ, radiatum ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam; pede dextro captivum humi ſedentem premit. *Fontaine.*

IMP POSTVMVS AVG. Caput Poſtumi Jun. ut ſuprà.

VIRTVS EQVIT. Figura militaris galeata, cum paludamento retrorſum volitante, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam tranſverſam geſtat dextrâ, clypeum ſiniſtrâ. *Fouc.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum T. in imâ nummi parte anteriore, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi Jun. ut ſuprà.

VIRTVS EQVITVM. Hercules nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dextrâ poſt tergum adductâ, clavæ rupi impoſitæ adnititur ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias geſtat: in imâ parte T. *Fouc.*

NUMISMATA ÆREA incerti moduli.

IMP C M. CASS LAT POSTVMVS P F AVG.

EXERCITVS ISC SC. Imperator alloquitur cohortes.

IMP C C IVN POSTVMVS AVG.

FIDES MILITVM. Aquila inſtans globo, roſtro lauream tenens: hinc inde duo ſigna legionaria.

IMP C POSTVMVS P F AVG. Caput Poſtumi filii.

HERCVLI DEVSONIENSI. Caput Poſtumi patris.

C IVL P CASSIVS LAT POSTVMVS P F AVG.

LAETITIA AVG. Trirem

IMP POSTVMVS AVG. *in alio*, IMP C POSTVMVS P F AVG.

SALVS PROVINCIARVM. Rhenus bicornis ſedens, dextrâ puppim navis, ſiniſtrâ arundinem ſuprà vas, ex quo aquas effundit.

E duabus Inſcriptionibus quas infrà exhibemus, priorem Occo è Goltzio, poſteriorem Mediobarbus ex Occone exſcripſere.


IMP C C IVN POSTVMVS P F AVG.

C IVN CASS POSTVMVS CAES PRINCEPS IVVENTVT.

LÆLIANUS.

ULPIUS CORNELIUS LÆLIANUS purpuram Maguntiaci ſumpſit anno Chriſti 267. Hunc plerique Scriptores Lollianum, Sextus Victor Ælianum, Eutropius Græcus Lucium Ælianum appellant; ſed vera ejus nomina noſtræ ætati propagarunt nummi infrà deſcripti. Gallias tenebat eâ tempeſtate Poſtumus fortiſſimus vir, qui auditâ Læliani defectione arma confeſtim in eum moviſſe, ejuſque exercitu cæſo Maguntiacum ipſam cepiſſe fertur: ſed Poſtumo ſuperſtitem fuiſſe Lælianum, adeoque hujus cædis auctorem fuiſſe aſſerit Pollio, cujus auctoritatem hac in parte aut amplexari aut prorſus abjicere animus non eſt. Quod addit caſtella aliquot ad Rhenum ab eo inſtaurata fuiſſe, quæ Germani interfecto Poſtumo diruerant, id intrà breviſſimum tempus fieri debuit; Lælianum enim à Victorino interemptum idem teſtatur, quem aliquot tantum menſes à Poſtumi cæde Imperium tenuiſſe, cùm in ejus Vitâ, tùm in aliis locis monuimus.





NUMISMATA AUREA.

IMP C LAELIANVS P F AVG. Caput Læliani laureatum, ad humeros cum loricâ.

TEMPORVM FELICITAS. (1) Figura muliebris decumbens dextrâ ramum tenēt: infrà cuniculus. *Regius.*

(1) Licet omnes Læliani nummi rari ſint, hic tamen rariſſimus, imò ſingularis eſt.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C LAELIANVS P F AVG. Caput Læliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria ad dextram gradiens coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Regius.*

IMP C L AELIANVS P F AVG.

VICTORIA AVG. (1) Victoria gradiens, dextrâ lauream attollens. *MB.*

(1) Lucium Ælianum hactenus Læliani loco legerunt Antiquarii, ac inter eos Patinus, ex quo nummum hunc exſcripſit Mediobarbus Comes, qui deinde Aulum Pomponium Ælianum Goltzii fidem ſequutus, nobis hac in Inſcriptione obtrudit.

IMP C A POMPON AELIANVS AVG.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C LAELIANVS P F AVG. Caput Læliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. (1) Victoria ſtans, dextrâ tenet ranum, ſiniſtrâ haſtam. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Læliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata & ſuccincta gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe. Caput Læliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. RDR.*

IMP C VLP COR LAELIANVS. Caput Læliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. (2) Typus ut ſuprà. *Regius. Cham.*

(1) Nummi Læliani cum hac epigraphe favere videntur Pollioni, dum Lælianum, quem perpetuo errore Lollianum appellat, Poſthumo ſuperſtitem fuiſſe, nonnullaque caſtella quæ Poſtumus ultrà Rhenum extruxerat, ac deinde ſubitâ Germanorum irruptione diruta fuerant, inſtauraſſe teſtatur. Quæ ſi vera ſint, rectè obſervat idem ſcriptor, Imperio optimè conſultum illâ tempeſtate fuiſſe, quòd Gallieno perdente Rempublicam, ii *aſſertores Romani nominis* interea extiterint, qui Germanos è Galliis per tredecim fermè annos virtute ſuâ arcerent, donec cæteris Provinciis priſtina tranquillitas reſtituta eſſet.

(2) Eximius ac ſingularis nummus, qui vera Læliani nomina è tenebris in lucem tandem protulit, ementitosque tyrannos Lucium Ælianum, & Lollianum ex eruditorum ſcriptis deinceps porrò exulare jubet.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

IMP C L AELIANVS P F AVG.

VICTORIA AVG. Victoria gradiens, dextrâ lauream attollens. *MB.*

IMP C AELIANVS P F AVG. Caput radiatum.

VICTORIA AVG. Victoria incedens. *MB.*

LOLLIANUS.

LOLLIANUM Galliarum tyrannum Poſtumi ætate fuiſſe plerique Auctores ſcripſere, ejuſque nomine inſignes nummos ex Urſino & Chifflетio exſcripſit Mediobarbus Comes, quos infrà exhibemus: ſed cùm apud Scriptores, tùm in nummis Lælianum legi debere exiſtimamus; nec movent laudati nummarii, quos in deſcribendis numiſmatibus plerumque detritis vulgi opinio fallere potuit, prætereaque aliorum fidem ſæpiuſculè ſequutos fuiſſe alio loco obſervavimus: nam quod Spurium Servilium Lollianum Goltzius nobis obtrudit; quanta ſit hujus & in re nummariâ, & in hiſtoriâ Auguſtâ authoritas nemo neſcit: itaque Lælianum vide.

NUMISMATA AUREA.

IMP C LOLLIANVS P F AVG. *in alio.* C SP SERVIL LOLLIANVS P F AVG.

FIDES MILITVM EXERCITVS GALL. (1) Figura equeſtris, & miles labarum ferens, cum aliis militibus ſigniferis. *MB.*

(1) Mediobarbus profert hunc nummum poſt Occonem ex Urſino. Nova epigraphe, novus typus, ſed eruditis ſuſpectus non abs re hic nummus.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.


IMP C LOLLIANVS P F AVG.

ARA PACIS. (1) Ara, ſeu templum Jani clauſum. *MB.*

(1) Hunc nummum exhibet Mediobarbus ex Chiffletio.

VICTORINUS.

MARCUS PIAUVONIUS VICTORINUS ad communionem Imperii vocatus eſt à Poſtumo anno Chriſti 265. cum hinc irrumpentibus in Gallias Germanis, illinc premente Gallieno, duobus ſimul hoſtibus fortiſſimus vir per ſe obſiſtere non poſſet. Hunc Julius Aterianus proximus illis temporibus Scriptor maximè commendat, eique neminem ſuperiorum Principum præferri potuiſſe aſſerit, niſi ingentibus virtutibus importuna libido offeciſſet, quæ deinde ipſi cauſam exitii intulit. Cæterum eorum quæ ad hujus Imperium pertinent memoria intercidit, nec quicquam de illo Scriptores tradunt, niſi Poſtumo Lollianoque interemptis, (Lælianum legi debere ſuo loco monuimus) Victorinum Gallias aliquantum temporis tenuiſſe, poſteaque ab Atticiano Actuario, cujus uxorem ſtupraverat, interfectum fuiſſe Agrippinæ. Ejus mortem Gallieno adhuc imperante, hoc eſt vel extremo anni 267. vel initio anni 268. contigiſſe Pollio variis in locis innuit; integrumque triennium ab eo non tranſactum cæteri Auctores tradunt; quamobrem ejus Imperii initium ad annum 265. retulimus.



NUMISMATA AUREA.

IMP C VICTORINVS P F AVG.

ADIVTRIX AVG. Fœmina ſeminuda, ſiniſtrâ arcum. *MB.*

IMP CAES VICTORINVS P F AVG. Imperator barbâ promiſſâ, laureato capite.

ADIVTRIX AVG. (1) Dea pectore tenus depicta, ſiniſtrâ tenet arcum, dextrâ telum educit è pharetrâ retrò religatâ. *Hard.*

Eadem epigraphe. Caput Victorini laureatum, ad humeros.

COMES AVG. (2) Victoria ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam. *Regius.*

IMP VICTORINVS AVG. Caput Victorini patris coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.

IMP C L A VICTORINVS AVG. Caput Victorini Filii coronâ radiatâ. *MB.*

IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini laureatum, ad humeros.

LAETITIA AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ demiſsâ tenet corollam, ſiniſtrâ anchoram. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LEG IIII FLAVIA P F. Duo leones ex adverſo ſtantes, & ſuprà in areâ caput galeatum, ad humeros cum paludamento. *Fontaine.*

IMP VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini laureatum.

LEG XXX VLP VICT P F. Jupiter dextrâ haſtam, ſiniſtrâ fulmen tenet, & capricornum reſpicit. *Hard.*

IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini laureatum, ad pectus cum paludamento.

LEG XXX VLPIA PIA F. (3) Typus ut ſuprà. *Laiſné.*

IMP VICTORINVS P F AVG.

LEG XXXVI P VICT P F. (4) Figura nuda ſtans, dextrâ haſtam cum capricorno. *MB.*

IMP CAES VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini laureatum, ad humeros.

PAX AVG. (5) Figura muliebris ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ geſtat ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Regius.*

VICTORINVS AVG. Victorinus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

P M TR P III COS II PP. (6) Imperator Pontificis habitu ſacrificans ad tripodem. *Regius.*

IMP VICTORINVS P F AVG.

PROVIDENTIA AVG. Providentiæ typus. *MB.*

IMP CAES VICTORINVS P F AVG.

ROMAE AETERNAE. (7) Caput Romæ galeatum. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Victorini laureatum, ad pectus cum loricâ.

SAECVLI FELICITAS. (8) Figura muliebris tutulata ſiniſtrorſum verſa, ſiniſtrâ infantulum geſtat, dextrâ pectori admotâ, pede ſiniſtro proræ navis impoſito: à dextris pro pedibus navis gubernaculum. *Fontaine. Regius.*

(1) Non legio, ut eruditiſſimus Harduinus monet, ſed Diana Adjutrix Auguſti hic appellatur: vide infrà in VOTA AVGVSTI. Nummus ſingularis; epigraphe verò haud alias comparet.

(2) Hæc epigraphe, & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Vide Poſtumi nummum æreum incerti moduli cum epigraphe VICT. COMES AVG. ubi pro typo Imperator eques Victoria præeunte cernitur. Notandum verò eſt, omnes Victorini nummos ex auro raros eſſe, hunc autem rariſſimum.

(3) Legionis Quartæ Flaviæ, & Legionis Trigeſimæ Ulpiæ nummi argentei habentur in Gallieno; quos ſi poſt Valeriani cladem cuſos fuiſſe exiſtimes, cum diſtracto à variis tyrannis Imperio, militum animos Gallienus ſibi conciliare ſtuderet; dicendum erit has legiones, cum legitimo Principi aliquandiu paruiſſent, ad Poſtumum & Victorinum poſtea defeciſſe. Cæterum hi nummi ſingulares; nam & ab illis quos in Gallieno extare monebamus, hi prorſus diverſo typo inſignes ſunt.

(4) Nummus hic haud dubiè idem quem ex Collectione D. de Peyresk exhibet Harduinus.

(5) Cujuſnam pacis monumentum eſt hic nummus Hiſtorici non produnt.

(6) Nummus hic pertinet ad annum Chriſti 267. quo Victorinus tertium Tribunitiæ Poteſtatis, ſive Imperii annum occœpit, nec multò poſt ab actuario quodam, cui Atticiano nomen fuiſſe prodit Aur. Victor, interfectus eſt, quòd ejus uxori ſtuprum obtuliſſet. Nummus rariſſimus.

(7) Romæ Æternæ nonnullorum tyrannorum nummos inſcriptos fuiſſe, ad civium Romanorum, Senatuſque animos demulcendos putant eruditi.

(8) Mulier tutulata ſtans cum infantulo, quibuſdam videtur eſſe Iſis Orum lactans: ſed Triſtanus Fortunam hîc exhiberi exiſtimat, qualem Thebis à Xenophonte & Calliſtonico ſculptam fuiſſe Pauſanias in Bœoticis prodit, nempe Plutum Deum geſtantem. Nummus hic rariſſimus. Alii verò putant hîc exhiberi Fortunam Primigeniam, cujus in gremio Victorinus puer ſedet, ad imitationem Jovis pueri, cui Imperatorum filii nonnunquam comparantur: Jovis verò pueri ſimulachrum ita olim Præneſte viſebatur. Cicero de Divinatione: *Is eſt hodie locus ſeptus religiosè propter Jovis pueri ſignum, qui lactens cum*

Eadem epigraphe. Victorinus capite laureato, ad pectus cum loricâ.

VOTA AVGVSTI. (1) Capita Martis & Dianæ jugata. *Regius.*

IMP VICTORINVS P F AVG. Victorinus capite laureato ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

VOTA AVGVSTI. (2) Capita Apollinis & Dianæ adverſa. *Regius. RE. MB.*

Junone in gremio Fortuna ſedens, & mammam appetens, caſtiſſimè colitur à Matronis. Fortunæ autem Primogeniæ & Primigeniæ fit mentio in duabus Inſcriptionibus antiquis, quas hîc ex Grutero p. LXXVI. exhibemus.

1.
FORTVNAE
IOVIS. PVERI
PRIMIGENIAE
D. D
EX. SORTE. COMPOS
FACTVS
NOTHVS. RVFICANAE
L. F. PLOTILLAE

2.
FORTVNAE
PRIMOGENIAE
IOVI. PVERO
EX TESTAMENTO.

(1) Hic typus atque hæc epigraphe in Victorino tantùm occurrunt. Dianam non viatum aut venationis solùm, ſed belli etiam præſidem ac Ducem veteribus habitam fuiſſe, indicat Ἡγεμάχος nomen illi olim inditum, de quo memini me in Pauſania legere: itaque huic & Marti communia vota rectè nuncupabat Victorinus. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt.

(4) Ut ex ſuperiori nummo Marti & Dianæ, ita ex hoc Apollini, & Dianæ vota communia nuncupaſſe Victorinum conſtat. Hæc epigraphe, & hic typus in Victorino tantùm occurrunt. Nummus rariſſimus.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C PI VICTORINVS AVG. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum loricâ.

AEQVITAS AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Fauvel. Frad.*

IMP C PIAV VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

DIVO VICTORINO PIO. Caput Victorini radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. (1) Aquila alis expanſis ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet roſtro dextrorſum converſo. *Fouc.*

IMP C. *alii* CAES. *alii* M AVR VICTORINVS P F AVG.

FIDES MILITVM. Figura ſtans inter ſigna duo militaria. *MB.*

IMP C M PIAVVONIVS VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini radiatum, ad humeros cum paludamento.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtolata ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ. *Regius.*

IMP C. *alii* CAES. *alii* M AVR VICTORINVS P F AVG.

FORT REDV. (2) Fortuna inſidens ſubſellio, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum paludamento.

Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. *Fouc.*

IMP C. *alii* CAES. *alii* M AVR VICTORINVS P F AVG.

INVICTVS * Δ. Solis typus. *MB.*

IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum paludamento.

INVICTVS. (3) Sol cum pallio poſt tergum volitante, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ geſtat flagrum: à dextris in areâ ſtella. *Regius. Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI STATORI. (4) Jupiter ſtans, dextrâ haſtæ innixus, ſiniſtrâ neſcio quid tenet. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum ela-

(1) Victorinum à Gallis curante Victoriâ ejus matre conſecratum poſt cædem fuiſſe indicat hic nummus. Tantam enim authoritatem hæc fœmina apud milites ſibi comparaverat, ut interfectis filio ac nepote, Imperatores tamen Romania exercitibus daret, ipſaque Auguſta & mater Caſtrorum appellaretur: Marium ab ea primum; ac deinde ubi illum quoque militis manu interiiſſe vidit, Tetricum ad Imperium provectos ſcribit Pollio; non itaque mirum, ſi filium Victorinum conſecraſſe dicatur. Nummus hic rariſſimus.

(2) Nummi Victorini cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

(3) Hæc epigraphe & hic typus in Victorino & in Tetricis tantùm occurrunt.

(4) Vide quæ de Jove Statore diximus ad Poſtumi nummos argenteos. Nummus hic in Victorino rariſſimus.

tum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areà v. à ſiniſtris ſtella. *Fouc. Regius. Le Roy. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. Figura muliebris ſtans ad aram ignitam, dextrâ extensâ pateram tenet, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Regius. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ demiſsâ tenet bacillum, quo attingit globum humi poſitum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Cham. MDM.*

IMP C. *alii* CAES. *alii* M AVR VICTORINVS P F AVG.

PROVIDENTIA AVG. Providentiæ typus. *MB.*

Eadem epigraphe.

PROVIDENTIA AVGVSTI. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe.

SAECVLI.FELICITAS. (1) Mulier proræ navis inſidens pede ſiniſtro, cum infantulo pectori admoto. *MB.*

IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtolata, ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſerpentem tenet dextrâ, ſiniſtrâ verò pateram ex quâ eum paſcit. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.

SALVS AVG. Typus ut ſuprà. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

SALVS AVG. Typus ut ſuprà. *M MA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. (2) Victoria tunicata & ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. (3) Figura militaris galeata ſtans, dextrâ haſtæ innixa, ſiniſtrâ clypeo humi poſito. *Regius.*

(1) Nummus hic Victorini inter rariores recenſendus. Vide quæ ad ſimilem nummum aureum ejuſdem Auguſti adnotavimus.

(2) Ad quam victoriam referendus eſt hic nummus Scriptores non produnt; probabile tamen eſt ad aliquam Victoriam de Germanis relatam. Nummus rariſſimus.

(3) Non bellicas solùm, ſed civiles etiam virtutes in Victorino commendat Julius Aterianus apud Pollionem; quod fragmentum hîc non prorſus inutile erit exſcribere: *Victorino, qui Gallias poſt Junium Poſtumum rexit, neminem exiſtimo preferendum: non in virtute Trajanum, non Antoninum in clementiâ, non in gravitate Nervam, non in gubernando ærario Veſpaſianum, non in cenſurâ totius vitæ ac ſeveritate militari Pertinacem vel Severum. Sed omnia hæc*, addit optimus hic Scriptor, *libido & cupiditas mulierariæ voluptatis ſic perdidit, ut nemo audeat virtutes ejus in literas mittere, quem conſtat omnium judicio meruiſſe puniri.* Nummus hic argenteus inter rariores recenſendus.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C VICTORINVS AVG. Caput Victorini radiatum, ad humeros.

AEQVITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *RE.*

IMP C PI VICTORINVS AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum loricâ.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Le Roy. Bau.*

IMP C PIAV VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum paludamento.

COMES AVG. (1) Victoria gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Cham.*

DIVO VICTORINO PIO. Caput Victorini radiatum, ad humeros.

CONSACRATIO. (2) (ſic) Aquila inſiſtens globo alis expanſis, coronam apprehenſam tenet roſtro dextrorſum converſo. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ. *Cham.*

IMP C M-PIAAVVONIVS (ſic) VICTO-

(1) Nummus hic Victorini rariſſimus. Vide quæ ad ſimilem nummum aureum ejuſdem Auguſti adnotavimus; necnon ad nummos Tetrici cum eadem epigraphe & eodem typo.

(2) A Victoria matre Victorinum conſecratum fuiſſe diximus ſuprà ad nummum ſimilem argenteum. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus. Cæterum ſcribit Pollio, extare ſepulcra circà Agrippinam brevi marmore impreſſa humilia, è quibus unum eſt inſcriptum:

HIC DUO VICTORINI TYRANNI SITI SUNT.

RINVS P F AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Bau.*
IMP PIAVVONIVS VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Fouc.*
IMP C PIAV VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Regius. Cham. Val. B.*
IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Cham. Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum loricâ.

FORT REDVX. (1) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Cham.*
Eadem epigraphe. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum paludamento.

Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

INVICTVS. Sol dextrorſum gradiens, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenet flagrum. *Regius. Val. Fontaine.*

Alius cum ſtellâ à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *B. Fouc. DC.*
IMP C PIAV VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum loricâ.

INVICTVS. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ à dextris in areâ. *Cham.*
IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini laureatum, ad humeros.

LEG XXII PRIMIGENIE. (2) (ſic) Figura virilis nuda cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ſtans, dextrâ demiſsâ clavam, ſiniſtrâ arcum tenet: à dextris capricornus. *Hard.*
Eadem epigraphe. Caput Victorini coronâ radiatâ cinctum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Le Roy.*

Alius cum v. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Val. Fouc. Brandenburg.*
Eadem epigraphe. Caput Victorini radiatum, ad humeros, dextrorſum.

PAX AVG. Typus ut ſuprà, cum v. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris. *Cham. B.*
IMP C PIAV VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

PAX AVG. Typus ut ſuprà, cum v. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris. *Fouc. Regius. Cham. Val. Le Roy. Fontaine.*
IMP C VICTORINVS P AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà, cum v. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris. *Fouc.*
IMP C VICTORINVS AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ v. *RE.*
IMP C VICTORINVS P AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

PAX AVG. (3) Non Pacis, ſed Pietatis ſacrificantis typus. *Fouc.*
IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum loricâ.

PIETAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, pateram quâ libat tenet dextrâ, acerram verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. DC. Cham. Val. Le Roy. Fontaine.*
IMP VICTORINVS PI AVC. (ſic) Caput Victorini radiatum, ad humeros.

.......IXAƆ....... (ſic corruptè, pro PIETAS AVG.) Vaſa pontificalia. *Fouc.*
IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P II COS PP. (4) Victorinus veſtitu militari, capite laureato, procedens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum tenet dextrâ, trophæum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum demiſſum tenet dextrâ,

(1) Nummus hic Victorini cum rarioribus adnumerandus.

(2) Habetur nummus argenteus in cimelio Arſchotano M. Antonii cum epigraphe LEG. XXII. PRIMIGENIAE. ubi pro typo cernuntur duo ſigna militaria, aquila legionaria intermedia. Legionum autem primigeniarum aliquoties Inſcriptiones antiquæ meminere. Et hæc ipſa Legio XXII. apud Spartianum in Did. Juliano *Primigenia* dicitur. Nummus hic Victorini rariſſimus.

(3) Nummi Victorini cum hoc typo rariſſimi, licet nonnulli putant id factum ignorantiâ vel incuriâ monetariorum. Vide infrà nummum ejuſdem Auguſti cum epigraphe VICTORIA AUG. ubi pro typo mulier ſtans ad aram, dextrâ pateram, ſiniſtrâ trophæum tenet.

(4) Nummus hic ſpectat ad annum Chriſti 266. nam ſequenti anno Victorinus interfectus eſt. Nummus hic rariſſimus.

cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ ; à dextris juxtà pedes globus. *Fouc. Regius. Cham. Fontaine.*

IMP C PI VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP C VICTORINVS AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini laureatum, ad pectus cum paludamento.

SAECVLI FELICITAS. (1) Imperator paludatus capite nudo, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ globum. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum loricâ.

SALVS AVG. Figura muliebris ſiniſtrorſum converſa ſtans, dextrâ tenet ſerpentem, ſiniſtrâ verò pateram ex quâ eum paſcit. *Fouc. DC. Cham. Fontaine. B.*

IMP C PI VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

SALVS AVG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP C PIAV VICTORINVS AVG. Victorinus capite radiato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum tenet.

SALVS AVG. (2) Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP VICTOPNVS AVG. (ſic) Caput Victorini radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

SALV VVG. (ſic) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet pateram ex quâ ſerpentem aræ circunvolutum paſcit, ſiniſtrâ haſtæ innititur. *Regius. Le Roy. Fauvel. Fontaine. B. Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. (3) Victoria ad dextram verſa, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Cham. Hen.*

IMP C VICTORINVS AVG. Caput Victorini ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Figura muliebris ſtans ad aram, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ trophæum. *RE.*

IMP C VICTORINVS P F AVG. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. (4) Figura militaris galeata ſtans, dextrâ haſtæ innixa, ſiniſtrâ clypeo humi poſito. *Cham. Le Roy. Fouc. Hen. Bau. Fon. Fontaine. B. Brandenburg.*

IMP VICTORINV. (ſic) Caput Victorini ut ſuprà.

VRTVS V. (ſic) Figura militaris galeata gradiens à ſiniſtris dextrorſum, clypeum geſtat dextrâ, haſtam verò ferratam ſiniſtrâ. *Fouc.*

(1) Habetur nummus argenteus Victorini cum eadem epigraphe, ſed typo prorſus diverſo. Nummus hic inter rariores recenſendus.
(2) Nummus hic Victorini ob capitis typum cum rarioribus adnumerandus.
(3) Nummus hic Victorini inter rariores recenſendus; ſequens verò rariſſimus eſt ob typi novitatem.
(4) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti adnotavimus. Nummi cum ſequenti typo inter rariores recenſendi.

NUMISMATA ÆREA

incerti moduli.

DIVO VICTORINO.

ABVNDANTIA AVG. Figura ſtans, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C M AVR VICTORINVS P F AVG.

ADVENTVS AVGG. Imperator eques laureatus ſiniſtrâ jaculum; ante Imperatorem, captivus nudus manibus poſt terga revinctis.

DIVO VICTORINO.

CONSECRATIO. Aquila inſidens globo, roſtro ſertum tenens.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO. Aquila inſidens aræ, ſertum roſtro tenens.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO. Aquila expanſis alis cœlum aſpicit.

IMP C PIAV VICTORINVS P F AVG.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtans, ambabus manibus bina ſigna militaria tenens.

IMP C M PIAVVONIVS VICTORINVS P F AVG.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

[?] INVICTVS. Sol nudus capite radiato gradiens, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ flagrum; propè eum ſtella.

IMP C VICTORINVS P F AVG.

INVICTVS. Solis gradientis typus.

Eadem epigraphe.

PAX AVG. Pacis typus.

IMP C M PIAVVONIVS VICTORINVS P F AVG.

PAX AVG. Pacis typus.

IMP C. *alii* CAES. *alii* M AVR VICTORINVS P F AVG.

PAX AVG. Pacis typus.

Eadem epigraphe.

PIETAS AVG. Figura ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

IMP C VICTORINVS P F AVG.

PIETAS AVG. Figura ſtans ad aram, dextrâ pateram.

Eadem epigraphe.

SALVS AVG. Figura ſtans, dextrâ ſerpentem, cui pateram ſiniſtrâ porrigit.

IMP C. *alii* CAES. *alii* M AVR VICTORINVS P F AVG.

SALVS AVG. Salutis typus.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. Victoria ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG. Figura militaris ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG. Miles ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ anchoram.

IMP C VICTORINVS P F AVG.


........TVS AVG. Figura ſeminuda galeata, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

Eadem epigraphe.

Epigraphe exeſa. Quatuor ſigna militaria erecta.

VICTORINUS JUN.

PIAUVONIUS VICTORINUS Victorini filius Cæſar primùm, ac deinde Auguſtus à patre factus, unà cum illo periit extremo anni 267. Hunc Cæſaris tantùm dignitate ornatum, & quidem ipsâ propè horâ quâ pater in militari tumultu interfectus eſt, prodit unus rerum in Galliis illâ ætate geſtarum Scriptor Pollio: ſed præterquam quod nonnullos nummos Victorini Auguſti nomine inſignes exhibet Mediobarbus, quos ad filium pertinere celeberrimi Antiquarii conjiciebant, unum quoque nos in tribus ampliſſimis cimeliis reperimus, in quo facies adoleſcentis exhibetur, à lineamentis oris quæ in Victorini patris nummis deprehenduntur diverſiſſima: quamobrem Pollionem hìc hallucinatum eſſe cum eruditiſſimo quoque exiſtimamus.



NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C PI VICTORINVS AVG. Caput Victorini Junioris radiatum, ad pectus cum loricâ.

AEQVITAS AVG. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ geſtat bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Foue. Cham. Frad.*

IMP C PIAV VICTORINVS P F AVG.

AEQVITAS AVG. *MB.*

Eadem epigraphe.

PAX AVG. Pacis typus. *MB.*

(1) Nummi Victorini Junioris rariſſimi ſunt; tres tantùm vidi cum eadem epigraphe & eodem typo in cimeliis laudatis; in quibus ſanè eadem vultûs forma deprehenditur, diverſa omninò à patris formâ, & ut videtur ætatis annorum triginta.

NUMISMATA ÆREA *incerti moduli.*

IMP C PI VICTORINVS AVG.
AEQVITAS AVG. Figura ſtans, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C PIAV VICTORINVS P F AVG.
FIDES MILITVM. Figura ſtans inter duo ſigna militaria.

IMP C VICTORINO.....Caput coronâ radiatâ.
IA A S VI. Navis cum remis in medio mari.

IMP VICTORINVS CAES.
PROVIDENTIA AVG. Figura ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP CAES VICTORINVS P F AVG. *alius* IMP L AVR.
SAECVLI FELICITAS. Mulier proræ navis inſiſtens pede ſiniſtro, infantem tenet pectori admotum.

IMP C PIAV VICTORINVS P F AVG.
VIRTVS MILITVM.
Victorini Jun. hanc Inſcriptionem refert Mediobarbus ex Goltzio.
L AVREL VICTORINVS CAES PRINC IVVENT.

VICTORIA.

VICTORIA mater Victorini ſenioris,tantam ſibi authoritatem apud milites comparavit, ut interfectis filio ac nepote, Imperatores tamen Romanis exercitibus daret, ipſaque Auguſta, & mater Caſtrorum appellaretur. Narrat Pollio Marium ab eâ primùm, ac deinde ubi illum quoque militis manu interiiſſe vidit, Tetricum ad Imperium provectos. De fœminæ fortiſſimæ morte variant Auctores; quidam enim interemptam; alii fato conceſſiſſe tradunt; ſed annum quo hæc contigit, quando ſolus ex quo ſuperiora exſcripſimus,Pollio nec obſervat, nec ullâ temporum notâ inſignit, fruſtrâ inquiras.

Nummus incerti metalli ac moduli.

IMP VICTORIA AVG. Caput galeatum.
IL. (1) Aquila expanſis alis. *MB.*
Victoria ſive Victorina hanc Inſcriptionem protulit Goltzius, & ex illo exſcripſit Mediobarbus Comes.
AVRELIA VICTORINA AVG. *alius*, PIA FELIX AVG.


(1) Profert hunc nummum Mediobarbus ex Strada, ſed ab imperito quodam ſuppoſitum nemo non videt, cum nec fabrica hujus ætatis ſit, & Inſcriptio Latina in Ægyptiacis nummis alias nuſquam occurrat.

MARIUS.

MARCUS AURELIUS MARIUS ferri quondam opifex, cum militiæ nomen dediſſet, bonamque in bellis contrà Germanos operam navaviſſet, in Victorini locum ſubſtitutus eſt anno Chriſti 267. exeunte, vel 268. ineunte, commendante eum militibus Victoriâ, cujus tum maxima in Galliis authoritas fuiſſe fertur. De hujus fortitudine nonnulla ſuprà fidem enarrat Pollio, in quibus immorari non eſt noſtri inſtituti; ſed operæpretium eſt obſervare, Marii electionem ab Aurelio Victore & Eutropio poſt cædem Poſtumi protinùs referri, eoſdemque exiſtimaſſe Victorinum Mario ſubrogatum, cum Galliarum Imperium cum Poſtumo Victorinum aliquandiu participaſſe,

& poſt paucos ab illius cæde menſes interfectum fuiſſe conſtet. Cæterum ſummam poteſtatem deguſtare Mario vix licuit; tertio enim die quàm imperare cœperat, à milite quodam cujus operâ olim in ſuâ officinâ uti conſueverat, gladio confoſſus interiit.









P. Simonneau filius fecit

NUMISMATA AUREA.

IMP C M AVR MARIVS P F AVG. Caput Marii laureatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA MILITVM. (1) Duæ dextræ junctæ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SAEC FELICITAS. (2) Figura muliebris ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ tenet caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

(1) Licet Marii nummi ex omni metallo & modulo rari ſint, ex auro tamen rariſſimi ſunt. Cum hac autem epigraphe & hoc typo ejus nummi frequentiores cæteris ſunt; nec abs re, quippe hic militum ſuffragiis ad Imperium provectus fuit, commendante eum militibus Victoria fortiſſima fœmina, cujus tùm maxima in Galliis authoritas fuiſſe fertur. Hujus autem prima concio ad milites habita refertur à Trebellio Pollione in ejus Vitâ, quam, cum ſit longiuſcula, hîc non exſcribo.

(2) Mario Imperatore in Galliis Sæculi felicitas ſperari quidem, non verò deguſtari poterat; quippe triduo poſtquam Imperium occupavit, interemptus eſt, ut ſcribit Pollio: *De hoc*, inquit ille, *etiam dici poſſe videtur, qui unâ die factus eſt Imperator, aliâ die viſus eſt imperare, tertiâ interemptus eſt.*

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C MARIVS P F AVG. Caput Marii radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORD MILIT. Dextræ duæ junctæ. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA MILIT. Typus ut ſuprà. *Collegii.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Fauvel. MDM. Fontaine. MB.*

IMP C M AVR MARIVS AVG.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Marii radiatum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C MARIVS P F AVG. Caput Marii ut ſuprà.

SAEC FELICITAS. Figura muliebris ut ſuprà, caduceum tenet dextrâ elatâ, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Cham. Decleſves.*

IMP C M AVR MARIVS P F AVG. Caput Marii laureatum, ad pectus cum paludamento.

SAEC FELICITAS. Typus ut ſuprà. *Collegii. MB.*

Eadem epigraphe.

SAECVLI FELICITAS. Typus ut ſuprà. *MB.*

(1) Licet omnes Marii nummi rari ſint, uti paulò ſuperius monuimus, hic tamen rariſſimus eſt.

IMP C MARIVS P F AVG. Caput Marii radiatum, ad pectus cum paludamento.

SAECVLI FELICITAS. (1) Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

IMP C M AVR MARIVS P F AVG.

VICTORIA AVG. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. Victoria ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

IMP C M AVR MARIVS AVG. Caput Marii radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata ac ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. MMA. MDM.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria ut ſuprà ſiniſtrorſum gradiens. *Regius.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. Victoria ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Marii radiatum; ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVG. (2) Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Le Roy.*

IMP C M AVR MARIVS P F AVG. Caput Marii radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà. *RDR. MB.*

(1) Ex hac epigraphe ac ſequenti, necnon ex non parva omninò nummorum Marii manu, qui ſuperſunt, arguit Triſtanus hujus Imperium diuturnius fuiſſe triduo, quod ei Pollio tribuit.

(2) *Vir quidem*, inquit Pollio, *ſtrenuus, ac militaribus uſque ad Imperium gradibus evectus eſt.* Et paulò poſt robur ac vires ejus, & præſertim digitorum ſic deſcribit: *de quo illud addidiſſe ſatis eſt, nullius manus vel ad feriendum, vel ad impellendum fortiores fuiſſe, quum in digitis nervos videretur habuiſſe, non venas. Nam & carra venientia digito ſalutari repuliſſe dicitur, & fortiſſimos quoſque uno digito ſic afflixiſſe, ut quaſi ligni vel ferri obtuſioris ictu percuſſi dolerent. Multa duorum digitorum alliſione contrivit.*

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C MARIVS P F AVG. Caput Marii radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORD MILIT. Duæ dextræ junctæ. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà. *Regius. Fouc. DC. Cham. Val. Fontaine. B.*

IMP C M AVR MARIVS P F AVG. Caput Marii ut ſuprà.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà. *Frad.*

IMP C MARIVS P F AVG. Caput Marii ut ſuprà.

PACATOR ORBIS. (1) Caput Solis radiatum, ad humeros cum paludamento. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SAEC FELICITAS. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Val. Le Roy.*

IMP C M AVR MARIVS AVG. Caput Marii ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream geſtat dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. DC. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria typo quo ſuprà, gradiens à ſiniſtris dextrorſum. *Fouc. Cham. Val. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. (2) Victoria ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Ban.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ac paludata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum prægrandem tenet dexterâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Ban.*

(1) Nummus hic Marii rariſſimus, imò ſingularis. Vide quæ diximus ſuprà ad nummum ſimilem Poſtumi ex ære tertii moduli.

(2) Nummos hoſce Marii putamus cuſos potius in augurium quam in monumentum alicujus victoriæ, ſi Pollioni, qui Mario triduanum Imperium tribuit, fides adhibenda: *Nam ut Conſul*, inquit Pollio, *qui ſex pomeridianis horis Conſulatum ſuffectum tenuit, à M. Tullio tali aſperſus eſt joco, Conſulem habuimus tam ſeverum, tam cenſorium, ut in ejus Magiſtratu nemo pranderit, nemo cœnaverit, nemo dormierit; de hoc etiam dici poſſe videtur, qui unâ die factus eſt Imperator, aliâ die viſus eſt imperare, tertiâ interemptus eſt.*

Numiſmata Ærea incerti moduli.

IMP C MARIVS P F AVG. SECVLI FELICITAS. Figura muliebris ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB. ex Chiffletio.*

AUREOLUS.

Marcus Acilius Aureolus quem Dacum fuiſſe, gregeſque in primâ ætate duxiſſe Zonaras ſcribit; cum militiæ nomen dediſſet, varios in eâ gradus virtute ſuâ obtinuit, Gallienumque adverſus Sarmatas primùm, ac deinde in Gallias ſequutus, ita ſe illi approbavit, ut ex hac Provinciâ diſcedens Gallienus Poſtumi debellandi curam ei delegarit. Aureoli prævaricatione elapſum Poſtumum, renovatiſque viribus bellum redintegraſſe ſuis locis monuimus; ſed cum mutuis cladibus aliquandiù certatum eſſet in Galliis, tyrannumque exturbari poſſe tandem deſperaret Gallienus, bellum intermittere ſtatuit, collatâque in Aureolum Magiſtri Equitum dignitate, Rhætias inſidere cum exercitu juſſit, ut inde Poſtumi motus inſpectaret, videretque ne quid ab illo Reſpublica detrimenti caperet. Ibi rebellaſſe anno 267. Aureolum, brevique perfidiæ pœnas luiſſe Scriptores omnes teſtantur: ſed Pollio qui duas hujus rebelliones nobis obtrudit, nec ſibi magis hac in parte, quàm veritati aut rationi conſentit, in pugnâ contrà Claudium occubuiſſe narrat: cæteri acie victum apud pontem qui nomine ejus nobilitatus eſt, Mediolanique obſeſſum à Gallieno fuiſſe tradunt, ubi cæſo per fraudem ejus Principe, ipſe non multo poſt deditionem facere compulſus, invito ac repugnante Claudio à militibus interfectus eſt anno 268. cum primum tyrannidis annum nondum compleviſſet.



NUMISMATA AUREA.

IMP M ACIL AVREOLVS P F AVG. Caput Aureoli radiatum, ad humeros cum paludamento.

PROVIDENTIA AVG. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ ſceptrum, ſiniſtrâ columnæ nixa cum cornucopiæ: ad pedes globus. *Triſtan.*

. . . .

PRVDENTIA AVG. (2) Figura ſtans, dextrâ bacillum, ſiniſtrâ nixa columnæ cum cornucopiæ: ad pedes globus. *MB.*

(1) Nummi omnes Aureoli rariſſimi ſunt, præſertim ex auro.

(2) An rectè deſcriptus ſit hic nummus viderint quibus illum manibus contrectare contigit. Sanè Providentiæ typum hîc exhiberi nemo non videt. Profert hunc nummum Mediobarbus ex Theſauro Oiſelii.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP AVREOLVS AVG. Caput Aureoli radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORD EQVIT. (1) Figura muliebris ſtans, dextrorſum converſa, pede dextro proræ navis impoſito, dextrâ tenet neſcio quid, ſiniſtrâ navis gubernaculum: in imâ parte s. *Bau.*

IMP C AVREOLVS AVG. Caput Aureoli ut ſuprà.

CONCORD II M C. Duæ dextræ junctæ. *Regius.*

(1) Aureolum à Gallieno, circà annum 266. quo Gallicum bellum intermiſit, Rhætiæ Præfectum, Magiſtrumque Equitum factum fuiſſe Scriptores produnt: an horum concordiæ Auguſtam dignitatem acceptam ſe referre Aureolus teſtatur? Mihi probabilius videtur, ut in Galliis, ſic in Rhætiâ duo hominum genera fuiſſe, plebis, & nobilium, quos Equites appellare amabant Romani: nam & nobilitatis Germanicæ mentionem non uno loco facit luculentiſſimus auctor Corn. Tacitus. Atqui horum gratiam ab Aureolo quæſitam teſtatur nummus hic rariſſimus, cujus ſimiles extant in Poſtumo, eandem ob cauſam cuſi, ut ad nummum argenteum, FIDES EQVITVM, monebamus.

NUMISMATA ÆREA

incerti moduli.

IMP AVREOLVS....... Caput Aureoli radiatum, ad humeros cum paludamento.

L I MIN RESTITVTA. (1) Minerva à dextris & Aureolus togatus à ſiniſtris, palmæ ramo intermedio, dextras jungunt. *Triſtan.*

Ejuſdem Aureoli has Inſcriptiones exhibet Mediobarbus Comes.

IMP C AVREOLVS P F AVG. *ex Urſino.*

IMP C M ACIL AVREOLVS P F AVG. *ex Goltzio.*


(1) Hunc nummum ſingularem ſic legit Triſtanus: LEGIO PRIMA MINERVIA RESTITUTA. Vide Commentarium ejuſdem tom. 3. pag. 182.

CLAUDIUS

CLAUDIUS GOTTHICUS.

Marcus Aurelius Claudius, Princeps non rei militaris peritiâ magis, quàm juſtitiâ & moderatione commendatus, tam ignobili genere ortus fuerat, ut non avos ejus ſolùm ignoraverint, ſed de patriâ quoque variaverint Scriptores. Dardanum fuiſſe volebant quidam, cæteri Dalmatam aſſerebant; certè quin Illyricianæ gentis fuerit, nemo dubitavit præter Victorem Juniorem, qui Gordiano patre natum fuiſſe ſomniat. Sub Decio primùm Tribunus, deindeque Martiæ Quintæ Legioni à Valeriano præfectus, præclarum Senatûs judicium meruit, cum apud Principem quereretur, nullam fortiſſimi juxtà ac prudentiſſimi viri in eligendis Ducibus haberi rationem. Itaque Illyricum regendum accepit, cæteroſque Provinciarum Præſides intrà breve tempus ita ſupereminuit, ut illo potiſſimum ſtare Reſpublica videretur, ejuſque imprimis operâ in bellis uteretur Gallienus. Tribus eum interfuiſſe Auctores ſcribunt; Gallico adverſus Poſtumum, quod ad annum uſque 263. adminiſtraſſe videtur; Gotthico, de quô pluribus infrà dicturi ſumus; ac denique Italico contra Aureolum, quo Gallienus per inſidias ſuorum occiſus, Claudiuſque ad Imperium omnium conſenſu provectus eſt circa menſem Martium anni 268. Quâ portò ratione id acciderit, non ſatis conſtat inter Scriptores; Zoſimus Gallieni cædis conſcium fuiſſe Claudium tradit; Pollio verò huic conſilio non adfuiſſe eum refert; Pollionem ſequuntur ambo Victores, adduntque Claudium tunc temporis Ticini præſidiariam manum retinuiſſe, miſſiſque ad eum Imperii inſignibus, ſucceſſorem à Gallieno moriente deſignatum fuiſſe, quod in Conſtantini gratiam confictum plerique exiſtimant. Exercitûs de Claudio judicium Senatus eo libentius amplexus eſt, quod ab illo clades quibus Imperium ſub Valeriano & Gallieno afflictum fuerat, reparatum iri ſperaret; & ſanè ita ſe geſſit, ut nihil illi, ad eam quam ſui concitaverat expectationem ſuſtinendam, defuiſſe præter tempus videtetur. Cum enim Gallias & Hiſpanias Tetricus, Orientemque Zenobia retinerent, Rhætias & Italiam Alamanni, cæteras Provincias Gotthi aggrederentur, Zenobiam & Tetricum, ſuos magis quàm Reipublicæ hoſtes regnare interea paſſus eſt; Barbaris verò tantas intrà biennium clades intulit, quantas ante illum nemo. Aureolum Mediolani tunc obſeſſum fuiſſe cum interfectus eſt Gallienus, ſuo loco obſervavimus: hunc Claudius ita acriter urſit, ut deditionem facere brevi compulſus fuerit. Sublato itaque infeſtiſſimo tyranno, contra Alamannos, qui per Rhætias & Italiam ad lacum Benacum uſque ſe effuderant, progreſſus eſt, adeoque præclaram illic victoriam reportavit, ut vix dimidium Barbarorum, quàm quod venerat, patriam repetere potuerit. Aliquantum temporis deinde Claudius aut Romæ, aut in Italiâ ſaltem exegiſſe videtur; narratque Pollio optimas ab eo leges conditas fuiſſe; motam quoque illo imperante in Chriſtianos perſecutionem, & Acta quædam Martyrum ſuadent, & Merellus in Quirinalibus aſſerit; ſed quàm rectè, eruditis viris dijudicandum eò libentiùs relinquimus, quò res hujuſmodi ad noſtrum inſtitutum minùs pertinere videntur; ſed Republicâ intrà Italiam ordinatâ, Claudius anno 269. contra Gotthos profectus eſt. Eos barbaros poſtremis Gallieni annis variis cladibus affecerat, confectumque jam tum fuiſſet calamitoſiſſimum bellum, ſi hujus conſilia ſequi Marcianus Dux animum inducere potuiſſet; ſed dum hoſtem contemnit, per imprudentiam effecit, ut

priores victoriæ penè inutiles viderentur. Scythæ enim ab iis quos elabi ſiverat concitati, tanto numero in Imperium anno 268. irrupere, ut eorum alimentis Provinciæ quas adoriebantur ſufficere vix poſſent. Refert Pollio fuiſſe præter familias & ſervos & carraginem trecenta ac viginti armatorum millia, navium duo millia. Duæ ſtatim urbes ab iis obſeſſæ, Tomi ac deinde Marcianopolis; ſed ubi utramque firmiſſimo præſidio teneri ſenſere, repetitis navibus Caſſandriam & Theſſalonicam uſque progreſſi ſunt. Ad primum hujus irruptionis nuntium Claudius, cum variis negotiis Romæ diſtineretur, Quintillo fratri & Aureliano curam Barbarici belli delegarat; ſed ubi omnes Imperii vires ſimul collectas tam atroci bello vix ſufficere audivit, quanto potuit apparatu adverſus Gotthos profectus eſt, ut ſuprà diximus, anno 269. Eâ tempeſtate Theſſalonicam & Caſſandriam obſidione ita preſſas fuiſſe Zoſimus ſcribit, ut de earum urbium ſalute deſperaretur; & ſanè nihil aliud eas ſervavit, niſi ipſa Barbarorum ferocitas & audacia; cum enim fama de Principis adventu increbreſceret, hunc omnibus viribus ſtatim aggrediendum cenſuerunt, intermiſſâque obſidione ad Pelagoniam & Doberum progreſſi ſunt, fœdiſſimâ quoquoverſum editâ ſtrage. Tres deinde pugnas refert laudatus Scriptor; primam ad Pelagoniam ipſam, quâ Gotthi, cum in Dalmatas equites fortè incurriſſent, tria hominum millia amiſere; alteram ad Naiſſum, tam atrocem, ut primum hoſtium impetum Romani ſuſtinere nequiverint: inſignem tamen fuiſſe victoriam, cæſaque eo die quinquaginta Gotthorum millia idem teſtatur. Tertia in Hæmimonte, ad annum ſequentem, Chriſti 270. pertinet, eâque demùm debellatos Scythas Zoſimus & Pollio aſſerunt; ſed quæ fuerint illorum vires, non aliàs magis apparuit; cum enim rerum neceſſariarum inopiâ jamdiù premerentur, ac prætereà plurimos eorum graviſſima peſtis abſumpſiſſet, ita præclarum tamen prælium fecere, ut extremo in periculo Romanorum res verſarentur, Imperiumque Barbaris prædæ iterùm fore videretur, niſi laboranti pediti eques opportunè ſuccurriſſet, & inclinatam fermè pugnam ſuâ virtute reſtituiſſet. Eadem tempeſtate Gotthorum claſſis, cùm Cretam & Rhodum Inſulas circumvecta eſſet, nullâ re memorabili geſtâ receſſit, atque ita finis impoſitus eſt bello, quod cum per viginti fermè annos mutuis cladibus tractum eſſet, Romano orbi tandem exitiabile futurum fuiſſe videbatur, niſi Principem Claudium tunc temporis habuiſſet Deletis Reipublicæ hoſtibus, ſuos tandem fortiſſimus Imperator ulciſci poterat; ſed immaturâ morte præventus, inter ipſa ſua trophæa miſerabiliter interiit Sirmii in Pannoniâ, circà menſem Novembrem anni 270. anno Imperii tertio, ætatis quinquageſimo ſexto: Zoſimus peſte abſumptum tradit, cujus contagia à devictis Gotthis ad Romanos victores penetraverant; eadem fuit Pollionis ſententia; ſed in quâ parum firmus videri poſſit; certè ex ejus oratione apparet, ita exiſtimaſſe quoſdam, Claudium à ſuis occiſum; quod tamen nemini probatum iri confidimus. Contrà ambo Victores narrant, cum ex fatalibus libris didiciſſet, non aliter vinci poſſe Gotthos, quam ſi caput ſuum Diis Manibus devoveret, in medios ſe injeciſſe hoſtes, eoque interfecto Barbaros ad internecionem cæſos; ſed quam fidem hujuſmodi narratio mereatur, nemo non videt. Operæpretium eſt addere, Claudio imperante Ægyptum Zenobiæ poſt diuturnum bellum tandem paruiſſe, ut ſuo loco fuſiùs monebimus. Geſtum quoque Claudii auſpiciis adverſus Suevos ac Sarmatas bellum, eoque Aureliani virtutem plurimum enituiſſe Vopiſcus refert, quod ad annum 269. pertinere nobis videtur. Fuit etiam hujus tempore tyrannus in Italiâ, cui Cenſorino nomen fuit, ſed hujus vitam ſingulari capite complexi ſumus.



NUMISMATA AUREA.

IMP C M AVR CLAVDIVS P F AVG GERM GOTTHICVS.

AEQVITAS AVG. (1) Figura ſtolata ſtans, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

IMP CLAVDIVS AVG.

CONCORDIA EXERC. Figura ſtans inter duo ſigna militaria. *MB.*

IMP C M AVR CLAVDIVS P F AVG GERM GOTTHICVS.

DIANA LVCIF. (2) *MB.*

Eadem epigraphe.

FELICITAS AVG. Figura ſtolata ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ haſtam tenens. *MB.*

Eadem epigraphe.

FIDES MILITVM. Figura ſtolata ſtans, dextrâ ſignum militare, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

IMP CLAVDIVS AVG.

FORTVNAE RED. Fortuna temonem, & cornueopiæ tenens. *MB.*

IMP C M AVR CLAVDIVS GER GOTHICVS. Caput Claudii laureatum, ad pectus cum paludamento.

INVICTVS AVG. (3) Caput ejuſdem Claudii galeatum, ad pectus eum paludamento. *Triſtan.*

IMP CLAVDIVS P F AVG.

PAX AVG. *MB.*

Eadem epigraphe.

PIETAS AVG. *MB.*

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. Victoria dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii laureatum, ad humeros dextrorſum.

VICTORIA AVG. (4) Victoria ſtans, dextrorſum ſpectans eum eoronâ & palmâ, inter duos eaptivos humi ſedentes; qui à dexteris eſt manibus ſupplex; qui à ſiniſtris manibus poſt terga revinctis. *Regius.*

IMP CLAVDIVS P F AVG.

VICTORIA GOTTICA. Trophæum cum duobus captivis aſſidentibus. *MB.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG. Figura militaris gradiens, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ trophæum. *MB.*

(1) Hujus Auguſti nummi omnes ex auro rari ſunt, hic autem rariſſimus ob capitis epigraphen, ubi *Germanicus Gotthicus* dicitur.

(2) Nummus hic ac ſequentes duo ob capitis epigraphen inter rariores recenſendi.

(3) Occurrit etiam nummus in Alexandro Severo, cujus averſa pars hanc epigraphen exhibet: INVICTVS AVG COS. III. ſed in eo quadrigis vehitur Imperator, ejuſque proceſſum Conſularem repræſentari opinatur Mediobarbus: hic verò, in quo caput Claudii galeatum cernitur, ſingularis eſt. Plurimas Inſcriptiones pagg. 275. & 276. exhibet Gruterus, quæ Claudium Invictum quoque appellant: has deſcribere libuit.

1

IMP. CAES
M. AVR. CLAVDIO
P. F. INVICTO
AVGVSTO
ENACENSES.

2

SENATVS. ET. PO
PVLVS. SAGVNTI
NORVM. CLAVDIO
INVICTO. PIO. FELI
CI. IMP. CAES. PONT
MAX. TRIB. POT. P. P
PROCOS.

3

IMP. CAES
M. AVR. CLAV
DIO. PIO. FEL. IN
VICTO. AVG. PONT
MAX. TRIB. POT
COS. II. P. P. PROCOS
DD

4

IMP. CAES. FL. CLAVDIO. PIO. FELICI
INVICTO. AVG. PONT. MAX. TRIB
POT. II. COS. II. PP. PRO. COS

5

CLAVDIO. INVICTO
PIO. FEL. IMP. CAES
PONT. MAX
TRIB. POT. III. COS
II. PROCOS

(4) Nummus hic Claudii ac ſequens cum rarioribus adnumerandi.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ pacificatoris habitu, ſiniſtrâ tenet haſtam tranſverſam. *Frad. MDM. Declefves.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

ANNONA AVG. (2) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ tenet ſpicas, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Bau. RE. MB.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

APOLLINI CONS. Apollo ſtans dextrâ demiſſâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram ſaxis innixam: à ſiniſtris in areâ H. *Fauvel. Frad. MDM.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

CONSECRATIO. Aquila alis expanſis à fronte, roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Fouc. MMA. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSECRATIO. Ara ſuprà quam ignis accenſus. *Fouc. Regius. Cham.*

DIVO CLAVDIO GOTHICO. Caput Claudii ut ſuprà.

CONSECRATIO. (3) Typus ut ſuprà: in imâ parte T. *Fouc. Cham. Fontaine.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONSER AVG. (4) Serapis cum modio vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dextrâ retrorſum protensâ, haſtam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Fouc.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

DIANA LVCIF. (5) Diana ad ſiniſtram gradiens, utrâque manu facem accenſam tenet: in imâ parte P. *Cham.*

IMP C CLAVDIVS AVG.

FELICITAS AVG. Figura ſiniſtrâ haſtam, dextrâ caduceum. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

FELICITAS AVG. (6) Figura muliebris ſtans, dextrâ innixa caduceo oblongo, cornucopiæ tenet ſiniſtrâ. *MDM.*

Alius cum B. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

FELIC TEMPO. Figura muliebris vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ tenet caduceum, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte T. *Fontaine.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

FIDES EXERC. Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum tranſverſum ſiniſtrâ. *Fouc. Frad.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

FIDES EXERCI. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

Alius cum XI. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, labarum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ϵ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNAE REDVCI. (7) Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet navis gubernaculum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS AVG. Genius nudus cum modio ſuprà caput, & pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis ac-

(1) Nummus hic Claudii ex argento cum rarioribus adnumerandus.

(2) Pollionis locus hunc nummum illuſtrat: *Claudius*, inquit, *& ſecuritate Rempublicam, & opulentiâ ſimietate donavit.* Nummus hic ac ſequens argentei rari.

(3) Nummus hic Claudii ob capitis epigraphen cum rarioribus adnumerandus, ſuperiores haud obvii. De morte autem ejus ſic Pollio ſcribit: *Finito bello Gothico graviſſimus morbus increbuit. Tunc etiam Claudius aff-ctus morbo mortales reliquit, & familiare virtutibus ſuis cœlum petiit. Quo ad Deos atque ad ſidera demigrante*, &c.

(4) Nummus hic rariſſimus. Vide quæ ad ſimilem nummum ejuſdem Auguſti ex ære tertii moduli infrà adnotamus.

(5) Hæc epigraphe, & hic typus paſſim in Auguſtarum nummis occurrunt, nunquam in Imperatorum, præterquam in Gordiano, in Claudio & in Quintillo ejus fratre. Vide quæ ad Poſtumi nummum argenteum cum epigraphe DIANÆ LUCIFERÆ, & eodem typo adnotavimus. Nummus hic Claudii argenteus inter rariores recenſendus.

(6) Nummus hic Claudii ac ſequentes ex argento haud obvii ſunt.

(7) Nummi Claudii cum hac epigraphe rari; ſequentes verò ex argento haud obvii.

cenſus, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

GENIVS EXERCI. Genius ut ſuprà abſque arâ. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI VICTORI. Jupiter nudus cum pallio à tergo in utrumque brachium projecto, fulmen tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVVENTVS AVG. (1) Hercules nudus, dextrâ clavæ humi poſitæ innixus, leonis exuvias geſtat ſiniſtrâ. *MDM.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum paludamento.

LAETITIA AVG. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ I. *Fouc.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

LIBERALITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, teſſeram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

LIBERT AVG. Figura muliebris ut ſuprà, pileum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris in area X. *MMA.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

MARS VLTOR. (3) Mars galeatus ac nudus, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ poſt tergum reductâ, ſiniſtrâ geſtat trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros dextrorſum.

NEPTVN AVG. (4) Neptunus nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, delphinum ſuſtinet dextrâ, tridenti verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVG. (5) Figura muliebris ſtolata, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: in imâ parte T. *Fontaine.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

P M TR P II COS PP. Imperator vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ globum: à ſiniſtris in areâ ☩. *Fontaine.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

PROVIDENT AVG. (6) Figura muliebris ſtans, dextrâ demiſsâ tenet ſceptrum, ſiniſtro cubito columnæ innixa, ſiniſtrâ geſtat cornucopiæ; pro pedibus à dextris globus. *Regius. MDM.*

DIVO CLAVDIO OPTIMO IMP. Caput Claudii velatum & laureatum, ad humeros.

REQVIES OPTIMOR MERIT. (7) Clau-

(1) Nummus hic Claudii ex argento rariſſimus. Vide quæ ad ſimilem Æ. III. ejuſdem Auguſti adnotamus.

(2) Nummus hic Claudii ac ſequentes ex argento haud obvii.

(3) Nummus hic ex argento rarus. Marti autem Ultori templa bina extruxiſſe Auguſtum produnt Scriptores; alterum in Foro ſuo poſt victoriam contrà Brutum & Caſſium: *Publica*, inquit Suetonius, *opera plurima extruxit; ex quibus vel præcipua, forum cum æde Martis Ultoris*, &c. Voverat iſtud bello Philippico, quod Julii Cæſaris, à quo adoptatus, & hæres ſcriptus, necis ulciſcendæ causâ ſuſceperat, ut ſcribit idem Suetonius paulò poſt: *Ædem Marti, bello Philippenſi pro ultione paternâ voverat.* Eleganter deſcribitur hoc idem templum ab Ovidio lib. V. Faſtorum. Alterum templum Marti Ultori extruxit Auguſtus in Capitolio, poſt ſigna à Parthis recepta, quod ad inſtar Jovis Feretrii fuiſſe tradit Dio Caſſius lib. LIV. ἀμέλει καὶ θυσίας ἐπ' αὐτοῖς, καὶ νεὼν Ἄρεως τιμωροῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κατὰ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Φερετρίου ζήλωμα, πρὸς τὴν τῶν σημείων ἀνάθεσιν, ψηφισθῆναι ἐκέλευσε, καὶ ἐποίησε. *Itaque & ſacrificia ejus rei cauſa, & templum Martis Ultoris in Capitolio ad imitationem Jovis Feretrii, quo ſigna iſta militaria ſuſpenderentur, decerni juſſit, ac deinde perfecit.* Meminit hujuſce rei quoque Ovidius lib. V. Faſtor. ubi ait, *Martem* inde *Bis ultorem* nuncupatum. Cæterum habentur quamplurimi nummi hujus Auguſti ex Æ. III. cum inſcriptione MARS ULTOR, nec abs re; quippe ipſe cum Rempublicam à tyrannis oppreſſam ultus eſſet, Mars Ultor à Romanis dici potuit; etenim Aureolum à Reipublicæ gubernaculis depulit; Gothorum ut ipſe ſcripſit ad Junium Brocchum, & refert Pollio, CCCXX. millia delevit, II. millia navium merſit: *Delevimus*, inquit, *CCCXX. millia Gothorum, II. millia navium merſimus. Tecta ſunt flumina ſcutis, ſpathis & lanceolis omnia littora operiuntur. Campi oſſibus latent tecti, nullum iter purum eſt, ingens carrago deſerta eſt*, &c.

(4) Nummus hic argenteus cum rarioribus adnumerandus. Vide quæ ad ſimilem Æ. III. ejuſdem Auguſti infrà adnotamus.

(5) Nummus hic Claudii, ac duo ſequentes ex argento rari.

(6) Hujus Providentiam prædicat & Pollio: *Qui ſi diutiùs*, inquit ille, *in hac eſſet commoratus Republica, Scipiones bonos & Camillos, omneſque illos veteres ſuis virtutibus, ſuis conſiliis, ſua providentia reddidiſſet.*

(7) Hæc epigraphe, & hic typus tùm primum in nummis Imperatorum occurrunt. Cuſus videtur hic nummus, cùm ex divi titulo, tùm ex divinitatis velo, quo caput Claudii tegitur, poſt ejus mortem. Vide nummos Maximiani, & Conſtantii Chlori cum eadem epigraphe, & eodem typo. Quibus autem honoribus Claudium poſt mortem affecerit Senatus, narrat Pollio: *Illi*, inquit, *clypeus aureus, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum Senatus totius judicio in Romanâ curia collocatum eſt, ut etiam*

dius velatus ac togatus ſedens in ſellâ curuli à ſiniſtris dextrorſum, dextram expanſam attollit, ſcipiouem verò tenet ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

SALVS AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtaus ad aram ſerpente capite aſſurgente circunvolutam, dextrâ tenet pateram ex quâ ſerpentem paſcit, haſtæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

SALVS AVG. (2) Iſis Faria ſtans, capite loti flore ornato, ſiſtrum tenet dextrâ, vaſculum anſatum ſiniſtrâ: in imâ parte є. *Fouc. Fontaine.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

SPES PVBLICA. (3) Figura muliebris dextrorſum gradiens, dextra tenet florem, ſiniſtrâ veſtem colligit: in imâ parte P. *Le Roy.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

VBERITAS AVG. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, veluti crumenam tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ T. *Fouc.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fouc. Cham.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata gradiens à dextris ſiniſtrorſum, cætera ut ſuprà: in imâ parte S. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Mars ad ſiniſtram gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Regius.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

nunc videtur. Expreſſa thorace vultus ejus imago. Illi (quod nulli antè) populus Romanus ſumptu ſuo in Capitolio ante Jovis Optimi Maximi templum, ſtatuam auream decem pedum collocavit. Illi totius orbis judicio in roſtris poſita eſt columna, cum palmata ſtatua ſuperfixa, librarum argenti mille quingentarum: & paulò poſt: *Adulator igitur Senatus, adulator populus Romanus, adulatrices exteræ gentes, adulatrices provinciæ: ſiquidem omnes ordines, omnis ætas, omnis civitas, ſtatuis, vexillis, coronis, fanis, arcubus bonum Principem, aris ac templis honoraverunt.* Nummus hic Claudii inter rariores recenſendus.

(1) Nummus hic Claudii ex argento inter rariores recenſendus.

(2) Vide quæ ad ſimilem nummum ex Æ. III. adnotamus. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

(3) Spem publicam Senatûs apud Pollionem acclamatio oſtendit: *Auguſte Claudi, Dii Te nobis præſtent! Claudi Auguſte, Principem Te, aut qualis Tu es, ſemper optavimus! Claudi Auguſte, Te Reſpublica requirebat! Claudi Auguſte, Tu Frater, Tu Pater, Tu Amicus, Tu bonus Senator, Tu verè Princeps! Claudi Auguſte, Tu nos ab Aureolo vindica! Claudi Auguſte, Tu nos à Palmyrenis vindica! Claudi Auguſte, Tu nos à Zenobia, & à Victoria libera! Claudi Auguſte, Tetricus nihil fuit.* Nec quidem fefellit Populum Romanum hæc ſpes, ut in ejus Vita videre eſt. Nummus hic ex argento rarus.

(4) Trebellius Pollio explicat hunc nummum: *Claudius,* inquit, *& ſecuritate Rempublicam, & opulentia nimietate donavit.* Nummus hic cum rarioribus adnumerandus; ſequentes verò ex argento rari.

NUMISMATA ÆREA LATINA
maximi moduli, vulgò medaglioni.

IMP CAES CLAVDIVS PIVS FELIX AVG. Caput Claudii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator eques paludatus præeunte Victoria, & ſubſequentibus milite cum ſigno militari, & duobus aliis cum haſtis. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ADVENTVS AVGVSTI. Typus ut ſuprà. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MONETA AVG. Tres mulieres ſtolatæ dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ geſtant; pro earum pedibus monticulus. *Regius. DeC. Vaillant.*

IMP CAES CLAVDIVS PIVS FEL AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *RE. DeC.*

IMP C CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

(1) Licet omnes hujus Auguſti nummi ex ære maximi moduli rari ſint, tamen hic & ſequens rariſſimi ſunt.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. (1) Aquila à ſiniſtris dextrorſum, alis expanſis. *Regius.*

IMP C CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii laureatum, ad humeros cum paludamento.

MONETA AVG. Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *Foue. DeC.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

(1) Licet omnes hujus Auguſti nummi ex ære primi moduli rari ſint, tamen hic rariſſimus eſt. Quibus autem honoribus Claudium poſt mortem affecerit Senatus, diximus ſuprà ad nummum argenteum cum epigraphe, REQUIES OPTIMORUM MERITORUM.

NUMISMATA GRÆCA Æ. I.

AΥ Κ Μ ΑΥΡ ΚΛΑΥΔΙΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Claudius Auguſtus.* Caput Claudii laureatum.

ΚΛΑΥΔΙΟ ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ. (1) *Claudiopolitarum Seleucienſium Concordia.* Lunus pileo Phrygio ornatus, pede proræ impoſito, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ad genu demiſsâ. *Vaillant.*

ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ ΚΛΑΥΔΙΟϹ ϹΕΒ. Caput Claudii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ϹΤΡ Α ϹΕΠΤ ΠΟΝΤΙΑΝΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Prætore Lucio Septimio Pontiano Cyzicenorum bis Neocororum.* Templum octo columnis ſuffultum. *Regius. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΓΑΛΑϹϹΕΩΝ. (2) *Sagalaſſenſium.* Leo gradiens à ſiniſtris dextrorſum. *Regius.*

Μ ΑΥΡ ΚΛΑΥΔΙΟΝ. Caput Claudii ut ſuprà.

ϹΑΓΑΛΑϹϹΕΩΝ. Leo gradiens ore haſtam tranſverſam tenens. *RE. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ϹΑΓΑΛΑϹϹΕΩΝ. Templum quatuor columnis ſuffultum, in cujus medio ſtat Fortuna; & ſupernè duæ aliæ figuræ minores. *RE. Vaillant.*

ΑΥ Κ Μ ΑΥΡ ΚΛΑΥΔΙΟϹ. Caput Claudii laureatum, ad humeros cum paludamento.

ϹΑΓΑΛΑϹϹΕΩΝ. Lunus cum pileo Phrygio, & lunâ creſcente ad humeros, in equo, dextrâ extenſâ, ſiniſtrâ equi habenas. *Vaillant.*

ΑΥ Κ Μ ΑΥΡ ΚΛΑΥΔΙΟΝ. *Imperatorem Cæſarem Marcum Aurelium Claudium.* Caput Claudii ut ſuprà.

ΑϹΓΑΛΑϹϹΕΩΝ. (3) (ſic) Figura virilis ſeminuda, Apollo forſan, ſedens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam tenet dextrâ, ramum verò ſiniſtrâ: pro pedibus trophæum. *Foue.*

(1) Claudiopolitarum & Seleucienſium concordiam teſtatur quoque Gallieni nummus. Utramque hanc urbem in Iſauria recenſet Ammianus lib. XIV. pag. 19. *Et hanc quidem* (loquens de Iſauria) *præter oppida multa duæ civitates exornant; Seleucia opus Seleuci Regis, & Claudiopolis, quam deduxit coloniam Claudius Cæſar.*

(2) Sagalaſſus urbs Piſidiæ dicitur Plinio & Stephano; Ptolemæo verò urbs Lyciæ.

(3) Nummus hic Claudii Gothici non extat apud Vaillantium.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii laureatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI VICTORI. Jupiter nudus cum pallio ex humeris pendente ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ geſtat fulmen, ſiniſtrâ haſtæ innixus. *Regius. Laiſné.*

IMP C CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii laureatum, ad humeros.

MARS VLTOR. Mars ad ſiniſtram gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Regius.*

IMP C CLAVDIVS P AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

MARS VLTOR. Typus ut ſuprà. *Hæ.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros dextrorſum.

VICTORIA AVG. (1) Victoria tunicata

(1) Licet omnes hujus Auguſti nummi ex ære ſecundi moduli rari ſint, tamen hic rariſſimus eſt. Habetur ſimilis nummus ejuſdem Auguſti ex auro.

& altè

& altè ſuccinctâ gradientis ritu, vultu ſiniſtrorſum converſo, inter captivus duos manibus poſt tergum revinctis humi ſedentes, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Foue.*

IMP C CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AVG. Victoria ſtans, dextrâ coronam lauream tenet, ſiniſtrâ palmam. *Regius.*

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. II.

AYT K KΛΑΥΔΙΟC CEB. *Imperator Cæſar Claudius Auguſtus.* Caput Claudii laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. A. *An.* I. Caput Dianæ cum lunâ falcatâ. *Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Caput Solis radiatum, ad humeros cum paludamento. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Aquila alis expanſis ad ſiniſtram verſa, coronam lauream geſtat roſtro dextrorſum converſo. *Regius. Cham. Le Roy. Fontaine. B. RE.*

Eadem epigraphe com eodem capitis typo.

L. B. *An.* 2. Caput muliebre turritum. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii laureatum, ad pectus cum loricâ.

L. B. Caput juvenile modio inſigne, ad pectus cum ſtolâ; ante quod caduceus alatus, ſuprà quem palmæ ramus. *Cham. Regius. SG. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Victoria tunicata, & altè ſuccincta, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fontaine. RE. Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. B. Typus ut ſuprà. *Regius. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Victoria ut ſuprà, ſed gradiens à ſiniſtris dextrorſum. *Cham. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Mars ſtans, dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ parazonium. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Figura virilis ſeminuda ſtans, dextrâ femori innixa, ſiniſtrâ geſtat caduceum. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Nilus decumbens à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ arundinem tenet, lævâ cornucopiæ: infrà crocodilus. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Figura muliebris dextrorſum gradiens, dextrâ tenet florem, ſiniſtrâ ſtolam colligit. *Bau. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii laureatum, ad pectus cum loricâ.

L. B. (1) Neptunus nudus dextrorſum converſus, pede lævo caudæ delphini ſurſum elatæ impoſito, ſpicam tenet dextrâ, tridenti verò adnititur ſiniſtrâ. *B. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Neptunus ut ſuprà, ſed dextrâ piſcem tenet. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geminum geſtat ſiniſtrâ. *RE. Cham. Fontaine.*

AYT K KΛΑΥΔΙΟC CEB. Caput Claudii laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. B. Caput muliebre, cum palmæ ramo à ſiniſtris. *Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Capita Oſiridis & Iſidis. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Aquila ſiniſtrorſum verſa, coronam lauream tenet roſtro dextrorſum verſo. *SG. Fontaine. B.*

Alius cum palmæ ramo per tranſverſum in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Aquila dextrorſum verſa coronam lauream tenet roſtro ſiniſtrorſum verſo, cum palmæ ramo per tranſverſum. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. *An.* 3. Aquila ſiniſtrorſum verſa,

(1) Nummum hunc cuſum ab Ægyptiis putamus poſt victoriam navalem à Claudio de Gothis relatam; de qua pluribus ad nummum Æ III. cum epigraphe NEPTUNO AUG. ubi etiam pro typo Neptunus ſtans cernitur, dextrâ delphinum tenens, ſiniſtrâ tridenti adnixus. Sub Neptuni autem ſimulacro Claudium ipſum latere putant nonnulli, quod littera B. annum ſecundum denotans, quo Claudius Gothos devicit, confirmare videtur; necnon numiſma Latinum paulò ſuperius à nobis citatum. Neptunus autem pedem delphino imponit, in ſignum ſuppreſſæ potentiæ maritimæ ſpicam tenet dextrâ, annonæ Ægyptiacæ vindicatæ indicium, quam eo victo procuIdubio Gothi fuiſſent occupaturi. Cæterum Neptuni cultus Ægyptiis haud ignotus; cum aram Neptuno etiam Ariſton ſacraſſe Diodoro memoretur, & teſte Stephano Neptuni *Canobi* in urbe Ægypti Canopo, centum & viginti ſtadiis ab Alexandria diſtante, templum fuerit.

cum palmæ ramo per tranſverſum. *B.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
L. F. Aquila ſiniſtrorſum verſa, coronam lauream tenet roſtro dextrorſum converſo. *Regius. Cham. Fontaine.*

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C CLAVDIVS AVG. Claudius capite radiato, ad medium pectus cum paludamento, dextrorſum converſus, haſtam puram, quam tenet dextrâ, geſtat humero dextro.

ADVENTVS AVG. (1) Claudius eques à ſiniſtris dextrorſum, dextram attollens pacificatoris habitu, haſtam tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. Le Roy. Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Fauvel.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AEQVITAS AVG. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val. Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros dextrorſum.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà. *Ban.*
IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Le Roy.*
Alius cum II. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ S. *Fouc. Le Roy.*
Alius cum XS. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum Γ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*
IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum S. à ſiniſtris in areâ. *Le Roy. Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Fouc.*
IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte S. *Cham. Le Roy. Fontaine. B.*
Eadem epigraphe. Claudius capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ bacillum.

AEQVITAS AVG. (3) Typus ut ſuprà: in imâ parte S. *Ban.*
IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

AETER AVG. (4) Figura muliebris ſtans à dextris ſiniſtrorſum converſa, utrâque manu facem accenſam, & inclinatam tenet; à ſiniſtris ſtat Sol capite radiato cum pallio in humerum ſiniſtrum rejecto, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenens flagrum. *Frad.*
IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

AETERNIT AVG. Sol capite radiato nudus ſtans, cum pallio divinitatis à tergo pendulo, dextrâ elatâ & expanſâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: in imâ parte IV. *Fouc. Cham. Le Roy.*
Alius cum N. à ſiniſtris in areâ, abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum IV. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

AETERNIT AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ N. *Val. B. Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii laureatum, ad pectus cum loricâ.

AETERNITAS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

(1) Nummus hic Claudii ob capitis typum inter rariores recenſendus; ſequentes verò haud obvii.

(2) Quibus virtutibus ornatus fuerit Claudius, quâve æquitate, ſatis declarat Senatûs acclamatio, quam legere eſt apud Trebellium Pollionem; qui etiam alio loco ſic de eo ſcribit: *Quid enim*, inquit Pollio, *in illo non mirabile? quid non conſpicuum? quid non triumphalibus vetuſtiſſimis præferendum, in quo Trajani virtus, Antonini pietas, Auguſti moderatio, & magnorum Principum bona ſic fuerunt, ut non ab aliis exemplum caperet, ſed etiam ſi illi non fuiſſent, hic cæteris reliquiſſet exemplum.*

(3) Nummus hic Claudii rarus ob capitis typum.

(4) Nummi Claudii cum hac epigraphe, & hoc typo rariſſimi ſunt.

AETERNITAS AVG. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ Γ. *Fon.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

ANNONA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ demiſsâ tenet ſpicas, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Brandenburg.*
IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

ANNONA AVG. Figura muliebris ut ſuprà, pede dextro proræ navis impoſito. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

ANNONA AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Frad.*
Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

ANNONA AVG. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ A. *Fouc.*
Alius cum Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*
IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

APOLLINI CONS. (1) Apollo nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, lauri ramum demiſſum tenet dextrâ, citharam cippo impoſitam ſiniſtrâ. *RE. Cham.*
Alius cum A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum M. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Alius cum H. à ſiniſtris in areâ, abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*
DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

APOLLINI CONS. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ H. *B.*
IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

APOLLINI CONS. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ H. *Cham.*
Alius cum M. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. SG.*
IM C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCOND EXERCI. (2) (ſic) Figura muliebris ſtolata ſtans, ſignum militare erectum tenet dextrâ, alterum tranſverſum ſiniſtrâ. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCO EXER. Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ cornucopiæ : in imâ parte T. *Fon.*
IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

CONCORD LEGI. (3) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ. *Fontaine.*
IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

CONSACATIO. (ſic) Ara quadrata, ſuprà quam ignis accenſus. *Fouc.*
IM C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONSACRATIO. (ſic) Typus ut ſuprà : in imâ parte Q. *Fouc.*
DIVO CLAVDIO. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Aquila alis expanſis roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Fouc. Regius. Cham. Val. RE. Le Roy.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà cum literis ECI. ſupernè. *Fouc.*
IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà, abſque literis ſupernè. *Le Roy.*
DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

CONSECRATIO. Aquila ut ſuprà, roſtro dextrorſum verſo, fulmini inſiſtens. *B.*
IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

CONSECRATIO. (4) Rogus tribus tabulatis aſſurgens, flammâ è vertice ſeſe efferente, cum figuris duabus ſuprà ſecundum tabulatum, alterâ à dextris, alterâ à ſiniſtris. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSECRATIO. Ara quadrata ſuprà quam ignis accenſus, cum lunâ bicorni in medio. *Fouc.*
DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

(1) Apollini Conſervatori cuſos fuiſſe hoſce nummos puto ad arcendam à Romano exercitu peſtem, quæ ſub finem belli tum maximè in Gothos ſæviebat ; cujus quidem contagia à devictis Gothis ad Romanos victores penetrarunt ; eademque peſte abſumptum fuiſſe Claudium ſcribunt Pollio & Zoſimus.

(2) Nummus hic Claudii rarus ; cum ſequenti verò typo inter rariores recenſendi.

(3) Nummi cum epigraphe *Concordia Legionum* in hoc Imperatore primùm occurrunt, deinde in Aureliano tantùm. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis cuſus videtur cum ad imperium evectus fuit Legionum unanimi conſenſu.

(4) Nummi Claudii cum hoc typo rariſſimi ſunt.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà. *Fontaine. B.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

CONSECRATIO. Ara ut ſuprà, abſque lunâ bicorni. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Regius. Val.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Fontaine.*

DIVO CLAVDIO GOTHICO. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. (1) Ara quadrata ſuprà quam ignis accenſus, flammâ ſurſum multum ſe efferente. *RE.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Bau. Fontaine.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

CONSECRATIO. Ara ſuprà quam ignis accenſus. *Fouc.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONSER AVG. (2) Serapis cum modio & pallio ſtans, dextram attollit, haſtam verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSER AVG. Serapis ut ſuprà cum modio altiore; & Iſis ſtans ex adverſo cum loti flore ſuprà caput, ſiſtrum tenet dextrâ, vaſculum verò ſiniſtrâ. *Fouc. Frad.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

CONSERVAT PIETAT. (3) Figura militaris paludata ſtans, dextram porrigit figuræ genuflexæ, ſiniſtrâ haſtam tenet. *Cham.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

DEO CABIRO. (4) Cabirus Deus cum pileo, altè cinctus, ſiniſtrorſum converſus, malleum tenet dextrâ, forcipem ſiniſtrâ: in imâ parte Z. *Fouc.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

DIANA LVCIF. (5) Figura muliebris

(1) Nummi hi in quibus Gothici titulus habetur, cum rarioribus adnumerandi.

(2) Nummus hic inter rariores recenſendus: ſequens verò rariſſimus: vide alium infrà cum epigraphe SALVS AVG. ubi itidem Iſis exhibetur, itemque Poſtumi nummum ex ære tertii moduli cum epigraphe, SERAPI COMITI AVG. & quæ ibi notamus. Varro lib. IV. de Ling. Lat. Principes Deos eſſe ſcribit Cœlum & Terram, quos in Ægypto Serapim & Iſim, apud Phœnicas Taautem & Aſtarten, in Latio Saturnum & Opem appellatos fuiſſe teſtatur: *Terra enim*, inquit, *& Cælum, ut Samothracum initia exhibent, ſunt Dei magni, & hi, quos dixi multis nominibus......mas & fœmina; hi quos Augurum libri ſcriptos habent ſic*, Divi potes: *& ſunt pro illis qui in Samothrace Θεοὶ δυνατοί. Hæc duo, Cælum & Terra: quod anima & corpus, humidum & frigidum.* Porrò ſi hanc in Serapidis & Iſidis cultu veterum fuiſſe mentem Varroni aſſentiamur, conſequens erit his diis vota pro ſalute Claudii, cum fortè ægrotaret, nuncupata fuiſſe: nam & Apollini eandem ob cauſam votum à Julio Scyllerote perſolutum fidem facit hæc Inſcriptio, quam Erud. Sponius è Schedis Barberinis exhibet Miſcel. pag. 274. & ad Campum Floræ repertam prodit.

APOLLINI. INVIC
EX. VOTO. PRO. SAL
D. N. P. CLAVDI. AVG
FLORENTISSIM. PRINC
C. IVLIVS SCYLLEROS V. C
AVG. N. PROC
V. CVR

(3) Cum eadem epigraphe, & eodem fermè typo habetur nummus argenteus Gallieni, ubi vide quæ adnotavimus. Nummus hic Claudii rariſſimus, imò ſingularis. Vide quæ infrà monemus ad nummum cum epigraphe *Reſtitutor Pietatis.*

(4) De Cœlo & Terrâ principibus Diis Varronis ſententiam vidimus ſuprà: hos Euſebius de Præp. Evang. Cabiros vocatos fuiſſe prodit, ab Hebræo *Cabir*, *magnus*, *fortis.* Sed tres Cabiros numerat Apollonii Interp. in I. Argonaut. Axierum, Axiocerſum & Axiocerſam: unde Tertullianus lib. de ſpectac. *Tres aræ trinis Diis parent, magnis, potentibus, valentibus.* Contrà nummus hic unum tantùm exhibet. Harum diverſitatum rationem Voſſius lib. II. de Idololat. tibi explicabit; ſed quâ de causâ Cabirus in Claudii nummis repræſentetur, hanc aperire noſtri inſtituti eſt. Porrò in ejus Vitâ monuimus Theſſalonicam & Caſſandriam à Gothis tum obſeſſas fuiſſe, cum Claudius expeditionem adverſus illos ſuſcepit; omiſſamque à Barbaris obſidionem, dum advenienti Claudio obſiſtere malunt: quamobrem Claudium ſuæ erga Cabirum pietatis monumentum hoc in nummo exhibere voluiſſe conjicimus, quòd infeſtiſſimæ Scytharum genti, quæ tot ſtrages in interioribus Imperii Provinciis edere potuerat, hanc mentem injeciſſet, ut circà fortiſſimæ urbis cujus tutelam in ſe recepiſſet, mœnia vires ſuas frangerent: Cabirum enim tutelarem Theſſalonicenſium Deum fuiſſe arguunt eorum nummi, quos vide in Valeriano Æ. II. Cæterum hæc epigraphe in Claudio tantùm occurrit. Nummus rariſſimus, imò ſingularis.

(5) Dianam Luciferam nuncupari inquit Phurnutus, quod & ſplendorem emittat, & cœlum aliquo modo ſuo lumine illuſtret, imprimis quando in plenilunio eſt: Ἡ δ' Ἄρτεμις φωσφόρος μὲν ἐπωνομάσθη, διὰ

ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, facem accenſam geſtat utrâque manu. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

DIANA LVCIF. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Fouc. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

DIANAE CONS AVG. (1) Cervus à dextris ſiniſtrorſum: in imâ parte X. *Fouc.*

IMP C CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

DIANAE CONS AVG. Cervus à ſiniſtris dextrorſum: in imâ parte Γ. *Cham.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

DIANAE LVCIF. (2) Diana ad ſiniſtram gradiens, utrâque manu facem accenſam tenet: in imâ parte P. *Fontaine.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

DIANAE VICTR. (3) Diana altè ſuccincta ſagittam depromit dextrâ è pharetrâ ex humeris ſuſpenſâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ: in imâ parte H. *Fouc. Regius. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum oblongum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val. Fontaine.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

FELICITAS AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum A. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum B. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum B. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. B.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

FELICITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum B. à ſiniſtris in areâ. *Fontaine.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

FELIC TEMPO. Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, caduceum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte T. *Fouc. DC. Cham. Val. Le Roy. MDM. Fontaine.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

FIDES AVG. (4) Mercurius vultu dextrorſum converſo ſtans, crumenam tenet dextrâ, caduceum verò geſtat ſiniſtrâ cum pallio: in imâ parte X. *Fouc.*

Alius cum Z. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans, crumenam tenet dextrâ, haſtam verò ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES EXERC. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare erectum tenet dextrâ, alterum tranſverſum ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

FIDES EXERCI. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Alius cum XI. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Fontaine.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

FIDES EXERCI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *RE.*

Alius cum XI. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Le Roy.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

FID MILITVM. Figura muliebris ſto-

νὸ κ̀ αὐλὴν σέλας βάλλων, ἐ φωλίζων παντὸς τὸ περίχωρον ἐπ᾽ ὧν μάλιςα πανσέληνος ᾖ. Habetur nummus argenteus Poſtumi cum epigraphe DIANÆ LUCIFERÆ. & eodem typo, ubi vide quæ adnotavimus, necnon ea quæ diximus ſuprà ad nummum argenteum huic ſimilem. Nummi hi Claudii cum rarioribus adnumerandi.

(1) Nummi cum hac epigraphe, & hoc typo in Gallieno primùm occurrunt, & ſunt obvii; in Claudio verò inter rariores recenſendi.

(2) Cum eadem epigraphe, & eodem typo habetur nummus Poſtumi, uti paulò ſuperius monuimus. Nummus hic Claudii rariſſimus.

(3) Hæc epigraphe & hic typus in Æmiliano primùm occurrunt; Diana autem hîc Venatricis habitu exhibetur, quo eam Ovidius deſcribit:

Talia pinguntur ſuccincta crura Dianæ,
Cum ſequitur fortes, fortior ipſa, feras.

Nummus hic Claudii cum rarioribus adnumerandus.

(4) Nummi Claudii cum hac epigraphe, & hoc typo, necnon cum ſequenti rariſſimi ſunt. Habetur nummus Albini cum eadem epigraphe, ſed typo diverſo. Plotinæ autem nummi duo habentur; alter inſcriptus FIDES AUGUST. circà figuram ſtantem, quæ dextrâ clatâ, ſiniſtrâ caduceum tenet; alter verò inſcribitur FIDES AUGUSTA. & pro typo cernitur figura ſtans ſiniſtram elevans cum caniſtro florum, dextrâ ſpicas.

lata, dextrorſum ſpectans, ſtat labarum tenens dextrâ, haſtæ adnixa ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ Є. *Fouc.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

FIDES MILIT. Figura muliebris typo quo ſuprà, ſignum militare erectum tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Fouc.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Le Roy. Fontaine. B.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

FIDES MILITVM. (1) Figura muliebris typo quo ſuprà, labarum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ Є. *Fouc.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà, cum Є. à ſiniſtris in areâ. *Fouc. Cham.*

IMP CLAVDIVS CAESAR. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

FORTVNA RED. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum in cujus imo globus tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Regius.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

FORTVNA RED. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

FORTVNA RED. Typus ut ſuprà. *Le Roy. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

FORTVNA REDVX. Typus ut ſuprà. *Fouc. Le Roy.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

FORTVNA REDVX. (3) Typus ut ſuprà: in imâ parte SPQR. *Frad.*

Alius abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

FORTVNA REDVX. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Z. *Fouc. Cham.*

Alius cum Z. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

FORTVNA REDVX. (4) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Cham.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

FORTVNAE RED. (5) Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ S. *Frad.*

Alius cum S. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. MDM.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

GENIVS AVG. Figura virilis nuda cum modio ſuprà caput & pallio, dextrorſum converſa ſtans ad aram, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Le Roy. Fontaine.*

Alius cum Γ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

GENIVS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Fouc. RE.*

Alius cum Γ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

GENIVS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Cham.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

GENIVS AVG. Typus ut ſuprà, ſed abſque arâ. *Fouc. Cham.*

Alius cum Z. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS EXERCI. Genius ut ſuprà, cum arâ. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

GENIVS EXERCI. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

(1) Nummus hic Claudii ob capitis epigraphen inter rariores recenſendus.

(2) Cuſus videtur hic nummus, quod Cæſaris tantùm titulum præferat, antequam ejus electio in Imperatorem ab exercitu facta à Senatu comprobata eſſet. *Nam quum eſſet nuntiatum*, inquit Pollio, *nono Calend. Aprilis ipſo in ſacrario Matris ſanguinis die Claudium Imperatorem factum, neque cogi Senatus ſacrorum celebrandorum cauſa poſſet, ſumptis togis itum eſt ad Apollinis templum, ac lectis literis Claudii Principis, hæc in Claudium dicta ſunt, Auguſte Claudi, Dii te nobis præſtent*, &c. Fortunam autem Reducem hoc tanto Imperatore jure merito ſperabant Romani. Nummus hic ob capitis epigraphen inter rariores recenſendus.

(3) Nummus cum hiſce literis in imâ parte inter rariores recenſendus.

(4) Nummus hic Claudii ob capitis inſcriptionem cum rarioribus adnumerandus.

(5) Nummi Claudii cum hac epigraphe haud obvii ſunt.

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

GENIVS EXERCI. Typus ut ſuprà, abſque arâ: à ſiniſtris in areâ z. *Fouc. Regius. Cham. Le Roy. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

GENIVS EXERCI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Fouc.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudil radiatum, ad pectus cum loricâ.

GENIVS EXERCI. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

HILARITAS AVGG. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans, palmæ ramum oblongum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; cornucopiæ alterum infrà ad latus ſiniſtrum. *Fouc.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

IOVI CONSERV AVG. (ut videtur) Jupiter nudus vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, fulmen verò geſtat ſiniſtrâ: Claudius paludatus ſtar ex adverſo dextrâ protensâ, haſtæ adnixus ſiniſtrâ: in imâ parte A. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI STATORI. Jupiter nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtæ puræ adnititur dextrâ, fulmen verò demiſſum tenet ſiniſtrâ. *Fouc. Le Roy. Frad. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI STATORI. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI VICTORI. Jupiter nudus cum pallio divinitatis, fulmen tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val. Fontaine. B.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

IOVI VICTORI. (2) Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

IOVI VICTORI. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

Alius cum N. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI VICTORI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ IV. *Le Roy. B.*

Alius cum VI. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

IOVI VICTORI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ N. *Cham.*

Alius cum S. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

IOVI VICTORI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ S. à ſiniſtris N. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI VICTORI. Jupiter ſtans, ſiniſtrorſum ſpectans, dextrâ haſtæ innixus. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros dextrorſum.

IVNO REGINA. (3) Figura muliebris tunicata, ſtolâ apertâ, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes pavo. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

IVNO REGINA. Typus ut ſuprà: in imâ parte B. *Fouc. Hen. Frad. SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVVENTAS AVG. (4) Hercules laureatus nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias geſtat: in imâ parte A. *Frad.*

(1) Nummi Claudii cum hac epigraphe, & hoc typo, necnon cum ſequenti rariſſimi ſunt. Vide quæ de *Hilaritate* habet Oiſelius pag. 314. & ſeqq. necnon nummos Marci Aurelii cum epigraphe HILARITAS. & eodem typo.

(2) Nummus hic Claudii ob capitis epigraphen rarus.

(3) Hæc epigraphe, & hic typus paſſim in nummis Auguſtarum occurrunt, nunquam verò in Imperatorum, prtterquam in Claudii nummis, qui inter rariores recenſendi ſunt.

(4) Habentur nummi Marci Aurelii cum epigraphe JUVENTAS. & JUVENTUS. tantùm; in prima ipſa Dea Juventas pro typo ſtat, ſiniſtrâ pateram tenens, dextrâ thura odorifera, in ſecundo verò figura virilis paludata, dextrâ ramum, ſiniſtrâ ſceptrum tenens; & pone eam trophæum erigitur; ſunt ejuſdem Auguſti, & alii nummi, in quibus JUVENTUS. in laurea legitur. Dea autem Juventas jam in Capitolio culta ab ipſis Servii Tullii Regis temporibus; cumque poſtea Tarquinius Priſcus templum Jovi Capitolino extruere vellet, atque propterea omnium aliorum Deorum, qui in Capitolio colebantur, aras exaugurarет, Terminus & Juventas cedere noluerunt, quod Romani in omen traxerunt, fore ut nunquam termini urbis moverentur, nec juvenilis vigor deeſſet, ut tradit Dionyſius Halicarnaſſeus lib. III. Hinc Camillus in Oratione apud Livium lib. V. *Hic cum augurato liberaretur Capitolium, Juventas Terminuſque maximo gaudio patrum noſtrorum moveri ſe non paſſi.* Vide Divum Auguſtinum de Civitate Dei lib.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IVVENTVS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte A. *Fouc. Bau. Cham.*

Alius cum Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Frad. Fontaine.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

LAETITIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, navis verò gubernaculum, in cujus imo globus, ſiniſtrâ. *Cham. Fontaine.* RDR.

Alius cum XII. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Alius cum XII. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

LAETITIA AVG. (1) Typus ut ſuprà, cum XII. à ſiniſtris in areâ. *Cham.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

LAETITIA AVG. Figura muliebris cornucopiæ geſtat ſiniſtrâ, cætera ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ I. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum paludamento, dextrorſum.

LAETITIA AVG. Typus ut ſuprà, cum I. à ſiniſtris in areâ. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

LAETITIA AVG. Typus ut ſuprà, cum I. à ſiniſtris in areâ. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

LAETITIA AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Regius.*

Alius cum Γ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum S. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

LIBERALITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, teſſeram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Val. Le Roy. Fontaine.*

Alius cum I. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

LIBERALITAS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Val.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

LIBERALITAS AVG. Typus ut ſuprà. RE.

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

LIBERO CONS AVG. (2) Panthera à ſiniſtris dextrorſum, in imâ parte B. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERT AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pileum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Le Roy.*

Alius cum X. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

LIBERT AVG. Typus ut ſuprà, cum X. à ſiniſtris in areâ. *Le Roy.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

IV. cap. XXIII. Idem Auguſtinus libro citato cap. XI. *Juventas*, inquit, *Dea eſt, quæ poſt prætextam excipit juvenilis ætatis exordia.* Juventas autem Dea Diis miniſtrare pocula fingitur, ut Jovi Ganymedes. Hinc Cicero lib. 1. de Nat. Deor. *At Poetæ quidem Ambroſiam epulas comparant, & aut Juventutem, aut Ganymedem pocula miniſtrantem.* Ovidius de Ponto lib. 1. Eleg. ult.

Nectar & ambroſiam, latices, epulaſque Deorum
Det mihi formoſa gnava Juventa manu.

Juventatis autem *ludos* vocat Cicero in Oratore, quos Salinator Senonenſi prælio voverat; & Feſtus ait: *Juventatis ſacra pro juvenibus ſunt inſtituta.* Huic verò Deæ præter ædem in Capitolio, de qua ſuprà locuti ſumus, & cujus etiam meminit Plinius lib. XXXV. cap. X. *Tabula*, inquiens, *in Capitolio in Minerva delubro ſupra ædiculam Juventutis.* Alteram in Circo maximo dedicavit Lucullus, ut tradit Livius lib. XXXVI. cap. XXXVI. *Juventutis ædem in Circo maximo C. Licinius Lucullus duumvir dedicavit*, &c. Sed quod attinet ad hunc nummum Claudii, habetur nummus Gallieni argenteus cum epigraphe JUBENTUS AUG. in quo Gallienus ipſe laureatus ac paludatus cernitur ſtans, dextrâ Victoriæ ſignum geſtans, ſiniſtrâ haſtæ innixus, ubi vide quæ adnotavimus. Cæterum Claudius ob tot victorias ab hoſtibus reportatas, & Deæ Juventæ, & Herculi per hoſce nummos gratias referre videtur; quos quidem nummos Livius illuſtrare videtur, qui lib. XXII. cap. LXII. *Romæ quoque*, inquit, *& lectiſternium Juventæ, & ſupplicatio ad ædem Herculis indicta.* Nummus hic Claudii rariſſimus; cum ſequenti verò epigraphe inter rariores recenſendus.

(1) Nummus hic Claudii ob capitis epigraphen rarus.

(2) Nummum hunc Claudii rariſſimum, imò ſingularem in honorem Bacchi cuſum nemo dubitat; Bacchus quippe Liber appellatur ob diverſas cauſas ab Hiſtoricis recenſitas, unde ipſius feſta dicta ſunt Liberalia; præterea Panthera Baccho ſacra, vide Philoſtrat. lib. I. Icon. in Tyrrheniis & Ariadne. Cæterum habetur nummus argenteus Gallieni cum epigraphe LIBERO P CONS AUG. & eodem typo, ubi vide quæ adnotavimus.

LIBERT

LIBERT AVG. (1) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Cham. Le Roy.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

LIBERT AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Le Roy. Fontaine.*

Alius cum x. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Le Roy. Fontaine.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

MARS VICTOR. (2) Mars galeatus ac nudus, cum pallio ab humeris utrinque volitante, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam tranſverſam geſtat dextrâ, clypeum verò humero ſiniſtro: à ſiniſtris in areâ A. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARS VICTOR. Mars gradiens ut ſuprà, dextrâ geſtat ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

MARS VLTOR. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

Alius cum H. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

MARS VLTOR. Typus ut ſuprà, cum H. à ſiniſtris in areâ. *Cham.*

Alius abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *B.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

MARS VLTOR. Typus ut ſuprà. *Regius. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

MARS VLTOR. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ H. *Le Roy.*

Alius cum M. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARS VLTOR. (3) Mars gradiens ut ſuprà, dextrâ geſtat haſtam tranſverſam, clypeum verò ſiniſtrâ. *Fouc. Cham.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

MARS VLTOR. Mars ut ſuprà, ſpiculum tranſverſum utrâque manu geſtat: à ſiniſtris in areâ H. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PACIF. Figura militaris galeata, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, oleæ ramum tenet dextrâ, ſpiculum verò geſtat ſiniſtrâ cum clypeo: in imâ parte x. *Fontaine.*

Alius cum x. à ſiniſtris in areâ, abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PACIFERO. (4) Typus ut ſuprà, cum x. à ſiniſtris in areâ. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

MARTI PACIFERO. Typus ut ſuprà, cum x. à ſiniſtris in areâ. *Val.*

Alius cum x. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

MARTI PACIFERO. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ x. *Frad.*

DIVO CLAVDIO OPT IMP. Caput Claudii velatum ac laureatum, ad humeros.

MEMORIAE AETERNAE. (5) Aquila alis expanſis, roſtro dextrorſum converſo: in imâ parte AQ. *Regius.*

Alius cum R. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Fontaine.*

Alius cum RQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum RS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. B.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MEMORIAE AETERNAE. (6) Leo à dextris ſiniſtrorſum, & ſuprà clava: in

(1) Nummus hic Claudii ob capitis epigraphen, quæ Conſecrationis typo potius convenit, ratus eſt.

(2) Nummus hic & ſequens Claudii rariſſimi. Martis autem Victotis, cum in plurimis diverſorum Imperatorum nummis, tum aliquoties etiam meotio occurrit in Iuſcriptionibus antiquis apud Gruterum pag. LVIII. CCXXX & ſeqq.

(3) Nummi Claudii cum hoc typo rari; cum ſequenti verò inter rariores recenſendi. Vide quæ ad nummum argenteum cum eadem epigraphe adnotavimus.

(4) Ad Martem Paciferum ſpectare videntur Ovidii verba lib. III. Faſtor. ubi de Matronalibus agit. Hi nummi haud obvii.

(5) Hæc epigraphe & hic typus tùm primum in nummis Imperatorum occurrunt. Vide nummos Maximiani & Conſtantii Chlori cum eadem inſcriptione, & eodem typo. Nummos autem hoſce cuſos poſt Claudii mortem liquet cùm ex Divi appellatione, tùm ex divinitatis velo, quo caput ejus tegitur; atque hoc eleganti numiſmate Claudius memoriæ æternæ etiam poſt mortem commendatur. Nummi hi rari.

(6) Hic etiam typus & hæc epigraphe in Claudio primum occurrunt, deinde in Maximiano, & Conſtantio Chloro; quippe in Romuli, & Licinii Jun. nummis eadem epigraphe legitur, ſed pro typo in

imâ parte parte RQ. *Regius.*

Alius cum RT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

MONETA AVG. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros dextrorſum.

NEPTVNO AVG. (2) Neptunus nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, ſtans, delphinum ſuſtinet dextrâ, tridenti verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

NEPTVNO AVG. Typus ut ſuprà, cum A. in imâ parte. *Fouc. Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

NEPTVNO AVG. Typus ut ſuprà, cum A. in imâ parte. *Fouc. Frad.*

IMP C CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

ORIENS AVG. (3) Sol capite radiato nudus, cum pallio à tergo pendulo, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextra protensâ & expansâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Fouc.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà, cum P. in imâ parte. *Cham. Le Roy. Fontaine.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum II. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. (4) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ geſtat ramuſculum, ſiniſtrâ trophæum. *RE.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Fouc. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. Figura muliebris tunicata, cum faſciâ per medium corpus retrorſum volitante, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, cætera ut ſuprà: in imâ parte T. *Fouc. DC. Cham. Fontaine.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii radiatum, ad humeros

PAX AVG. (5) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte A. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Cham. Le Roy.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

PAX AVGVSTI. Figura muliebris ut ſuprà, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà, cum A. à dextris in areâ. *Fouc. B.*

IMP. CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX EXERC. (6) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte T. *Fontaine.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

PIETAS AVG. (7) Mercurius nudus cum pallio divinitatis, vultu dextrorſum converſo ſtans, crumenam tenet dextrâ, caduceum ſiniſtrâ: in imâ parte Z. *Fouc.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

Romuli nummis templum cum aquila in ſummitate cernitur; in Licinii verò figura ſedens. Hoc autem ſchemate Virtus Claudii & Leonina, & Herculea adumbrata videtur. Nummi Claudii cum hoc typo inter rariores recenſendi.

(1) Nummus hic Claudii cum rarioribus adnumerandus.

(2) Hæc epigraphe & hic typus tùm primum occurrunt. Nummus hic cuſus videtur poſt Victoriam navalem à Claudio de Gothis relatam, de qua idem Auguſtus ſic ſcribit ad Junium Brocchum Illyricum tùm tuentem: *Delevimus*, inquit apud Trebellium Pollionem, *trecenta viginti millia Gothorum, duo millia navium merſimus. Tecta ſunt flumina ſcutis: ſpathis & lanceolis omnia littora operiuntur*, &c. Vide quæ ad nummum Ægyptiacum, in quo annus ſecundus imperii Claudii habetur, & Neptunus typo paulum diverſo exhibetur, adnotavimus. Nummus hic inter rariores recenſendus.

(3) Nummi Claudii cum hac epigraphe, & hoc typo rari.

(4) Claudii nummi cum hoc typo inter rariores recenſendi. Pax verò trophæum geſtat in ſignum Victoriarum Claudii, quibus Romano orbi pacem pepererat.

(5) Nummus hic & ſequens ob capitis epigraphen rari.

(6) Hæc epigraphe, & hic typus tùm primum in nummis Imperatorum occurrunt. Nummus rariſſimus.

(7) Nummi Claudii cum hac epigraphe & hoc typo, necnon cum ſequenti inter rariores recenſendi.

PIETAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

P M TR P II COS PP. Figura virilis togata, vultu dextrorſum converſo ſtans, lauri ramum elatum tenet dextrâ, ſcipionem verò ſeu baculum ſiniſtrâ. *Fouc. Le Roy. Hen.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

P M TR P II COS PP. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. Le Roy. Fontaine.*

Alius cum A. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

P M TR P II COS PP. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P II COS PP. Claudius paludatus, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam tranſverſam geſtat dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ. *RE.*

Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Le Roy. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

P M TR P II COS PP. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVID AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſcipionem inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes globus. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVID AVG. Figura muliebris ut ſuprà, ſed ſiniſtro cubito columnæ ionixo. *Le Roy.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

PROVID AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. *Le Roy.*

IMP C CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVID AVG. Figura muliebris typo quo ſuprà, ſcipionem inclinatum tenens dextrâ, haſtæ verò adnixa ſiniſtrâ: juxtà pedes à dextris globus, abſque cippo: in imâ parte T. *Fouc.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

PROVID AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Fouc.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

PROVID AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XII. *Cham.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDEN AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDEN AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſcipionem inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ, quâ & cippo innititur: à dextris juxtà pedes globus. *Fontaine.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

PROVIDEN AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Claudius capite radiato ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum.

PROVIDENT AVG. (1) Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà, abſque cippo: à ſiniſtris in areâ T. *Fouc.*

Alius cum X. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà cum cippo: à ſiniſtris in areâ XII. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Alius cum ç. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ XII. *Le Roy.*

CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ç. *Fouc.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

PROVIDENT AVG. (2) Figura muliebris ut ſuprà, baculum inclinatum tenens dextrâ, haſtæ verò adnixa ſiniſtrâ: à dextris juxtà pedes globus. *Fouc. Cham.*

(1) Nummus hic Claudii ob capitis typum cum rarioribus adnumerandus.
(2) Nummi hi cum Divi titulo videntur cuſi poſt Claudii mortem, & non ſunt obvii.

dus ſtans, baculum ſerpente circunvolutum tenet dextrâ, ſiniſtrâ pallio involutâ: in imâ parte P. *Fouc.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

SALVS AVG. Typus ut ſuprà, cum P. in imâ parte. *Regius. Frad. Fontaine.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros dextrorſum.

SECVRIT AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum tenet dextrâ, cippo verò innititur brachio ſiniſtro. *Cham.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

SECVRIT AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ X. *Fouc.*

Alius cum XI. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRIT AVG. Figura muliebris typo quo ſuprà, ſed haſtæ adnixa ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ XI. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRIT AVG. Figura muliebris ut ſuprà, ſed dextrâ haſtæ adnixa: à dextris in areâ XI. *Cham. Fontaine.*

Alius cum XI. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

DIVO CLAVDIO. Caput Claudii ut ſuprà.

Sine epigraphe. (2) Menſa quædam, ſeu baſis, ſuprà quam urceus. *Fouc.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros dextrorſum.

SOL AVG. (3) Sol capite radiato nudus, dextrorſum converſus ſtans, dextrâ elatâ & expanſâ, pallium & flagrum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Frad.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

SPES AVG. Figura muliebris tunicata ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ. *Fouc.*

Alius cum I. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Alius cum I. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum II. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *SG. B.*

Alius cum II. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Fontaine.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

SPES PVBLIC. (4) Dea Salus à dextris ſtolata, ſerpentem tenens dextrâ, & pateram ſiniſtrâ quâ eum paſcit; & Æſculapius à ſiniſtris baculum ſerpente circunvolutum tenens dextrâ, ſiniſtrâ pallio involutâ, ſtantes ex adverſo. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

SPES PVBLICA. (5) Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe. Claudius capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum.

SPES PVBLICA. Figura muliebris ſtolata, ſtolam ſuſtollens ſiniſtrâ, cætera ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii ut ſuprà, ſed dextrâ tenet ſpiculum inverſum.

SPES PVBLICA. (6) Typus ut ſuprà. *B.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Fontaine.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà, cum P. in imâ parte. *Fouc. Regius. Val. Fontaine.*

Alius abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii laureatum, ad pectus cum loricâ.

Cur autem Æſculapius cum angue repræſentetur, vide Hyginum Poëtic. Aſtronom. lib. II. & Macrobium, qui lib. I. Saturnal. cap. XX. phyſicam ex interiori Gentilium Theologia petitam ejus rei rationem profert. Nummus hic Claudii cum rarioribus adnumerandus; ſequentes verò haud obvii.

(1) Trebellius Pollio explicat hunc nummum: *Claudius*, inquit, *& ſecuritate Rempublicam, & opulentiæ nimietate donavit.*

(2) Nummus hic Claudii rariſſimus.

(3) Hæc epigraphe, & hic typus in Claudio tantùm occurrunt. Nummus rariſſimus; ſequentes haud obvii.

(4) Nummus hic rariſſimus, & typus inſolitus qui Saluti potius quam Spei convenit; attamen cuſum eum puto non incuriâ artificis, ut nonnulli exiſtimare poſſunt, ſed data opera; & tum quidem cum à devictis Gothis ad Romanos victores peſtis contagia penetrarunt, Hygiam & Æſculapium Romani Spem Publicam nuncuparunt.

(5) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti adnotavimus.

(6) Nummus hic Claudii & ſuperior ob capitis typum rari.

SPES PUBLICA. Figura muliebris tunicata, tunicam ſuſtollens ſiniſtrâ, cætera ut ſuprà. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

TEMPORUM FELI. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

TEMPORUM FELIC. (1) Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ P. *Fouc. Le Roy. Frad.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

UBERITAS AUG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, veluti crumenam tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Brandenburg. RDR.*

Alius cum Q. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

UBERTAS AUG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

UBERTAS AUG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Alius cum T. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C M AUR CLAUDIUS AUG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VENUS AUG. (2) Figura muliebris ſtans, dextrâ globum tenet, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam, & clypeum humi poſitum: in imâ parte. . . . . . *Bau.*

IMP C CLAUDIUS AUG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AUG. Victoria ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Fontaine. B.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AUG. Typus ut ſuprà. *Regius. Fontaine.*

Alius cum A. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP CLAUDIUS AUG. Caput Claudii ut ſuprà.

VICTORIA AUG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. *Cham. B.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AUG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Fouc. RE.*

Alius cum A. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Alius cum R S. fulmine intermedio, in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ☿. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AUG. Victoria tunicata & altè ſuccincta, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum oblongum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte ☿. *Fouc. Fon.*

IMP C M AUR CLAUDIUS AUG. Caput Claudii ut ſuprà.

VICTORIA AUG. (3) Typus ut ſuprà: in imâ parte SPQR. *Collegii.*

IMP CLAUDIUS P F AUG. Caput Claudii ut ſuprà.

VICTORIA AUG. Typus ut ſuprà, cum ☿. in imâ parte. *Fouc. Val. Le Roy.*

IMP CLAUDIUS AUG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

VICTORIA AUG. Typus ut ſuprà: in imâ parte T. *Cham.*

Alius cum T. à dextris in areâ, abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum T. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA GERMAN. (4) Trophæum cum captivis duobus nudis humi ſedentibus ac mœrentibus, altero à dextris, altero à ſiniſtris. *Fouc.*

IMP CLAUDIUS P F AUG. Caput Claudii ut ſuprà.

(1) Nummi hi Claudii haud obvii; ſequentes verò rari, neque occurrunt apud Mediobarbum. Vide quæ ad ſimilem nummum ejuſdem Auguſti diximus ſuprà.

(2) Hæc epigraphe, & hic typus paſſim in nummis Auguſtarum occurrunt, nunquam in Imperatorum, præterquam in Claudii; nummus rariſſimus eſt, imo ſingularis, neque Mediobarbo viſus; capitis etiam epigraphe, in qua *Marcus Aurelius Claudius* dicitur, nummi pretium auget.

(3) Nummus hic Claudii ob capitis inſcriptionem, & literas quæ in imâ parte leguntur, cum rarioribus adnumerandus eſt.

(4) Nummi Claudii cum hac epigraphe, & hoc typo, necnon cum ſequenti rariſſimi ſunt, nec Mediobarbo viſi. Claudius autem ſublato Aureolo contra Alamannos, qui per Rhætias, & Italiam ad lacum Benacum uſque ſe effuderant, progreſſus eſt, adeoque præclaram illic victoriam reportavit, ut vix dimidium Barbarorum, quàm quod venerat, patriam repetere potuerit, ut ſcribit Victor in epitome; cujus quidem victoriæ teſtes ſunt hi nummi, quibus inſcriptum eſt: *Victoria Germanica*, & *Victoria Germanica Maxima.*

VICTORIA GERMAN. Typus ut ſuprà. *Cham.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

VICTORIA G M. Victoria ſtans inter duos captivos humi ſedentes adverſos, dextrâ clypeo humi poſito innixa, ſiniſtrâ tenet palmam. *Cham.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA GOTHIC. (1) Trophæum cum captivis duobus nudis humi ſedentibus ac mœrentibus, altero à dextris, altero à ſiniſtris. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum SPQR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIAE GOTHIC. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Fouc. Regius. Val. B.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

VICTORIAE GOTHIC. Typus ut ſuprà: in imâ parte SPQR. *Fontaine.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ. *B.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, cum clypeo à dextris humi poſito ad figuræ pedes. *Fouc. Cham. Ban. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad humeros.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ B. *Cham. Fontaine.*

Alius cum Є. inverſo à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum Є. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

IMP CLAVDIVS AVG. Caput Claudii ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata & paludata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Le Roy.*

Alius cum B. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy. SG. B.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ II. *Cham.*

IMP CLAVDIVS P F AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVG. Mars nudus & galeatus, cum pallio ex humeris utrinque volitante, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam tranſverſam geſtat dextrâ, trophæum verò humero ſiniſtro. *Fouc.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Le Roy. Fontaine.*

IMP C CLAVDIVS AVG. Caput Claudii radiatum, ad humeros dextrorſum.

VIRTVS AVG. Pallas galeata & ſtolata, ſiniſtrorſum converſa ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi poſitum tenet ſiniſtrâ. *Fouc. SG.*

(1) Nummi cum hac epigràphe, & hoc typo tùm primum occurrunt, & inter rariores recenſendi ſunt; cum ſequenti verò inſcriptiune, nimirum VICTORIÆ GOTHICÆ. in Claudio tantùm reperiuntur, & rariſſimi ſunt, nec Mediobarbo viſi. Plures autem victorias à Scythis reportaſſe Claudium, teſtantur laudati nummi, & Zoſimus, qui tres pugnas recenſet; primam quidem ad Pelagoniam, qua Gothi cum in Dalmatas equites fortè incurriſſent, tria hominum millia amiſere; alteram verò ad Naiſſum, tam atrocem, ut primum hoſtium impetum Romani ſuſtinere nequiverint; inſignem tamen fuiſſe victoriam, cæſaque eo die quinquaginta Gothorum millia idem teſtatur; tertiam denique in Hæmimonte, qua debellatos Scythas fuiſſe, cum laudatus Scriptor, tum etiam Pollio tradit; cujus quidem verba hîc exſcribere viſum eſt: *Claudio igitur*, inquit Pollio, *Scriptores adulamur, qui duo millia navium Barbararum, & trecenta viginti millia armatorum delevit, oppreſſit, attrivit: qui carraginem tantam, quantam numerus hic armatorum ſibimet aptare potuit & parare, nunc incendia fecit, nunc cum omnibus familiis Romano ſervitio deputavit, ut docet ejuſdem epiſtola, quam ad Junium Broccbum ſcripſit Illyricum tuentem. Claudius Broccho. Delevimus trecenta viginti millia Gothorum, duo millia navium merſimus. Tecta ſunt flumina ſcutis, ſpathis & lanceolis omnia littora operiuntur: campi oſſibus latent tecti, nullum iter purum eſt, ingens carrago deſerta eſt. Tantum mulierum cepimus, ut binas & ternas mulieres victor ſibi miles poſſit adjungere*, &c. Et paulo poſt ſubjungit idem Pollio: *Pugnatum in diverſis regionibus, & ubique auſpiciis Claudianis victi ſunt Gothi.* Cæterum hîc exhibere viſum eſt Inſcriptionem antiquam, quam profert Triſtanus tom. 3. pag. 194. in qua Claudius *Victor Gothorum* dicitur.

CLAVD. IMP
VICT. GOTH
PONTIF. MAX
TRIBV. POTEST
COS. II. PROCOS

lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Victoria vultu dextrorſum converſo ſtans, cætera ut ſuprà. *Fontaine, Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. B. Aquila à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet roſtro dextrorſum converſo. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. *An.* 3. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. Aquila à dextris ſiniſtrorſum, cum palmæ ramo tranſverſim, coronam lauream tenet roſtro. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. Aquila alis expanſis ad ſiniſtram verſa, coronam tenet roſtro dextrorſum verſo. *Regius. Fontaine. Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. *An.* 4. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

IMP C CLAVDIVS AVG.

ADVENTVS AVG. Figura, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtam puram.

Eadem epigraphe.

AEQVITAS AVG. Figura ſtolata ſtans, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP CAES CLAVDIVS PIVS FELIX AVG.

AEQVITAS AVG. Tres Monetæ ſtantes, dextris bilances, ſiniſtris cornucopiæ; ad pedes, nummorum acervi.

IMP CLAVDIVS AVG.

AETERNIT AVG M. Figura ſtans radiata, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum.

DIVO CLODIO GOTHICO.

AETERNITAS AVG. Solis radiati typus, dextrâ elatâ.

IMP C CLAVDIVS AVG.

ANNONA AVG. Annonæ ſtantis typus.

IMP CLAVDIVS AVG.

ANNONA AVG. Figura ſtolata, dextrâ ſpicas, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C M AVR CLAVDIVS P F AVG.

ANNONA AVG. Figura ſtans, dextrâ ſpicas deorſum protendens, ſiniſtrâ cornucopiæ.

DIVO CLAVDIO. *alius* OPTIMO PRINC. *alius* PIE MERIT.

APOLLINI CONS. Apollo ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ citharam.

IMP CLAVDIVS AVG.

APOLLINI CONS N. Apollo nudus, dextrâ ramum, ſiniſtrâ citharam.

DIVO CLAVDIO. *alius* OPTIMO PRINC. *alius* PIE MERIT.

APOLLINI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà.

IMP CLAVDIVS AVG.

CONCORD LEGI. Figura ſtans inter duo ſigna militaria.

DIVVS CLAVDIVS.

CONSECRATIO.

DIVO CLAVDIO.

CONSECRATIO. Aquila expanſis alis.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO. Ara accenſa.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO. Rogus quatuor tabulatorum.

DIVO CLAVDIO. *alius* OPTIMO PRINC. *alius* PIE MERIT.

CONSECRATIO. Ara cui ſuperſtat aquila.

DIVO CLAVDIO GOTH. *alii* GOTTHICO.

CONSECRATIO. Ara accenſa.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO. Aquila expanſis alis.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO T. Ara accenſa.

IMP CLAVDIVS AVG.

CONSECRATIO T. Ara.

Eadem epigraphe.

DIANA LVCIF D. Figura muliebris ambabus manibus facem oblongam tenens.

IMP C CLAVDIVS AVG.

FELICIT AVG. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

FELICITAS AVG. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

FELICITAS PVBLICA. Felicitas ſtans, cornucopiæ tenens.

IMP CLAVDIVS AVG.

FELIC TEMPO. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

FELICIT TEMPO T. Typus ut ſuprà.

IMP C CLAVDIVS AVG.

FIDES. Figura ſtans, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

FIDES EXER. Figura ſtans inter duo ſigna militaria.

Eadem epigraphe.

FIDES EXERCI. Typus ut ſuprà.

IMP CLAVDIVS AVG.

FIDES MILITVM E. Figura ſtans, dextrâ labarum, ſiniſtrâ haſtam.

IMP C CLAVDIVS P F AVG.
FIDES MILIT S. Figura muliebris ambabus manibus ſignum militare tenens.
Eadem epigraphe.
FORTVNA.
IMP CLAVDIVS CAES AVG.
FORTVNA RED. Figura ſtans, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ.
Eadem epigraphe.
FORTVNA REDVX. Typus ut ſuprà.
IMP CLAVDIVS AVG.
*GENIVS AVG T. Deus Genius nudus, dextrâ pateram ſuper aram, ſiniſtrâ cornucopiæ.
IMP C CLAVDIVS AVG.
GENIVS EXERCI. Deus Genius ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ.
IMP CLAVDIVS AVG.
GENIVS EXERCIT Z. Deus Genius, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ, capite calathum gerens.
DIVO CLAVDIO AVGVSTO.
GERMANICO GOTHICO OPTIMO PRINCIPI.
IMP C CLAVDIVS AVG.
IOVI STATOR. Jupiter, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ fulmen.
Eadem epigraphe.
IOVI VICTORI. Jupiter dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam.
IMP CLAVDIVS AVG.
IOVI VICTORI M. Typus ut ſuprà.
. . . .
IVNO REGINA. Figura ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes pavo.
IMP C CLAVDIVS AVG.
IVVENTVS AVG. Hercules nudus, dextrâ clavam, ſiniſtrâ ſpolia leonis.
IMP CLAVDIVS AVG.
LAETITIA AVG I. Figura ſtolata, dextrâ lauream, ſiniſtrâ cornucopiæ.
Eadem epigraphe.
LIBERALITAS AVG. Figura ſtans, dextrâ congium, ſiniſtrâ cornucopiæ.
IMP C CLAVDIVS AVG.
LIBERALITAS AVG. Typus ut ſuprà.
DIVO CLAVDIO.
LIBE..... *fortè* LIBERALITAS AVG. Figura ſtans, dextrâ marſupium, ſiniſtrâ caduceum.
IMP CLAVDIVS AVG.
LIBERTAS AVG. Libertatis typus.
Eadem epigraphe.
LIBERTAS AVG IX. Libertatis typus.
IMP C CLAVDIVS AVG.
MARS VLTOR. Mars gradiens, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſpolia ſuper humerum.
IMP CLAVDIVS AVG.
MARTI PACIFERO. Figura militaris, dextrâ ramum oleæ protendens, ſiniſtrâ haſtam.
DIVO CLAVDIO OPTIMO. Caput velatum.
MEMORIAE AETERNAE. Aquila.
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
MEMORIAE AETERNAE R P. Leo gradiens.
DIVO CLAVDIO OPT IMP.
MEMORIAE AETERNAE. Leo gradiens.
Eadem epigraphe.
MEMORIAE AETERNAE R I. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.
MEMORIAE AETERNAE P R. Aquila.
Eadem epigraphe.
MEMORIAE AETERNAE R T. Typus ut ſuprà.
IMP C CLAVDIVS P F AVG.
MONETA AVG. Tres Monetæ ſtantes cum attributis.
IMP CAES CLAVDIVS P F AVG.
MONETA AVG. Typus ut ſuprà.
IMP CLAVDIVS AVG.
ORIENS AVG P. Orientis Solis typus, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum.
Eadem epigraphe.
PAX AVG. Figura laureata gradiens, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.
Eadem epigraphe.
PAX AVG. Figura ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam.
IMP CLAVDIVS P F AVG.
PAX EXERC T. Figura ſtans, dextrâ elatâ cum ramo, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.
IMP C M AVR CLAVDIVS P F AVG.
P M TR P PP.
IMP C CLAVDIVS AVG.
P M TR P II COS PP. Figura ſtolata, dextrâ ramum, ſiniſtrâ ſcipionem.
IMP CLAVDIVS AVG.
P M TR P II COS PP L. Figura militaris ſtans dextrâ haſtam, ſiniſtrâ globum.
Eadem epigraphe.
PROVID AVG. Figura ſtolata ſtans, dextrâ ſcipionem, ſiniſtrâ haſtam puram.
IMP C CLAVDIVS AVG.
PROVIDEN AVG. Figura ſtans, columnæ nixa, ſiniſtrâ cornucopiæ tenens, dextrâ baeillo globum tangit.
Eadem epigraphe.
PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà.
IMP CLAVDIVS AVG.
PROVIDENT AVG. Figura ſtolata ſtans, dextrâ ſcipionem, ſiniſtrâ haſtam puram.
DIVO CLAVDIO GOTH. *alii* GOTTHICO.
REQVIES OPTIMO. Figura ſedens, dextrâ protensâ veluti aquilam tenens.

DIVO CLAVDIO OPTIMO IMP. Caput velatum & laureatum.

REQVIES OPTIMOR MERIT A R P. Figura velata ſellæ curuli inſidens, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ ſceptrum.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

REQVIES OPTIMOR MERIT S E. Typus ut ſuprà.

IMP C CLAVDIVS P F AVG.

REST ORIENTIS. Imperator paludatus ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtam; cui figura muliebris laureata lauream imponit.

IMP CLAVDIVS P F AVG.

ROMAE AETERNAE. Templum ſex columnarum, in cujus medio figura ſedens.

IMP CLAVDIVS AVG.

SAECVRIT AVG XI. Securitatis typus.

IMP C CLAVDIVS AVG.

SALVS AVG. Salutis typus cum ſerpente & haſtâ.

IMP C M AVR CLAVDIVS P F AVG.

SALVS AVG. Dea Salus cum ſerpente.

IMP CLAVDIVS AVG.

SPES AVG. Spei typus.

IMP C CLAVDIVS AVG.

SPES PVB. Spei typus.

Eadem epigraphe.

SPES PVBLICA. Spei typus.

IMP CLAVDIVS AVG.

TEMPORVM FELI. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C CLAVDIVS AVG.

VICTORIA AVG. Victoria ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.

IMP C M AVR CLAVDIVS AVG.

VICTORIA AVG. Victoria, dextrâ ſertum, ſiniſtrâ haſtam; infrà SPQR.

IMP CLAVDIVS AVG.

VICTORIA AVG S. Victoria alata gradiens.

. . . .

VICTORIA GOTHIC. Duo captivi ſedentes ad trophæum.

IMP CLAVDIVS P F AVG.

VICTORIA GOTHICA. Trophæum armorum, ad cujus pedes duo captivi.

IMP C M AVR CLAVDIVS P F AVG.

VIRTVS AVG. Figura militaris, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam propè ſcutum.

IMP CLAVDIVS AVG.

VIRTVS AVG. Mars gradiens, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ trophæum.

IMP C CLAVDIVS AVG.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam; cum ſcuto ad pedes.

. . . .

VIRTVS CLAVDII AVG. Mars gradivus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſpolia.

VIRTVS CLAVDI AVG. Caput Claudii radiatum, dextrâ fræno equum retinens, ſiniſtrâ globum.

VIRTVTI AVGVSTI X C. Hercules nudus, ſiniſtrâ clavæ nixus cum leonis exuviis.

CENSORINUS.

APPIUS CLAUDIUS CENSORINUS nobiliſſimâ patriciâque familiâ ortus, ampliſſimos honores ſub variis Principibus adeptus eſt; bis enim Conſulem ac Præfectum Prætorio, ter Præfectum Urbi fuiſſe teſtatur Pollio. Valerianum etiam ad bellum contrà Perſas ſecutus, acceptoque vulnere, altero pede deinceps claudicaſſe fertur; ſed cum deinde faſtiditis honoribus in agrum ſuum propè Bononiam ſeceſſiſſet, ibique reliquâ ætate frui ſtatuiſſet, arreptus à militibus, qui illius tractûs præſidio relicti fuerant, purpuram ſumere coactus eſt; mox iiſdem judicium ſuum contemnentibus, quòd gravitatem ſenis libidini ſuæ adverſari indignè ferrent; interfectus eſt poſt ſeptem dies quàm Imperatoris larvam induerat. Cæterum quo tempore hæc contigerint incompertum, niſi quòd defectionem Cenſorini ad Claudii tempora Pollio refert; ut appareat in Victore Jun. Cenſorinum Victorini loco legendum, ubi Scriptor ille de tyranno ſub Claudio mentionem inſtituit; ſed ex ſupradictis liquet, quænam fides adhibenda ſit nummo Ægyptiaco, quem Mediobarbus ex Triſtano exſcripſit, in quo tertius Cenſorini annus exhibetur.

Nummus æreus incerti moduli.

ΑΥΤ Κ ΚΕΝCΟΡ...... *Imperator Cæſar Cenſorinus.*......Caput Cenſorini radiatum, ad humeros.

L. Γ. *An.* 3. Aquila expanſis alis coronam lauream gerens roſtro. *Triſtan.*

Ejuſdem hanc Inſcriptionem refert Mediobarbus Comes ex Goltzio.

IMP C AP CL CENSORINVS AVG.

QUINTILLUS.

MARCUS AURELIUS CLAUDIUS QUINTILLUS Claudii frater, bello contrà Gothos unà cum Aureliano præfectus extremo anni 268. cum hujus deinde curam Claudius in ſe ſuſcepiſſet, anno ſequenti in Italiam miſſus eſt, auditâque circà menſem Novembrem anni 270. fratris morte, in hujus locum ſubrogatus eſt; ſed poſt decem ac ſeptem dies quàm imperare cœperat, cum allatus eſſet nuntius Aurelianum ab Illyriciano exercitu Auguſtum appellatum fuiſſe, bellumque civile Italici milites palam detrectarent, ad deſperationem adactus venas ſibi aperiri juſſit, animamque cum ſanguine effudit, ut ſcribit Vopiſcus, necnon Zoſimus qui eum in Imperio paucos menſes vixiſſe ait: Pollio contrà interfectum narrat, quòd Principis gravitatem milites ſui formidarent.



NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli radiatum, ad pectus cum paludamento.

APOLLINI CONS. (1) Apollo ſtans dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram ſaxis innixam; à ſiniſtris in areâ A. *Frad.*

IMP QVINTILLVS AVG. *alii* IMP CAES.

APOLLINI CONSERVATORI. *MB.*

Eadem epigraphe.

CONCORDIA AVG. *MB.*

Eadem epigraphe.

CONC EXERC T. Figura ſtans, dextrâ ſignum militare, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

IMP QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCO EXER. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſi-

(1) Cum eadem epigraphe, & eodem typo habentur nummi in Claudio; quos quidem cuſos diximus ad arcendam peſtem, cujus contagia à devictis Gothis ad Romanos victores penetraverant; quoque morbo ſublatum fuiſſe Claudium ſcribunt Pollio & Zoſimus; eandem verò ob cauſam cuſos hoſce Quintilli nummos non dubito. Cæterum hujus Auguſti nummi ex argento rariſſimi ſunt; ex auro nulli reperiuntur; frequentes verò ex ære tertii moduli; ex alio enim modulo nullos vidimus.

(2) Legiones, quæ in Italia erant, audita Claudii morte, Quintillum ejus fratrem Imperatorem proclai

gnum militare tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte T. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

DIANA LVCIF. (1) Diana tunicata ſiniſtrorſum converſa, facem accenſam tranſverſam tenet utrâque manu. *Fouc.*

IMP C M AVR QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENT AVG. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; juxtà pedes globus. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Quintilli radiatum, ad humeros cum paludamento.

SECVRIT AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtæ inclinatæ adnititur dextrâ, cippo verò innititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ XI. *Fouc.*

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli ut ſuprà.

SECVRIT AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ XI. *Regius.*
Eadem epigraphe.

Sine epigraphe, aut fortaſſis exeſa. Figura ſtans, ſiniſtrâ haſtam, dextrâ teſſeram. *MB.*
Eadem epigraphe. Caput Quintilli radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. (3) Victoria ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam. *Fauvel.*

IMP C M AVREL QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. (4) Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ B. *Fouc.*

marunt; idque factum omnium judicio, ſcribit Trebellius Pollio: *Quo ad Deos*, inquit, *atque ad ſidera demigrante, Quintillus frater ejuſdem, vir ſanctus, & ſui fratris (ut verè dixerim) frater, delatum ſibi omnium judicio ſuſcepit Imperium, non hereditarium, ſed merito virtutum: qui factus eſſet Imperator, etiamſi frater Claudii Principis non fuiſſet.*

(1) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum Claudii diximus ſuprà.

(2) Cum hac epigraphe, & hoc typo, necnon cum ſequenti habentur quamplurimi nummi in Claudio.

(3) Ad quam victoriam ſpectet hic nummus non liquet, maxime cum Quintillum Cæſaream dignitatem à fratre accepiſſe non conſtet; cum enim à Claudio fratre bello contrà Gothos unà cum Aureliano præfectum extremo anni 568. ſed cum hujus deinde curam Claudius in ſe ſuſcepiſſet, anno ſequenti in Italiam miſſum, auditaque circa menſem Novembrem anni 570. fratris morte in hujus locum ſubrogatum fuiſſe produnt Scriptores; ex quibus Zoſimus eum in Imperio paucos menſes vixiſſe ait, Pollio verò decem & ſeptem dies tantùm ei tribuit: *Quintillus autem*, inquit laudatus Scriptor, *ob brevitatem temporis nihil dignum imperio gerere potuit: nam ſeptima-decima die, quòd ſe gravem & ſerium contra milites oſtendebat, ac verum Principem pollicebatur, eo genere quo Galba, quo Pertinax, interemptus eſt.* Ob imperii itaque brevitatem nullam hic per ſe victoriam obtinere, neque quidquam imperio dignum gerere potuit, ut ait Pollio, qui etiam narrat, hoc Imperatore Barbaros, qui ſuperfuerant ex illa atrociſſima clade, quam ſub Claudio paſſi erant, Anchialo vaſtata, Nicopolim obtinere conatos, ſed illos Provincialium virtute obtritos fuiſſe. *Sub hoc*, inquit Pollio, *Barbari qui ſuperfuerant, Anchialo vaſtata, conati ſunt Nicopolim etiam obtinere; ſed illi Provincialium virtute obtriti ſunt.* Ad hanc fortaſſis victoriam, quam de Barbaris Quintillo imperante Provinciales retulerunt, referendi hic ac ſimiles nummi qui forſan in remotis Provinciis, antequam cædis ejus nuncium delatum eſſet, cuſi fuere.

(4) Quintillum imperium non hæreditarium, ſed merito virtutum ſuſcepiſſe ſcribit Trebellius Pollio: *Quintillus*, inquit, *frater ejuſdem, vir ſanctus, & ſui fratris (ut verè dixerim) frater, delatum ſibi omnium judicio ſuſcepit imperium, non hereditarium, ſed merito virtutum; qui factus eſſet Imperator, etiamſi frater Claudii Principis non fuiſſet.*

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli radiatum, ad pectus cum loricâ.

AETERNIT AVG. (1) Sol capite radiato nudus, cum pallio divinitatis à tergo pendulo, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ extenſâ & expanſâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ N. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Quintilli radiatum, ad pectus cum paludamento.

AETERNIT AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ N. *Cham.*

(1) Æternitatis titulo donatos fuiſſe Imperatores Romanos diximus etiam ſuprà; idque, ut alios mittam, ſatis conſtat ex hiſce Plinii Junioris verbis lib. X. Epiſt. LXVII. ad Trajanum: *Flavius Archippus per Salutem tuam Æternitatemque petit, ut libellum, quem mihi dedit, ad Te mitterem.* Et Epiſt. LXXXVII. ad eundem: *Rogatus, Domine, à Nicenſibus publicè per ea, quæ mihi & ſunt, & debent eſſe ſanctiſſima, id eſt, per Æternitatem tuam, Salutemque*, &c. Habentur etiam quamplurimi nummi Claudii cum eadem epigraphe, & eodem typo.

tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ z. *Fouc. Regius. Cham. Val. Frad.*

Alius cum z. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli radiatum, ad humeros cum paludamento.

FORTVNAE RED. (1) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte ς. *Cham. Le Roy. Fontaine.*

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli radiatum, ad humeros.

GENIVS AVG. Genius ſtans ad aram ignitam, dextrâ tenet pateram, ex quâ liquorem effundit, ſiniſtrâ cornucopiæ. *S G.*

Eadem epigraphe. Caput Quintilli radiatum, ad pectus cum paludamento.

LAETITIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, navis verò gubernaculum, in cujus imo globus, ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Val. Brandenburg.*

Alius cum XII. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Le Roy. Frad. Fontaine.*

Alius cum XII. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Quintilli radiatum, ad humeros cum paludamento.

LIBERT AVG. (2) Mulier ſtans, dextrâ pileum tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERTAS AVG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Alius cum s. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LIBERITAS (ſic) AVG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARS VLTOR. (3) Mars galeatus ad ſiniſtram gradiens, dextrâ ſpiculum inverſum geſtat, ſiniſtrâ clypeum: à dextris in areâ €. *Cham.*

IMP C M AVR QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli ut ſuprà.

MARS VLTOR. Typus ut ſuprà, cum €. in areâ. *RDR.*

IMP QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli ut ſuprà.

MARTI PACI. Figura militaris cum galeâ criſtatâ, & paludamento à tergo volitante, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtam verò ferratam tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Regius.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. DC. Fontaine.*

Alius cum R. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli ut ſuprà.

MARTI PACI. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PACIF. Figura militaris galeata, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, ramum elatum tenet dextrâ, clypeum verò cum ſpiculo geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ X. *Fouc. Cham. Val. Fontaine.*

Alius cum X. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Bau. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Quintilli radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGVSTI. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Quintilli radiatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà, cum A. à dextris in areâ. *Fouc. Cham. Le Roy. Frad.*

Alius cum M. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS PP. (4) Imperator paludatus ſtans, dextrâ haſtam tenet, globum verò ſiniſtrâ. *Hard.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDEN. AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum demiſſum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes globus: à ſiniſtris in areâ T. *Cham.*

Alius cum T. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENT AVG. Figura muliebris ut ſuprà, ſed haſtæ adnixa ſiniſtrâ. *Fouc.*

Alius cum r. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum ς. à ſiniſtris in areâ, abſque

(1) Nummus hic Quintilli rarus, nec Mediobarbo viſus; ſequens verò rariſſimus, & Mediobarbo pariter ignotus.

(2) Habentur quamplurimi nummi in Claudio cum eadem epigraphe, ſed in illis mulier ſiniſtra haſtæ innititur. Nummi hi Quintilli rari.

(3) Vide quæ ad nummum argenteum Claudii cum eadem epigraphe ſuprà adnotavimus. Nummus hic Quintilli rariſſimus, & Mediobarbo ignotus.

(4) Nummus hic Quintilli rariſſimus, imò ſingularis, & Mediobarbo ignotus.

literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Le Roy. Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRIT AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, cippo verò brachio ſiniſtro innititur: à dextris in areâ XI. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Quintilli radiatum, ad humeros cum paludamento.

SECVRIT AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ XI. *Fouc. Cham. Val.*

Alius cum XI. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*
Eadem epigraphe. Caput Quintilli radiatum, ad pectus cum paludamento.

SECVRIT AVG. Figura muliebris ut ſuprà, ſed dextrâ bacillum elatum tenens: à dextris in areâ XI. *Regius. Bau.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS AVG. Figura muliebris ut ſuprà, columnæ innixa cubito ſiniſtro, dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ globum. *R.E.*
Eadem epigraphe. Caput Quintilli radiatum, ad pectus cum loricâ.

VBERITAS AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, crumenam tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ Q. *Fouc. Bau. Fontaine.*

Alius cum S. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Quintilli radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. (2) Victoria tunicata, & altè ſuccincta, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ Γ. *Fouc. Regius. Cham. Val.*

Alius cum Γ. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Frad. Fontaine.*

IMP CL QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Γ. *Cham.*

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG. Caput Quintilli ut ſuprà.

VIRTVS AVG. (3) Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ verò haſtæ adnititur: pro pedibus à dextris clypeus. *Cham.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Figura militaris ut ſuprà, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris in area B. *Fouc. Regius. Cham. SG. Fontaine.*

Alius cum Є. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

(1) Vide quæ ad ſimilem nummum Claudii argenteum adnotavimus. Nummus hic Quintilli rarus.
(2) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ſuprà monuimus. Nummus hic rarus, nec Mediobarbo viſus.
(3) Nummi Quintilli cum hoc typo inter rariores recenſendi. Vide quæ ad argenteum cum eadem epigraphe ſuprà adnotavimus.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

AK M A TP KA KTINTIAAOC CEB. *Imperator Caſar Marcus Aurelius Claudius Quintillus Auguſtus.* Caput Quintilli laureatum, ad pectus cum paludamento.

L. A. *An.* I. Aquila à dextris ſiniſtrorſum, cum palmæ ramo tranſverſim, coronam lauream tenet roſtro. *Fouc.*

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

IMP CAES M AVR CL QVINTILLVS AVG.

AEQVITAS AVG. Tres Monetæ ſtantes cum attributis.

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG.

AETERNIT AVG M. Solis typus.
Eadem epigraphe.

APOLLINI CONS N. Apollo ſtans, dextrâ laurum, ſiniſtrâ lyram.

IMP QVINTILLVS AVG.

APOLLINI CONSERVATORI. Apollo dextrâ ramum lauri, ſiniſtrâ citharam.
Eadem epigraphe.

CONCO EXER T. Figura ſtans, dextrâ labarum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG.

CONCORDIA AVG L. Figura ſtans ad aram, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP QVINTILLVS AVG.

CONCORDIA EXER. Figura ſtans, dextrâ labarum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

DIVO

DIVO QVINTILLO.

CONSECRATIO. Ara cum ſerto.

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO. (1) Aquila expanſis alis.

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG.

DIANA LVCIF P. Figura ſtans, ambabus manibus facem oblongam.

Eadem epigraphe.

FIDES MILIT. Figura ſtans, dextrâ labarum, ſiniſtrâ haſtam.

IMP QVINTILLVS AVG.

FIDES MILIT S. Figura ſtans inter duo ſigna militaria.

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG.

FIDES MILITVM E. Figura ſtans, dextrâ labarum, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

FORTVNA REDVX Z. Fortunæ Reducis ſtantis typus.

Eadem epigraphe.

LAETITIA AVG XII. Lætitiæ typus, dextrâ corollam, ſiniſtrâ anchoram.

Eadem epigraphe.

LIBERALITAS AVG.

Eadem epigraphe.

LIBERTAS AVG S. Libertatis typus, dextrâ pileum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP QVINTILLVS AVG.

MARTI AVG R. Figura militaris galeata ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ lyram per tranſverſum.

Eadem epigraphe.

MARTI PAC. Figura galeata ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG.

MARTI PACIF. Figura militaris, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

MARTI PACIFERO. Typus ut ſuprà.

IMP C M. *alii* M AVR CL QVINTILLVS AVG.

PAX AVGVSTI.

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG.

PAX AVGVSTI N. Pacis typus.

Eadem epigraphe.

PROVIDENT AVG. Figura ſtans, ſiniſtrâ haſtam, dextrâ ſcipionem, quo globum tangit.

Eadem epigraphe.

PROVIDENT AVG. Providentia, dextrâ baculo globum tangit, ſiniſtrâ haſtam.

IMP C M. *alii* M AVR CL QVINTILLVS AVG.

PROVIDENT AVG. Figura ſtolata ſtans, ſiniſtrâ ſcipionem aut haſtam, dextrâ ſpicas.

IMP CAES M AVR CL QVINTILLVS AVG.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

SECVRIT AVG XI. Figura ſtans, dextrâ haſtile.

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG.

SECVRITAS AVG. Securitatis typus.

Eadem epigraphe.

TEMP FELICITAS. Io laureâ.

Eadem epigraphe.

TEMPORVM FELI. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP CAES M AVR CL QVINTILLVS AVG.

VBERITAS AVG. *alius* AVG.Q. Figura ſtans, ſiniſtrâ cornucopiæ, dextrâ cornu inverſum.

Eadem epigraphe.

VBERITAS AVG. Figura ſtans, cornucopiæ effundens.

IMP C M AVR CL QVINTILLVS AVG.

VIRTVS AVG. Figura galeata, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG B. Figura militaris galeata, dextrâ clypeum, ſiniſtrâ haſtam.


(1) Utrumque hunc nummum rariſſimum, Conſecrationis Quintilli monumentum refert Mediobarbus ex Triſtano, qui eum à Senatu conſecratum ait tom. 3. pag 101.

AURELIANUS.

LUCIUS DOMITIUS AURELIANUS Daciâ Ripenſi otiundus ut plurimi volunt, ut alii, Sirmii ortus, patre natus fettur Aurelii Senatoris colono, matre verò templi Solis in ſuo vico Sacerdote. Militiæ dato nomine, quid de ſe ſpetandum eſſet brevi oſtendit, cum nùllum diem prætetmitteret quin ſe armis exerceret; itaque trecentis præſidiariis non multo poſt à Maximino ptæfectus eſt, deindeque tribunatum Sextæ legionis Gallicanæ ſub Gordiano, ut quidem videtur, accepit. Varios deinde militiæ gradus aſſequutus eſt ad Valerianum uſque, à quo in Gallias una cum Gallieno contrà Getmanos miſſus; poſtmodum cum nepotem ſuum Corn. Saloninum Princeps ad militiam inſtitui vellet, Provinciæ ac belli adminiſtratio, ſimulque adoleſcentis educatio Poſtumo Duci commiſſæ ſunt, Aurelianus verò inſpiciendorum omnium caſtrorum munus ànno 256. accepit; quo cum præclarè functus fuiſſet, dignus Imperatori viſus eſt qui in Ulpii Criniti viri clariſſimi, Thraciarum Præſidis familiam tranſiret; itaque ab eo atrogatus Byzantii anno 258. Vicarius ei datus eſt, ſimulque Conſul ſuffectus in annum ſequentem unà cum adoptivo patre deſignatus. Quid deinde geſſerit Aurelianus nullus, quem quidem noverim, Scriptorum refert, uſque ad Gallieni cædem, cujus conſcium illum fuiſſe ttadunt Aur. Victor & Zonaras; ſed pro Aureliano cæteri Authores Heraclianum habent Prætorio Præfectum: huic certè interfuiſſe Aurelianum Vopiſcus innuit, dum Auteolum ab illo interfectum narrat; nam Auteoli cædes quin mortem Gallieni bteviſſimo intervallo ſubſequuta fuerit, nemo dubitat. Notat deinceps idem Scriptor Aureliani virtutem ſub Claudio tantum eminuiſſe, ut primum dignitatis gradum poſt Imperatotem obtineret; nam Magiſter equitum factus, bellique Gothici adminiſtratione ſuſceptâ, cum eam curam poſtea Claudius in ſe ttanſtuliſſet, adverſus Suevos & Sarmatas miſſus eſt, eoſque aliquot præliis cecidit; mortuo denique fottiſſimo Principe, Imperator ab exercitu ſuo appellatus eſt in Illyrico circà menſem Novembrem anni 270. Eodem tempore Quintillus Claudii frater purpuram in Italiâ ſumebat; ſed eo btevi mortuo, Imperii vires univerſas in Barbaros convertere Aurelianus ſtatuit. Horum porto bellorum ſeriem accuratam detexere difficile eſt, cum nec de nominibus victarum gentium conſentiant Scriptores; nobis Dexippum ſequi placet, auctorem eo commendabiliorem, quod rebus geſtis ipſe aut interfuit, aut certè intereſſe potuit. Hoc igitur ex illius fragmentis colligi poſſe videtur, bellum à Juthungis Scythis ortum fuiſſe, quos in Romanas terras irrupiſſe veriſimile eſt eâdem fermè tempeſtate, quâ Claudius vitæ finem fecit. Eos Aurelianus variis cladibus ita afflixit, ut legatos de pace ad eum mitterent; ſed horum poſtulata iniquiora fuere, quàm ut admitti ſine maximo dedecore poſſent. Ea tum erat Imperii conditio, ut adverſus unum hoſtem ſatis validum, duos ſimul ſuſtinere vix poſſet; præterquamquod enim fortiſſimas opulentiſſimaſque Provincias Tetricus & Zenobia retinebant, poſtrema peſtis maximam apud ſigna raritatem fecerat; itaque cum eodem tempore allatus eſſet nuntius Vandalos in Pannonias irrupiſſe, bellum jam affectum intermittete Aurelianus coactus eſt, ut novis hoſtibus occurreret. Paucorum dierum mora

hæc fuit; (Vandalos enim primo congreſſu victos, pacemque poſtridie pactam Dexippus notat.) Italiæ tamen propè exitiabilis fuit: interea namque Juthungi, quos Vopiſcus Marcomannos vocat (hujus diverſitatis rationem in Saloninâ obſervavimus) per eam Provinciam ſeſe effudere, nec priùs aſſequi illos potuit Aurelianus, quam Placentiam uſque progreſſi fuiſſent. Ibi quoque fœdam cladem acceptam fatetur Vopiſcus, ſed quæ fortiſſimum Principem ita non perturbavit, ut eoſdem Barbaros intra aliquot menſes ad internecionem ceciderit. Seditionibus agitatam interea fuiſſe urbem refert idem Scriptor; itaque confecto bello Aurelianus Romam advolavit, ſuamque autoritatem variis cædibus ita firmavit, ut in odium Senatûs verteret, ac neceſſarius magis quàm bonus Princeps videretur. Urbis quoque mœnia eo tempore inſtaurari cœpta, cum hactenus barbarorum incurſionibus pœnè patuiſſet; pomœrio etiam addidiſſe ſcribunt ambo Victores, ſed id poſtea factum Vopiſcus rectè animadvertit, poſtquam ſcilicet devictis Palmyrenis & Saracenis, agri hoſtici parte Rempublicam locupletavit. His rebus tractus eſt annus Chriſti 271. ſequens bello adverſus Zenobiam non minus clarus. Hoc porro bellum ita inſtituit Aurelianus, ut ipſe Aſiam, Probus Ægyptum peteret: & Probus quidem aliquot prælüs defunctus, univerſâ tandem Ægypto Palmyrenos expulit; Aurelianus verò cæſis nonnullis in Thraciis & in Illyrico barbaris, occiſo etiam Gothorum Duce ſive Cannaba, ſive Cannabaude, per Byzantium in Bithyniam trajecit, quam nullo certamine obtinuit; iterque pacatum fecit ad Thyanam uſque, quæ prima portas clauſit. Enimverò eam audaciam Aurelianus ita indignè tulit, ut canem eâ in urbe relicturum ſe negaret; ſed eâ poſt aliquot dies per proditionem Heraclammonis potitus, civibus pepercit; nec ullum occidi paſſus eſt, præter eum qui patriæ ſuæ tam atrox periculum creaverat. Ulterius deinde progreſſus, Zenobiam apud Himmas primùm, ac deinde apud Emeſam ſuperavit, ac denique intra Palmyram obſeſſam ita preſſit, ut ſalutem ſuam fugæ committere mulier fortiſſima tandem cogeretur. Auxilia ſcilicet à Perſis miſſa, interceperat Aurelianus, Saracenas verò & Armenias alas partim vi, partim autoritate ad ſe tranſtulerat. Camelo itaque impoſita, Euphratem petebat; bellum adjuvantibus Perſis redintegratura; ſed ab equitibus Romanis è fugâ retracta cum Euphratem jam transveheretur, ad Aurelianum perducta eſt, qui Palmyram poſt paucos dies in deditionem accepit. Hæ porrò victoriæ tantam Romanorum armis gloriam in Oriente pepererunt, ut munera ad Imperatorem ſinguli Principes mitterent. Notat Vopiſcus eorum legatos Aurelianum ſuperbè & inſolenter admiſiſſe, ut jam tum meditatus videatur bellum adverſus Perſas. Illud tamen in aliud tempus differri variæ Imperii neceſſitates coëgerunt, eædemque Principem impulerunt ut Occidentem quantociùs repeteret. Gallias nempe tot jam annos à Republicâ divulſas ſibi tandem aſſerere cogitabat vir fortiſſimus; ſed ne illud quidem tunc perfici per Palmyrenos licuit. Viri enim externæ dominationis impatientes, cum Marcellinum Meſopotamiæ Præſidem ad ſuas partes allicere fruſtrà tentaſſent, Sandarionem apud ſe cum præſidiariâ manu relictum interficiunt, & Antiocho cuidam purpuram induunt. Pro Antiocho Vopiſcus habet Achilleum; ſed vel ipſius, vel eorum qui illum exſcripſerunt errorem eſſe ſuo loco demonſtrabimus. Sanè quo minùs latius ſerperet hæc rebellio, obſtitit Aureliani celeritas; priùs enim in Phœnicem advenit, quàm Palmyreni ſatis tutam urbem effeciſſent; itaque captam Palmyram diruit Aurelianus, cæſiſque promiſcuè viris & fœminis, ſenibus &

pueris, Antiochum tamen humilitate ejus contemptâ vivere paſſus eſt. Interea Firmius quidam Zenobiæ amicus Alexandriæ rebellabat, intercluſiſque commeatibus, Italiam ac præcipuè urbem Romam, quibus frumenta variaſque ſpecies ſuppeditare Ægyptus conſueverat, fame & variarum rerum inopiâ urgebat; ſed quàm acerba, tam brevis ejus tyrannis fuit; victis enim Palmyrenis Aurelianus in Ægyptum profectus, Firmium captum in tormentis necavit, eamque Provinciam Imperio iterum reſtituit. Nullus ſupererat in orbe Romano tyrannus præter Tetricum qui Gallias hactenus retinuerat; ſed pœnè invitus, cum Imperium quod cæteri homines tantopere exoptant, ipſi odioſum aſſiduæ militum ſeditiones feciſſent; ideoque Aurelianum, ut ſe tot malis eriperet, per literas ſæpiùs hortatus fuerat; ſed cum huic potior cura eſſet Orientis, Gallias per tres fermè annos ſuo Principi parere paſſus eſt, eaſque demum anno 273. recepit, prodente exercitum ſuum Tetrico. Pacato Imperio Aurelianus Romam venit, ibique ſpecioſiſſimum de Oriente & Occidente triumphum egit; ejus pompam accuratè deſcribit Vopiſcus, captivoſque variarum gentium qui in eo ducti ſunt recenſet; ſed inter hos maximè conſpicui fuere Tetricus & Zenobia, quorum hanc in Tiburti more matronæ Romanæ vivere paſſus eſt, illum verò etiam ſuum inter Senatores locum ſervare juſſit, ac poſtmodum Correctorem Lucaniæ fecit. Fatis ita comparatum erat, ut nulla pars vitæ Aureliani bellorum immunis eſſet; itaque Monetarii autore Feliciſſimo Rationali, cum in eos qui monetam corroſerant inquireretur, arreptis armis in Cœlium montem ſeceſſerunt, cæſiſque ſeptem hominum millibus deleti ſunt. Aliquantum poſtea temporis in reformandis & corrigendis moribus Aurelianus impendit; deinde in Gallias profectus, barbaros è Vindeliciâ expulit; cumque Daciam Transdanuvianam retineri poſſe deſperaret, abductos ex eâ populos in alteram Daciam transtulit. Notat Euſebius Aurelianum, cum hactenus ſummâ benignitate in Chriſtianos uſus fuiſſet, quorumdam conſiliis denique impulſum, ut eos perſequeretur; ſed nondum ad Provincias ulteriores cruenta ejus edicta pervenerant, cum ipſe in Cænophrurio Byzantium inter & Heracleam, ex falsâ quâdam ſuſpicione ab amicis interemptus eſt. Monet Vopiſcus bellum tunc Perſis indictum fuiſſe, Aurelianique mortem ita narrat, fuiſſe nempe in ejus exercitu Mneſtheum quemdam libertum, notarium ſecretorum, quem ſibi infenſiorem minando reddiderit; huncque cum indolem Principis formidaret, qui nec fruſtrà minaretur, & raró ignoſceret, periculum imminens aliter propulſari poſſe deſperaſſe, quàm ſi illud in ipſius Aureliani caput averteret; itaque breve nominum inſcripſiſſe quibus mortem à Principe parari confingebat; atque ita concitatis pleriſque Aurelianum per inſidias à Mucapore interfectum fuiſſe. Zoſimus Erota pro Mneſtheo habet, in cæteris à Vopiſco non diſſentit. Cædes ejus ad menſem Martium anni 275. refertur; itaque quatuor annos, totidemque circiter menſes imperavit, Princeps cui ſuas laudes non denegaſſent Scriptores, niſi bellicas virtutes obſcuraſſet adeo immanis crudelitas, ut præter nova inventa ſuppliciorum genera, præter plurimos Senatores levibus de cauſis trucidatos, ſororis quoque vel filium vel filiam (id enim in incerto eſt) interemerit.



NUMISMATA AUREA.

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator paludatus eques, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenet. *Laiſné, maximi moduli.*

Eadem epigraphe.

CONCORD LEG. Figura militaris ſtans inter duo ſigna militaria. *MB.*

Eadem epigraphe.

CONCORDIA LEG I. Typus ut ſuprà. *MB.*

Eadem epigraphe.

FORTVNA REDVX. Figura ſedens in curru, dextrâ temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

IMP C L DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

GENIVS ILLYR. (2) Genius capite tutulato ſtans, dextrorſum converſus, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris ſignum militare erectum. *Brandenburg.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

IOVI CONSERV. Jupiter ſtans à ſiniſtris, haſtæ adnixus, dextrâ porrigit globum Imperatori paludato ſtanti ex adverſo, dextram protendenti, & ſceptrum ſiniſtrâ tenenti. *RE.*

IMP C AVRELIANVS AVG.

ORIENS AVG P. Sol gradiens, dextro pede captivum ſternens, dextrâ elatâ, globum ſiniſtrâ ſuſtinet: à ſiniſtris alius captivus galeatus manibus poſt terga revinctis. *MB.*

Eadem epigraphe: Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum loricâ.

P M TR P VI COS II PP. Sol capite radiato ſtans cum pallio ex humeris pendulo, dextrâ elatâ, globum ſiniſtrâ ſuſtinet; pro pedibus captivus humi ſedens: in areâ ſtella. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P VII COS II. Mars galeatus cum pallio à tergo volitante, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum inverſum geſtat dextrâ, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe.

P M TR P VII COS III PP. (3) Typus ut ſuprà. *Occo.*

IMP AVRELIANVS AVG.

RESTITVT ORIENTIS. Duæ figuræ, alia militaris cum pilo, altera ſtolata cum laureâ. *MB.*

(1) Cùm omnes Aureliani nummi ex auro rari ſunt, tùm hic rariſſimus eſt, non ob epigraphen & typum ſolùm, ſed ob modulum quoque.

(2) Nummus hic Aureliani rariſſimus ob capitis epigraphen. Vide quæ ad ſimilem Æ. III. infrà monemus.

(3) Aurelianum Imperatorem anno 270. circà menſem Novembrem renuntiatum, menſe Martio anni 275. cæſum, ideoque hujus Imperii ſpatium quatuor annis, ac totidem propè menſibus circunſcriptum fuiſſe in ejus Vitâ monuimus: ejuſdem Conſulatus tres in Faſtos relati, primus anno 271. poſt aliquot menſes quàm regnare cœperat, alter anno 274. quo Tribunitiam Poteſtatem quartùm gerebat, poſtremus anno ſequenti quo per fraudem Mneſthei liberti ſui periit. Cur igitur alter ejus Conſulatus cum ſexto Imperii anno, tertius cum eodem ac ſeptimo conjunguntur, quos nunquam attigit? Id ſanè Mediobarbum torſit, qui Occonis duntaxat nummum viderat; ſed TR P V. in illo pro TR P VII. legendum exiſtimavit; quâ in re minus honorificè de Occonis induſtriâ ſenſit. Nobis verius videtur in Occonis nummo & in Brandenburgico TR P IIII. in Regio Etruriæ TR P III. ſcriptum fuiſſe; ita enim omnia rectè conſtabunt, ſuuſque eruditis Antiquariis, à quibus horumce rariſſimorum nummorum deſcriptionem accepimus, honos ſervabitur, cum facillimus ſit in VI. & III. VII. & IIII. dignoſcendis oculorum lapſus. Duas Aureliani Inſcriptiones exhibet Gruterus pag. 276. quibus de tertio hujus Conſulatu cum Faſtis convenit: in primâ enim quæ Romæ reperta eſt, & ad poſtremos menſes anni 274. pertinet TR P V COS DES III. dicitur; in alterâ verò quæ à Brixianis dedicata fuerat, TR P V COS III. nuncupatur, quod in annum 275. incidit.

1

IMP. CAES. L. DOMITIO
AVRELIANO. PIO. FELICI
INVICTO. AVG. PONTIF. MAXIMO
GOTHICO. MAX. GERMANICO. MAX
TRIB. POT. V COS. DESIG. III. IMP. III
P. P. PRO. CONS. RESTITVTORI. ORBIS
INVICTISSIMO. ET. VICTORIOSISSIMO
PRINCIPI
FVRIVS. ORFITVS. V. C. PRAEF. VRB
DEVOTVS. NVMINI. MAIESTATIQVE. EIVS
DEDIC. KAL. FEBR.
AVRELIANO. AVG. III
ET. MARCELLINO. COS

2

MAGNO
AVGVSTO
PRINCIPI. MAX
IMP. FORTISSIMO
CONSERVATORI. ORBIS
L. DOMITIO. AVRELIANO
P. F. PONT. MAX. TRIB. POT. V
P. P. COS. III. PRO. COS. GOTH. MAX
PALMYR. MAX. GERM. MAX
ORDO. BRIXIANORVM

Eadem epigraphe.

RESTITVT ORIENTIS. Duæ figuræ ſeſe aſpicientes, quarum ſiniſtra lauream dextræ imponit. *MB.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum loricâ.

RESTITVTOR ORIENTIS. Sol radiatus cum pallio ſtans, dextrâ elatâ & expanſâ, ſiniſtrâ geſtat globum. *Brandenburg.*

IMP C DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

VICTORIA AVG. (1) Victoria ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam. *Brandenburg.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Regius.*

IMP C L DOM AVRELIANVS P F AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

VIRTVS AVG. (2) Typus ut ſuprà, cum captivo pro pedibus humi ſedente, manibus poſt terga revinctis. *Brandenburg.*

IMP AVRELIANVS AVG.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

Tertiam Inſcriptionem refert Pagius, quæ illi occaſionem dedit eruditiſſimæ de Conſulatibus Cæſareis, ſive Hypaticæ diſſertationis conſcribendæ, in quâ Aurelianus TR P IIII COS III. dicitur: atque eam Faſtis adverſari doctiſſimus vir monuit. Sed cum præter Conſulatus tres ordinarios, unum ſuffectum ab Aureliano privato geſtum fuiſſe ex Vopiſco conſtet, hunc in Pagii Inſcriptione memoratum fuiſſe dicendum eſt, licet nullam ejuſdem rationem ſuperiorum nummorum & Inſcriptionum Sculptores habuerint. Celeberrimam Inſcriptionem non abs re erit lectorum oculis objicere.

RESTITVTOR. ORBIS
IMP. CAES
L. D. AVRELIANO
PIO. FEL. INVICTO
AVG. PONT.
MAX. GERM. MAX.
TRIB. P. IIII. COS. III.
PP. P. COS.
V

(1) Nummus hic Aureliani ob capitis epigraphen inter rariores recenſendus.

(2) Fortaſſis etiam in epigraphe capitis nummi paulò ſuperioris Brandenburgici loco c. legendum c L nimirum *Cæſaris Lucii.* Nummi cum hac epigraphe inter rariores ponendi.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORDIA AVG. (1) Aurelianus laureatus ac paludatus dextrorſum converſus ſtans, haſtæ adnixus ſiniſtrâ; & figura muliebris ſtolata ſtans ex adverſo, tenens quiddam ſiniſtrâ, dextras jungunt: inter utriuſque caput, Solis caput radiatum, ad pectus cum paludamento: in imâ parte A. *Foue.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORD LEGI. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ; item utrinque ſignum aliud erectum: in imâ parte P. *Foue.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA MILITVM. Figura virilis togata, & figura muliebris ſtolata ſtantes ex adverſo dextras jungunt: in imâ parte B. *Regius.*

Alius cum P. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Foue.*

Alius cum XXIV. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram S. in imâ parte XXT. *MDM.*

Eadem epigraphe.

CONCORDIAE MILITVM. (3) Duæ figuræ ſtantes ſertis ſe tenentes. *MB.*

(1) Nummi Aureliani ex argento rari: hic autem nummus magnitudine & pondere inſignis.

(2) Nummi cum epigraphe *Concordia Legionum* in Claudio Gothico primum occurrunt; ſed in eo nummus ſingularis, & mulier ſtat cum duobus ſignis militaribus tantùm: nummus hic argenteus cum rarioribus adnumerandus. Cæterum cuſi videntur hujuſcemodi nummi ad denotandum Aurelianum conſenſu omnium Legionum factum fuiſſe Imperatorem, ut ſcribit Vopiſcus: *Secundis igitur*, inquit, *præliis uſus auſpiciis Claudianis, rem publicam in integrum reddidit, atque ipſe ſtatim (ut ſuprà diximus) conſenſu omnium Legionum factus eſt Imperator.*

(3) Hæc epigraphe in Aureliano, & in Severina tantùm occurrit; ſed in Severinæ nummis typus diverſus, ut videre eſt infrà. Nummus hic rariſſimus.

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad humeros cum loricâ.

CONS PRINC AVG. (1) Imperator laureatus ac paludatus ſtans, dextrâ coronam trophæo à dextris inter duos captivos humi ſedentes erecto imponit, ſiniſtrâ haſtæ innixus. *Frad.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

FORTVNA REDVX. Figura muliebris ſtolata inſidens rotæ à ſiniſtris dextrorſum, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Bau.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSER. Jupiter nudus cum pallio à tergo in utrumque brachium trajecto, vultú dextrorſum converſo ſtans, ac ſiniſtrâ haſtæ innixus, globum ſuſtinet dextrâ. Aurelianus laureatus ac paludatus ſtans ex adverſo, dextrâ protensâ, ſcipionem tenet ſiniſtrâ: in imâ parte P. & ſtella. *Fouc. Regius.*

Alius cum ς. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C AVRELIANVS AVG.

IOVI CONSER. (2) Duæ figuræ ſtantes, una dextrâ globum, alia bacillum manu tenentes. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum.

MARS INVICTVS. (3) Mars galeatus tenens ſiniſtrâ haſtam, coronam offert Imperatori laureato, hoſtem conterenti pede dextro, ſiniſtrâ flagrum tenenti. *Hard.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

MARS INVICTVS. Mars nudus ac galeatus cum pallio à tergo pendulo, ſiniſtrorſum converſus ſtans, haſtæ ferratæ adnixus ſiniſtrâ; & Sol capite radiato nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, ſtans ex adverſo cum flagro quod geſtat ſiniſtrâ, ac captivi manibus poſt tergum revinctis deſidentis dorſum premens, dextras jungunt: in imâ parte XXI. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARS INVICTVS. Sol à ſiniſtris ſiniſtrâ tenens flagrum ſtans, & figura militaris galeata, ſiniſtrâ haſtæ innixa, una tenent globum: inter utramque figuram H. in imâ parte XXI. *Le Roy.*

AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprâ.

ORIENS AVG. Sol capite radiato nudus cum pallio brachio ſiniſtro collecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ protensâ & expansâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ; à dexteris juxtà pedes, captivus deſidens: in imâ parte Q. *Fouc.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Au-

(1) Hæc epigraphe & hic typus in hoc tantùm Auguſto occurrunt. Nummus rariſſimus, imò ſingularis, nec Mediobarbo notus.

(2) Idem fortaſſis typus qui ſuperior, ſed malè deſcriptus.

(3) Hæc epigraphe & hic typus, necnon ſequentes typi in Aureliano tantùm occurrunt. Nummi rariſſimi, nec Mediobarbo noti. In primo quippe nummo Mars coronam porrigit Imperatori flagrum tenenti, ut ait Harduinus; verum flagrum mihi ſcrupulum movet, unde puto figuram illam Solem potius quàm Imperatorem exhibere, ut in ſequenti nummo, ubi Mars & Sol cernuntur; in tertio verò Sol & figura militaris galeata una globum tenent. Martem autem Invictum Aurelianum appellatum ob tot victorias de Barbaris & de Tyrannis relatas conſtat, unde dicitur etiam *Invictus Auguſtus* in nummo Æ. III. cum epigraphe, RESTITVT ORBIS. & in Inſcriptionibus quas ſuprà ad nummos aureos exhibuimus, necnon in ſequentibus; quarum primam Piſauri ex Palatio Ducis Urbinì refert Gruterus pag. 45. ſecundam Barcinone repertam pag. 276. tertiam verò Romæ exhibet idem Gruterus paginâ eâdem: quartam refert Sponius Miſcell. pag. 159. in pago Brianſonnet Diœceſis Glandevenſis: ex Hiſt. Provinc.

1.

HERCVLI
AVG
CONSORTI
D. N.
AVRELIANI
INVICTI. AVGVS
RESPVB. PIS
CVRA. AGENTE.
C. IVLIO. PRISCIANO. V. C
DVC. CVR. R. P. PIS. ET. PAN. PIN.

2.

IMP. ⊕ CAE
L. DOMITIO. AV
RELIANO. PIO. ET
INVICTO. AVG
ARABICO. MAX.
GOTHICO. MAX
PARTHICO. MAX
TRIB. P. P. COS. III.
PROC. OPT. PRINCI
PI. N. ORDO. BARC
NVMINI. MAIEST. Q. E

3.

IMP. CAES. AVG. DOMITIO. PIO. FEL
INVICTO. RES. PVB. ASTIG. DEVOTA
NVMINI. MAIESTATIQ. EIVS

4

IMP. CAES
L. DOMITIO
AVRELIANO
P. F. INVIC
AVG. P. M.
ORD. BR. P. C

reliani

reliani radiatum, ad medium pectus cum loricâ.

ORIENS AVG. (1) Sol typo quo ſuprà, captivi manibus poſt tergum revinctis humi ſedentis dorſum premens pede dextro; captivus alter ſimilis à ſiniſtris retroſpiciens: in imâ parte T. *Fouc.*

Alius cum PXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ VI: in imâ parte XXI. *MMA.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte V. *RE.*

Alius cum VII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Sol ut ſuprà ſtat inter duos captivos humi ſedentes adverſos: à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte XXI. & ſtella. *SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Sol ut ſuprà ſiniſtrorſum converſus ſtans, & pede lævo captivum humi proſtratum conculcans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ flagrum: à dextris in areâ T. in imâ parte XXIR. *SG.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

PACATOR ORBIS. (2) Sol capite radiato cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ protensâ & expansâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte CL. *Fouc.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

PIETAS AVG. (3) Figuræ duæ togatæ ac laureatæ ſtantes ex adverſo ad tripodem ſuprà quem ignis accenſus, pateram tenent dextrâ, ſcipionem verò ſiniſtrâ; illa elatum, hæc demiſſum: in imâ parte S. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. Aurelianus à dextris ſtans, dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ ſceptrum; à ſiniſtris Severina ſtans tripode intermedio, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ veſtem colligit: in imâ parte S. *Fontaine.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDEN DEOR. (4) Figura muliebris ſtolata ſtans à dextris, ſiniſtrorſum ſpectans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ; à ſiniſtris ſtat Sol cum pallio ex brachio ſiniſtro pendente, dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ geſtat globum: in imâ parte DXXT. *Farneſianus.*

(1) Solem ab Aureliano imprimis cultum dicemus ad nummum ſimilem Æ. III. ejuſdem Auguſti. Cum eadem autem epigraphe habentur nummi Gordiani Junioris, necnon Valeriani; in iiſque Sol eodem typo repræſentatus cernitur, niſi quod in hiſce Aureliani nummis duo præterea captivi humi ſedentes exhibentur; iiſque adumbrari creduntur Regina Zenobia, & Zaba ejus Dux; nec quidem abs re; hujus quippe numinis ope de Zenobia & Zaba ab Aureliano relatam victoriam teſtatur Vopiſcus; in cujus ſanè victoriæ monimentum cuſos hujuſcemodi nummos cum Sole & duobus captivis arbitramur: *Pugnatum eſt poſt hæc*, inquit laudatus Vopiſcus, *de ſummâ rerum contra Zenobiam & Zabam ejus ſocium apud Emeſſam magno certamine: cumque Aureliani equites fatigati jam penè diſcederent, ac terga darent, ſubito vi numinis, quod poſtea proditum, hortante quadam divina forma, per pedites etiam equites reſtituti ſunt. Fugata eſt Zenobia cum Zaba, & pleniſſimè parta victoria. Recepto igitur Orientis ſtatu, Emeſſam victor Aurelianus ingreſſus eſt, ac ſtatim ad templum Heliogabali tetendit, quaſi communi officio vota ſoluturus. Verum illic eam formam numinis reperit, quam in bello ſibi faventem vidit. Quare & illic templa fundavit, donariis ingentibus poſitis; & Romæ Soli templum poſuit majore honorificentia conſecratum, ut ſuo dicemus loco.* Templum etiam Solis magnificentiſſimum Romæ ædificavit; alterum verò apud Palmyram ab exercitu Romano everſum reſtauravit, ut narrat idem Vopiſcus: *Templum ſane Solis, quod apud Palmyram aquilifer Legionis tertiæ cum vexilliferis & draconario, cornicinibus atque liticinibus diripuerunt, ad eam formam volo quæ fuit, reddi. Habes trecentas auri libras Zenobiæ capſulis: habes argenti mille octingenta pondo de Palmyrenorum bonis: habes gemmas regias. Ex his omnibus fac cohoneſtari templum: mihi & Diis immortalibus gratiſſimum feceris. Ego ad Senatum ſcribam, petens ut mittat Pontificem qui dedicet templum.*

(2) Nummus hic Aureliani rariſſimus. Vide quæ ad ſimilem Æ. III. ejuſdem Auguſti infrà monemus.

(3) Nummus hic & ſequens cum rarioribus adnumerandi.

(4) Multi extant diverſorum Imperatorum nummi cum PROVIDENTIA DEORUM. variis de cauſis ita inſcripti, ſed diverſo prorſus typo; hi verò Aureliani nummi, in quibus Sol exhibetur ſtans à ſiniſtris, & figura muliebris à dextris ſignum militare tenens dextrâ, alterum ſiniſtrâ, cuſi videntur quo tempore ob Marcomannorum in Italiam irruptionem Sibyllinos libros inſpici juſſerat Aurelianus, ut conſtat ex ipſius epiſtola ad Senatum ſcripta, quam ex Fl. Vopiſco hîc exhibemus: *Miror vos, patres ſancti, tandiu de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris, perinde quaſi in Chriſtianorum Eccleſia, non in templo deorum omnium tractaretis. Agite igitur, & caſtimonia Pontificum, ceremoniiſque ſolennibus juvate Principem neceſſitate publicâ laborantem. Inſpiciantur libri: quæ facienda fuerint, celebrentur, quemlibet ſumptum, cujuſlibet gentis captivos, quælibet animalia regia non abnuo, ſed libens offero: neque enim indecorum eſt diis juvantibus vincere; apud majores noſtros multa finita ſunt bella, ſic cœpta. Si quid eſt ſumptuum, datis ad præfectum ærarii literis decerni juſſi: eſt præterea veſtræ autoritatis arca publica, quam magis refertam eſſe reperio quàm cupio.* Habetur apud eundem Scriptorem & Senatuſconſulti forma, quo

Alius cum TXXT. in imâ parte, eodem typo. *MB.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVTOR EXERCITI. (1) Aurelianus laureatus ac paludatus vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: figura militaris galeata ſtans ex adverſo, globum eundem tenet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ: inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVT ORBIS. (2) Aurelianus typo quo ſuprà, dextrâ protensâ, ac haſtæ ferratæ adnixus ſiniſtrâ; figura muliebris tunicata ſtans ex adverſo, coronam lauream elatam tenet dextrâ, ſiniſtrâ non apparente: in imâ parte A. *Fouc. Le Roy.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà: in imâ parte B. *Fauvel.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram ſtella: in imâ parte KAA. *Le Roy. SG.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVT ORIENTIS. Typus ut ſuprà, abſque ſtellâ: in imâ parte P. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

RESTITVT ORIENTIS. (3) Imperator paludatus ſtans à ſiniſtris, dextram porrigit mulieri turritæ in genua procumbenti: in imâ parte S.....ſtellâ intermediâ. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVTOR ORIENTIS. Typus ut ſuprà: in imâ parte Q. & ſtella. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERNAE. (4) Figura muliebris galeata ac ſtolata inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum averſum, quod Aureliano togato ſtanti ex adverſo ac dextram protendenti offert, ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte Q. *Fouc.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

SOLI INVICTO. (5) Sol capite radiato nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, ac captivi manibus poſt tergum revinctis humi ſedentis dorſum calcans pede dextro, dextram expanſam protendit, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ; à ſiniſtris captivus alter humi ſedens: à dextris in areâ ſtella; in imâ parte PXXT. *Fouc.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVG. Victoria ad dextram gradiens, dextrâ elatâ ſertum geſtat, ſiniſtrâ palmam; pro pedibus captivus humi ſedens: in imâ parte A. *Cham.*

Alius cum B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Le Roy.*

IMP C L DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ clypeo humi poſito innixa, ſiniſtrâ haſtæ: à ſiniſtris in areâ B. *Fontaine.*

libros inſpici clariſſimorum juſſit autoritas; quæ quidem, cum ſint longiuſcula, hîc non exſcribo. *Facta denique*, inquit laudatus Vopiſcus, *ſunt ea quæ præcepta fuerant in diverſo ceremoniarum genere; atque ita barbari reſtiterunt, quos omnes Aurelianus carptim vagantes occidit.* In cujus rei monimentum hoſce Aureliano nummos cuſos fuiſſe putant eruditi; indicant etiam fortaſſis Aurelianum Deorum providentia ab exercitu Imperatorem ſalutatum fuiſſe. Nummi hi ex argento inter rariores recenſendi.

(1) Hæc epigraphe & hic typus in Aureliano primum occurrunt. Cuſi autem hi nummi forſan fuere poſt victoriam de Marcomannis relatam; primis enim præliis à Marcomannis cladem acceperat, ſed reparato exercitu, tandem ipſi quoque Marcomanni ſuperati fuere, ut ſcribit Vopiſcus: *Accepta eſt ſane clades ſub Aureliano à Marcomannis per errorem. Nam dum is à fronte non curat occurrere, ſubito hoſtes erumpere: dumque illos à dorſo perſequi parat, omnia circa Mediolanum graviter evaſtata ſunt. Poſtea tamen ipſi quoque Marcomanni ſuperati ſunt.* Nummus hic ex argento rariſſimus.

(2) Vide quæ ad nummum Æ. III. ejuſdem Auguſti cum eadem epigraphe adnotamus.

(3) Nummi Aureliani cum hoc typo inter rariores recenſendi ſunt; neque extant apud Mediobarbum. Cuſi videntur poſt oppreſſam Zenobiam, & poſt devictas etiam alias in Oriente nationes, ut videre eſt apud Fl. Vopiſcum in ejus Vitâ.

(4) Romæ ut æternitatem compararet Aurelianus laboravit non ſolum cum tot & tantas nationes, ac totum penitus orbem vinceret: *Princeps igitur*, inquit Vopiſcus, *totius orbis Aurelianus pacatis per Occidentem Galliis, atque undique terris, Romam iter flexit, ut de Zenobia & Tetrico, hoc eſt, de Oriente & Occidente triumphum Romanis oculis exhiberet.* Sed tum maximè ejus æternitati conſuluit, cum ejus muros ſic ampliaviſſet, ut quinquaginta prope millia murorum ejus ambitus teneret, teſtibus laudato Vopiſco, Victore, aliiſque. Nummus hic ex argento rarus, nec Mediobarbo cognitus; ſequentes etiam ex argento rari.

(5) Eamdem ob cauſam cuſos hujuſcemodi nummos putamus, ob quam illi paulo ſuperius exhibiti cum epigraphe ORIENS AVG. ubi vide quæ adnotavimus.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

SEVERINA AVG. (1) Caput Severinæ ad pectus cum ſtolâ & lunâ bicorni ad humeros. *Frad. Fouc. Regius. Cham. RE.*

(1) Nummi hujus Auguſti ex ære primi moduli rariſſimi ſunt.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum loricâ.

CONCOR AVG. Figura muliebris ſtolata à dextris; & figura virilis laureata ac paludata, haſtæ adnixa ſiniſtrâ, ſtantes ex adverſo dextras jungunt: inter utriuſque caput, caput Solis radiatum, ad humeros cum paludamento. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Alius cum A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. DC. Val. MDM.*

Alius cum Z. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Aurelianus capite laureato, ad pectus cum paludamento dextrorſum, dextrâ elatâ.

CONCORDIA AVG. (1) Typus ut ſuprà, in imâ parte Δ. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

CONCORDIA AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *RE.*

DEO ET DOMINO NATO AVRELIANO AVG. Caput Aureliani radiatum.

RESTITVT ORBIS. (2) Dea orbis terrarum ſtolata, coronam porrigit Imperatori paludato, ſtanti cum haſtâ: in imâ parte KAΔ. *Regius.*

(1) Hiſce nummis concordiam conjugalem adumbrari diximus alibi. Nummus hic ob capitis typum ratus; ſequens verò ob duplex G. concordiam Auguſtorum prædicans rariſſimus.

(2) Perpetam nonnulli capitis epigraphen hujus nummi legunt, nimirum DEO ET DOMINO NOSTRO, &c. pro NATO. Cuſum autem putamus hunc rariſſimum, imò ſingularem nummum poſt Aureliani mortem; nam ipſi mortuo tantùm divinos honores delatos teſtatur Fl. Vopiſcus in ejus Vitâ: *Quo interfecto*, inquit, *quum eſſet res prodita, & ſepulcrum ingens, & templum illi detulerunt ii à quibus interemptus eſt.* Huic poſtmodum à Senatu decretos fuiſſe divinos honores, Tacito Auguſto tunc temporis Senatore, & rem promovente tradit idem ſcriptor: *Quare P. C.* inquit Tacitus, *vel deos ipſos jure convenio, qui talem Principem interire paſſi ſunt, ni forte ſecum eum eſſe maluerunt. Decerno igitur divinos honores: id quod vos omnes exiſtimo eſſe facturos. Nam de Imperatore deligendo ad eundem exercitum cenſeo eſſe referendum. Etenim in tali genere ſententiæ, niſi fiat quod dicitur, & electi periculum erit, & eligentis invidia. Probata eſt ſententia Taciti*, & ſuprà ubi de morte Aureliani loquitur laudatus ſcriptor: *Ac rebus*, inquit, *magnis geſtis inter divos relatus eſt.* Aureliano autem plures ſtatuas erectas fuiſſe à Tacito Auguſto ſcribit laudatus Vopiſcus in Taciti Vitâ: *In eadem oratione*, inquit, *Aureliano ſtatuam auream ponendam in Capitolio decrevit: item ſtatuam argenteam in Curia, item in templo Solis; item in foro divi Trajani. Sed aurea non eſt poſita, dedicatæ autem ſunt ſolæ argenteæ.* Et hanc quidem ob cauſam divinitatis titulo donatur Aurelianus in hoc nummo; *Dominus* autem *Natus* dictus fortaſſis fuit Aurelianus ob plura auſpicia imperii quæ Aureliano fuiſſe narrat idem ſcriptor in ejus Vitâ: *Matrem quidem ejus Callicrates Tyrius, Græcorum longè doctiſſimus ſcriptor, Sacerdotem templi Solis, in vico in quo habitabant parentes, fuiſſe dicit. Habuiſſe quin etiam nonnihilum divinationis, adeo ut aliquando marito ſuo jurgans ingeſſerit, quum ejus & ſtultitiam increparet & vilitatem, En Imperatoris patrem. Ex quo conſtat illam mulierem ſciſſe fatalia. Idem dicit, auſpicia imperii Aureliano hæc fuiſſe: Primum pueri ejus pelvem ſerpentem plerunque cinxiſſe, neque unquam occidi potuiſſe: poſtremo ipſam matrem quæ hoc viderat, ſerpentem quaſi familiarem occidere noluiſſe. His accedit quod ex palliolo purpureo quod Soli ſui temporis Imperator obtulerat, Sacerdos mulier crepundia filio feciſſe perhibetur. Addit etiam illud quòd vinctum faſciola Aurelianum aquila innoxiè de cunis levaverit, & in aram poſuerit, quæ juxta ſacellum fortè ſine ignibus erat. Idem autor eſt, vitulum matri ejus natum miræ magnitudinis, candidum, ſed purpurantibus maculis, ita ut haberet in latere uno avem, in alio coronam. Multa ſuperflua in eodem legiſſe memini: quippe qui aſſeverat etiam roſas in ejuſdem mulieris cohorte, nato Aureliano, exiſſe purpureas, odoris roſei, floris aurei. Fuerunt & poſtea multa omina jam militanti futuri, ut res monſtravit, imperii. Nam ingrediente eo Antiochiam in vehiculo, quòd præ vulnere tunc equo ſedere non poſſet, ita pallium purpureum, quod in honorem ejus expanſum fuerat, decidit ut humeros ejus tegeret. Et quum in equum tranſire vellet, quia invidioſum tunc erat vehiculis in civitate uti, equus eſt ei Imperatoris applicitus, cui per feſtinationem inſedit: ſed ubi comperit, ſemet ad ſuum tranſtulit. Data eſt ei præterea, quum legatus ad Perſas iſſet, patera qualis ſolet Imperatoribus dari à Rege Perſarum, in qua inſculptus erat Sol eo habitu quo colebatur in eo templo, in quo mater ejus fuerat Sacerdos. Donatus eidem etiam elephantus præcipuus, quem ille Imperatori obtulit: ſoluſque omnium privatus Aurelianus elephanti Dominus fuit.* Ex his autem omnibus ſatis liquet quamobrem Aurelianus *Dominus Natus* dicatur.

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

SEVERINA AVG. (1) Caput Severinæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros. *Foue.*

AVRELIANVS CONS AVG. Aurelianus paludatus dextrorſum converſus, ſtans ad aram ignitam, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtam.

SOL DOMINVS IMPERI ROMANI. (2) Caput Solis vel Apollinis. *Foue. Regius. RE.*

(1) Nummus hic inter rariores recenſendus.

(2) Hæc epigraphe & hic typus in Aureliano tantùm occurrunt. Nummus hic oppido rarus caput Solis exhibet, non quale effingi ſolet,

——— cui tempora circum
Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt:

ut ſcribit Virgil. Æneid. XII. ſed quale exiſtimabant fuiſſe *intonſi* Apollinis, perpetuâ juventâ florens: nimirùm quòd eundem crederent Deum, Solem & Phœbum & Apollinem appellari poſſe. Enimverò quàm antiquus, quàm per univerſum orbem diffuſus Solis cultus fuerit, fusè differuit Ger. Joan. Voſſius toto pene lib. II. de idololatriâ: ſed cur hunc Deûm maximè coluerit, ac Dominum Imperii Romani nuncupari voluerit Aurelianus docet Vopiſcus, quòd matre natus eſſet Dei Solis in ſuo vico Sacerdote, ac deinde quod legatione apud Perſas functus, pateram à Perſarum Rege accepiſſet, in quâ Sol inſculptus fuerat, eodem habitu quo à matre colebatur: unde evenit ut hoc numen ſibi maximè favere jam tum exiſtimaret, atque huic ſummam poteſtatem deinde acceptam retulerit. Vide quæ ad ejus nummos cum epigraphe ORIENS AUG. adnotamus. Cæterum in anteriori parte hujus nummi cernitur, non ut in aliis nummis caput Aureliani, ſed Aurelianus ſtans ad tripodem, dextrâ pateram, ſacrificantis more.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. II.

ATT K Λ Δ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ CΕΒ. *Imperator Cæſar Lucius Domitius Aurelianus Auguſtus.* in areâ L. A. *An.* 1. Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum paludamento.

ATT ΕΡΜΙΑϹ ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟϹ ΑΘΗΝΟΥ. *Imperator Hermias Vabalathus Athenæ.* in areâ L. Δ. *An.* 4. Caput Vabalathi diademate cinctum & laureatum, ad pectus cum paludamento. *Regius.*

ATT Α ΔΟΜ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ CΕΒ. in areâ L. A. Caput Aureliani ut ſuprà.

..:... ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟϹ.... in areâ L. Δ. Caput Vabalathi ut ſuprà. *RE.*

ATT K Λ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ CΕΒ. in areâ L. A. Caput Aureliani ut ſuprà.

ATT ΕΡΜΙΑϹ ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟϹ ΑΘΗΝΟΥ. in areâ L. Δ. Caput Vabalathi laureatum, ad pectus cum paludamento. *Regius. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, abſque literis in areâ.

ATT ΕΡΜΙΑϹ ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟϹ ΑΘΗΝΟΥ. in areâ L. Є. *An.* 5. Caput Vabalathi ut ſuprà. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo: in areâ L. B. *An.* 2.

ATT ΕΡΜΙΑϹ ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟϹ ΑΘΗΝΟΥ. in areâ L. Є. Caput Vabalathi ut ſuprà. *Bau. Gambarini.*

ATT Α ΔΟΜ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ CΕΒ. Caput Aureliani ut ſuprà.

L. B. *An.* 2. Aquila alis expanſis, coronam lauream gerens roſtro. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. *An.* 3. Lupa cum Remo & Romulo. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. *An.* 4. Figura muliebris ſtolata ſtans, coronam tenet dextrâ, geminum cornucopiæ ſiniſtrâ. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. Aquila à fronte alis expanſis inter labara duo erecta, coronam lauream gerit roſtro ſiniſtrorſum converſo. *RE.*

ATT K Λ Δ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ CΕΒ. Caput Aureliani ut ſuprà.

L. Δ. Typus ut ſuprà. *Cham.*

A K Λ ΔΟΜ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ CΕΒ. Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum loricâ.

L. Δ. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. Aquila alis expanſis à dextris ſiniſtrorſum, roſtro dextrorſum verſo, coronam lauream utroque pede apprehenſam tenet. *Cham.*

Alius cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

ATT K Λ Δ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ CΕΒ. Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum paludamento.

L. Δ. Aquila ut ſuprà, coronam lauream tenet roſtro. *MDM.*

ATT Α ΔΟΜ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ CΕΒ. Caput Aureliani ut ſuprà.

L. Є. *An.* 5. Typus ut ſuprà. *RE.*

A K Λ ΔΟΜ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ CΕΒ. Caput Aureliani ut ſuprà.

L. Є. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΤΟΥϹ Є. Typus ut ſuprà. *Regius. Cham. Le Roy. B.*

ΑΥ Κ Λ ΔΟ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Aureliani ut ſuprà.

Λ. Є. Typus ut ſuprà. *Regius.*

Α Κ Λ ΔΟΜ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum loricâ.

. Λ Є. in coronâ laureâ. *B.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

Λ. Є. in coronâ laureâ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΕΤΟΥϹ Є. in coronâ laureâ, ſuprà quam ſtella. *Regius. Cham.*

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator eques à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ impetit ſpiculo hoſtem in genua provolutum; alter jacet ſub equo proſtratus. *Cham. RDR.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AETERNIT AVG. (2) Sol ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum ſuſtinet. *RDR.*

IMP C L DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

AETERNIT AVG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

APOLLINI CONS. (3) Apollo ſtans dextrorſum ſpectans, dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ lyram ſaxis innixam: à ſiniſtris in areâ H. *Cham. Fontaine.*

AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani laureatum, ad pectus cum loricâ.

APOL CONS AVG. Apollo, ſeu Sol capite radiato nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ extensâ & expansâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ; à dextris captivus humi ſedens averſus, manibus poſt tergum revinctis: in imâ parte T. *Fouc.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

CONCORDIA AVG. (4) Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ geminum ſiniſtrâ. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA AVG. Aurelianus & Severina ſtantes ex adverſo dextras jungunt: in imâ parte S. *Regius. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCO EXER. (5) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte T. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORD LEGI. Figura muliebris ut ſuprà, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte D. *Hen.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORD LEGI. (6) Figura muliebris ut ſuprà, inter quatuor ſigna militaria, quorum alterum tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte S. *Hen. Fontaine. Chez.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDI LEGI. Typus ut ſuprà, cum S. in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA LEGI. Figura muliebris ut ſuprà, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ. *Cham.*

(1) Nummus hic Aureliani rariſſimus, ob typi præſertim novitatem; nec Mediobarbo cognitus; etenim hîc Imperator eques non pacificatoris habitu, ut in aliis nummis, cernitur, qui Auguſti adventum præferunt, ſed dextrâ ſpiculum in hoſtem in genua provolutum contorquet; alter hoſtis ſub equo proſtratus jacet. Ad primum Aureliani in urbem adventum non malè referetur; hunc enim Romam non priùs adiiſſe ex Vopiſco conſtat, quàm Vandalos in Pannoniis, ac deinde Juthungos ſive Marcomannos intrà Italiam ad internecionem cecidiſſet; quarum Victoriarum monimentum hocce in nummo exhiberi facilè credimus.

(2) Nummi cum hac epigraphe in Aureliano inter rariores recenſendi; ſequentis verò nummi pretium auget capitis inſcriptio: Æternitatis autem titulo Romanos Principes ſuos donaſſe diximus ſuprà ad nummos aureos Poſtumi ejuſdem epigraphes; ubi typus omninò diverſus cernitur. Uterque hic nummus Mediobarbo ignotus.

(3) Nummi Aureliani cum hac epigraphe & hoc typo inter rariores recenſendi; cum ſequenti verò rariſſimi ſunt. Uterque nummus Mediobarbo ignotus.

(4) Nummus hic Aureliani rarus; ſequens verò, in quo Severina ſtolata, & Aurelianus ſagatus exhibentur dextras jungentes (monumentum quidem, ut nonnulli putant, concordiæ conjugalis) rarus etiam eſt.

(5) Nummi Aureliani cum hac epigraphe, & hoc typo rariſſimi ſunt, nec Mediobarbo cogniti.

(6) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti diximus ſuprà.

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Q. à ſiniſtris in areâ, abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORD MILI. Figura virilis laureata ac togata ſtans à dextris, ſiniſtrâ tenens ſceptrum; & figura muliebris ſtolata ſtans à ſiniſtris, ſiniſtrâ ſtolâ involutâ, dextras jungunt: in imâ parte T. *Frad. Le Roy. RDR.*

Alius cum VI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RDR.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA MILI. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ. *Fouc.*

Alius cum S. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

IMP C D AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

CONCORDIA MILI. Figuræ muliebres duæ ſtolatæ ſtantes ex adverſo, tria tenent ſigna militaria, unum inter ſe, ſingulæ alterum alterâ manu. *Fontaine.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

CONCORDIA MILI. Typus ut ſuprà. *MDM.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Heu.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA MILI. Typus ut ſuprà: in imâ parte ς. *Cham.*

IMP CAE CL DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA MILI. (2) Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Cham.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

CONCORDIA MILI. (3) Typus ut ſuprà, niſi quod mulier quæ à ſiniſtris eſt ſiniſtrâ cornucopiæ geſtat: in imâ parte P. *Heu.*

IMP CAES CL DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

CONCORDIA MILI. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ſignum militare erectum tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Fouc. Cham.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

CONCORDIA MILI. Typus ut ſuprà: in imâ parte T. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORDIA MILITVM. Figura virilis laureata ac togata ſtans à dextris; & figura muliebris ſtolata ſtans à ſiniſtris, ſiniſtrâ ſtolâ involutâ, dextras jungunt: in imâ parte Γ. *Heu.*

Alius cum P. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum Q. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Alius cum S. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Heu.*

Alius cum T. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum XXIQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. RE.

Alius cum XXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Aurelianus capite radiato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ ſtolâ involutâ.

CONCORDIA MILITVM. (4) Typus ut ſuprà: in imâ parte T. & ſtella. *Le Roy.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Aurelianus capite radiato, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. & ſtella. *Le Roy.*

Alius cum Q. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum S. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Heu.*

Alius cum T. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TMVI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

(1) Nummi Aureliani cum hoc typo inter rariores recenſendi.

(2) Nummi Aureliani omnes cum hac capitis epigraphe rari ſunt.

(3) Nummi hi Aureliani, in quibus mulier quæ à ſiniſtris eſt cornucopiæ ſiniſtra geſtans cernitur, rari ſunt; ſequens etiam rarus cum ob typum, tum ob capitis epigraphen.

(4) Nummum hunc Aureliani ob capitis typum cum rarioribus adnumerandum cenſemus.

Alius cum TXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum V. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum VI. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum XXIP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum XXIQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val. Frad.*

Alius cum XXIR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Alius cum XXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum VIXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Le Roy.*

Alius cum XXIVI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Δ. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà: ioter utramque figuram S. in imâ parte XXIQ. *Regius.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Hen.*

Alius cum XXIT. io imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum XXIV. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERVAT AVG. (1) Sol nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, ſiniſtrorſum converſus ſtans, captivi humi ſedentis dorſum premit pede dextro, dextrâ protensâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ: io imâ parte A. *Frad.*

Alius cum Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

DACIA FELIX. (2) Figura muliebris tunicata, cum pallio à tergo pendulo, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtam in cujus apice caput aſini tenet dextrâ, ſiniſtrâ ad pectus admotâ. *Fouc. Bau.*

Alius cum ς. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

DACIA FELIX. Typus ut ſuprà: io imâ parte S. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

FELIC SAECVLI. (3) Mulier ſtans ad aram, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ oblongo innixa: in imâ parte S. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILIT. (4) Figura muliebris ſtolata ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte S. *Hen.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenens. *Regius.*

IMP C L DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ haſtæ innixa: à ſiniſtris in areâ E. *Cham.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

FIDES MILITVM. Jupiter nudus cum pallio in humeros rejecto, ſtans à ſiniſtris, haſtæ adnititur ſioiſtrâ, dextrâ verò globum tenet una cum Imperatore paludato à dextris ſtante, & ſceptrum ſiniſtrâ geſtante: io imâ parte C. & ſtella. *Brandenburg.*

(1) Habetur idem nummus apud Mediobarbum, ſed mutilus. Cur autem dicatur Sol Conſervator Aureliani alibi diximus. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

(2) Cum eadem epigraphe, & eodem fermè typo habentur nummi Trajani Decii, niſi quod in illis mulier dextrâ, non haſtam cum capite Aſini in ſummitate, ſed ſignum militare tenet. Dacia autem ſub Aureliano hinc Felix dicta creditur, quod nonnulli eum in Dacia Ripenſi ortum putarent, ut ſcribit Vopiſcus: *Ac ne multa*, inquit, *& frivola proœmiis odioſis innexam, divus Aurelianus, ortus, ut plures loquuntur, Sirmii, familia obſcuriore: ut nonnulli, Dacia Ripenſi.* Verum non illam Daciam, in qua natus dicitur Aurelianus, & quæ ſub Decio Felix appellata fuit, Felicem prædicant Aureliani nummi, ſed alteram, nimirum Mœſiæ partem illam, in quam abductos ex Daciâ populos & exercitus collocavit, appellavitque ſuam Daciam, ut narrat laudatus Scriptor: *Quum vaſtatum Illyricum ac Mœſiam deperditam videret, Provinciam trans Danubium Daciam à Trajano conſtitutam ſublato exercitu & provincialibus reliquit, deſperans eam poſſe retineri: abductoſque ex ea populos, in Mœſiam collocavit, appellavitque ſuam Daciam, quæ nunc duas Mœſias dividit.* Eadem fermè habet & Eutropius lib. IX. *Provinciam*, inquit, *Daciam, quam Trajanus ultra Danubium fecerat, intermiſit, vaſtato omni Illyrico, & in Mœſia collocavit: & eſt in dextera Danubio in mare fluenti, cum antea fuerit in læva.* Cæterum ſunt qui putant mulierem in nummo expreſſam dextra tubam tenere, quâ in bello utebantur Daci. Vide quæ de eadem re diximus ad nummos Æ. I. Trajani Decii cum epigraphe DACIA. & eodem typo. Nummus hic Aureliani inter rariores recenſendus.

(3) Nummus hic Aureliani cum rarioribus adnumerandus eſt.

(4) Nummus hic Aureliani, & quatuor ſequentes rari ſunt.

IMP C L DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

FORTVNA REDVX. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet navis gubernaculum, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris in areâ z. *Cham. Le Roy.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

FORTVNA REDVX. Figura muliebris typo quo ſuprà, inſidens rotæ à ſiniſtris dextrorſum. *Fontaine.*

Alius cum AT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Frad.*

Alius cum P. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Val.*

Alius cum Q. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum ς. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Alius cum ς. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val. B.*

Alius cum T. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Aurelianus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum in quo eques cum aliis figuris.

FORTVNA REDVX. (1) Typus ut ſuprà: in imâ parte Q. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

FORTVNA REDVX. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ X. in imâ parte P. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNA REDVX. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ B. in imâ parte S. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS EXERCITI. (2) Genius galeatus ac nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ: à ſiniſtris ſignum militare erectum. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

GENIVS ILLV. (3) Figura virilis nuda cum modio ſuprà caput, & pallio à tergo pendulo, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ; à ſiniſtris à tergo ſignum militare erectum. *Le Roy.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

GENIVS ILLVR. Typus ut ſuprà, cum ſigno militari à ſiniſtris, & P. in imâ parte. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS ILLVR. Figura virilis ut ſuprà, abſque ſigno militari: à dextris in areâ ſtella; in imâ parte P. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS ILLYR. Typus ut ſuprà, cum ſigno militari erecto à ſiniſtris à tergo, & Q. à ſiniſtris in areâ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSER. Jupiter capite laureato nudus cum pallio à tergo ad talos latè pendulo,

(1) Nummus hic Aureliani ob capitis typum inter rariores recenſendus.

(2) Nummi cum hac epigraphe, & hoc typo in Aureliano rariſſimi ſunt, nec Mediobarbo noti.

(3) Nummi cum epigraphe GENIUS ILLYRICI. & GENIUS EXERCITUS ILLYRICIANI. in Trajano Decio primùm occurrunt, eodem omnino typo; eoſque cuſos diximus, quod iis in partibus Decius natus eſſet, & quod ab Illyriciano exercitu primùm Imperatoris nomen accepiſſet: qua quidem de cauſa ab Aureliano quoque cuſos hujuſcemodi nummos non dubito, cum & ipſe ab exercitu Illyriciano Imperator primùm appellatus fuerit, & eum in Illyrico natum tradant Scriptores: DIVUS AURELIANUS, inquit Vopiſcus, *ortus, ut plures loquuntur, Sirmii, familia obſcuriore: ut nonnulli, Dacia Ripenſi. Ego autem legiſſe me memini autorem qui eum Mœſia genitum prædicaret.* Præterea Aurelianus cum adhuc privatus eſſet, *erumpentes Sarmatas in Illyrico cum trecentis præſidiariis ſolus attrivit*, ut ſcribit Vopiſcus; & in epiſtola Valeriani Auguſti ſcripta Ceionio Albino Præfecto Urbi, quam refert idem Vopiſcus, dicitur Aurelianus *Liberator Illyrici.* Claudio deinde imperante Thraciis Illyricianiſque exercitibus præfectus fuit Aurelianus, teſte Claudii epiſtola Aureliano ſcripta, quæ refertur ab eodem hiſtorico: *Expetiit à te*, inquit, *munus ſolitum noſtra reſpublica. Aggredere, quid moraris? Tuo magiſterio milites tui volo, tuo ductu tribunos. Gothi oppugnandi ſunt: Gothi à Thraciis amovendi. Eorum enim plerique Hæmimontem Europamque vexant, qui te pugnante fugerunt. Omnes exercitus Thracios, omnes Illyricianos, totumque limitem in tua poteſtate conſtituo, ſolitam nobis ede virtutem*, &c. deinde ubi Aurelianus ad imperium perveniſſet, & contra Palmyrenos, id eſt, contra Zenobiam arma moviſſet; *multa*, inquit Vopiſcus, *in itinere ac magna bellorum genera confecit. Nam in Thraciis & in Illyrico occurrentes barbaros vicit: Gothorum quinetiam Ducem Cannabam, ſive Cannabaudem cum quinque millibus hominum trans Danubium interemit.* Devicta autem Zenobia ſic de illo laudatus ſcriptor: *Pacato igitur Oriente, in Europam Aurelianus rediit victor, atque illic Carporum copias afflixit.* Et paulò poſt: *Securus deinque iterum in Europam rediit: atque illic omnes, qui vagabantur, hoſtes nota illa ſua virtute contudit. Interim rei per Thracias Europamque omnem Aureliano ingentes agente*, &c. Quæ cum ita ſint, non mirum ſi in tantarum rerum monimentum Aurelianus *Genius Illyrici* dictus fuit. Nummi hi rari.

dulo,

dulo, dextrorſum converſus, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: ſtat ex adverſo Aurelianus paludatus, dextram tendens globum ſuſcepturus, haſtæ adnixus ſiniſtrâ. *Fouc. Val.*

Alius cum B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSER. Typus ut ſuprà, Aureliano haſtam tranſverſam ſiniſtrâ tenente: in imâ parte P. *Fouc. Frad.*

Alius cum P. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum Q. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

Alius cum S. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSER. Typus ut ſuprà, Aureliano ſiniſtrâ ſceptrum tenente: in imâ parte S. & ſtella. *RE.*

Alius cum T. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà: in imâ parte T. & ſtella. *Fouc. Cham. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVATORI. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Regius. Cham. Fontaine.*

Alius cum P. inter utramque figuram abſque literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI VICTORI. (1) Jupiter nudus ſtans, dextrâ fulmen geſtat, ſiniſtrâ haſtæ adnititur. *RDK.*

IMP C L DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

LAETITIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, anchoræ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

Alius cum X. à dextris in areâ, & II. à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

MARS INVICTVS. (2) Sol capite radiato cum pallio divinitatis, vultu dextrorſum converſo, ſtans à ſiniſtris, ac pede lævo captivi manibus poſt tergum revinctis humi ſedentis dorſum premens, globum tenet dextrâ, flagrum verò geſtat ſiniſtrâ: ſtat ex adverſo figura virilis galeata ac paludata, dextram tendens globum ſuſceptura, haſtæ verò adnixa ſiniſtrâ: in imâ parte XXI. *Fouc. Frad. Laiſné.*

Alius cum AXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Laiſné.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI INVICTO. (3) Typus ut ſuprà; ſed figura quæ à dextris eſt, galeata & nuda exhibetur: in imâ parte XXI. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Claudii radiatum, ad pectus cum paludamento.

MARTI PACI. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Fouc. Le Roy.*

IMP C D AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

MARTI PACI. Typus ut ſuprà, cum P. in imâ parte. *Cham.*

IMP C L DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

MARTI PACIF. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Regius. Cham.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

MARTI PACIF. Figura militaris galeata ſtans, dextrorſum verſa, pede dextro proræ navis impoſito, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ ſpiculum & clypeum: in imâ parte Q. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

ORIENS AVG. Sol capite radiato, cum pallio divinitatis ad talos latè pendulo, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ & expanſâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtella & 9. *Fouc.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

ORIENS AVG. (4) Sol cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, gradiens à ſi-

(1) Nummus hic & ſequens in Aureliano rariſſimi, neque Mediobarbo cogniti.

(2) Nummus hic Aureliani rariſſimus, nec Mediobarbo notus. Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà monuimus.

(3) Hæc epigraphe & hic typus in Aureliano tantùm occurrunt. Nummus hic rariſſimus, ſequentes verò rari.

(4) Solem imprimis ab Aureliano cultum conſtat cùm ex ejus nummis, tùm ex hiſtoricis. Vopiſcus in ejus Vitâ: *Recepto igitur Orientis ſtatu, Emeſſam victor Aurelianus ingreſſus eſt, ac ſtatim ad templum Heliogabali tetendit, quaſi communi officio vota ſoluturus. Verum illic eam formam numinis reperit, quam in bello ſibi faventem vidit. Quare & illic templa fundavit, donariis ingentibus poſitis; & Romæ Soli templum poſuit majore honorificentiâ conſecratum, ut ſuo dicemus loco.* Idem ſcriptor paulo ſuperius, ubi

niſtris dextrorſum, cætera ut ſuprà: hinc inde captivus humi ſedens manibus poſt tergum revinctis. *Fouc.*

Alius cum ϛ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ s. in imâ parte XXIVI. *Fouc.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte XXIVI. *RDR.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Sol ut ſuprà, ſed vultu dextrorſum converſo ſtans inter duos captivos, ejus qui à dextris eſt dorſum pede dextro premit: in imâ parte VI. *Le Roy. Fouc.*

Alius cum VII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte VI. *L Roy.*

Alius cum XXIЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum XXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum XXIVI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ЄXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum VXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte P. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ s. in imâ parte XXIS. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Sol ſtans cum pallio ad talos pendulo, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum ſuſtinet: ad pedes captivus barbatus nudus cum pallio, dextrâ humi innixâ, ſiniſtram ad eum protendens: in imâ parte S. *Fouc. RE. RDR.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Sol ut ſuprà, ſed cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto: ad ejus pedes captivus nudus manibus poſt tergum revinctis humi ſedens: in imâ parte P. *Fouc.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum VIIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Cham.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum V. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum VI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte Q. *Cham.*

Alius cum V. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

ORIENS AVG. Sol ut ſuprà, ſed inter duos captivos: in imâ parte SM. *RDR.*

Alius cum VIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RDR.*

Alius cum XXIP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Alius cum ΔXXIR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. Sol ut ſuprà, ſed ejus captivi qui à dextris eſt dorſum pede dextro premit: in imâ parte P. *Fontaine.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum SM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum VI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum VII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum X. in imâ parte, eodem

inter omina Imperii futuri etiam recenſet, quod data ei fuerit, *cum Legatus ad Perſas iſſet, patera, qualis ſolet Imperatoribus dari à Rege Perſarum, in quâ inſculptus erat Sol, eo habitu, quo colebatur in eo templo, in quo mater ejus fuerat Sacerdos.* Hinc putant nonnulli ipſummet Aurelianum pro Solis filio haberi voluiſſe. Sed ne illorum opinioni ſubſcribam, modeſtia hujus Auguſti facit: Solis quippe Sacerdos mater ejus fuit: Solis benignitati & Imperium & victorias ſuas adſcripſit, eique magnificentiſſimum Romæ templum extruxit, tantum abeſt, ut ejus honores rapuiſſe credi poſſit. Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti diximus ſuprà.

typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum XIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum BXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum XXIB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum XXIP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum SXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum XXIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum VIXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*
Alius cum SXXIB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum QXXIR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.
ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte B. *Frad.*
Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum VI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.
ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte AC. *Frad.*
Alius cum PM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum QM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*
Alius cum TM. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. B.*
Alius cum X. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Alius cum XXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum XXIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*
Alius cum PXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*
Alius cum QXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum SXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte XXT. *Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte TII. *Cham.*
Alius cum QXX. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Alius cum PXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*
Alius cum QXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*
Alius cum SXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum SXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum TXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*
Alius cum TXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Fontaine.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ V. in imâ parte XXI. *Le Roy.*
IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.
ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. in imâ parte AC. *Fouc. Bau.*
Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Bau.*
Alius cum XXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ XXI. à ſiniſtris V. in imâ parte canis à ſiniſtris dextrorſum. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ORIENS AVG. Sol ſtans inter duos captivos humi ſedentes, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ trophæum: in imâ parte VIII. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ORIENS AVG. Sol ſtans, dextrâ ſpiculum in captivum contorquet, ſiniſtrâ globum ſuſtinet: à dextris in areâ Δ. in imâ parte XXI. *Regius.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ORIENS AVG. Sol ſtans, ac pede lævo captivum nudum proſtratum premens, dextrâ extensâ lauri ramum, ſiniſtrâ arcum tenet: à dextris in areâ M. in imâ parte XXI. *DC.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella: in imâ parte XXP. *RDR.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
ORIENS AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. in imâ parte XXIR. *Bau. Fontaine.*
Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Alius cum Γ. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*
Alius cum Є. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum Z. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Alius cum N. à dextris in areâ, eodem

typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

PACATOR ORBIS. (1) Sol capite radiato nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ & expanſâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ. *Regius. Cham.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

PACATOR ORBIS. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PACATOR ORIENTIS. (2) Imperator laureatus ac paludatus, ſiniſtrorſum converſus ſtans, captivum humi ſedentem pede lævo premens, haſtæ adnititur dextrâ, ſiniſtrâ verò ſceptrum, vel quid ſimile tenet: à dextris in areâ T. à ſiniſtris ſtella. *Frad.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PANNONIAE. (3) Figura muliebris velata ſtans, dextrâ expanſâ, ſignum militare tranſverſum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte T. *Fouc.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

PANNONIAE. Typus ut ſuprà, cum T. in imâ parte. *Chez.*

IMP C L DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVGVSTI. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà, cum A. à dextris in areâ. *Fouc.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà abſque literis in areâ: in imâ parte B. *Le Roy.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella, à ſiniſtris T. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella; à ſiniſtris 9. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. (5) Aurelianus à dextris ſtans dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ ſceptrum; à ſiniſtris ſtat Severina tripode

(1) Nummi Severo & Caracallæ cuſi olim fuere cum epigraphe PACATOR ORBIS; in iiſque pro typo caput radiatum cernitur; quod Severus debellatis Parthis pacem eis dediſſet: caput quippe radiatum, Orientis eſt, quod Parthi Orientem verſus reſpectu Romanorum ſiti ſint. Hos autem Aureliani nummos eandem ob cauſam, ob quam ejus ſuperiores, cuſos fuiſſe putant nonnulli; nimirum in victoriæ monimentum, quam ipſe de Zenobia & Zaba retulerat: *Pacato igitur Oriente*, inquit Vopiſcus, *in Europam Aurelianus redit victor, atque illic Carporum copias afflixit.* Ideoque Sol etiam hic, aiunt, repræſentatus cernitur. Atqui hîc Sol non ſtans, ſed gradiens exhibetur ad indicandum cuſos hujuſcemodi nummos poſtquam Aurelianus devictis Zenobia & Zaba, ſicque pacato Oriente, in Europam victor rediens Carpos oppreſſit; Ægypto deinde à Firmo vindicata Occidentem velut alter Sol petiit; ibique Tetrico devicto, tùm primum jure merito PACATOR ORBIS dictus eſt. *Interim*, inquit laudatus Vopiſcus paulo poſt, *res per Thracias Europamque omnem Aureliano ingentes agente, Firmus quidam extitit, qui ſibi Ægyptum ſine inſignibus imperii, quaſi ut eſſet civitas libera, vindicavit. Ad quem continuò Aurelianus revertit: nec illi defuit felicitas ſolita. Nam Ægyptum ſtatim recepit: atque, ut erat ferox animi, cogitatione multus, vehementer iraſcens quòd adhuc Tetricus Gallias obtineret, Occidentem petiit: atque ipſo Tetrico exercitum ſuum prodente, quod ejus ſcelera ferre non poſſet, deditas ſibi Legiones obtinuit. Princeps igitur totius Orbis Aurelianus pacatis per Occidentem Galliis, atque undique terris, Romam iter flexit, ut de Zenobia & Tetrico, hoc eſt, de Oriente & Occidente, triumphum Romanis oculis exhiberet.* Hiſque ſane temporibus cuſos hujuſcemodi Aureliani nummos conſtat ex citatis Vopiſci verbis. Nummus hic Aureliani inter rariores recenſendus.

(2) Nummum hunc rariſſimum, nec Mediobarbo notum, cuſum fuiſſe poſt devictam Zenobiam conſtat ex paulo ſuperius citatis Vopiſci verbis: *Pacato*, inquit, *igitur Oriente, in Europam Aurelianus redit victor*, &c. Cæterum hæc epigraphe & hic typus tùm primum in nummis Imperatorum occurrunt.

(3) Cum eadem epigraphe & eodem fermè typo habentur nummi Trajani Decii, ſed in eo obvii ſunt hujuſcemodi nummi; in Aureliano verò inter rariores recenſendi. Pannoniæ autem hîc numero plurali ſcribuntur, quòd Pannonia in ſuperiorem & inferiorem ab antiquis ſcriptoribus divideretur; in ſuperiore duæ hiemabant Legiones, decima Gemina, & decima-quarta Gemina; in inferiore autem una tantum, nimirum, prima Adjutrix. Cæterum ideo fortaſſis in hujus Auguſti nummis Pannoniæ exhibentur, quòd ipſe in Illyrico natus dicatur, & ab exercitu Illyriciano primùm Imperator appellatus; vel quod ſæpè à Barbaris illas regiones vindicarit: Liberator ſane Illyrici dictus fuit Aurelianus antequam ad imperium perveniſſet, ut videre eſt ex Epiſtola Valeriani Auguſti Ceionio Albino Præfecto Urbi ſcripta; quam refert Fl. Vopiſcus in ejus Vitâ.

(4) Ad quam pacem referendi ſunt hi nummi non liquet; plures enim devictis hoſtibus dedit Aurelianus. Nummi hi rari.

(5) Vide quæ de hujus Auguſti erga deos pietate dicimus infrà. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus.

intermedio, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ veſtem & ſceptrum: in imâ parte S. *Fontaine. B. Regius. Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

P M TR P COS. (1) Neptunus ſtans, dextrâ Delphinum, ſiniſtrâ tridentem tenet. *Laiſné.*

IMP C L DOM AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENT AVG. (2) Figura muliebris ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, ſiniſtrâ haſtæ adnixa: pro pedibus à dextris globus; à ſiniſtris in areâ ꝗ. *Cham.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDEN DEOR. (3) Sol capite radiato, cum pallio divinitatis à tergo pendulo, vultu dextrorſum converſo ſtans à ſiniſtris, dextrâ elatâ & expanſâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: ſtat ex adverſo figura muliebris ſtolata, ſignum militare tenens dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte PXXT. *Fouc. Regius. Val. Fontaine.*

Alius cum SXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum TXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDEN DEOR. Typus ut ſuprà, ſed Sole cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto: in imâ parte QXXT. *Fouc. Cham.*

Alius cum SXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Hen.*

Alius cum TXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. SG.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVTOR EXERCITI. (4) Duæ figuræ militares; quæ à dextris eſt galeata, ſtantes unà globum tenent dextris, ſiniſtris haſtas: inter utram figuram A. in imâ parte XXI. *Frad.*

Alius cum B. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum Є. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. (5) Imperator laureatus ac paludatus ſtat à ſiniſtris, dextrâ pateram tenens, ſiniſtrâ elatâ; ex adverſo ſtat Victoria ei coronam lauream imponens: in imâ parte A. *Brandenburg.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. Aurelianus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans à ſiniſtris, dextram porrigit, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: figura muliebris tunicata cum ſtolâ ſtans à dextris ex adverſo, coronam lauream tenet dextrâ, quam Aureliano offert. *Fouc.*

Alius cum A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val. Frad.*

Alius cum Δ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà: in imâ parte Є. *Fouc.*

Alius cum H. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C AVRELIANVS P F AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram ſtella: in imâ parte KAB. *RDR.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ inter utramque figuram: in imâ parte XAT. *Fouc. Cham.*

AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ inter utramque figuram: in imâ parte KAB. *RDR.*

(1) Hunc nummum rariſſimum, & Mediobarbo ignotum referendum putamus ad aliquam maritimam expeditionem, & fortaſſis contra Firmum in Ægyptum; de quo quidem ſic Vopiſcus: *Firmus quidam extitit, qui ſibi Ægyptum ſine inſignibus imperii, quaſi ut eſſet civitas libera, vindicavit. Ad quem continuò Aurelianus revertit; nec illi defuit felicitas ſolita. Nam Ægyptum ſtatim recepit*, &c.

(2) Providentiam Auguſti nec abs re nummus hic prædicat; Aureliani quippe providentiam geſta ejus declarant. Nummus rariſſimus nec Mediobarbo viſus.

(3) Quo tempore cuſi fuerint hujuſcemodi Aureliani nummi diximus ſuprà ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti.

(4) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti diximus ſuprà. Nummi hi inter rariores recenſendi.

(5) Vidimus paulo ſuperius nummos, in quibus PACATOR ORBIS dicitur Aurelianus; in hiſce verò Reſtitutor Orbis dictus eſt fortaſſis eandem ob cauſam. Nummis Vopiſcus ſuffragatur: *Divum Aurelianum*, inquit, *clariſſimum Principem, ſeveriſſimum Imperatorem, per quem totus Romano nomini Orbis eſt Reſtitutus, poſteri neſcient?* Et alibi: *Princeps igitur totius Orbis Aurelianus, pacatis Oriente, Galliis atque undique terris, Romam iter flexit, ut de Zenobia & Tetrico, hoc eſt, de Oriente & Occidente triumphum Romanis oculis exhiberet.* Vide quæ de Aureliano dicit Tacitus Auguſtus tunc temporis Senator apud eundem Vopiſcum.

Alius cum KAΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum KAΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ inter utramque figuram: in imâ parte KA. *Fouc.*

Alius cum KAA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *SG.*

IMP C AVRELIANVS INVICTVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. (1) Typus ut ſuprà, cum ſtellâ inter utramque figuram: in imâ parte KAΓ. *Fouc. Le Roy. Laiſné.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram B. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum Γ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Z. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Hen.*

Alius cum T. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum V. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel.*

IMP AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVTOR ORBIS. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ, & in imâ parte. *Regius. Frad.*

Alius cum P. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C AVRELIANVS AVG. Caput Aureliani ut ſuprà.

RESTITVTOR ORBIS. Typus ut ſuprà: in imâ parte AC. *Fouc.*

Alius cum B. & lunâ bicorni in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum BC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum ΔC. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Aureliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

RESTITVTOR ORBIS. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram figura virilis nuda procumbens manibus ſublatis, ſupplicis ritu: in imâ parte A. & ſtella. *Fouc.*

Α Κ Λ ΔΟΜ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC CΕΒ. L.... Caput Aureliani ut ſuprà. *Fouc. Cham.*

Α ΕΡΜΙΑC ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟC (ſic) ΑΘΗΝΟΥ. L. Є. *An.* 5. Caput Vabalathi diademate inſigne ſimul ac laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΑΥΤ Κ Α Δ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC CΕΒ. L. Β. *An.* 2. Caput Aureliani ut ſuprà. *Fouc. Fontaine.*

Α ΕΡΜΙΑC ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟC ΑΘΗΝΥ. (ſic) L. Є. Caput Vabalathi ut ſuprà, ad pectus cum paludamento.

Α Κ Λ ΔΟΜ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC CΕΒ. L. Γ. *An.* 3. Caput Aureliani ut ſuprà. *Fouc. Cham.*

ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟC ΑΘΗΝΟΥ ΑΥΤ ΕΡΩΙΑC. Caput Vabalathi laureatum, ad pectus cum paludamento.

ΑΥΤ Κ Α Δ ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC CΕΒ. Caput Aureliani ut ſuprà. *Brandenburg.*

Numiſmata incerti metalli ac moduli.

IMP VHABALATHVS AVG.

AETERNITAS AVG. (1) Figura radiata cum globo.

IMP C VHABALAT.

IVEN.....SPC.....(2) Hercules nudus, dextrâ globum cum leonis exuviis, ſiniſtrâ clavam.

(1) Nummum hunc Vabalathi rariſſimum exhibet Mediobarbus ex Spanhemio pag. 598.

(2) Hunc nummum Mediobarbus exhibet velut exſcriptum ex Triſtano, apud quem tamen non extat.

HERENNIANUS.

HERENNIANUS alter Odenathi & Zenobiæ filius, poſt patris cædem Imperator una cum fratribus Vabalatho & Timolao appellatus, captâ poſtmodum matre Romam ductus eſt, ibique reliquum ætatis privatus vixit; nam quod Pollio tradit à quibuſdam ſcriptum, hunc cum Timolao Aureliani juſſu interfectum, vix cuiquam negotium fecerit; cum nulla appareat cauſa, cur ſervatâ matre Aurelianus tam durè ſtatuerit in adoleſcentes, quibus nihil præter maternum Imperium objici poterat.

TIMOLAUS.

TIMOLAUS tertius Odenathi & Zenobiæ filius, Imperator poſt patris cædem unà cum fratribus appellatus, captâ deinde matre Romam ductus eſt, ibique reliquum ætatis privatus vixit.

Nummus incerti metalli ac moduli.

HERENNIANVS ET TIMOLAVS AVGG. PRINC IVVENT. *MB. ex Urſino.*

ANTIOCHUS.

ANTIOCHUS Palmyrenus Imperator à ſuis civibus poſt captam Zenobiam appellatus eſt circà finem anni 272. eum enim Romanum Imperium viri feroces, Orientique ſub Odenatho & Zenobiâ imperare aſſueti, excurere cogitarent, Marcellinum Meſopotamiæ Præſidem ad ſuas partes allicere primum tentant, deinde ubi ſe ludificari ſentiunt, Sandarionem Palmyræ eum præſidiariâ manu relictum trucidant, indutumque purpurâ Antiochum ſibi imperare jubent. Quominus hæc rebellio latius ſerperet, Aureliani celeritas obſtitit; relictis enim continuò Thraciis, ad Phœnicen Provinciam advolavit, captâque poſt nec difficilem nec longam obſidionem Palmyrenâ urbe, cæteros promiſcuè cædi juſſit, ſolum Antiochum ob humilitatem generis, ſi quæ Zoſimo fides, vivere paſſus eſt. Cæterum pro Antiocho Vopiſcus Achilleum habet; ſed errare Vopiſcum in Achillei vitâ demonſtrabimus.

FIRMIUS.

MARCUS FIRMIUS Seleuciæ in Syriâ ortus, Zenobiæ amicus ac ſocius, dilapſis fœminæ fortiſſimæ partibus, dirutâque Palmyrâ, cum ſe in Ægyptum contuliſſet, impellentibus Alexandrinis purpuram ſumpſit, initio, ut videtur, anni 273. Carris tum degebat Aurelianus reditum in Occidentem parans; ſed auditâ Ægypti rebellione, arma ſtatim eam in partem convertit, tyrannumque ingentes divitias nequicquam jactantem fuſo ejus exercitu captum in tormentis necavit, cum Ægyptum paucis menſibus tenuiſſet.

Nummus æreus incerti moduli.

ΑΥΤ Κ Μ ΦΙΡΜΙΟϹ ΕΥϹ ΕΥΤ ϹΕΒ. *Imperator Cæſar Marcus Firmius Pius Felix Auguſtus.* ΕΤΟΥϹ ΠΡΩΤΟΥ. *An. 1. MB. ex Goltzio.*

TETRICUS.

CAius Pesuvius Tetricus Senator, cum in Galliis verſaretur eo tempore quo Poſtumus rebellabat, ad tyrannum ſeſe applicuit, variosque Galliarum tractus ita rexit, ut univerſis tandem præeſſe mereretur. Poſtumo nimirum, Victorino, Marioque interfectis, Victoriæ, cujus eâ tempeſtate maxima apud exercitus authoritas fuiſſe fertur, virtutum elatitudine dignus viſus eſt quem ad ſummum faſtigium eligeret, præſertim eum ipſi affinitate quâdam jungeretur. Itaque donativi ſpe factâ milites, ut Tetricum Aquitaniæ tunc Præſidem Auguſtum crearent, Cæſariſque dignitatem in filium ejus conferrent impulit anno 268. Multa à Tetrico feliciter geſta teſtatur Pollio, ſed aſſiduis militum ſeditionibus exagitatus, quarum artificem Præſidem Fauſtinum fuiſſe ſcribit Aur. Victor, cum illum tandem Imperii tæderet, Aurelianum per frequentes litteras acciviſſe, ab eoque ut ſe tot malis eriperet petiiſſe fertur. Igitur cum inſtructæ in campis Catalaunenſibus acies ex adverſo conſtitiſſent, tranſitione ad Aurelianum factâ Tetricus ſaluti ſuæ conſuluit, ſimulque Gallias & Hiſpanias Imperio reſtituit, quæ tredecim fermè annos ab eo avulſæ fuerant: id autem factum anno Chriſti 273. cum tyrannidem Tetricus per quinquennium retinuiſſet. Hunc tamen Romam ad triumphum ductum teſtantur Auctores; ſed eum deinde hominis virtutem ſuſpiceret Aurelianus, priſtinam illi dignitatem in Senatu reſtituit, poſtremòque eum ſive totius Italiæ, ut ſcribit Pollio, ſive Lucaniæ ſolùm, ut cæteri tradunt, Correctorem fecit: cum illum ſæpè Collegam, nonnunquam commilitonem, aliquando etiam Imperatorem appellaret.



NUMISMATA AUREA.

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici laureatum, ad pectus cum loricâ.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenet ſpiculum. *Regius.*

Eadem epigraphe. Capita Tetricorum jugata; patris laureatum, filii nudum, ad pectus cum paludamento.

AETERNITAS AVGG. Figura muliebris ſtans dextrorſum converſa, dextrâ geſtat globum cum Phœnice, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Regius. DC.*

(1) Licet omnes Tetrici nummi ex auro rari ſint, tamen hic & ſequens rariſſimi ſunt, nec Mediobarbo viſi. Æternitatis autem titulo Auguſtos olim donatos pluribus diximus ſuprà. Cæterum hanc

Eadem epigraphe.

COMES AVG. (1) Figura alata & ſtolata ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ palmam oblongam. *MB.*

Eadem epigraphe.

COMES AVG. Figura ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ pateram. *MB.*

Eadem epigraphe.

CONCORDIA AVGG. (2) Duæ dextræ junctæ. *MB.*

Eadem epigraphe.

CONSECRATIO. (3) Aquila. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Tetrici laureatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS PVBLICA. (4) Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixo, dextrâ tenet caduceum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Regius.*

Eadem epigraphe. Capita Tetricorum jugata laureata.

FELICITAS PVBLICA. Typus ut ſuprà. *Laiſné.*

Eadem epigraphe.

HILARITAS AVG. Figura ſtolata ſtans, dextrâ ramum lauri, ſiniſtrâ infantulum nudum plicantem manus. *MB.*

IMP TETRICVS PIVS AVG. Caput Tetrici laureatum, ad pectus cum loricâ.

LAETITIA AVG N. (5) Figura muliebris ſtans, dextrâ demiſsâ corollam, ſiniſtrâ anchoram. *Regius.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici laureatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR P COS PP. Imperator togatus ſedens in ſellâ curuli à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ ſceptrum. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Tetrici laureatum, ad pectus cum loricâ.

P M TR P II COS PP. Imperator paludatus ſtans, ſiniſtrorſum ſpectans, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ globum. *Fontaine.*

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

P M TR P III COS PP. Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet ſignum militare, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Regius.*

IMP C TETRICVS P F AVG.

SPES PVBLICA. Spei typus. *MB.*

IMP C C PESV TETRICVS AVG. Caput Tetrici laureatum, ad pectus cum loricâ.

SPES PVBLICA. Figura muliebris dextrorſum gradiens, dexerâ elatâ tenet florem, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Regius. Laiſné.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

VIRTVS AVG. (6) Figura muliebris galeata inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtæ ferratæ inverſæ innixa. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. Figura armata thoraci inſidens, dextrâ geſtat trophæum, ſiniſtrâ haſtam. *RE.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG. Virtus maſcula inſidens thoraci, dextrâ lauream, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

Tetrici Inſcriptionem refert Sponius Miſcell. pag. 274 Rothomagi in baſi ex D. Vaillant.

C. PESVBIO
TETTRICO
NOBILISSIMO
CAES
P. F. AVG
L. I.

(1) Hæc epigraphe in nummis Victorini primùm occurrit, ſed ibi pro typo Victoria cernitur dextrâ coronam, ſiniſtrâ palmam tenens, ut in hujus Auguſti nummis argenteis & æreis cum eadem epigraphe infrà videre eſt; ubi vide quæ adnotavimus; necnon ad nummum laudatum Victorini.

(2) Sunt qui Tetricum Juniorem nunquam Auguſti dignitatem, ſed tantùm Cæſaris nactum fuiſſe aiunt; hinc putant concordiam hanc Auguſtorum Tetricum & Aurelianum reſpicere; ſed falluntur; nam in duobus nummis argenteis quos infrà proponimus Tetricus Junior Auguſtus dicitur; in utroque ſanè nummo Tetricorum capita cernuntur; alter inſcribitur: IMPP TETRICI PII AVGG. in alio legitur ſic: IMPP. TETRICIS AVGG. Cæterum duo G. in nummis nonnunquam referenda eſſe non ſolùm ad duos Imperatores, ſed etiam ad Imperatorem & Auguſtam conjugem, diximus ſuprà in nummis Trajani Decii, & confirmavimus ex Gallieni nummo, in quo capita Gallieni & Saloninæ adverſa cernuntur cum epigraphe CONCORDIA AVGG. Nummi Tetrici cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt; hunc ex Occone profert Mediobarbus.

(3) Nummum hunc rariſſimum profert ex Occone Mediobarbus, qui eum ab Aureliano conſecratum putat; Quiſnam, inquit, Tetricum conſecraverit, ſeu inter Deos retulerit prorſus ignoratur, cum privatus (etſi in ſummâ dignitate) mortuus ſit; libet tamen ad Aurelianum referre, id ſuadente Pollione, qui Tetrici vitam ſic claudit de Aureliano loquens: *At Tetricum non ſolum vivere, ſed etiam in ſummâ dignitate manere paſſus eſt, quum illum ſæpè Collegam, nonnunquam Commilitonem, aliquando etiam Imperatorem appellaret.* Unde Aureliani in Tetricum animus benevolus cernitur, ex quo etiam poſt mortem conſecratio manare potuit. Sed vide quæ infrà ad Tetrici Junioris nummum cum eadem epigraphe adnotamus.

(4) Nummus hic Tetrici ex auro deſideratur in Mediobarbo.

(5) Nummus hic Tetrici & tres ſequentes ex auro non extant apud Mediobarbum.

(6) Nummi Tetrici ex auro cum hoc typo & ſequenti deſiderantur in Mediobarbo.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP TETRICVS PIVS AVG. Caput Tetrici laureatum, ad pectus cum loricâ.

COMES AVG. (1) Victoria ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum loricâ.

HILARITAS AVGG. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, palmæ ramum oblongum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

HILARITAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius. Fauvel. Frad.*

IMP TETRICVS AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. *Fouc.*

IMPP TETRICI PII AVGG. Capita Tetricorum patris laureatum, filii nudum.

IOVI VICTORI. (3) Jupiter ſeminudus ſedens à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Hard.*

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum loricâ.

LAETITIA AVG N. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, anchoram verò humi poſitam ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMPP TETRICIS AVGG. Tetrici patris laureati ad pectus cum loricâ, & Tetrici filii nudum ad pectus cum paludamento, capita jugata.

PAX AVG. (5) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ ſertum tenet, ſiniſtrâ haſtam ferratam inverſam. *DC. Quin.*

Eadem epigraphe. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſerpente circunvolutam, pateram tenet dextrâ quâ ſerpentem paſcit, navis verò gubernaculum ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPES PVBLICA. Figura muliebris ſtans, dextrorſum verſa, dextrâ florem tenet, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Cham.*

(1) Nummi Tetrici argentei rariores ſunt aureis: nec ulli argentei extant apud Mediobarbum. Hæc autem epigraphe & hic typus in Victorino primùm occurrunt, uti ſuprà diximus. Comite autem Victoria multa feliciter Tetricum in Galliis egiſſe teſtantur hujuſcemodi nummi, nec repugnat Pollio in ejus Vitâ: *Et quum multa*, inquit, *feliciter egiſſet, diuque imperaſſet, ab Aureliano victus, quum militum ſuorum impudentiam & procacitatem ferre non poſſet, volens ſe graviſſimo Principi & ſeveriſſimo dedit.*

(2) Figura muliebris palmæ ramum oblongum tenet dextra; quòd in publico & privato gaudio viæ, templa, januæ, domus, totæ denique urbes, ab omnibus fermè gentibus exornabantur ramis & frondibus arborum, ut patet non ſolum ex ſcriptoribus profanis, præſertim Poëtis, qui paſſim de hac re, ſed etiam ex ſacris. Tertullianus in Apologetico: *Cur die læto non laureis poſtes obumbramus?* Et paulo poſt: *Quam recentiſſimis & ramoſiſſimis laureis poſtes perſtruebant.* Et ſanctus Ephrem Sermone in Crucem: *Coronemus portarum frontes, ut Chriſtiani, & non ut Gentiles atque Pagani, lauris aut floribus, aliiſque herbarum generibus.*

(3) Ex hujus nummi epigraphe & typo partis anterioris, ubi Tetricorum patris & filii repræſentantur capita, & Imperatores Pii Auguſti dicuntur, manifeſtò liquet, Tetricum Juniorem Auguſti dignitate ornatum fuiſſe; quod etiam conſtat ex nummo ab hinc tertio ſequenti, necnon ex altero Æ. III. in quibus capita Tetricorum exhibentur, & Imperatores Auguſti vocantur. Nummus hic rariſſimus.

(4) Habentur etiam nummi Gordiani III. cum eadem epigraphe & eodem typo, nimirum Lætitia ſtans, dextrâ geſtans coronam, ſiniſtrâ anchoram, ad deſignandum lætitiam illam ſtabilem eſſe & fundatam; anchora quippe ſtabilitatis & firmitatis ſymbolum eſſe ſolet. Vide infrà nummum Taciti Auguſti cum epigraphe LAETITIA FVND. ubi idem typus cernitur; ſimilis etiam nummus habetur in Philippo. Cæterum in Lætitia præter ramos & frondes arborum, de quibus paulò ſuperiùs locuti ſumus ad nummum cum epigraphe, HILARITAS AVGG. etiam ſerta & coronæ adhibitæ, quod patet non ſolum ex hujuſcemodi nummis, ſed etiam ex ſcriptoribus. Apuleius lib. IV. Metamorph. *Per plateas commeantem populi frequentes floribus ſertis & ſolatiis apprecantur.* Xiphilinus in Nerone, de adventu Tiridatis: καὶ πᾶσα μὲν ἡ πόλις ἐκεκόσμητο, καὶ φωσὶ, καὶ στεφανώμασι. *Tota civitas ornabatur luminibus & coronis.* Latinus Pacatus in Paneg. Theodoſii: *Quid portas virentibus ſertis coronatas?* Lucanus lib. II. Pharſ.

Feſta coronato non pendent limine ſerta;
Inſulaque in geminos diſcurrit candida poſtes.

Hyginus in Aſtronomic. *Homines in maxima lætitia victoriiſque coronas habere conſueverunt.* Et ex ſcriptoribus ſacris Divus Ambroſius de Virginibus lib. II. *Poſtes frondium ſertis cernere coronatos*, &c. Idem Serm. xc. *Reverſa igitur ad palatium facit gaudium & patri ſuo Auguſto, & fratribus ſuis Imperatoribus. Coronatur civitas tota, fit lætitia militantibus atque privatis.*

(5) Nummus hic rariſſimus ob epigraphen, & typum partis anterioris, ex quibus etiam conſtat Tetricum Juniorem Auguſti dignitate ornatum fuiſſe.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum loricâ.

ABVNDANTIA AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, utrâque manu tenet cornucopiæ ex quo varias opes effundit. *Fouc.*

IMP C C PES TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum paludamento.

AEQVITAS AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *RDR.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

COMES AVG. (2) Victoria ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val. Le Roy. Fauvel. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COMIS AVG N. (3) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COMIII AVG. Typus ut ſuprà. *Regius.*

......RICVS SAIGPPASG. (ſic) Caput Tetrici radiatum, ad humeros cum loricâ.

CPAESPGV...... (ſic) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet ſertum, ſiniſtrâ temonem. *Cham.*

IMP C TETRICVS AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS AVG. (4) Figura muliebris ſtolata ſtans, caduceum erectum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ. *Regius. Fontaine.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Cham. Val.*

IMP C C PES.....IVS TETRICVS AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *B.*

IMP TETRICVS AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. B.*

Eadem epigraphe. Caput Tetrici radiatum, ad humeros.

HILARITAS. (5) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum paludamento.

HILARITAS AC. (6) (ſic) Figura muliebris Spei florem tenens dextrâ, cornucopiæ verò geſtans ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

HILARITAS AVGG. (7) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, palmæ ramum oblongum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Cham. Val. Fontaine.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

HILARITAS AVGG. Typus ut ſuprà. *DC. Val. Le Roy.*

......RICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

..ILARITAS AVG. (8) Vaſa pontificalia. *Fouc.*

(1) Nummus hic Tetrici & ſequens rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti diximus ſuprà.

(3) Epigraphe & typus hujus, & ſequentis nummi tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Nummi hi Tetrici rariſſimi ſunt, & Mediobarbo ignoti.

(4) Nummi cum hac epigraphe in Tetrico rariſſimi ſunt; & deſiderantur in Mediobarbo: ſequentes verò nummi haud obvii.

(5) Cum eadem epigraphe occurrunt etiam nummi in Lucilla L. Ælii uxore, in M. Aurelio, in Fauſtina, in Lucilla L. Veri uxore, in Commodo, in Criſpina, in Julia Pia & in Plautilla, ſed in horum nummis typus diverſus, nimirum mulier ſtans, dextrâ tenens palmæ ramum, ſiniſtrâ cornucopiæ. Nummi Tetrici cum hac epigraphe & hoc typo non extant apud Mediobarbum. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis.

(6) Nummus hic rarus; mulier quippe non palmæ ramum, ut in ſequenti nummo, ſed Spei florem tenet dextrâ: deſideratur hic typus in Mediobarbo.

(7) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti diximus ſuprà. Cum eadem epigraphe habentur nummi in Commodo, Caracalla, & Elagabalo, niſi quod in iis legitur Auguſti, & non Auguſtorum; & in nummis Caracallæ & Elagabali cernitur pro typo mulier cum duobus puerulis.

(8) Vaſa Pontificalia Pietatis potius quàm Hilaritatis typum eſſe nemo ignorat; eam verò epigraphen non quidem conſultò, ſed Monetariorum incuria aut potius inſcitia junctam fuiſſe huic typo minimè dubitamus; paſſim enim in nummis Tetrici id accidiſſe norunt eruditi; quin & in nonnullis ejuſdem nummis paſſim inſcriptiones mendoſæ, literæ inverſæ, & nihil ſignificantes occurrunt. Cuſos putant hu-

IMP TETRICVS AVG. Caput Tetrici radiatum, ad humeros.

IMP C CLAVDIVS AVG. (1) Caput Claudii radiatum, ad humeros. *Fouc.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum paludamento.

Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. (2) *Fouc.*

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum loricâ.

Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. *Cham.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad humeros.

INVICTVS. (3) Sol capite radiato nudus, cum pallio divinitatis à tergo volitante, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ extensâ & expansâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ ſtella. *Fouc.*

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum loricâ.

LAETITIA AVG N. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, anchoræ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Val. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LAETITIA AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Le Roy. MDM.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

LAETITIA AVGG. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

IMP C TETRICVS AVG. Caput Tetrici radiatum, ad humeros.

MONETA AVG. (5) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Bau.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiati, ad pectus cum loricâ.

NEPTVNO CONS AVG. (6) Equus marinus à dextris ſiniſtrorſum. *Fouc.*

IMP TETRICVS PI AVIC. (ſic) Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum paludamento.

I P T X. (ſic pro PAX) Figura muliebris ſtolata, Spei florem tenens dextrâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP TETRICVS. Caput Tetrici ut ſuprà.

PAX AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtæ adnixa. *RE.*

IMP TETRICVS AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Fontaine.*

CAE TETRICVS ARPCA. Caput Tetrici ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà. *Hard.*

IMP TETRICVS P P AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

PAVX AVG. (ſic) Typus ut ſuprà. *Hen.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà. *Fauvel. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. Figura muliebris cætera ut ſuprà, ſed dextrâ demiſsâ tenet ramuſculum. *Regius. Cham. Val.*

juſcemodi Tetrici nummos barbariem ſapientes, & qui ab uno eodemque artifice, & in eadem officina percuſſi videntur, in Hiſpania, quam Provinciam una cum Galliis obtinebat Tetricus, ut conſtat ex epiſtola Claudii Auguſti ſcripta ad Senatum, quam refert Pollio in ejus Vita: *Gallias*, inquit, *& Hiſpanias, vires Reipublicæ, Tetricus tenet*, &c.

(1) Ex hoc rariſſimo, imò ſingulari nummo, qui ex una parte caput Tetrici, ex altera verò caput Claudii exhibet, manifeſtò liquet Tetricum nedum bellum adverſus Claudium meditatus ſit, ut adverſus Gallienum cæteri tyranni, pacem cum illo ſumma induſtria coluiſſe, cum Gallias, Hiſpaniam ac Britanniam à ſe retineri poſſe hoc imperante ſperaret. Et ſanè Claudium repellendis Gothis intentum, tametſi fortiſſimarum Provinciarum viribus deſtitui ſe iniquè ferret, tamen quia recipi eas poſſe illa temporum conditione deſperabat, à Tetrico viro fortiſſimo, eodemque pacis amantiſſimo, quam ab alio quopiam tyranno teneri maluiſſe apparet: præſertim cum eas copias quæ contra Gothos duci poſſe videbantur, Galliis ipſis adverſus Germanos ac Francos tuendis neceſſarias eſſe non ignoraret: quos Barbaros ſi acri bello perſequeretur Tetricus, ut ſanè feciſſe conjicimus, minus periculi ab iiſdem Italiæ imminere conſtabat.

(2) Nummus hic Tetrici & ſequens, ubi ex altera parte caput ejus incuſum, & epigraphe incuſa cernuntur, rari ſunt.

(3) Cum eadem epigraphe & eodem typo habentur nummi in Victorino tantùm. *Invicti* epithetum Soli paſſim tribuunt Inſcriptiones antiquæ, ut alibi diximus: & in honorem Solis Invicti ludos magnificentiſſimos peractos ſcribit Julianus Imperator Orat. IV. Πρὸ τῆς νεομηνίας εὐθέως κατὰ τὸν τελευταῖον τοῦ Κρόνου μῆνα ποιοῦμεν ἡλίῳ περιφανέστατον ἀγῶνα, τὴν ἑορτὴν ἡλίῳ καταφημίσαντες ἀνικήτῳ. *Exacto ultimo menſe, qui Saturno dicatus eſt, ante initium anni magnificentiſſimos ludos in honorem Solis committimus, quos Invicto Soli nuncupamus.* Nummus hic Tetrici rariſſimus, imò ſingularis, & deſideratur in Mediobarbo.

(4) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti diximus ſuprà.

(5) Nummus hic Tetrici rariſſimus, imò ſingularis eſt, neque extat apud Mediobarbum.

(6) Cum eadem epigraphe & eodem typo habentur nummi in Gallieno tantùm & ſunt in eo obvii; cuſique fuere, uti ſuo loco diximus, ob navalem victoriam de Scythis in Ponto relatam, cujus meminit Pollio. Hic autem Tetrici nummus rariſſimus, imò ſingularis, qui deſideratur in Mediobarbo, cuſus fortaſſis fuit, ob ejus in Britanniam navigationem.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. Figura muliebris tunicata, & altè ſuccincta, procurrens, ramum tenet dextrâ, haſtam verò geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ x. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVG. Figura muliebris ſtolata, Spei florem tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

IMP C TETRICVS R D N V I C. Caput Tetrici ut ſuprà.

PAX AVGG. Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ quiddam ignotum, ſiniſtrâ demiſſâ ramum tenet. *Hard.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

PIETA ACV. (1) (ſic) Vaſa pontificalia. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, quiddam in ignem immittit dextrâ, acerram verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP TETRICVS AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

PIETAS AVGV. Vaſa pontificalia, cum ornamento quodam in imâ parte. *Fouc.*

IMP TETRI....... Caput Tetrici ut ſuprà.

PIETA...... Figura muliebris, ſtans ad aram ignitam, dextra protenſâ. *Fouc.*

IMPP TETRICI AVGG. Capita Tetricorum adverſa cum trabeâ ad pectus, patris laureatum, filii nudum.

P M TR P COS III PP VOTA. (2) Tetricus pater ſtans ad aram, dextrâque tenens globum, à Victoriâ ponè ſtante coronatur; ſtat ex adverſo filius, dextrâ pateram tenens. *Regius.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum paludamento.

PRINC IVVENT. (3) Tetricus habitu militari baculum trifidum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Bau.*

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad humeros.

PRO AVG. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum demiſſum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes globus. *Fouc. Frad.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVID AVG. Typus ut ſuprà. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA AVG. Typus ut ſuprà. *Le Roy.*

IMP C TETRICVS AVG. Caput Tetrici radiatum, ad humeros cum paludamento.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, ſerpente capite aſſurgente circunvolutam, dextrâ tenet pateram ex quâ eum paſcit, navis verò gubernaculo adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Le Roy.*

IMP TETRICVS AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum loricâ.

SALVS AVG. Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Le Roy. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Val.*

(1) Nummi Tetrici cum hac epigraphe & hoc typo, necnon ſequentes tres inter rariores recenſendi.

(2) Ex hujus etiam nummi epigraphe & typo partis anterioris, ubi Tetricorum patris & filii exhibentur capita, & Imperatores Augusti dicuntur, manifeſtò liquet, Tetricum Juniorem Auguſti dignitate ornatum fuiſſe, uti ſuprà etiam in nummis ejuſdem argenteis diximus, in quibus patris & filii cernuntur etiam capita appellanturque Imperatores & Auguſti. In altera autem hujus nummi parte ſtat Tetricus ad aram dextra tenens globum, à Victoria coronatur; ex adverſo ſtat Tetricus filius dextra tenens pateram; unde putant nonnulli, hunc nummum cuſum ob vota ſoluta propter quandam victoriam. Nummus hic Tetrici rariſſimus, imò ſingularis, & non extat apud Mediobarbum.

(3) Tetricus pater nunquam Cæſar fuit, ut Princeps Juventutis diceretur; etenim interfecto Victorino & ejus filio ſtatim à militibus Victoria hortante Auguſtus appellatus fuit, Cæſar verò ipſius filius, ut ſcribit Pollio: *Interfecto*, inquit, *Victorino & ejus filio, mater ejus Victoria ſive Victorina, Tetricum Senatorem pop. Rom. præſidatum in Gallia gerentem, ad imperium hortata, quod ejus erat, ut plerique loquuntur, affinis, Auguſtum appellari fecit, filium que ejus Cæſarem nuncupavit.* Hinc putant nonnulli partem averſam hujus nummi ad filium potius quàm ad patrem pertinere; quemadmodum & Severi nummus inſcriptus PRINC JUVENT. quod nunquam ille Cæſar fuerit, ad Getam filium pertinere creditur. Vide nummum Floriani cum eadem epigraphe, ubi etiam dicitur Imperator & Auguſtus; unde non immeritò putant nonnulli Principis Juventutis titulo donatos fuiſſe nonnunquam & Auguſtos. Nummus hic Tetrici rariſſimus, & deſideratur in Mediobarbo.

(4) Nummi Tetrici cum hac epigraphe & hoc typo inter rariores recenſendi, & deſiderantur in Mediobarbo.

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. Bau. SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVGG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, palmæ ramum tenet dextrâ, anchoræ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc Cham.*

IMP C TETRICVS PI AVC. (ſic) Caput Tetrici ut ſuprà.

LVS VCC. (ſic pro SALVS AVGG.) (2) Figura muliebris pateram tenens dextrâ, navis gubernaculum ſiniſtrâ. *Fouc.*

.......TRICVS C. (ſic) Caput Tetrici ut ſuprà.

SALVS AV III. (ſic) Figura muliebris ſtolata ſtans, pomum tenet dextrâ, ſiniſtrâ retrò protensâ ſuper aram ignitam à ſiniſtris politam. *Fouc.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

SPES AVG. (3) Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Cham. Val. Fontaine.*

IMP C PESV TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *DC.*

TETRICVS. Caput Tetrici radiatum, ad humeros.

Idem caput incuſum. (4) *Fouc.*

IMP C TETRICVS P AVG. Caput Tetrici radiatum, ad humeros cum paludamento.

VBERTAS AVG. Figura muliebris ſtolata ſtans, corollam tenet dextrâ, cornucopiæ ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Non Tetrici, ſed Victorini caput radiatum, ad pectus cum paludamentu.

VICTORIA AVG. (5) Victoria tunicata & altè ſuccincta, gradiens à ſiniſtris dextrorſum; coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fouc. Regius. Frad.*

IMP C C PESV TETRICVS AVG. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham.*

IIVII.....VS AVC. (ſic) Caput Tetrici ut ſuprà.

VICTOPI AVC. (6) (ſic) Figura muliebris ſtolata ſtans, ramum tenet dextrâ; haſtam ferratam ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C TETRI SVPIS. (ſic) Caput Tetrici ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Acroſtolium. *Fouc.*

IMP C TRICVS P L I I V C. Caput Tetrici ut ſuprà.

........ORIA AVG. Victoria currens à ſiniſtris dextrorſum. *Hard.*

IMP TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata & paludata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Font.*

Eadem epigraphe. Caput Victorini radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Tetrici radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius. Cham Val.*

IMP C TETRICVS P F AVG. Caput Tetrici ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Le Roy. Fauvel. Bau. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. Figura militaris ut ſuprà, dextra haſtæ innixa, ſiniſtrâ clypeo humi poſito. *Bau.*

IMP C TETRICVS. Caput Tetrici ut ſuprà.

VOTA PVBLICA. (7) Ara. *RE.*

(1) Nummi Tetrici cum hoc typo inter rariores recenſendi. Typum autem hunc Lætitiæ potius quam Saluti convenire, nemo non videt.

(2) Mediobarbus profert ex Occone nummum inſcriptum SALUS AUG. cum hoc ipſo typo, qui peculiaris eſt: ut & ſequens, qui deſideratur apud Mediobarbum. Uterque nummus rarus.

(3) Nummi cum hac epigraphe in Tetrico inter rariores recenſendi.

(4) Nummus hic Tetrici rarus; ſequens verò cum rarioribus adnumerandus.

(5) Plures victorias Tetricum de barbaris retuliſſe certum eſt; ſed ad quam ex illis referendi ſint hi nummi non liquet. Sic è ſicut Poſtumum & Victorinum, ita etiam Tetricum divinitùs natum credidit Trebellius Pollio, ne, dum Scythico bello implicarentur Romani Principes, Gallias invadendi facultas Germanis interea daretur; quamobrem horum tyrannorum rebellionem nedum exitioſam, utilem quinetiam ac prope neceſſariam Reipublicæ accidiſſe conſtat. Nummi hi Tetrici rari.

(6) Nummus hic Tetrici & ſequens ob typi inſolentiam cum rarioribus adnumerandi; & deſiderantur in Mediobarbo.


(7) Nummus hic Tetrici rariſſimus, imò ſingularis; nec extat apud Mediobarbum.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

IMP C TETRICVS P F AVG.
COMES AVG. Victoria alata, dextrâ palmam, ſiniſtrâ lauream.
IMP TETRICVS PIVS AVG.
CONSACRATIO. *alius* CONSECRATIO. Ara igne impoſito.
IMP C TETRICVS P P AVG.
FIDES MILITVM. Figura ſtolata ſtans inter duo ſigna militaria.
Eadem epigraphe.
HILARITAS AVG. Figura ſtans, dextrâ lauream ſuper aram, ſiniſtrâ palmam.
Eadem epigraphe.
HILARITAS AVGG. Dea ſtolata ſtans, dextrâ palmam, ſiniſtrâ palmam.
....
IOVI PROPVGNAT. Jupiter nudus, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam.
IMPP TETRICI PII AVGG. Capita Tetricorum patris & filii jugata.
IOVI VICTORI. Jupiter ſedens, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam.
IMP TETRICVS PIVS AVG.
LAETITIA AVG N. Figura ſtans manibus expanſis.
IMP C TETRICVS P F AVG.
LAETITIA AVGG. Lætitiæ typus, dextrâ corollam, ſiniſtrâ anchoram.
Eadem epigraphe.
PAX AVG. Pacis typus.
Eadem epigraphe.
PIETAS AVG.
IMP PESV TETRICVS AVG.
PIVESVIVS AVG. Victoria ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.
IMP TETRICVS PIVS AVG.
P M TR P III COS PP. Figura muliebris nudo capite capillitio oblongo ſtans, dextrâ ſignum militarê, ſiniſtrâ ſcipionem.
Eadem epigraphe.
SALVS AVG. Figura ſtans, dextrâ pateram ſuper aram protendens, ſiniſtrâ haſtam.
IMP C TETRICVS P P AVG.
SALVS AVG. *alius* AVGG. Dea Salus; dextrâ pateram, ſiniſtrâ temonem.
Eadem epigraphe.
SALVS AVG. *alius* AVGG. Dea Salus, dextrâ ſerpentem lambentem ex paterâ, quam ſiniſtrâ tenet.
IMP TETRICVS PIVS A.
SALVS AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ palmam, ſiniſtrâ cornucopiæ.
IMP C TETRICVS P P AVG.
SPES AVGG. Spei typus.
IMP C C PESVVIVS TETRICVS AVG.
SPES PVBLICA. Spei typus.
IMP TETRICVS PIVS AVG.
VBERTAS AVG. Figura ſtans, dextrâ ſpicas ſuper panarium protendens.
IMP C TETRICVS P F AVG.
VICTORIA AVG. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.
Eadem epigraphe.
VIRTVS AVG. Figura militaris galeata, dextrâ peltam, ſiniſtrâ haſtam.
IMP TETRICVS AVG.
Sine epigraphe. Equus deſultorius.

TETRICUS JUNIOR.

CAIUS PIVESUS, vel PIVESUVIUS, vel PESUVIUS TETRICUS Peſuvii Tetrici filius, Cæſar à Victoriâ primùm, poſteaque Auguſtus à patre appellatus, poſtmodùm unà cum illo Romam ad triumphum perductus eſt anno Chriſti 274. ſed in Senatum deinde ab Aureliano allectus, ſummum dignitatis & gratiæ gradum apud poſteriores Principes tenuiſſe fertur.



P. S. f.f.

NUMISMATA AUREA.

C PES TETRICVS CAES. Caput Tetrici filii nudum, ad humeros cum paludamento.

SPES AVGG. (1) Figura muliebris dextrorſum gradiens, dextrâ tenet florem, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Regius.*

(1) Nummi Tetrici Junioris ex auro rariſſimi ſunt, & Mediobarbo ignoti. In hoc nummo *Caius Peſuvius* Tetricus Junior dicitur, quemadmodum etiam legitur in nonnullis nummis ejuſdem æreis, quos infrà exhibemus.

NUMISMATA ARGENTEA.

C PIVESV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. radiatum, ad humeros.

PIETAS AVGVSTOR. (1) Vaſa pontificalia. *Fouc. Regius. MDM.*

C PIVESV TETRICVS SC.

SALVS AVGG. (2) Figura ſtans ad aram, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ anchoram tenet. *MB.*

C PIVESV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

SPES AVGG. (3) Figura muliebris ſtans, dextrorſum verſa, dextrâ geſtat florem, ſiniſtrâ ſtolam colligit. *Fouc. Regius. Fauvel. MDM. Font.*

(1) Nummi Tetrici Junioris ex argento rari ſunt; hic autem deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Hunc nummum profert Mediobarbus ex proprio cimelio. Vide nummum æreum Tetrici patris cum eadem epigraphe, ubi mulier ſtat abſque ara, ſiniſtra anchoram tenens, dextrâ verò palmæ ramum.

(3) Nummus hic Tetrici Junioris argenteus deſideratur in Collectione Mediobarbi.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C S TETRICVS C. Caput Tetrici Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

ABVNDANT AVG. (1) Vas anſatum. *Regius.*

C PIVESV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. (2) *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COMES AVG. (3) Victoria ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Le Roy. Brandenburg.*

C.....CVS CT. (ſic) Caput Tetrici Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

COM IMP AVG. (4) (ſic) Pallas galeata ſtans, ramum tenet dextrâ, clypeum verò ſiniſtrâ cum haſtâ. *Fouc.*

C PIVESV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

IMP TETRICVS P F AVG. (5) Caput Tetrici patris radiatum, ad pectus cum loricâ. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Tetrici Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

INVICTVS. (6) Sol capite radiato nudus cum pallio divinitatis à tergo volitante, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ extenſâ & expanſâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ ſtella. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LAETITIA AVG N. (7) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, anchoram verò humi poſitam ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

NOBILITAS AVGG. (8) Figura muliebris ſtans, ſiniſtrorſum ſpectans, dextrâ haſtæ innixa, ſiniſtrâ globum tenet. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. (9) Figura muliebris ſtolata ſtans, palmæ ramum erectum attingit dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Regius. Le Roy.*

PIVESVS TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMPE TET PIVES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

IAX AGG. (ſic)(10) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

(1) Nummus hic Tetrici Junioris rariſſimus imò ſingularis eſt, cum ob capitis epigraphen ubi Tetricus Imperator & Cæſar dicitur, tùm ob epigraphen & præſertim typum partis averſæ, qui omninò ſingu- laris eſt & inſolens; quippe Abundantia exhibetur muliebri formâ utrique manu cornucopiæ inverſum te- nens, vel ut in Trajano, Matrona ſceptrum tenens, & duobus copiæ cornibus decuſſatim poſitis inſiſtens. Nummus hic Tetrici Jun. deſideratur in Mediobarbo.

(2) Nummi hi incuſi Tetrici Junioris haud obvii.

(3) Cum eadem epigraphe & eodem typo habentur nummi Tetrici patris, ubi vide quæ adnotavimus.

(4) Hæc epigraph. & hic typus in hoc Principe tantùm occurrunt. Nummus rariſſimus, imò ſingula- ris, in quo Pallas Comes Imperatoris Auguſti dicitur, & non extat apud Mediobarbum.

(5) Nummus hic, in quo ex una parte Tetrici patris caput cernitur, ex altera filii, rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(6) Cum eadem epigraphe, & eodem typo habetur nummus ſingularis Tetrici patris, ubi vide quæ ad- notavimus. Nummus hic rariſſimus, nec extat apud Mediobarbum.

(7) Cum epigraphe LAETITIA AVG. tantùm, non verò AVG. N. habetur nummus Tetrici Jun. in Me- diobarbo. Vide quæ ad nummum cum eadem epigraphe adnotavimus ſuprà in Tetrico patre. Nummus hic rariſſimus.

(8) Nobilitatem, de qua tantopere Romani gloriabantur, Commodus Auguſtus primus omnium in nummis ſignare voluit, in quibus mulier ſtat eodem typo, quo hîc cernitur, niſi quod altera manu haſtam tenet, altera iconculam, ſeu Victoriolam, aut Palladium, ut nonnulli putant, geſtat; ſiquidem Commodus, teſte Herodiano, unus omnium ante ſe Imperatorum nobiliſſimus fuit. Eſt & ejuſdem apud Occo- lium alter, cum inſcriptione NOBILITAS AVG P M. in quo Anubis canino capite, dextrâ ſiſtrum, ſi- niſtrâ ſceptrum ferens. Poſt Commodum nummus Getæ occurrit, in quo mulier haſtam & clypeum tenet: aliquot etiam in quibus, ut in Commodianis, Palladium exhibetur. In Philippo Seniore denique repe- riuntur nummi omninò ſimiles huic Tetrici nummo, nimirum cum eadem epigraphe & eodem typo. Tetrici porrò Jun. nobilitatem commendat, quod patre natus ſit Senatore populi Romani, ut ſcribit Pollio, hoc eſt non bellicâ virtute, licet hac quoque, ſed majorum ſuorum claritudine inſigni & primario viro: deinde quod affinitate Victoriæ polleret, quæ Auguſtorum mater & avia erat, tantamque apud Gallicos exercitus authoritatem, quantam vix ullus Auguſtus, ſibi comparaverat. Nummus hic Tetrici Junioris rariſſimus, imò ſingularis eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(9) Nummus hic Tetrici Junioris ob typi inſolentiam rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(10) Imperator etiam in hoc nummo Tetricus Junior dicitur, quemadmodum in primo æreo ſuprà exhi- bito. Nummus rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

C PIVESV

C PIVESV TETRICAS VC. (ſic) Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

PVAX AVC. (ſic) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

C PIVESV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

PIETAS AVGVS. Urceus. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGVSTI. Vaſa Pontificalia. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Val.*

C PE TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Bau.*

C PV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Le Roy. Fontaine.*

C TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà. *Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGVSTOR. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham. Val.*

C PAC TETRICVS CAES. Caput Tetrici Junioris ut ſuprà.

PIETAS AVGVSTOR. (1) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

C PE TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

IC.....TAS AC. (ſic) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

C PIVESV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

PRINC IVVENT. Tetricus Jun. paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum demiſſum tenet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Le Roy. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINC IVVENT. (2) Imperator typo quo ſuprà, dextrâ demiſſâ tenet baculum, ſiniſtrâ ſignum militare. *Regius. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINC IVVENT. Imperator ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ haſtæ innixus. *Brandenburg.*

C PIVES TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

PROVID AVGG. (3) Vaſa Pontificalia. *RDR.*

PIVESVS TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

SALVS AVG. (4) Figura muliebris ſtans, ad aram ſacrificans, ſiniſtrâ geſtat cornucopiæ. *RE.*

C PIVESV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtolata, dextrorſum ſpectans, ſtans ad aram ſerpente circunvolutam, pateram tenet dextrâ, ſiniſtrâ navis gubernaculo innixa. *Fouc.*

C PIVES TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

SALVS AVGG. Dea Salus ſerpentem præ manibus tenet. *RDR.*

C PIVESV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

SALVS AVGG. (5) Victoria ſtans, ad dextram ſpectans, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam. *Cham. Le Roy.*

C PIVESV TETRICVS C S. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

SALVS AVGG. (6) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ anchoram. *Fontaine.*

(1) *Pacuvius* Tetricus Junior dicitur etiam in nummo, quem exhibet Triſtanus cum epigraphe LAETITIA AVG. Sed omninò difficile mihi videtur quidpiam certi hac de re ſtatuere; nam in aliis nummis Tetricus Junior dicitur C. PES. in aliis C PIVESU; in aliis C PIVESUS; in aliis verò C PV. quam quidem prænominis diverſitatem Monetariorum inſcitiæ ſeu incuriæ nonnulli, nec fortaſſis abs re, adſcribunt. Cæterum cuſos putant illos Tetrici nummos, qui barbariem omninò ſapiunt, & qui ab uno eodemque artifice, & in eadem officina percuſſi videntur, in Hiſpania, quam Provinciam unà cum Galliis obtinebant Tetrici. Nummus hic Tetrici Junioris ob capitis epigraphen inter rariores recenſendus.

(2) Nummi Tetrici Junioris rari ſunt cum hoc typo, qui deſideratur in Mediobarbo.

(3) Providentiam Auguſtorum prædicat hic Tetrici Junioris nummus, in quo vaſa pontificalia exhibentur pro typo; quæ quidem Pietatis potius quàm Providentiæ typum eſſe nemo ignorat; Providentiam quippe Auguſti in Tetrico patre mulier repræſentat dextra baculum demiſſum tenens, ſiniſtra cornucopiæ; ad cujus pedes à dextris globus. Hinc fit ut facilè credam, eam epigraphen junctam fuiſſe huic typo, non quidem conſultò, ſed incuria aut potius inſcitia Monetariorum, ut paſſim accidit in Tetricorum nummis. Vide quæ hac de re diximus ſuprà ad nummum Tetrici patris æreum cum epigraphe, HILARITAS AVG. ubi pro typo vaſa ipſa Pontificalia etiam cernuntur. Nummus hic rariſſimus, & deſideratur in Mediobarbo.

(4) Deſideratur hic typus in Collectione Mediobarbi. Nummus hic inter rariores recenſendus.

(5) Nummus hic Tetrici Junioris rariſſimus eſt ob typi novitatem ſeu inſolentiam: ſed nemo non videt hunc typum Victoriæ eſſe & non Salutis; idque etiam factum incuria ſeu potius inſcitia Monetariorum, uti paulò ſuperiùs monuimus, necnon ad nummos Tetrici patris.

(6) Nummi Tetrici Junioris cum hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo. Vide quæ ad ſimilem nummum Tetrici patris adnotavimus.

C PIVESV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

SECVLVM. (1) (ſic) Ara cum igne. *Pon.*

C PIV TETRICVS A. (ſic) Caput Tetrici Jun. radiatum, ad pectus cum paludamento.

SOLI CONSER. (2) Centaurus arcum tenens. *Fouc.*

C PIVESV TETRICVS C. Caput Tetrici Jun. radiatum, ad humeros.

SPES AGG. (3) (ſic) Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, oleæ ramum demiſſum tenet dextrâ, baculum humi poſitum ſiniſtrâ. *Fouc.*

C PIVESV PLOCVS. (ſic) Caput Tetrici Jun. radiatum, ad humeros cum paludamento.

SPES AVGG. (*literis inverſis.*) Figura muliebris ſtolata ſiniſtrorſum converſa, cætera ut ſuprà. *Fouc.*

C PIVESV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

SPES AVGG. Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ. *Fouc. Regim. Cham. Le Roy. SG. Fontaine. B.*

C PIVE TETRICVS CAES. (ſic) Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

SPES AVGG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Frad.*

PIVESVS TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *RE.*

C PIVESV TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regim. Cham. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VBERITAS AVG. (4) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet ſpicas, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. (5) Victoria ad dextram gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam. *Val.*

C PE TETRICVS CVES. (ſic) Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

VICTORI AVC. (ſic) Victoria ad ſiniſtram gradiens, cætera ut ſuprà. *Fouc.*

P TETRICVS CAES. Caput Tetrici Jun. radiatum, ad humeros.

VIRTVS. Tetricus Jun. paludatus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, oleæ ramum demiſſum tenet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

C IOVESV TETRICVS V. Caput Tetrici Jun. ut ſuprà.

V V V V V V V.... (ſic) Spes dextrâ elatâ, tenens veluti flagrum ſiniſtrâ, quâ & veſtem ſuſtollit. *Fouc.*

(1) Hæc epigraphe, & hic typus in hoc Principe tantùm occurrunt. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis, nec extat apud Mediobarbum.

(2) Nummus hic Tetrici Junioris rariſſimus, imò ſingularis eſt, nec extat apud Mediobarbum; in eo quidem notanda imprimis capitis inſcriptio, ubi Tetricus Junior Auguſti dignitate ornatus apparet, quòd confirmat ea quæ paulò ſuperiùs diximus ad nummos illos, in quibus Imperator dicitur, necnon ad nummos Tetrici patris, in quibus utriuſque capita exhibentur cum epigraphe, *Imperatores Auguſti.* Peculiares etiam epigraphe & typus partis averſæ, & in hoc tantùm Principe occurrunt. Centaurus arcum tenens pro typo exhibetur; & haud dubiè Chiron Centaurus, Achillis Pædagogus hîc deſignatur, qui Muſicam & Medicinam ab Apolline inventam, ſagittandi quoque artem alumnum ſuum docuit. Claudianus de III. Conſulatu Honorii.

——non ocyus hauſit Achilles
Semiferi præcepta ſenis, ſeu cuſpidis artes,
Sive lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas.

Cæterùm habentur plures nummi Gallieni cum epigraphe SOLI CONS AVG. *ſed in illis nummis Pegaſus,* aut Taurus pro typo cernuntur.

(3) Nummi Tetrici Junioris cum hoc & ſequenti typo rari ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

(4) Nummus hic Tetrici Junioris inter rariores recenſendus.

(5) Vide quæ ad nummum Tetrici patris cum eadem epigraphe adnotavimus. Nummus hic & ſequentes cum rarioribus adnumerandi.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

C VIVESV TIPICVS CAES.
CIVES AVG. (1) Vas anſatum.

C PIVESVS TETRICVS CAES.
COMES AVG. Victoria ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.

....
CONSECRATIO. (2) Signa Pontificalia.

C PIVESVS TETRICVS CAES.
LAETITIA AVG. Figura ſtolata, dextrâ corollam, ſiniſtrâ anchoram.

C PAC TETRICVS A.
LAETITIA AVG. (3) Figura ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ temonem.

C PIVESVS TETRICVS CAES.
PAX AVG. Pacis typus.

....
PACI. (4) Dea Pax in templo ſtans, ambabus manibus linteum tenens.

C PIVESVS TETRICVS CAES.
PIETAS AVGG. Vaſa Pontificalia.
Eadem epigraphe.
PIETAS AVGVSTOR. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.
PRINC IVVENT. Figura ſtolata cum haſtâ.

C PIVES TETRICVS CAES.
PR.....IV.....(5) Pegaſus alatus.

C PIVESVS TETRICVS CAES.
SALVS AVG. Salutis typus.
Eadem epigraphe.
SPES AVGG. Dea Spes.

C VIVES TETRICVS CAES.
SPES AVGG. Spei typus.

C PIVESVS TETRICVS CAES.
SPES PVBLICA. Dea Spes.

....
SPEI PVB.....(6) Templum.

.......TETRICVS ICAR.
SVEDTVA. (7) Rogus quatuor tabulatorum.

C PIVESV TETRICVS CAES.
VBERTAS AVG. Figura ſtans, dextrâ duas ſpicas, ſiniſtrâ cornucopiæ.

C PIVES TETRICVS CAES.
VICTORIA AVG. Victoria ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam; ad pedes captivus.

C DIVIS TETRICVS P F AVG.
VICTORIA AVG. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.

C PIVESV TETRICVS CAES.
VIRTVS AVGG. Figura, dextrâ ſceptrum, ſiniſtrâ haſtam.

(1) Cum eodem typo habetur nummus Tetrici Junioris ex Regio cimelio à nobis ſuprà exhibitus, ſed epigraphe illius, ABVNDANT AVG.

(2) Cum eadem epigraphe profert nummum aureum Tetrici patris Mediobarbus Comes ex Occone; ſed ibi pro typo Aquila cernitur, ſolitus Conſecrationis typus: hunc autem nummum cum typo inſolito, & peculiari ex Patini Indice exhibet idem Mediobarbus. Cæterum Tetricos patrem & filium ab Aureliano conſecratos fuiſſe putant nonnulli, ſed falluntur; nam quod attinet ad Tetrici Junioris conſecrationem, certum quidem eſt, teſte Pollione, hunc Aureliano ſuperſtitem fuiſſe: *Narrabat*, inquit, *avus meus, hunc ſibi familiarem fuiſſe, neque quemquam illi ab Aureliano, aut poſtea ab aliis Principibus eſſe prælatum.* Sic ille de Tetrico Juniore loquens. Hinc dicendum (ſi genuinus hic Tetrici nummus, quem Patinus protulit) Tetricum Juniorem conſecratum fuiſſe, ſive ab aliquo ex Principibus, qui Aureliano ſucceſſerunt, ſive ab aliqua Galliæ urbium, ubi diù unà cum patre imperavit, & multa, teſte laudato Pollione, feliciter egit. Quod verò attinet ad Tetrici patris Conſecrationem, cum nulla mentio apud ſcriptores occurrat temporis ejus mortis, idem dicendum quod de filii Conſecratione, ſi Aureliano ſuperſtes fuit; alioqui Aureliano adſcribenda ejus Conſecratio, ut ad ejus nummum ex Mediobarbo adnotavimus.

(3) Vide quæ de hoc nummo habet Triſtanus tom. 3. pag. 231. Nummus rariſſimus, in quo non ſolum Caius Pacuvius Tetricus dicitur, ſed etiam Auguſtus, ut in altero nummo æreo III. à nobis ſuprà exhibito, ubi vide quæ adnotavimus.

(4) Hunc nummum rariſſimum Tetrici Jun. exhibet Triſtanus tom. 3. pag. 233. ubi vide quæ adnotavit.


(5) Vide Triſtanum tom. 3. pag. 233. ubi hunc Tetrici Junioris exhibet nummum.

(6) Hunc etiam rariſſimum Tetrici Junioris nummum profert laudatus Triſtanus loco paulo ſuperius citato.

(7) Rogum Conſecrationis ſolitum typum eſſe, nemo ignorat. Sed vide Triſtanum qui hunc nummum profert tom. 3. pag. 231.

DOMITIUS DOMITIANUS.

LUCIUS DOMITIUS DOMITIANUS, quem ſub Aureliano rebellaſſe, brevique pœnas luiſſe Zoſimus tradit, idem videtur quem Illyrici Vicarium anno 261 fuiſſe, & memorabili bello Macrianorum defectionem vindicaſſe teſtatur Pollio; hunc enim à Domitiano & Domitillâ originem ducere videri voluiſſe refert laudatus ſcriptor. Cæterum quo anno quâve in Provinciâ contigerit Domitiani rebellio incompertum; nam Triſtani opinionem, qui tyrannidem ab illo arreptam in Ægypto contendit, ut omninò contemnere, ita approbare animus non eſt.



NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C L DOMITIVS DOMITIANVS AVG. Caput Domitii Dumitiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. (1) Genius nudus cum modio & pallio brachio ſiniſtro collecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes, aquila alis expanſis: à ſiniſtris in areâ B. in imâ parte ALE. *Fouc.*

(1) Licet Domitii Domitiani nummi ex omni metallo rari ſint, ex argento tamen rariſſimi ſunt. Hæc autem epigraphe, & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Sunt qui hunc Principem in Ægypto purpuram ſumpſiſſe dicant; hoſque nummos Alexandriæ cuſos indicare aiunt literas, quæ in imâ parte leguntur.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP C L DOMITIVS DOMITIANVS AVG. Caput Domitii Domitiani laureatum, ad humeros.

GENIO POPVLI ROMANI. Figura juvenilis nuda, cum modio ſuprà caput, & pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, pateram quâ libat tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes aquila alis expanſis: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte ALE. *Cham.*

Alius cum B. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. Frad.*

Alius cum Γ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. DC.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte KA. *Fouc.*

IMP CAES L DOMITIVS DOMITIANVS AVG. Caput Domitii Domitiani ut ſuprà.

GENIO POPVLI ROMANI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte ALE. *RE.*

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

IMP CL DOMITIVS DOMITIAN AVG.
GENIO POPVLI ROMANI T ALE.
Deus Genius capite turrito ſtans, dextrâ extensâ cum paterâ, ſiniſtrâ cornucopiæ; ad pedes aquila.

IMP CL DOMITIVS DOMITIANVS AVG.
GENIO POPVLI ROMANI T ALE T.
Genius ſtans capite turrito, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ; ad pedes ara.

SEPTIMIU S

SEPTIMIUS inter tyrannos ſub Aureliano recenſetur à Sexto Victore, qui rebellaſſe eum in Dalmatiâ, mox à ſuis obtruncatum fuiſſe refert. Eundem fuiſſe conjicimus, quem Zoſimus Epitimium appellat, ac inter ipſa rebellionis initia interfectum tradit.

URBANUS.

URBANUS quoque, ſi Zoſimo credimus, Imperium ſub Aureliano affectavit; ſed nec Provinciam nec tempus obſervavit incurioſus ſcriptor.

TACITUS.

MARCUS CLAUDIUS TACITUS ex antiquiſſimâ, nobiliſſimâque familiâ ortus, quippe qui inter atavos Tacitum Romanarum rerum Scriptorem numeraret, Princeps Senatus erat, cum ad Imperium provectus eſt. Rem ita narrat Vopiſcus: Aureliano interfecto, milites, cum ex iis qui hujus cædis conſcii fuerant nullum ſibi imperare vellent, à Senatu petiiſſe, ut aliquem ad ſe, dignum ampliſſimi conſeſſûs judicio mitteret; ſed eam rem variis procraſtinationibus ad ſeptimum uſque menſem protractam, cum militum levitatem Senatus reformidaret, nec periculum ejus quem electurus fuerat magis, quam invidiam ſibi imminentem refugeret; milites verò odio & pœnitentiâ poſtremi erroris ſuum judicium contemnerent, labemque ex Aureliani cæde contractam novo moderationis exemplo clui vellent. Non minorem interea modeſtiæ ſpeciem Tacitus præbuit; cum enim rumor emerſiſſet illum Imperatorem factum iri, ab Urbe diſceſſit, duoſque menſes in Baiano agitaſſe fertur; ſed inde deductus, Senatui interfuit ſeptimo Kal. Octobris, eoque die tandem Imperator omnium conſenſu appellatus eſt. Ea porrò electio non Senatui ipſi magis quam aut populo aut militibus placuit; tanta in affecto corpore vigebat ingenii vis, ut novi Principis ſi non fortibus factis, at optimis conſiliis Rempublicam plurimum adjutum iri ſperarent omnes. Plurimas leges ab eo ſancitas ipſo quo Imperium auſpicatus eſt

die, Vopiſcus teſtatur; nam & in eos qui æri plumbum, argento æs, aurove argentum miſcuiſſent capitali ſupplicio animadverti ſtatuit, & ſervos in capita dominorum interrogari vel in ipsâ Majeſtatis causâ vetuit. Ex hujus etiam lege à Proconſulibus ac cæteris Provinciarum Præſidibus ad Præfectum Urbi appellari cœptum; quam legem Senatus tantâ lætitiâ excepit, quantam verbis complecti non poſſumus. Liberalitates quoque ejus, ac plurima alia recenſet Vopiſcus, quibus Princeps noſter plurimum commendatur: ſed in his illud laudabiliſſimum videtur, quod cum fratri ſuo Floriano Conſulatum quem petebat non impetraſſet, libertatem Senatûs non modo non indignè tulit, ſed eâ quoque gaviſus eſt, cum diceret Senatum ſcire quem Principem feciſſet. Sed in hujuſmodi rebus diutiùs nos immorari inſtituti noſtri ratio non ſinit, quamobrem ad ea quæ reſtant protinus accedendum. Duos porrò hoſtes Tacito fortuna ſimul objecit; Germanos, quos interregni tempore Galliarum limitem rupiſſe Vopiſcus teſtatur; & Scythas Mæotidis paludis accolas, qui velut ab Aureliano ad bellum Perſicum acciti, per Pontum in Aſiam trajecerant, illiuſque tractûs Provincias ad Ciliciam uſque depopulabantur. Sed Germanicum bellum integrum Probo ſucceſſori Tacitus reliquit; Mæotidas verò per ſe profligatos Floriano fratri debellandos tradidit, ut ſcribit Zoſimus. Addit Vopiſcus inſuetos honores ab illo in Aurelianum collatos, ac ſeverè in Mucaporem cæteroſque hujus cædis conſcios animadverſum fuiſſe. Cæterum de Taciti morte variant Autores: alii enim morbo interiiſſe, alii verò à militibus interfectum fuiſſe volunt. Hos ſequutus Zoſimus, rem ſic narrat; Maximinum Taciti propinquum ab illo Syriæ præfectum fuiſſe, qui aſperitate ſuâ metum ſimul & invidiam concitaret; quamobrem ad inſidias ventum eſſe; admiſſiſque in ſocietatem iis qui Aurelianum necaverant, Maximinum trucidatum, moventemque caſtra Tacitum interfectum fuiſſe; ſed quam probabilis ſit hæc narratio nemo non videt: eorum igitur ſententiam amplectimur, qui Principem ſenem factionibus oppreſſum, mente atque animo defeciſſe, Tianæque febri interiiſſe volunt. Septimum hunc agebat Imperii menſem, ſive ducenteſimum diem; itaque mors ejus ad initium Aprilis anni 276. referenda eſt.



P. Simonneau filius fecit

NUMISMATA AUREA.

IMP C M CL TACITVS, *alii* P F AVG. *alius*, PIVS FELIX.

AETERNITAS AVG. (1) Victoria coronans Imperatorem. *MB.*

IMP CL TACITVS AVG.

C. A. Spei typus. *MB.*

Eadem epigraphe.

LAETITIA FVND XXI B. (2) Lætitiæ typus. *MB.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti laureatum, ad pectus cum paludamento.

PAX PVBLICA. (3) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Regius.*

IMP C M CL TACITVS, *alii* P F AVG. *alius*, PIVS FELIX.

PAX PVBLICA. Pacis typus, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.

PROVIDEN DEOR K A r. (4) Duæ figuræ, altera ſtolata ſtans inter duo ſigna militaria, altera radiata cum globo. *MB.*

Eadem epigraphe.

PROVIDEN DEOR K A r. (5) Miles porrigens Imperatori globum. *MB.*

Eadem epigraphe.

PROVIDEN DEOR K A r. Duæ figuræ ſtantes, altera dextrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe.

PROVIDEN DEOR K A r. Figura equeſtris præcedente Victoriâ. *MB.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Tacitus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum, in quo lupa cum gemellis.

PROVIDENTIA DEORVM. (6) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet baculum inclinatum, ſiniſtrâ cornucopiæ; pro pedibus à dextris globus. *Regius.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

ROMAE AETERNAE. Figura muliebris galeata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ haſtæ ferratæ inverſæ innixa. *Regius. M. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Tacitus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum, in quo Lupa cum gemellis.

ROMAE AETERNAE. (7) Typus ut ſuprà. *Fontaine.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

ROMAE AETERNAE. Figura muliebris galeata inſidens clypeo à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ haſtæ ferratæ innixa: in imâ parte SC. *Regius.*

IMP C M CL TACITVS P AVG. Capite laureato.

ROMAE AETERNAE. Roma ſedens, dextrâ Victoriolam cum laureâ, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti laurea-

(1) Licet omnes Taciti Auguſti nummi ex auro rari ſint; cum hac tamen epigraphe, & hoc typo ejus nummi rariſſimi ſunt; neque verum eſt, quod nonnulli ſcripſerunt, hujus nummos argenteos aureis rariores eſſe, ut videre eſt ex ejus nummis quos infrà exhibemus. Cæterum Æternitatis titulo à Romanis Imperatores donatos pluribus ſuprà diximus.

(2) Vide quæ ad nummum æreum III. cum eadem epigraphe infrà monemus.

(3) Hæc epigraphe ante Tacitum in Balbino & Pupieno tantùm occurrit; ſed in illorum nummis Pacis typus ſedentis, hîc verò ſtantis exhibetur. Hujuſcemodi autem Balbini & Pupieni nummos, interfecto Maximino, cuſos fuiſſe aiunt nonnulli. Verùm hos Taciti nummos pacem publicam prædicantes referendos eſſe ad concordiam Senatûs & exercituum, quâ ſanè nihil unquam mirabilius in Romano Imperio accidit; cum in eligendo Imperatore uterque ordo per ſex omninò menſes non ambitu aut pravis artibus, ſed modeſtia certaſſet.

(4) Vide quæ ad ſimilem nummum æreum III. ejuſdem Auguſti infrà adnotamus. Nummus hic Taciti cum rarioribus adnumerandus.

(5) Providentiâ Deorum Tacitum ad Imperium evectum indicat hic nummus, cujus typus peculiaris, ut & duorum ſequentium. Nummi hi inter rariores recenſendi.

(6) Mulier ſtans dextra baculum inclinatum tenet, quo globum humi poſitum monſtrat, ſiniſtra cornucopiæ; deſignans Deorum providentia mundum gubernari, non autem vi aut neceſſitate ulla Orbem compelli; nec enim baculo globum ſubjectum attingit, ſed è longinquo tantum indicat. Nummus hic ex auro cum rarioribus adnumerandus, cujus pretium etiam augent capitis typus, & clypeus, in quo lupa cum gemellis repræſentatur, Romanæ urbis inſigne, quod maximè Tacito conveniebat ob Rempublicam reſtitutam, ut ſuo loco dicturi ſumus.

(7) Nummus hic Taciti ob capitis typum, & clypeum, in quo Lupa cum gemellis inſculpta cernitur, inter rariores recenſendus. A Tacito reſtituto Reipublicæ ſtatu Romam æternam futuram faciè ſperabant Romani.

tum, ad pectus cum paludamento.

SECVRIT PVBLIC. (1) Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixo, dextrâ tenet haſtam. *Regius.*

IMP C M CL TACITVS, *alii* P F AVG. *alius* PIVS FELIX.

TEMPORVM FELICITAS AA. Figura ſtolata, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

IMP CL TACITVS AVG.

TEMPORVM FELICITAS A A. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C M CL TACITVS, *alii* P F AVG. *alius* PIVS FELIX.

VBERTAS AVG. (2) Figura ſtolata ſtans, dextrâ crumenam, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

(1) Nummi cum hac epigraphe in Tacito rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum. Nummus hic ſecuritatem publicam, quæ Tacito imperante erat, indicat; ſecuritatem verò perpetuam nummi ejus ærei III. à nobis infrà exhibiti prædicant. Securitatis autem publicæ teſtes ſunt plures diverſorum epiſtolæ, quas refert Vopiſcus ad calcem Floriani Auguſti vitæ; teſtis & Vopiſcus ipſe in Taciti Vitâ, dum ſcribit lætatum Tacitum libertate Senatus, cum ei negatus eſſet Conſulatus, quem fratri petierat: *In eadem*, inquit, *oratione fratri ſuo Floriano Conſulatum petiit, & non impetravit, idcirco quod jam Senatus omnia nundina ſuffectorum Conſulum clauſerat. Dicitur autem multum lætatus Senatus libertate, quod ei negatus eſt Conſulatus quem fratri petierat. Fertur denique dixiſſe, Scit Senatus quem Principem fecerit.*

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem æreum III. ejuſdem Auguſti infrà adnotamus.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

AEQVITAS AVG. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ geſtat bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Fouc.*

Alius eum XXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

IMP CAE M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXI. *RE.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

CLEMENTIA TEMP. (2) Tacitus paludatus ac laureatus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: figura militaris ſtans ex adverſo, eundem globum tenet dextrâ, haſtæ ferratæ adnixa ſiniſtrâ: in imâ parte Γ. *Fouc.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti radiatum, ad humeros, dextrorſum.

CONSERVAT MILIT. (3) Duæ figuræ militares ſtantes ex adverſo, dextris una globum ſuſtinent, ſiniſtris ſpicula tenent: inter utramque figuram A. in imâ parte KA. *MDM.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS SAECVLI. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, pateram tenet dextrâ, caduceo verò oblongo adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte V. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM. Figura muliebris dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte XXIS. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

MARTI PACIF. (5) Figura militaris galeata gradiens à ſiniſtris dextrorſum, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, clypeum verò cum ſpiculo tranſverſo geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte S. *Fouc. Farneſianus.*

(1) Nummi hujuſcemodi ex argento Taciti deſiderantur in Mediobarbo. Æquitatis amantem hunc Auguſtum fuiſſe teſtatur Vopiſcus in ejus Vitâ: *In eadem*, inquit, *oratione cavit, ut ſi quis argento publicè privatimque æs miſcuiſſet, ſi quis auro argentum, ſi quis æri plumbum, capitale eſſet cum bonorum proſcriptione. In eadem oratione cavit, ut ſervi in dominorum capita non interrogarentur, ne in cauſa majeſtatis quidem.* Cæterum nummi omnes hujus Auguſti ex argento rari ſunt, ſed non, ut nonnulli putant, aureis rariores. Tres tantùm argentei extant apud Mediobarbum, cæteri deſiderantur.

(2) Hæc epigraphe, & hic typus tùm primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Quibus verò virtutibus ornatus fuerit Tacitus Auguſtus, videre licet apud Vopiſcum in ipſius Vitâ.

(3) Hæc epigraphe & hic typus in Tacito tantùm occurrunt. Nummum hunc confirmat, & explicat alter ejus nummus infrà exhibitus cum epigraphe, MARTI PACIF. necnon ſuperior inſcriptus CLEMENTIA TEMPORUM. qui omnes pacificum Taciti ingenium prædicant, quòd vires militum non ad bella ferenda, ſed ad pacem parandam contulerit; hinc ille *Conſervator militum* dici meruit. Sic putant nonnulli; atqui Tacitus Conſervator militum dici etiam potuit ob pecuniam propriam in ſtipendium militum verſam, de qua ſe ſic Vopiſcus in ejus Vita: *Pecuniam quam domi collegerat, in ſtipendium militum vertit.*

(4) Vide quæ ad nummum ſimilem æreum III. ejuſdem Auguſti infrà monemus.

(5) Nonnulla ad nummum ſimilem Æ. III. infrà monemus.

IMP

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AETERNA. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtella; in imâ parte III. *Fouc.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum lorica.

PAX AVGVSTI. Figura muliebris ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenet: in imâ parte P. *Fontaine.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti laureatum, ad pectus cum paludamento.

P M TR POT COS DES II. (2) Figura ſtans, dextrâ elatâ cum ſpicis, ſiniſtrâ cornucopiæ; ad pedes panarium cum frugibus. *MB.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVID AVG. (3) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam; in imâ parte O. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVID DEOR. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes globus. *Fouc. Fontaine.*

IMP C CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

PROVID DEOR. Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

RESTITVTOR ORBIS. (4) Tacitus capite nudo paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextram protendit, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. Victoria ſtolata ſtans ex adverſo, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ; in imâ parte BA. *Fouc.*

IMP C M CL TACITVS P AVG.

ROMAE AETERNAE. Roma ſedens, dextrâ Victoriolam cum laureâ, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Tacitus capite radiato, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrâ tenet aquilæ caput.

ROMAE AETERNAE. (5) Figura muliebris galeata inſidens clypeo à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innixa: in imâ parte V. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad humeros.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſerpente capite aſſurgente circunvolutam, pateram tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte XXIA. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *MMA.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVG. Figura muliebris tunicata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ad aram ſerpente capite aſſurgente circunvolutam, ſerpentem demulcet dextrâ, cum verò paſcit ſiniſtrâ: in imâ parte T. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS PVBLI. Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, ſerpentem tenet dextrâ, pateram verò ſiniſtrâ quâ eum paſcit: in imâ parte T. *Fouc.*

IMP TACITVS AVG.

Sine epigraphe, aut exeſa. Figura ſtans, ſiniſtrâ haſtam. *MB.*

(1) Nummus hic Taciti cum rarioribus adnumerandus eſt.

(2) Hunc Taciti nummum rariſſimum imò ſingularem profert Mediobarbus ex Arſchotano cimelio: qui eundem ſub finem anni 275. cuſus eſt; ſed Inſcriptiones duas Gruterus pag. 277. refert, quibus Taciti Tribunitia Poteſtas II. conſignata eſt; quas, ſi ſinceræ ſint, ab iis propoſitas dicendum eſt, qui Taciti Imperii initium ab Aureliani cæde repeterent. Has tibi repræſentare libuit, quas idem Gruterus in Hiſpania inter Uliſſiponem & Emeritam repertas prodit:

1.	2.
IMP	IMP
CAESARI	CAESARI
M	CLAVDI
CLAVDIO	O. TACITO
TACITO	PIO. F. IN
PIO. F. IN	VICTO
VICTO	AVG
AVG. PONTIF	PONT M.
M. TRIB	TRIB. PO
POTESTA	TESTA
TIS. II. COS	TIS. II
PP.	COS. PRO
	....

(3) Vide quæ ad nummum ſimilem æreum III. ejuſdem Auguſti infrà monemus.

(4) Vide quæ ad nummum ſimilem æreum III. ejuſdem Auguſti infrà adnotamus.

(5) Vide quæ ad nummum aureum ejuſdem Auguſti, & cum eadem epigraphe ſuprà monuimus.

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

SPES PVBLICA. Figura muliebris tunicata ac ſuccincta, cum pallio in brachium dextrum rejecto ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ: in imâ parte CA. *Fouc. Le Roy.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

SPES PVBLICA. (1) Tacitus paludatus vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ protenſâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ: Victoria tunicata ſtans ex adverſo, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Frad.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum V. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

TEMPORVM FELICITAS. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte XXIC. *Fouc.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

TEMPORVM FELICITAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. & alterum à ſiniſtris; abſque literis in imâ parte. *Regius. Fauvel. SG.*

Alius cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ abſque A. eodem typo utrâque ex parte. *Frad. SG.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Victoria ſtolata vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte XXIA. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Tacitus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

VICTORIA AVG. (2) Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VICTORIA GOTTHI. (3) Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Fouc.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA GOTTHI. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Farneſianus.*

IMP C CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. (4) Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

(1) Habes infrà ſimiles nummos æreos III. ejuſdem Auguſti, ubi vide quæ adnotamus.

(2) Nummus hic Taciti ob capitis typum cum rarioribus adnumerandus eſt.

(3) Duas fortiſſimas nationes hoſtes Tacito fortuna ſimul objecit; Germanos nimirum, quos interregni tempore Galliarum limitem rupiſſe Vopiſcus teſtatur ex Oratione Velii Cornificii Gordiani Conſulis in Senatu habita: *Nam limitem*, inquit, *trans Rhenum Germani rupiſſe dicuntur, occupaſſe urbes validas, nobiles, divites, & potentes.* Et Scythas Mæotidis paludis accolas, qui velut ab Aureliano ad bellum Perſicum acciti per Pontum in Aſiam trajecerant, illiuſque tractus Provincias ad Ciliciam uſque depopulabantur. Sed Germanicum bellum integrum Probo ſucceſſori Tacitus reliquit; Mæotidas verò per ſe profligatos Floriano fratri, tùm Præfecto Prætorio, debellandos tradidit, ut ſcribit Zoſimus: *Τακίτου δὲ τῆς Ῥωμαίων ἀναδεξαμένου βασιλείας, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, Σκύθαι διὰ τῆς Μαιώτιδος λίμνης περαιωθέντες, διὰ τοῦ Πόντου τὰ μέχρι Κιλικίας ἐπέδραμον. οἷς ἐπεξελθὼν Τάκιτος, τοὺς μὲν αὐτὸς καταπολεμήσας ἐξεῖλε, τοὺς δὲ Φλωριανῷ προσβεβλημένῳ τῆς αὐλῆς ὑπάρχῳ παραδοὺς, ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐξώρμησεν. Tacito autem Romanum Imperium conſequuto, Scythæ tranjecta palude Mæotide, per Pontum in Ciliciam uſque incurſionibus omnia vexarunt: quos adgreſſus Tacitus partim debellatos ad internecionem delevit, partim Floriano Præfecto Prætorio debellandos tradidit, & in Europam ipſe contendit.* De eadem autem Scytharum paludis Mæotidis accolarum incurſione loquitur, ſed paulo aliter, & Vopiſcus in ejus Vitâ. Hinc apparet victoriam quam nummi Gotthicam appellant, Scythicam ab Hiſtoricis nuncupari; nec mirum. paſſim enim hæ duæ Barbaræ nationes inter ſe ab Hiſtoricis confundi ſolent, ut optimè norunt eruditi. Nummi hi Taciti cum rarioribus adnumerandi.

(4) Vide quæ ad ſimilem nummum æreum III. ejuſdem Auguſti infrà adnotamus. Nummus hic inter rariores recenſendus.

NUMISMATA LATINA
maximi moduli, vulgò Medaglioni.

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti laureatum, ad pectus cum paludamento.

ADLOCVTIO AVG. (1) Imperator paludatus ſtans in ſuggeſtu cum Præfecto Prætorii, adloquitur cohortes. *Fouc.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

ADLOCVTIO AVG. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Tacitus capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ ſuſtinet Victoriæ ſignum.

ADLOCVTIO TACITI AVG. (2) Imperator paludatus ſtans in ſuggeſtu cum Præfecto Prætorii, adloquitur cohortes. *RE.*

IMP CAES M CL TACITVS PIVS FELIX AVG. Tacitus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus ſummitate aquila.

ADVENTVS AVG. (3) Imperator eques paludatus, præeunte Victoriâ, & ſubſequentibus milite cum ſigno militari, & duobus aliis cum haſtis. *RE.*

IMP C M CL TACITVS PIVS FEL AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti laureatum, ad humeros.

MONETA AVGVSTI. Tres Monetæ cum attributis. *Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVT REIPVBLICAE. (4) Imperator paludatus ſtans, ſublevat mulierem in genua procumbentem capite turrito. *Vaillant.*

IMP C M TACITVS AVG. Tacitus pectore tenus cum capite laureato, dextrâ ſcipionem eburneum tenet.

TEMPORVM FELICITAS. (5) Roma galeata ſedens, dextrâ globum Imperatori togato ſtanti porrigit, quem Victoria coronat: ei Felicitas adſtat, ſiniſtrâ caduceum gerens. *Vaillant.*

(1) Nummi Taciti cum hac epigraphe, & hoc typo deſiderantur in Mediobarbo.

(2) Hujus Auguſti nummi ex ære primi moduli nulli reperiuntur; perpauci verò ex ære maximi moduli, qui licet omnes rari omninò ſunt, hic tamen rariſſimus imò ſingularis eſt, nec extat apud Mediobarbum, nec apud Vaillantium. Hunc autem nummum, & duo ſuperiores Flavius Vopiſcus illuſtrare videtur: *Inde*, inquit, *ad exercitus profectus: ibi quoque quum primum tribunal aſcendiſſet, Mæſius Gallicanus Præfectus Prætorio in hæc verba diſſeruit: Dedit, ſanctiſſimi commilitones, Senatus Principem quem petiiſtis: paruit præceptis & voluntati Caſtrenſium ordo ille nobiliſſimus. Plura mihi apud vos præſente Imperatore non licet loqui. Ipſum igitur qui tueri nos debet, loquentem dignanter audite. Poſt hoc Tacitus Auguſtus dixit, & Trajanus ad Imperium ſenex venit, ſed ille ab uno deductus eſt: ut me, ſanctiſſimi commilitones, primum vos qui ſcitis Principes approbare, deinde ampliſſimus Senatus dignum hoc nomine judicavit: curabo, enitar, efficiam ne vobis deſint, ſi non fortia facta, ut ſaltem vobis atque Imperatore digna conſilia.* In hujus autem rei monimentum hujuſcemodi Taciti nummos cuſos eſſe putamus.

(3) Adventum Taciti ad exercitum, cum primùm illum inviſit, exprimere hunc nummum putat Mediobarbus Comes. Atqui referri etiam poteſt hic nummus ad ejus adventum ex Aſia in Europam poſt Scythas profligatos; de qua victoria pluribus ex Zoſimo ſuprà locuti ſumus ad nummum ejus argenteum cum epigraphe, VICTORIA GOTTHI. quod quidem ſuadere videtur Victoria, quæ eum præit. De ejus reditu in Europam loquitur idem Zoſimus.

(4) Hæc epigraphe & hic typus tum primùm in nummis Imperatorum occurrunt. Nummus hic rariſſimus mirè ex Vopiſco illuſtratur, & eum viciſſim illuſtrat: *Nec tacendum eſt*, inquit, *& frequenter intimandum, tantum Senatus lætitiam fuiſſe, quod eligendi Principis cura ad ordinem ampliſſimum reverciſſet, ut & ſupplicationes decernerentur, & hecatombe promitteretur à ſingulis: denique Senatores, ad ſuos ſcriberent, nec ad ſuos tantum, ſed etiam ad externos: mitterentur præterea literæ ad Provincias, ut ſcirent omnes ſocii omneſque nationes in antiquum ſtatum rediiſſe Rempublicam, ac Senatum Principes legere, imò ipſum Senatum Principem factum: leges à Senatu petendas, Reges barbaros Senatui ſupplicaturos, pacem ac belli Senatu autore tractanda.* Nonnullas hujuſcemodi epiſtolas refert laudatus ſcriptor ad calcem Floriani Vitæ, ex quibus unam duntaxat hîc exſcribere libet: *Senatus ampliſſimus Curiæ Carthaginenſi S. D. Quod bonum, fauſtum, felix ſalutareque ſit Reipublicæ, orbique Romano, dandi jus Imperii, appellandi Principis, nuncupandi Auguſti, ad nos revertit. Ad nos igitur referte quæ magna ſunt. Omnis provocatio Præfecti urbis erit, quæ tamen à Proconſulibus, & ab ordinariis Judicibus emerſerit: in quo quidem etiam veſtram in antiquum ſtatum rediſſe credimus dignitatem; ſiquidem primus hic ordo eſt qui recipiendo vim ſuam, jus ſuum cæteris ſervat.* Deinde ſic claudit Vopiſcus: *Longum eſt*, inquiens, *omnes epiſtolas connectere, quas reperi, quas legi. Tantùm illud dico, Senatores omnes ea eſſe lætitia elatos, ut domibus ſuis omnes albas hoſtias cæderent, imagines frequenter aperirent, albati ſederent, convivia ſumptuoſiora præbenirent, antiquitatem ſibi redditam crederent.*

(5) Typus hic non extat apud Mediobarbum. Cuſus videtur poſt victoriam Gotthicam, ſeu, ut ſcriptoribus placet, poſt Scythicam victoriam, de quâ Zoſimus & Vopiſcus.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGVSTI. (1) Hercules nudus ſtans dextram imponit trophæo, ſiniſtrâ clavam & ſpolia leonis præfert. *Vaillant.*

(1) Nummus etiam hic Taciti poſt Scythas profligatos cuſus videtur, & deſideratur in Mediobarbo. Herculi Tacitus comparatur, licet in oratione ad exercitus habita non fortia facta, ſed digna Imperatore conſilia promiſerat: *Curabo*, inquit, *enitar, efficiam ne vobis deſint, ſi non fortia facta, at ſaltem vobis atque Imperatore digna conſilia.*

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti laureatum, ad pectus cum loricâ.

MARS VLTOR. (1) Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum. *Frad.*

IMP.C M CL TACITVS P F AVG. Tacitus capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ ægidem.

VOTIS X ET XX. (2) Victoria inſidens ſpoliis à dextris ſiniſtrorſum, tenet clypeum in quo VOTIS XX. ante eam ſtat Imperator paludatus, dextrâ clypeo innixus, ſiniſtrâ haſtæ; pone eum miles galeatus, ſiniſtrâ ſcuto innixus, dextrâ coronam Imperatori imponit. *Regius.*

(1) Nummus hic Taciti rariſſimus imò ſingularis deſideratur in Mediobarbo; & notandum hujus Auguſti nummos omnes ex ære II. rariſſimos eſſe. De Marte autem Ultore pluribus locuti ſumus ſuprà ad nummum argenteum Claudii Gothici cum eadem epigraphe, ſed typo diverſo. Mars Ultor à Romanis dici meruit Tacitus non ſolum, quod Scythas, ut ſcriptores narrant, ſeu Gothos, ut nummi teſtantur, Romanis Provincias infeſtantes oppreſſit; ſed etiam quod Aureliani Imperatoris cædem ultus eſt, ut ſcribit Vopiſcus: *Et prima quidem*, inquit, *cura Imperatoris facti hæc fuit, ut omnes qui Aurelianum occiderant, interimeret, bonos maloſve, quum jam ille vindicatus eſſet.*

(2) Typus hujus nummi omninò novus, & deſideratur in Mediobarbo: hujus autem pretium auget & capitis typus. Vota autem & Decennalia & Vicennalia ſuſcepta poſt Scythicam, ſeu Gothicam victoriam teſtatur typus ſingularis hujus rariſſimi nummi.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. II.

AK KA TAKITOC CEB. *Imperator Cæſar Claudius Tacitus Auguſtus.* Caput Taciti laureatum, ad pectus cum paludamento.

ETOTC A. *An.* I. Mulier dextrorſum gradiens, dextrâ florem tenet, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Frad. Fontaine.*

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

AEQVITAS AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Regius. Val.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum P. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum P. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte XXI. *Fouc. Hen. RE. Frad.*

IMP C M CL TACITVS P AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte XXI. *Frad.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte XXI. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte XXIT. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum XXIT. in imâ parte. *Fouc. Cham. Le Roy.*

Alius cum XXIP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

(1) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

IMP C M CL TACITVS P AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

. ANNONA AVGVSTI. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſpicas ſuprà modium tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ : in imâ parte T. *Fontaine.*

IMP C M CLA TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

ANNONA AVGVSTI. Typus ut ſuprà, cum T. in imâ parte. *Fouc. Regius. Bau.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

ANNONA AVGVSTI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ T. in imâ parte XXI. *B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. (2) Imperator paludatus ac laureatus, vultu dextrorſum converſo ſtans à ſiniſtris, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : Figura militaris ſtans à dextris ex adverſo, dextram extendit, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte P. *Regius.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum V. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram B. in imâ parte XXI. *Le Roy. B.*

Alius cum Γ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

Alius cum S. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum Z. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad humeros.

CLEMENTIA TEMP. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtæ puræ adnititur dextrâ, cippo verò brachio ſiniſtro innititur : in imâ parte XXI. *Fouc. Regius. Frad. Fontaine. RDR.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

CLEMENTIA TEMP. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, palmæ ramum elatum tenet dextrâ, clypeum verò humi poſitum cum haſtâ tenet ſiniſtrâ : in imâ parte Z. *Frad.*

Alius cum XXIZ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ ſtella ; in imâ parte KA. *Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORD MILIT. (4) Figura virilis togata à dextris, & figura muliebris ſtolata à ſiniſtris, ſtantes ex adverſo, dextras jungunt : in imâ parte S. *Fouc.*

Alius cum XXIP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Fontaine.*

Alius cum XXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C M CL TACITVS P AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXIT. *Frad.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

• CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà : in imâ parte Q. *RDR.*

Alius cum Q. inter utramque figuram, & XXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram Q. in imâ parte XXIVI. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONSERVAT MILIT. (5) Imperator laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo, ſtans à ſiniſtris, dextram extendit, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ : ſtat ex adverſo figura militaris galeata, globum ſuſtinens dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnixa ſiniſtrâ : in imâ parte P. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERVAT MILIT. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram A. in imâ parte KA. *Fouc.*

Alius cum B. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C M CL TACITVS P AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

CONSERVAT MILIT. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram A. in imâ parte KA. *Fouc.*

(1) Nummi hi in Tacito rari, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi. Indicant hujus Auguſti diligentiam in Annona populo Romano procuranda.

(2) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti diximus ſuprà.

(3) Nummi Taciti cum hoc typo non extant apud Mediobarbum. Hæc autem epigraphe, & hic typus, necnon ſequens in hoc Auguſto primùm occurrunt, ut ad nummum ejus argenteum cum eadem epigraphe paulò ſuperiùs monuimus.

(4) Concordiam Senatus & militum exhibere videtur hujus nummi typus, cum in eligendo Imperatore uterque ordo per ſex omninò menſes non ambitu aut pravis artibus, ſed modeſtia certaſſet, ut pluribus narrat Vopiſcus in Taciti Vita.

(5) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti diximus ſuprà.

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

CONSERVAT MILIT. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram A. in imâ parte XA. *Fouc.*

Alius cum B. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

CONSERVATOR MILITVM. (1) Typus ut ſuprà, abſque literis inter utramque figuram: in imâ parte P. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS AVG. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ caduceo oblongo innixa, cornucopiæ tenet ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS AVG. Figura muliebris ut ſuprà, ad aram ſuprà quam ignis accenſus, pateram tenet dextrâ, caduceo verò oblongo adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte S. *Fouc. Fauvel.*

IMP. CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

FELICITAS SAECVLI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *Cham.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

FELICITAS SAECVLI. Typus ut ſuprà. *Regius.*

Alius cum C. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum C. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum Q. in imâ parte, abſque literis & ſtellâ in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

IMP C M CLA TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

FELICITAS SAECVLI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ V. *Frad.*

Alius cum P. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum V. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy. Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS SAECVLI. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIV. *Fontaine.*

IMP C CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS SAECVLI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. à ſiniſtris ſtella. *Fouc.*

Alius abſque ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

FELICIT TEMP. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte V. *Fouc. Regius. Val. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICIT TEMP. Typus ut ſuprà, cum V. in imâ parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

FELICIT TEMP. Typus ut ſuprà, cum V. in imâ parte. *Le Roy.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ. *Fouc.*

Alius cum BA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

Alius cum PA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Alius cum XXIꞅ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIЄ. *Regius.*

Alius cum XXIꞅ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val. Hen.*

IMP C M CL TACITVS C. Caput Taciti radiatum, ad humeros.

IOVI STATORI. (4) Jupiter nudus

(1) Licet omnes hujuſcemodi nummi haud obvii ſint, hic tamen cum integra epigraphe inter rariores recenſendus eſt.

(2) Nummi Taciti cum hac epigraphe, & hoc typo, necnon cum ſequenti inter rariores recenſendi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

(3) Felicitatem ſæculi, felicitatem temporum Tacito imperante fuiſſe; illam teſtantur ſuperiores nummi, hanc verò hic & ſequentes. Teſtis utriuſque & Senatus lætitia, quâ, electo Tacito, in antiquum ſtatum rediiſſe Rempublicam, memoratur gloriatus. Sed brevis illa felicitas fuit. Sexto imperii menſe, ſive inſidiis militum, ſive morbo Tacitus extinctus eſt. Nummi hi haud obvii.

(4) Nummus hic in Tacito rariſſimus eſt, imò ſingularis, nec extat apud Mediobarbum. Cuſos putant nonnulli hujuſcemodi nummos ad ſiſtendam Germanorum incurſionem, qui rupto trans Rhenum limite interregni tempore, urbes validas, ac nobiles occupaverant, ut conſtat ex Oratione Velii Cornificii Gordiani Conſulis ad Senatum habita, quam refert Vopiſcus in Taciti Vitâ. Sed Germanicum bellum inte-

ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ haſtæ innixus, ſiniſtrâ tenet fulmen : à ſiniſtris in areâ Z. in imâ parte XXI. *Fontaine.*

IM TACITVS. Caput Taciti ut ſuprà.

III. Figura virilis nuda, haſtam dextrâ tenens : à dextris crucicula. *Hard.*

IMP C M CLA TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

LAETITIA AVG. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans, corollam tenet dextrâ, navis verò gubernaculo, in cujus imo globus, adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte VI. *Fouc. Regius. Fauvel. RDR.*

IMP C M CLA TACITVS P AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

LAETITIA AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXIVI. *Frad.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

LAETITIA FVND. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, anchoræ verò adnititur ſiniſtrâ : à ſiniſtris in areâ B. infrà ſub pedibus XXI. *Fouc. Cham.*

Alius cum XXIB. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Val.*

Alius cum XXIR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Ban. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

LAETITIA FVND. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXIB. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad humeros.

LAETITIA FVND. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fontaine.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

MARS VICTOR. (3) Mars galeatus ac nudus, cum pallio ex humeris utrinque volitante, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, tropæum humero ſiniſtro : à dextris in areâ B. à ſiniſtris A. *Le Roy.*

Alius cum B. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

Alius cum C. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Hen.*

Alius cum C. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. B.*

IMP CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

MARS VICTOR. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ ſtella : in imâ parte III. *Fontaine.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

MARTI PACIF. (4) Figura militaris galeata, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, oleæ ramum tenet dextrâ, clypeum verò cum ſpiculo geſtat ſiniſtrâ : in imâ parte S. *Fouc.*

Alius cum V. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. B.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

MARTI PACIF. Typus ut ſuprà : in imâ parte S. *Regius.*

Alius cum V. à dextris in areâ, abſque

grum Probo ſucceſſori Tacitus reliquit ; unde nonnulli, & fortaſſis probabilius, exiſtimant, hoſce nummos cuſos fuiſſe ad ſiſtendam Scytharum impreſſionem, qui tranſjecta palude Mæotide per Pontum in Ciliciam uſque incurſionibus omnia vexarunt, quos adgreſſus Tacitus, teſte Zoſimo, partim debellatos ad internecionem delevit, partim Floriano Præfecto Prætorio debellandos tradidit. Cæterum de Jove Statore pluribus alibi.

(1) Cum hac ipſa epigraphe, & hoc typo habentur nummi Criſpinæ & Philippi. Lætitia autem in ſequentibus nummis ſiniſtra anchoram tenet, ad denotandum lætitiam ſtabilem ac fundatam eſſe ; hîc verò gubernaculum navis, ſive clavum ; quòd, ut aiunt nonnulli, gubernatores navium curſum per medios etiam Oceani fluctus firmiter dirigant ad locum quò tendunt. Nummi Taciti cum hoc typo rari.

(2) Lætitia ſiniſtra anchoram tenet, ad denotandum lætitiam illam ſtabilem eſſe, & fundatam : anchora enim ſtabilitatis, & firmitudinis ſymbolum eſſe ſolet. Hujuſcemodi autem nummi ex Vopiſco illuſtrantur : *Nec tacendum eſt*, inquit, *& frequenter imitandum, tantam Senatus lætitiam fuiſſe, quòd eligendi Principis cura ad ordinem ampliſſimum reverti ſſet, ut & ſupplicationes decernerentur, & hecatombe promitteretur à ſingulis : denique Senatores ad ſuos ſcriberent, nec ad ſuos tantùm, ſed etiam ad externos : mitterentur præterea literæ ad Provincias, ut ſcirent omnes ſocii omneſque nationes in antiquum ſtatum rediiſſe Rempublicam, ac Senatum Principes legere, imò ipſum Senatum Principem factum : leges à Senatu petendas, Reges barbaros Senatui ſupplicaturos : pacem ac bella Senatu autore tractanda.* Hanc autem ob cauſam cuſos hujuſcemodi nummos putamus ; ſed hanc lætitiam neque ſtabilem neque fundatam fuiſſe exitus comprobavit ; ſexto enim imperii menſe, ſive inſidiis militum, ſive morbo Tacitus extinguitur ; Imperium verò non Senatus authoritate, ſed ſuo motu atripuit Florianus Taciti frater. Nummi hi haud obvii.

(3) Nummos hujuſcemodi cuſos putamus poſt victoriam à Tacito de Scythis relatam, de qua loquitur Zoſimus, & nos infrà loquemur ad nummum cum epigraphe, VICTORIA GOTTHI. Nummi hi haud obvii.

(4) Nummus hic & ſequentes, necnon alter ſuprà exhibitus cum epigraphe CONSERVAT MILIT. & quæ ibi diximus, ſatis declarant pacificum Taciti ingenium, quòd vires militum non ad bella ferenda, ſed ad pacem parandam contulerit. Nummi hi rari.

literis in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

PAX AETERNA. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. à ſiniſtris ſtella. *RDR.*

Alius cum B. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

PAX AETERNA. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ B. à ſiniſtris ſtella. *Cham.*

Alius cum C. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. B. RDR.*

IMP C M CLA TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVG. Figura muliebris ut ſuprà, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte Q. *Fouc. Fauvel.*

IMP.C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Fouc. Val.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Q. in imâ parte XXI. *Fouc. SG.*

IMP C M CL TACITVS P AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ & in imâ parte. *Fontaine.*

IMP C CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

PAX PVBLICA. (2) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ, & in imâ parte. *Fouc. Bau. B.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

PAX PVBLICA. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Val. RDR.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

PROVIDE AVG. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte Q. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDE AVG. Typus ut ſuprà, cum Q. in imâ parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum VI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ut ſuprà, baculum inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: pro pedibus à dextris globus. *Brandeburg.*

Alius cum XXIA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum XXIA. & ſtellâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum XXIA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENTIA AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIR. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRODENTI (ſic) AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIA. *Le Roy.*

IMP C CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVID DEOR. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Fouc. Le Roy. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

PROVID DEOR. Typus ut ſuprà. *Fouc. Regius. Val.*

(1) Nummi Taciti cum hac epigraphe, & hoc typo inter rariores recenſendi.

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem aureum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus. Nummi hi haud obvii.

(3) Vopiſcus in Taciti Vitâ hujuſcemodi nummos illuſtrat, qui ejus orationes ad exercitum & ad Senatum habitas, necnon ea quæ in eadem oratione decrevit, refert. Ejus verba ad Senatum libet hîc exſcribere: *Ita mihi liceat P. C. ſic imperium regere ut à vobis me conſtet electum, ut ego cuncta ex veſtra facere ſententia & poteſtate decrevi, Veſtrum eſt igitur ea jubere atque ſancire quæ digna vobis, digna modeſto exercitu, digna populo Romano eſſe videantur.* Et paulò poſt: *in eadem oratione cavit, ut ſi quis argento publicè privatimque æs miſcuiſſet, ſi quis auro argentum, ſi quis æri plumbum, capitale eſſet cum bonorum proſcriptione. In eadem oratione cavit ut ſervi in dominorum capita non interrogarentur, ne in cauſa majeſtatis quidem*, &c. Cæterum talem ac tantum Imperatorem Deorum providentiâ factum, cum in eo eligendo per ſex omninò menſes uterque ordo, nempe Senatus atque exercitus non ambitu aut pravis artibus, ſed modeſtiâ certaſſet, declarant ſubſequentes nummi inſcripti, PROVIDENTIA DEORUM.

IMP

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

PROVIDEN DEOR. (1) Figura muliebris ſtans à dextris, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: ex adverſo ſtat Sol dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum ſuſtinens: inter utramque figuram ſtella; in imâ parte KAΔ. *Regius. Frad.*

IMP C M CLA TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

PROVIDENTIA DEORVM. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; pro pedibus à dextris globus: in imâ parte S. *Frad. Brandenburg.*

IMP C M CL TACITVS P AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

PROVIDENTIA DEORVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte S. *Le Roy. Frad.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

RESTITVTOR ORBIS. (3) Imperator paludatus ac laureatus, vultu dextrorſum converſo, ſtans à ſiniſtris, dextrâ protenſâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ: Victoria ſtolata ſtans à dextris ex adverſo, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Brandenburg.*

Alius cum BA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum RA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Foue.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

RISTITVTOR ORBIS. Typus ut ſuprà: in imâ parte BA. *RDR.*

IMP C M CL TACITVS P AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

ROMAE AETERNAE. (4) Figura muliebris galeata ac ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat Victoriolam, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte XXVI. *Hen.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtolata, ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſerpentem tenet dextrâ, pateram verò ſiniſtrâ quâ eum paſcit: à dextris in areâ C. à ſiniſtris ſtella. *Foue. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad humeros cum paludamento.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo, ſtans ad aram ſerpente circunvolutam, pateram tenet dextrâ, navis gubernaculum ſiniſtrâ. *Foue.*

IMP C M L TACITVS AVG. (ſic) Caput Taciti ut ſuprà.

SALVS AVG. Typus ut ſuprà, niſi quòd figura haſtæ adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte XXIΔ. *Frad. Fontaine.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

SALVS AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Regius. Foue. RE. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVG. Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, ante quam ara ſerpente circunvoluta, quem paſcit ex paterâ quam tenet ſiniſtrâ: in imâ parte T. *Regius. Val. Frad. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS PVBLI. Figura muliebris ſtolata, ſiniſtrorſum converſa ſtans, ſerpentem tenet dextrâ, pateram verò ſiniſtrâ quâ eum paſcit: in imâ parte T. *Foue. Fauvel. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

SALVS PVBLI. Typus ut ſuprà, cum T. in imâ parte. *Regius.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

SALVS PVBLICA. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. *Cham. Le Roy.*

Alius cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum C. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum Є. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

(1) Cum eadem epigraphe, & eodem typo habentur plures Aureliani nummi; de quibus ſuo loco locuti ſumus. Nummi cum hoc typo in Tacito inter rariores recenſendi. Cæterum ſcribit Vopiſcus, Tacitum Aureliano inter alias ſtatuas, ſtatuam argenteam in templo Solis ponendam decreviſſe.

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem aureum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

(3) Ut olim Caracalla dictus fuit Reſtitutor Orbis, ſic poſtea Valerianus, Gallienus, Aurelianus & Tacitus, quin & Probus eodem titulo donati fuere in nummis; & licet Tacitus orbem omni ex parte non reſtituerit, reſtituit tamen ea ex parte, qua maximè periclitabatur; Scythæ enim, teſte Zoſimo, tranſjecta palude Mœotide, per Pontum in Ciliciam uſque incurſionibus omnia vexarunt, quos adgreſſus Tacitus, partim debellatos ad internecionem delevit, partim Floriano fratri, tum Præfecto Prætorio debellandos tradidit. Nummi hujuſcemodi Taciti inter rariores recenſendi, nec extant apud Mediobarbum.

(4) Nummus hic Taciti æreus cum rarioribus adnumerandus. In Mediobarbo typus diverſus, ut videre eſt infrà; nam mulier dextra globum tenet. Vide quæ ad nummum aureum cum eadem epigraphe diximus ſuprà.

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

SECVRIT PERP. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextram attollit ſuprà caput, cubito ſiniſtro cippo innixa. *Brandenburg.*

Alius cum M. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Val.*

Alius cum VI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

SECVRIT PERP. Typus ut ſuprà: in imâ parte VI. *Fouc. Fontaine.*

IMP C M CLA TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

SPES AVG. (1) Figura muliebris tunicata & ſuccincta, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ T. *Fouc.*

IMP C M CLA TACITVS P AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte II. *Ban.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte: à dextris in areâ B. à ſiniſtris ſtella. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte CA. *Frad.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà: in imâ parte CA. *Fouc. Regius. RE. Val. Fontaine. B.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIЄ. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPES PVBLICA. (2) Tacitus paludatus abſque chlamyde, dextrorſum converſus, dextrâ protenſâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ: Victoria tunicata ſtans ex adverſo, coronam lauream tenet dextrâ protenſâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Fouc. Ban. Frad.*

Alius cum V. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

TEMPORVM FELICITAS. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. à ſiniſtris ſtella. *Fouc. Regius. Val. Le Roy.*

Alius cum A. à dextris in areâ, & altero A. à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Le Roy.*

Alius cum Δ. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum Δ. à dextris in areâ, & A. à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Ban. Le Roy.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

TEMPORVM FELICITAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. à ſiniſtris ſtella. *Cham.*

Alius cum Δ. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

TEMPORVM FELICITAS. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Δ. à ſiniſtris A. *Font.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

TEMPORVM FELICITAS. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte AA. *Fouc. Cham.*

IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

TEMPORVM FELICITAS. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte I. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

TEMPORVM FELICITAS. Typus ut ſuprà. à dextris in areâ ſtella; in imâ parte IIII. *Fouc.*

IMP C M CL TACITVS AVG. Caput Taciti radiatum, ad humeros cum paludamento.

VBERTAS AVG. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, crumenam tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte XXIЄ. *Frad. SG. B.*

(1) Nummi Taciti cum hac epigraphe, & hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

(2) Nummi Taciti cum hoc typo inter rariores recenſendi. Spem autem optimam de ſe faciebat Tacitus cum ad Imperium electus eſſet, non ſolùm Senatui, ſed & exercitibus, & omni populo; ſic ille alloquitur milites apud Vopiſcum: *Curabo, enitar, efficiam ne vobis deſint, ſi non fortia facta, at ſaltem vobis atque Imperatore digna conſilia.* Nec fefellit ſpes; ſed brevis admodum fuit Temporum Felicitas quam prædicant ſequentes nummi; ſexto quippe Imperii menſe extinctus eſt, ut in ejus Vitâ monuimus.

(3) Nummi Taciti cum hac epigraphe rari ſunt. Illuſtrari quodammodo videntur ex Vopiſco in ejus Vita: *Pecuniam*, inquit laudatus ſcriptor, *quam domi collegerat, in ſtipendium militum vertit.*

Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum loricâ.

VBERTAS AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Regius.*
Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad humeros.

VBERTAS AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Cham.*
Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. (1) Victoria tunicata ſtans à fronte, inter duos clypeos, coronam ſolutam tenet utrâque manu: à dextris clypeus, à ſiniſtris alter: in imâ parte P. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. Victoria ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte XXIR. *Fouc. Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA GOTTHI. (2) Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Frad.*
Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum ad humeros cum loricâ.

VICTORIA GOTTHI. Typus ut ſuprà; cum P. in imâ parte. *Fouc. Hen. S Genov.*
IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput Taciti ut ſuprà, dextrorſum.

VICTORIA GOTTHI. Typus ut ſuprà; cum P. in imâ parte. *Regius. Ban.*
Eadem epigraphe. Caput Taciti radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. (3) Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc. Val.*
IMP C CL TACITVS AVG. Caput Taciti ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc. Cham.*

(1) Nummi Taciti cum hoc typo rariſſimi ſunt; cum ſequenti verò rari.

(2) Gothos cum Scythis paſſim ab Hiſtoricis confundi monuimus ſuprà ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti. Nummi Taciti cum hac epigraphe inter rariores recenſendi.

(3) Hujus Auguſti bellica virtus contra Scythas, ſeu Gothos maximè enituit. Armatus autem hîc Tacitus exhibetur, ut in nonnullis aliis nummis ſuprà exhibitis: unde non abs re hîc referenda ſunt Flavii Vopiſci verba, quæ de Tacito habet in Floriani Vita: *Imago ejus*, inquit, *poſita eſt in Quintiliorum, in unâ tabula quintuplex, in qua ſemel togatus, ſemel chlamydatus, ſemel armatus, ſemel palliatus, ſemel venatorio habitu. De qua quidam epigrammatarius ita luſit, ut diceret, Non agnoſco ſenem armatum, non chlamydatum inter cætera, ſed agnoſco togatum.* Nummi hi Taciti cum rarioribus adnumerandi ſunt.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

A K KA TAKITOC CEB. *Imperator Cæſar Claudius Tacitus Auguſtus.* Caput Taciti laureatum, ad pectus cum paludamento.

ETOTC A. *An.* I. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Laiſné.*

AT K KA TAKITOC CEB. Caput Taciti ut ſuprà.

ETOTC A. Typus ut ſuprà. *RE.*

A K KA TAKITOC CEB. Caput Taciti ut ſuprà.

ETOTC A. Aquila ad ſiniſtram verſa, coronam gerit roſtro dextrorſum converſo: *Regius.*

NUMISMATA ÆREA

incerti moduli.

IMP C M CL TACITVS PIVS FELIX AVG. Buſtum Taciti, ſiniſtrâ ſceptrum eburneum.

ADVENTVS AVG. Imperator eques laureatus, quem præcedit Victoria, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam; ſubſequuntur quatuor milites cum ſignis legionariis.
IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

ADVENTVS AVG.
Eadem epigraphe.

AEQVITAS AVG. Figura ſtolata ſtans, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ.
IMP C CL TACITVS AVG.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà.
IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

AEQVITAS AVG rXXI. Typus ut ſuprà.
IMP C M CL TACITVS P F AVG. Caput coronâ laureâ, cum haſtâ & ſcuto.

AETERNITAS AVG. Duæ figuræ ſedentes, quibus Victoria lauream imponit.

IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

CLEMENTIA TEMP. Figura ſtans, dextrâ protendens ramum, ſiniſtrâ haſtam & clypeum.

Eadem epigraphe.

CLEMENTIA TEMP. Duæ figuræ ſtantes, tenentes globum.

Eadem epigraphe.

CLEMENTIA TEMP XXI. Figura ſtans, dextrâ protendens ramum, ſiniſtrâ haſtam & clypeum.

Eadem epigraphe.

CLEMENTIA TEMPORVM. Duæ figuræ ſtantes, tenentes globum.

IMP C M CL TACITVS P P AVG COS II.

CONCORDIA MILITVM. Duæ figuræ jungentes dextras.

IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

CONSERVAT MILIT P. Figura militaris galeata ſtans, ſiniſtrâ haſtam, dextrâ globum recipit, quem Imperator radiatus & paludatus eidem dextrâ porrigit, ſiniſtrâ haſtam tenens.

IMP C CL TACITVS AVG.

CONSERVAT MILIT S. Typus ut ſuprà.

IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

FELICITAS SAECVLI P. Figura ſtans, dextrâ pateram ſuper aram, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

FELI TEMP. Figura ſtolata ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

FELICITAS TEMP II. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

FIDES MILITVM XXIS. Figura ſtolata ſtans, utrâque manu ſignum militare.

Eadem epigraphe.

LAETITIA AVG III. Figura ſtolata, dextrâ corollam, ſiniſtrâ temonem.

Eadem epigraphe.

LAETITIA FVND. Typus ut ſuprà.

IMP CL TACITVS AVG.

LAETITIA FVND XXIR. Lætitiæ typus.

Eadem epigraphe.

MARS VICTOR. Mars Gradivus, dextrâ haſtam per tranſverſum, ſiniſtro humero trophæum.

IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

MARTI PACIF S. Mars gradiens, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam & ſcutum.

Eadem epigraphe.

MARTI PACIFERO. Typus ut ſuprà.

IMP C M CL TACITVS P F AVG COS II.

PAX AVGVSTI.

IMP C M CL TACITVS AVG, *alii* P F AVG.

PAX AVGVSTI A. Figura ſtolata ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

PAX AVGVSTI Q. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

PAX AVGVSTI XXI. Typus ut ſuprà.

. . . .

PAX PVBLICA. Figura ſtans.

IMP C M CL TACITVS PIVS FELIX AVG.

PROPECTIO AVG. (1) Victoria præcedens Imperatorem equitem, ſubſequentibus militibus.

IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

PROVID AVG Q. Figura ſtans, dextrâ ſceptrum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C M C TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

PROVIDENTIA AVG. Figura ſtans, dextrâ bacillum terræ infigens, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

PROVIDENTIA AVG Q. Figura ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

IMP C M CL TACITVS P F AVG COS II.

PROVIDENTIA AVG XXIA. Figura militaris ſtans ante globum humi jacentem, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

PROVIDENTIA AVG XXIII. Typus ut ſuprà.

IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

PROVIDENTIA AVG XXXR. Figura ſtans, dextrâ ſceptrum, ſiniſtrâ cornucopiæ; ad pedes globus.

IMP C TACITVS INVICTVS AVG.

PROVIDEN DEOR KHT. Figura militaris porrigens globum Imperatori.

IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

PROVIDENTIA DEORVM. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

PROVIDENTIA DEORVM. (2) Impe-

(1) Refertur hic Taciti rariſſimus nummus à Mediobarbo ex Occone; in eo idem typus qui in ſuperioribus cum epigraphe, ADVENTVS AVG. unde putant nonnulli hunc nummum quod fortaſſis exeſus ac detritus eſſet, malè ab Occone lectum.

(2) Nummus hic perperam deſcriptus; nam non Imperator radiatus, ſed Sol dextrâ expanſâ & elatâ, ſiniſtrâ globum tenens hîc repræſentatur, ut videre eſt in nummo æreo III. ejuſdem Auguſti à nobis ſuprà exhibito.

rator radiatus & paludatus, ſiniſtrâ globum, dextram protendit ad ſignum militare, quod figura muliebris tenet ſiniſtrâ, dextrâ aliud ſignum diverſum tenens.

Eadem epigraphe.

PROVIDENTIA DEORVM S. Figura ſtans, dextrâ bacillum, ſiniſtrâ cornucopiæ; ad pedes globus.

IMP C M CL TACITVS P F AVG.

RESTITVTOR REIPVBLICAE. Imperator ſtans, ſiniſtrâ haſtam, dextrâ figuram muliebrem in genua procumbentem ſublevat.

IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

ROMAE AETERNAE XXIP. Figura ſedens, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

SALVS AVG. Dea Salus.

Eadem epigraphe.

SALVS AVG T. Dea Salus ſedens ad aram, cum ſerpente.

Eadem epigraphe.

SALVS PVBLI T. Salutis ſtantis typus.

Eadem epigraphe.

SALVS PVBLICA T. Figura ſtans, dextrâ ſerpentem, cui ſiniſtrâ pateram porrigit.

Eadem epigraphe.

SECVRIT PERP. Figura ſtans, dextrâ capiti admotâ, ſiniſtrâ columnæ nixa.

Eadem epigraphe.

SECVRIT PERPET. Typus ut ſuprà.

IMP C M CL TACITVS P F AVG COS II.

SPES PVBLICA E. Spei typus cum ſtellâ.

IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

SPES PVBLICA T. Victoria dextrâ lauream imponens Imperatori ſiniſtrâ haſtam tenenti.

Eadem epigraphe.

SPES PVBLICA XXIE. Spei ſimulacrum.

IMP CL TACITVS AVG.

TEMPORVM FELICITAS. Figura ſtans, dextrâ caduceum longum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C M CL TACITVS AVG. *alii* P F AVG.

VBERITAS AVG XXIC. Figura ſtans; dextrâ cornu inverſum tenens, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. Victoria ſtans inter duos clypeos.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. Victoria ſtans, dextrâ lauream; ſiniſtrâ palmam.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. Miles.

Eadem epigraphe.

VICTORIA GOTTHI P. Victoria ſtans, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.


Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG. Figura militaris ſtans; dextrâ clypeum, ſiniſtrâ haſtam.

FLORIANUS.

MARCUS ANNIUS FLORIANUS, eâdem qua Tacitus matre, ſed alio patre natus, Prætorii Præfectus à fratre factus, adverſus Scythas Mæotidis paludis accolas qui in Aſiam irruperant miſſus eſt, mortuoque Tacito Imperium quaſi quoddam hæreditarium jus inconſulto Senatu accepit menſe Aprili anni 276. Ejus tamen authoritatem ſecutas fuiſſe omnes Occidentis à Ciliciâ Provincias teſtantur Scriptores; ſed cum eâdem tempeſtate Probum Orientis exercitus ad Imperium provexiſſent, bellum Scythicum Florianus, ut novo hoſti occurreret, intermiſit, atque ita Barbaris jam pœnè circumſeſſis evadendi copiam fecit. Notat Zoſimus bellum à Probo aliquandiù tractum, quòd ipſum Florianus militum numero ſuperaret; ſed belli rationem æſtus continuò exortus immutavit: cum enim Floriani milites, quorum maxima pars ex Europâ conſtabat, caloris impatientes variis morbis perirent, Probus tentandum in tempore hoſtem ſtatuit. Hæc ex Zoſimo, qui in cæteris ita turbat, ut nullus ex ejus contextu idoneus ſenſus elici poſſit; ſed victum fuiſſe Florianum probabile eſt, cumque petiiſſet ut æquâ conditione cum Probo imperaret, nec impetraſſet, ad deſperationem adactum, venas ſibi aperiri juſſiſſe, effuſoque ſanguine conſumptum fuiſſe. Sic periit

poſt duos, aut ad ſummum tres Imperii menſes Princeps, quem Taciti mores aliquâ ex parte imitatum fuiſſe Vopiſcus teſtatur, ideoque inter bonos Principes magis quam inter malos cenſendum putat.



NUMISMATA AUREA.

IMP C M ANN FLORIANVS AVG.

CONCORD MILIT. (1) Duæ figuræ jungentes dextras. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Floriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI VICTORI. (2) Jupiter ſtans cum pallio in humeros rejecto, dextrâ geſtat Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innixus: pro pedibus à dextris aquila. *Regius. MB.*

Eadem epigraphe.

MONETA AVG. Tres Monetæ cum bilancibus. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Floriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

ROMAE AETERNAE. (3) Figura muliebris galeata inſidens clypeo à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innixa. *Regius.*

(1) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti infrà monemus. Nummi hujus Auguſti ex auro rariſſimi ſunt.

(2) Nummos hujuſcemodi cuſos Floriano putamus ob victoriam in Boſporo de Scythis relatam, quam, ut ſe Probo opponeret Tarſum profectus, Zoſimo teſte, ſemiperfectam reliquit.

(3) Cum eadem epigraphe, & eodem typo nummos Tacito Auguſto cuſos vidimus ſuprà.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C M AN FLORIANVS P F AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

AETERNITAS AVG. (1) Figura muliebris vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ navis gubernaculum oblongum. *Frad.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORDIA EXERCI. (2) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ. *Farneſianus.*

IMP C M AN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus eum paludamento.

CONCORD MILIT. (3) Florianus laureatus ac togatus vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, & figura muliebris ſtolata ſtans ex adverſo, ſiniſtrâ ſtolâ involutâ, dextras jungunt. *Fouc.*

IMP C M ANN FLORIANVS AVG.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus eum paludamento.

CONCORDIA MILITVM. (4) Florianus typo quo ſuprà, dextrâ protensâ. Victoria tunicata ſtans ex adverſo, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Cham.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum V. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C M AN FLORIANVS P F AVG. Caput Floriani radiatum.

FELICITAS AVG. (5) Dea ſtolata ſtat, lævâ tenet haſtam deſinentem in caduceum, dextrâ pateram, ante aram: in imâ parte P. *Collegsi.*

IMP C M AN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani radiatum.

FELICITAS SAECVLI. (6) Typus ut ſuprà: in imâ parte A. *Collegis.*

Eadem epigraphe. Caput Floriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PROVIDE AVG. (7) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte VI. *Fouc.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDENTIA AVG. Figura mulie-

(1) Æternitatis titulo Imperatores à Romanis donatos fuiſſe ſæpe alibi diximus; at hujus nummi typus innuere videtur Imperii in ejus domo æternitatem, nec abs re; quippe Florianus, extincto fratre arripuit imperium, non Sènatus autoritate, ſed ſuo motu, quaſi hæreditarium eſſet imperium. Sic de illo Vopiſcus: *Hic frater*, inquit, *Taciti germanus fuit, qui poſt fratrem arripuit imperium, non Senatûs autoritate, ſed ſuo motu, quaſi hæreditarium eſſet Imperium: quum ſciret adjuratum eſſe in Senatu Tacitum, ut quum mori cœpiſſet, non liberos ſuos, ſed optimum aliquem Principem faceret.* Refert inſuper laudatus ſcriptor in ejus Vita narratiunculam frivolam quidem, ſed quæ ad noſtram rem facit; quam quidem hîc exſcribere libet: *Horum*, inquit, *ſtatuæ fuerunt Interamnæ duæ pedum tricenûm ex marmore, quòd illic eorum cænotaphia conſtituta ſunt in ſolo proprio: ſed dejecta fulmine, ita contrita ſunt ut membratim jaceant diſſipata, quo tempore reſponſum eſt ab aruſpicibus quandoque ex eorum familia Imperatorem Romanum futurum, ſeu per fœminam, ſeu per virum, qui det Judices Parthis ac Perſis; qui Francos & Alemanos ſub Romanis legibus habeat: qui per omnem Africam barbarum non relinquat: qui Taprobanis præſidem imponat: qui ad Romanam inſulam Proconſulem mittat: qui Sarmatis omnibus judicet: qui terram omnem quam Oceanus ambit, captis omnibus gentibus ſuam faciat: poſtea tamen Senatui reddat Imperium, & antiquis legibus vivat ipſe victurus annis 120. & ſine herede moriturus. Futurum autem eum dixerunt à die fulmine præcipitatis ſtatuiſque confractis poſt annos mille*, &c. Hinc etiam cuſi videntur huic Auguſto nummi inſcripti PERPETUITAS AUG. quos videre eſt infra inter nummos æreos II. & III. Cæterum notandum eſt omnes hujus Auguſti nummos ex argento raros eſſe, hunc autem cum rarioribus adnumerandum, qui quidem deſideratur in Mediobarbo, apud quem extat æreus cum eadem epigraphe, ſed typo diverſo.

(2) Nummus hic ex argento rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

(3) Non Senatûs authoritate, ſed militum concordia Florianum imperium arripuiſſe teſtantur hic & ſuperior nummus, nec diſſentiunt ſcriptores.

(4) Quemadmodum ſuperiores nummi, Florianum militum concordia ad imperium evectum teſtantur, ita hic nummus eâdem concordiâ eum victorem fuiſſe declarat. Scythas Florianus afflixit, & oppreſſiſſet quidem, niſi illi contra Probum pugnandum fuiſſet, auctor eſt Zoſimus. Nummus hic ex argento non extat apud Mediobarbum.

(5) Nummus hic Floriani ex argento deſideratur apud Mediobarbum.

(6) Nummi Floriani cum hac epigraphe & hoc typo non extant apud Mediobarbum. Nummus rariſſimus.

(7) Nummus hic & ſequens Floriani ex argento non extant apud Mediobarbum. Vide quæ ad nummum ſimilem Taciti Auguſti ſuprà adnotavimus.

bris ut ſuprà, baculum inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes globus: in imâ parte XXIA. *Fouc. Le Roy.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PROVIDEN DEOR. (1) Sol nudus capite radiato, cum pallio brachio ſiniſtro collecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ & expanſâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: figura muliebris ſtolata ſtans ex adverſo, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: inter utramque figuram ſtella; in imâ parte K A. T. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDEN DEOR. Typus ut ſuprà abſque ſtellâ: in imâ parte K.... *Farneſianus.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVG. (2) Figura muliebris paludata ſtans ad aram ſerpente circumvolutam, dextrâ pateram tenet, ex quâ ſerpentem paſcit, ſiniſtrâ haſtæ innixa: in imâ parte LXXIA. *Regius.*

IMP C M AN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

SECVRITAS SAECVLI. Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum, haſtæ adnititur dextrâ, ſellæ ſiniſtrâ: in imâ parte V. *Fouc.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

TEMPORVM FELICITAS. Figura muliebris ſtans, dextrâ innixa caduceo oblongo, ſiniſtrâ cornucopiæ: in imâ parte I. *Fauvel.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Imperator paludatus ſtans, ad ſiniſtram ſpectans, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ globum: in imâ parte XXIϛ. *Regius.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGVSTI. Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum: in imâ parte II. *Val. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGVSTI. (3) Imperator paludatus dextrorſum converſus ſtans, pede lævo captivum humi ſedentem premens, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ clypeum: in imâ parte II. *Fontaine. Farneſianus.*

(1) Nummi Floriani cum hac epigraphe & hoc typo deſiderantur in Collectione Mediobarbi. Similes habes Taciti Auguſti nummos.

(2) Nummus hic Floriani, & quatuor ſequentes ex argento deſiderantur in Mediobarbo.

(3) Hujus Auguſti virtus in bellis contra Scythas maximè enituit. Vide Zoſimum. Nummi Floriani cum hoc typo inter rariores recenſendi, nec extant apud Mediobarbum.

NUMISMATA ÆREA LATINA
maximi moduli, vulgò medaglioni.

IMP C M ANN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

MONETA AVG. Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *Fouc. Vaillant. Regius. DeC.*

IMP CAES M ANNI FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C M ANN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

(1) Floriani ut cæterorum Imperatorum nummi maximi moduli rari ſunt.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP C M ANN FLORIANVS AVG. Caput Floriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVG. (1) Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *RE.*

(1) Licet hic in Regio Theſauro inter primi moduli nummos aſſervetur, reponi poſſet inter nummos maximi moduli; & idem de ſequenti dicendum, qui fortaſſis malè lectus *Augg.* pro *Aug.* unico G. nimirum *Auguſti*, & non *Auguſtorum*.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

AEQVITAS AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP C M AN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORD MILIT. (2) Figura virilis togata à ſiniſtris, & figura muliebris ſtolata à dextris, ſtantes ex adverſo dextras jungunt. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Floriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIVI. *Fouc.*

IMP FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

CONCORDIA MILITVM. (3) Florianus laureatus ac paludatus, dextrorſum converſus ſtans à ſiniſtris, dextrâ protensâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ: ex adverſo à dextris Victoria ſtolata ſtans, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte P. *Fouc.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C M AN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, pateram tenet dextrâ, caduceo verò oblongo adnititur ſiniſtrâ; in imâ parte T. *Fouc.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

FIDES MILITVM. Figura muliebris ſtolata, dextrorſum converſa ſtans, ſigno militari erecto adnititur dextrâ, alterum tranſverſum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte XXI Є. *Fouc.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

INDVLGENTIA AVG. Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ: in imâ parte VTI. *Fouc.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

IOVI STATORI. (4) Jupiter nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, haſtæ puræ adnititur dextrâ, fulmen verò demiſſum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte XXI. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Floriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

LAETITIA FVND. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, anchoræ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte XXIB. *Fouc.*

IMP C M AN FLORIANVS P F AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PACATOR ORBIS. (5) Sol capite radiato, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ ac expansâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte III. *Fouc.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PERPETVITA AVG. (6) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ, quâ & cippo innititur: in imâ parte QTI. *Fouc.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes globus: in imâ parte XXIA. *Fouc.*

Alius cum XXI Є. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

(1) Nummi Floriani ex ære ſecundi moduli tales ſunt omnes.
(2) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà monuimus.
(3) Similem habes nummum argenteum ſuprà ejuſdem Auguſti, ubi vide quæ diximus.
(4) Nummi Floriani cum hac epigraphe & hoc typo non extant apud Mediobarbum.
(5) Vide quæ ad nummos huic & ſuperiori ſimiles infrà monemus.
(6) Perpetuitas pro Æternitate ponitur; ideò mulier globum gerit, quòd æternum mundum exiſtimarent; perpetuum autem ſeu æternum Principis imperium optantes nummum cuderunt. Vide quæ diximus ſuprà ad nummum argenteum ejuſdem Auguſti, cum epigraphe AETERNITAS AVG. Cæterum habentur etiam nummi in Gallieno inſcripti PERPETVITATI AVG. & eodem typo, necnon in Alexandro Severo tantùm ante Gallienum, ut ibi adnotavimus. Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDEN DEOR. (1) Sol capite radiato nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, ſtans à ſiniſtris, dextrâ elatâ & expanſâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: ſtat à dextris ex adverſo figura muliebris ſignum militare tenens dextrâ, alterum ſiniſtrâ; inter utramque figuram ſtella: in imâ parte KAΔ. *Foue.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſerpente capite aſſurgente circumvolutam, pateram tenet dextrâ, quâ eum paſcit, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte XXIΔ. *Foue.*

IMP C MANN FLORIANVS AVG. Caput Floriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

SECVRITAS AVG. (2) Mulier paludata ſtans ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextrâ geſtat haſtam: in areâ SC. *Regius.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

TEMPORVM FELICITAS. Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte I. *Foue.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVG. Florianus laureatus ac paludatus, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam tranſverſam geſtat dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ: in imâ parte XXIΓ. *Foue.*

IMP C M ANN FLORIANVS AVG. Caput Floriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte: SC. in areâ. *Regius.* Eadem epigraphe. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGVSTI. Figura militaris galeata, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, tropæum verò humero ſiniſtro: in imâ parte II. *Foue.*

IMP C M AN FLORIANVS P F AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGVSTI. (3) Florianus laureatus ac paludatus, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeum verò ſiniſtrâ; juxta pedes à ſiniſtris, captivus manibus poſt tergum revinctis ſedet: in imâ parte IIII. *Foue.*

(1) Deſideratur etiam hic Floriani nummus in Collectione Mediobarbi.

(2) Nummus hic Floriani rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo. Securitas Floriani cum Tarſum contra Probum moveret, in majori militum numero poſita erat, teſte Zoſimo: Τρίβοντος δὲ τοῦ Πρόβου τὸν πόλεμον, εἶτα καὶ ἐξ ἑαυτοῦ πολλῆς δυνάμεως αὐτὸν ἀναδεξαμένου, κατὰ τὴν Ταρσὸν ἐν τῷ θέρει γενομένου καύματος, ἀηθήσαντες οἱ Φλωριανῷ συνειλεγμένοι, διὰ τὸ ἐκ τῆς Εὐρώπης τὸ πλέον τοῦ στρατεύματος εἶναι, νόσῳ δεινῇ περιέπεσον. *Cæterùm Probo bellum terente, veluti qui longe minoribus illud copiis ſuſceperat, per æſtatem magno quodam æſtu Tarſi exorto, qui erant in caſtris Floriani milites caloris inſueti, quòd major exercitus pars ex Europa foret, diro morbo peribant.*

(3) Nummi Floriani cum hoc typo inter rariores recenſendi.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

AEQVITAS AVG. (1) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte XXI. *Frad.*

Alius cum XXIΓ. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Cham. Fontaine.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

AETERNITAS AVG. (2) Figura muliebris capite velato ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ temonem: in imâ parte IIII. *Cham.*

IMP C M AN FLORIANVS P F AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

AETERNITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum IIII. in imâ parte. *RDR.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

CLEMENTIA TEMP. Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, ſiniſtro cubito cippo innixa, dextrâ tenet haſtam: in imâ parte XXIZ. *Brandenburg. Fontaine.*

(1) Hujus Auguſti nummi omnes haud obvii ſunt; olim rariores erant.

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus. Nummus hic inter rariores recenſendus: extat quidem apud Mediobarbum, ſed typo diverſo.

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

CONCORDIA EXERCI. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet ſignum militare inclinatum, alterum erectum ſiniſtrâ: in imâ parte VITI. *Frad.*

IMP C M AN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

CONCORD MILIT. (2) Imperator paludatus, & mulier ſtolata ſtantes dextras jungunt: in imâ parte Q. *Frad.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

CONCORDIA MILITVM. (3) Victoria ſtans Imperatori paludato ſtanti coronam imponit: in imâ parte P. *Frad. Fontaine.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM. Fontaine.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum V. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

IMP C M AN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS AVG. (4) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ innixa caduceo oblongo, ſiniſtrâ cornucopiæ geſtat: à ſiniſtris in areâ Q. *Frad.*

Alius cum XXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum T. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Fauvel.*

Eadem epigraphe. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS AVG. (5) Figura muliebris paludata ſtans ad aram ignitam, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ caduceum oblongum: in imâ parte P. *Le Roy.*

Alius cum Q. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *DC.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum XXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Laiſné.*

Eadem epigraphe. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte V. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Floriani radiatum, ad humeros cum loricâ.

FELICITAS SAECVLI. (6) Typus ut ſuprà: in imâ parte P. *Fontaine.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES MILIT. (7) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ haſtæ innixa, ſiniſtrâ tenet ſignum militare inclinatum: in imâ parte XXIЄ. *Regius. Frad. B.*

IMP C M ANN FLORIANVS AVG. Florianus capite radiato, ad humeros cum paludamento.

FIDES MILITVM. (8) Figura muliebris ut ſuprà ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ. *Frad.*

IMP M ANNIVS FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

INDVLGENTIA AVG. Figura muliebris dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat florem, ſiniſtrâ veſtem colligit: in imâ parte VT. I. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVAT. (9) Jupiter nudus ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet fulmen, ſiniſtrâ haſtæ innixus: in imâ parte TTI. *Fontaine.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

IOVI STATORI. (10) Jupiter ſtans, dextrâ haſtæ innititur, ſiniſtrâ fulmen tenet: in imâ parte XXIZ. *Regius. Frad. Cham. Ban.*

(1) Licet omnes hujus Auguſti nummi non obvii ſint, hic tamen inter rariores recenſendus.

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

(3) Scythas Mæotidis paludis accolas afflixit Florianus; militum autem concordia partam illam victoriam teſtantur hi nummi, uti diximus ſuprà ad nummum ſimilem argenteum.

(4) Nummi Floriani cum hoc typo inter rariores recenſendi, & deſiderantur in Mediobarbo.

(5) Mulier apud Mediobarbum ſiniſtrâ baſtam, non caduceum tenet; ſed fortaſſis ille nummus quod exeſus eſſet, malè deſcriptus fuit.

(6) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Tacito obvii, in Floriano verò rariſſimi. Verè ſæculi felicitas illo imperante fuit, eandem ſub Floriano ſperabant Romani; *Fuit etiam Florianus*, inquit Vopiſcus, *morum fratris imitator, nec tamen uſquequaque*; ſed brevis admodum utriuſque felicitas; quippe Tacitus ſex menſibus, hic vix duobus imperaverunt.

(7) Similem nummum exhibet Mediobarbus ex Occone; ſed ibi mulier ſiniſtra non ſignum militare inclinatum, ſed trophæum tenet; at fortaſſis quod exeſus eſſet ille nummus, ab eo malè deſcriptus fuit.

(8) Nummi Floriani cum hoc typo non extant apud Mediobarbum. Nummus hic & ſequens inter rariores recenſendi.

(9) Nummi Floriani cum hac epigraphe, & hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

(10) Vide quæ ad nummum ſimilem Taciti diximus ſuprà. Nummus hic rarus, nec extat apud Mediobarbum.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI STATORI. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ z. in imâ parte XXI. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

LAETITIA FVND. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet corollam, ſiniſtrâ anchoram : in imâ parte XXIB. *Fauvel. Hen. Fontaine.*

Alius cum XXIP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Val. Le Roy.*

IMP C M ANN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

LAETITIA FVND. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXIB. *MDM.*

IMP C M AN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani radiatum, ad humeros cum loricâ.

MARTI PACIFERO. (2) Mars galeatus ſtans, dextrorſum verſus, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Fontaine.*

IMP C M AN FLORIANVS P F AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PACATOR ORBIS. (3) Sol dextrorſum gradiens, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ flagrum tenet : in imâ parte III. *Cham. B.*

IMP C M ANN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PACATOR ORBIS. Sol ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ globum & flagrum geſtat : in imâ parte III. *Regius.*

IMP C M ANN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PAX AETERNA. (4) Figura ſiniſtrorſum gradiens neſciu quid geſtans. *KE.*

IMP C M AN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PAX AVGVSTI. (5) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam : à ſiniſtris in areâ Q. in imâ parte XXI. *Frad. Fontaine.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PERPETVIT AVG. (6) Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, ſiniſtrâ tenet haſtam, dextrâ globum : in imâ parte TI. & corona. *DC.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (7) Imperator laureatus ac paludatus ſtans, globum tenet dextrâ, haſtam ſiniſtrâ : in imâ parte PTI. *Hard.*

IMP M ANNIVS FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PROVIDE AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam : in imâ parte Q. *Bau.*

IMP C M AN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PROVIDE AVG. Typus ut ſuprà, cum Q. in imâ parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDE AVG. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ VI. in imâ parte XXI. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDE AVG. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ VI. in imâ parte XXI. *Frad.*

(1) Nummum Floriani cum eadem epigraphe exhibet Mediobarbus ex Occone; ſed ibi mulier ſiniſtra non anchoram, ſed trophæum gerit. Fortaſſis nummus ille ab Occone inſpectus, quòd exeſus eſſet malè deſcriptus fuit.

(2) Cum eadem epigraphe habentur nummi in Tacito, ſed typo paululum diverſo. Nummus hic Floriani rariſſimus, imò ſingularis, & deſideratur in Mediobarbo.

(3) Quemadmodum Tacitus Orbis Reſtitutor ob Gothos, ſeu Scythas profligatos dici meruit, ita Pacator Orbis Florianus; Tacitus quippe Scythas adgreſſus, teſte Zoſimo, partim debellatos ad internecionem delevit, partim Floriano cum Præfecto Prætorio debellandos tradidit; ſed extincto Tacito Florianus à militibus Imperator dictus adverſus Probum Tarſum proficiſcitur, victoria contra Scythas in Boſporo ſemiperfecta relicta : qua re factum eſt, inquit laudatus Zoſimus, ut jam circumſeſſis ad ſua redeundi copiam concederet. Cæterum quemadmodum Tacitus Reſtitutor Orbis dictus fuit, licet Orbem omni ex parte non reſtituerit, ſed ea tantùm ex parte qua maximè periclitabatur, ita Florianus Pacator Orbis dictus eſt, quod ea ex parte Orbem pacatum reddidit, quæ maximè bello Barbarico premebatur. Nummi hi Floriani inter rariores recenſendi.

(4) Cum eadem epigraphe habentur nummi in Tacito, ſed typo diverſo. Nummus hic rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(5) Similes nummos habes in Tacito. Nummus hic Floriani rariſſimus, & deſideratur in Mediobarbo.

(6) Nummi hujuſcemodi Floriani non extant apud Mediobarbum. Nummus hic rariſſimus; ſed vide quæ ad ſimilem ejuſdem Auguſti ex ære II. ſuprà adnotavimus.

(7) Florianus nunquam Cæſar fuit, ut Princeps Juventutis diceretur, cum in eodem nummo Imperator & Auguſtus appelletur; ſed quia & in Severo & in Tetrico patre, necnon in Probo nummi occurrunt inſcripti *Principi Juventutis*, licet Imperatores & Auguſti dicantur, & nunquam Cæſarea dignitate ornati fuerint, hinc nonnulli putant Principis Juventutis titulo donatos fuiſſe nonnunquam & Auguſtos. Nummus hic Floriani rariſſimus eſt, & deſideratur in Mediobarbo.

IMP ANNIVS FLORIANVS AVG. Caput Floriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PROVIDEN AVG. Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ demiſſâ geſtat bacillum, ſiniſtrâ haſtæ innixa: à dextris pro pedibus globus: in imâ parte STI. *Fontaine.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PROVIDEN AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte VTI. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte III. *Regius. Fontaine.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIA. *Fauvel. Fontaine.*

IMP C M ANN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ſtans, ſceptrum tenet dextrâ, cornucopiæ verò ſiniſtrâ: in imâ parte XXIA. *RE.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVG. Typus ut ſuprà, cum XXIA. in imâ parte. *RDR.*

IMP C M AN FLORIANVS P AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

PROVIDEN DEOR. (1) Figura muliebris ſtans à dextris, tenens duo ſigna militaria; ex adverſo ſtat Sol, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum tenens: in imâ parte S. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDEN DEOR. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram ſtella: in imâ parte A. *Frad.*

Alius cum B. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum KAΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *B.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

SALVS AVG. Figura muliebris ſtans, dextrâ pateram tenet, ex quâ ſerpentem aræ circumvolutum paſcit, ſiniſtrâ haſtæ innixa: in imâ parte XXIΔ. *Regius. Fauvel. RDR.*

IMP C M ANN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

SALVS PVBLI. (2) Figura muliebris ſtans, dextrâ ſerpentem tenet, ſiniſtrâ pateram: in imâ parte T. *RE.*

IMP C M AN FLORIANVS P F AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

TEMPORVM FELICITAS. Figura muliebris ſtolata ſtans, ſiniſtrorſum ſpectans, dextrâ caduceo oblongo innixa, ſiniſtrâ geſtat cornucopiæ: in imâ parte I. *Regius. Frad.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

TEMPORVM FELICITAS. Typus ut ſuprà, cum I. in imâ parte. *Bau. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. (3) Imperator eques à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ ſpiculum in hoſtem ſub equo proſtratum contorquet. *Regius. SG.*

IMP C M AN FLORIANVS P F AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà. *Bau.*

IMP C M ANN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Figura militaris paludata ſtans, ſiniſtrorſum ſpectans, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ globum: in imâ parte XXI. *RE.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Brandenburg.*

Alius cum XXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum XXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum XXIЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val. Fontaine.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIS. *Le Roy.*

IMP C FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGVSTI. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIS. *Frad.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGVSTI. Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ femori innixâ, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum geſtat: in imâ parte II. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGVSTI. Mars ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ geſtat ſpiculum inverſum: in imâ parte II. *Hen.*

(1) Nummi Floriani cum hac epigraphe & hoc typo deſiderantur in Collectione Mediobarbi, & inter rariores recenſendi ſunt. Vide ſimiles Taciti nummos, necnon Aureliani.

(2) Nummi hujuſcemodi in Tacito obvii ſunt; in Floriano verò rariſſimi.

(3) Nummus hic & ſequentes cuſi in monimentum rerum contrà Scythas à Floriano egregiè geſtarum. Nummi cum hoc typo rari.

Alius cum IIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

IMP C M AN FLORIANVS P F AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGVSTI. Typus ut ſuprà: in imâ parte II. *Bau. Frad.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

IMP C M AN FLORIANVS AVG. Caput Floriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGVSTI. (1) Imperator paludatus gradiens, & captivi jacentis dorſum pede lævo premens, dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ clypeum: in imâ parte IIII. *Laiſné.*

(1) Nummi Floriani cum hoc typo inter rariores recenſendi. Vide ſuprà ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

IMP C FLORIANVS AVG.

AEQVITAS AVG XXIT. Æquitatis ſtantis typus.

IMP C M ANN FLORIANVS P AVG.

AETERNITAS AVG. Figura ſtans, dextrâ pilum.

IMP C FLORIANVS PIVS FEL AVG.

CLEMENTIA TEMPORVM XXIZ. Figura, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ columnæ nixa.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA EXERCIT. Figura nuda ſtans, ſingulis manibus ſignum militare tenens.

IMP FLORIANVS AVG.

CONCORDIA MILITVM Q. Victoria ſtans, lauream porrigens Imperatori, ſiniſtrâ haſtam tenenti.

Eadem epigraphe.

CONCORDIA MILITVM S. Typus ut ſuprà.

IMP C M ANN FLORIANVS P AVG.

FELICITAS AVG P. Figura ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

FELICITAS AVG XXI. (1) Figura ſtans ad aram, dextrâ pateram, ſiniſtra haſtam; infrà S.

IMP C FLORIANVS PIVS FEL AVG.

FELICITAS TEMPOR SC. Figura ſtolata ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtra cornucopiæ.

IMP C FLORIANVS AVG.

FIDES MILIT XXI C. (2) Figura ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ trophæum.

IMP C M ANN FLORIANVS P AVG.

INDVLGENTIA AVG. Spei gradientis typus coronâ radiata.

IMP C FLORIANVS AVG.

LAETITIA FVND XXIB. (3) Figura ſtolata ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ trophæum.

IMF C M ANN FLORIANVS AVG.

MONETA AVG. Tres Monetæ cum attributis.

Eadem epigraphe.

FACATOR ORBIS. Sol Oriens, ſiniſtrâ flagrum.

IMP C M ANN FLORIANVS P AVG.

PROVIDENTIA AVG XXI A.

IMP ANNIVS FLORIANVS AVG.

PROVIDENTIA AVGVST T. Providentiæ typus.

IMP C M ANN FLORIANVS F AVG.

SALVS AVG. Salutis typus.

Eadem epigraphe.

SECVRITAS SAECVLI XXI D. Dea ſedens, ſiniſtrâ caput fulciens, dextrâ haſtam tenens.

IMP C M ANN FLORIANVS AVG.

TEMPORVM FELICITAS T. Figura ſtans, dextrâ caduceum longum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVG. Figura equeſtris gradiens, captivum ſupplantans.

. . . .

VIRTVS AVG SC. Imperator cum haſtâ.

IMP C M ANN FLORIANVS AVG.

VIRTVS AVGVSTI. Figura militaris gradiens, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ trophæum.

(1) Fortaſſis quod nummus exeſus eſſet, malè deſcribitur; Mulier non haſtam ſiniſtra, ſed caduceum oblongum, ut videre eſt in nummis ſuprà exhibitis.

(2) Nummum hunc profert Mediobarbus ex Occone, ſed fortaſſis malè ab eo deſcriptum; mulier enim ſiniſtra non trophæum, ſed ſignum militare inclinatum tenet, ut videre eſt ſuprà in nummo æreo III. à nobis exhibito.

(3) Mulier ſiniſtrâ, puto, non trophæum, ſed anchoram tenet, ut videre eſt ſuprà in ejuſdem Auguſti nummis, necnon in nummis Taciti.


PROBUS.

Marcus Aurelius Probus è Sirmio nobiliſſimâ Pannoniæ urbe oriundus, patrem habuit Maximum, qui cum ordines honeſtiſſimè duxiſſet, tribunatum denique adeptus, vitâ functus eſt in Ægypto. Scripſerat Græcus quidam Probum Claudii Principis propinquum fuiſſe, eaque erat plerorumque Vopiſci ætate ſententia; ſed quæ fides aut Græco auctori, aut populari opinioni adhibenda eſſet ambigit Vopiſcus, licet in Ephemeride quâdam legiſſe ſe teſtetur Probum à Claudiâ ſorore ſepultum fuiſſe. Quidquid ſit, primâ militiâ Probus adeò inclaruit, ut Valeriani optimi ingeniorum æſtimatoris judicio tribunatum propè imberbis acceperit. Nec ſanè Principis expectationem fefellit; intrà breviſſimum enim tempus haſtas puras quatuor, totidemque vexilla pura, armillas aureas duas, torquem aureum, adeoque coronam civicam meruit, cum Valerium Flaccum Valeriani propinquum è Quadorum manibus liberaſſet. Itaque ab eodem Imperatore legioni Tertiæ Felici præfectus eſt, quam nulli niſi ætate provecto hactenus crediderat Valerianus, & ipſe jam canus in fidem ſuam acceperat. Belli in Marmaridas Africæ populum à Probo geſti mentionem facit Vopiſcus; ſed cujus tempus obſervare incurioſo Scriptori non libuit; itaque cùm in hoc, tùm in cæteris adverſus varios barbaros, quæ enumerat magis quàm enarrat, bellis, diutiùs non immorabimur; illudque tantùm notabimus, Probum à Gallieno Ducem Illyrici factum fuiſſe; cumque dignitatem in dies ita augeret, ut majorem mereri ſemper videretur, Decimanos tandem àb Aureliano accepiſſe, quos ipſi Claudius, Claudio Gallienus commiſerant, cum in fatis eſſe videretur, ut eos Præfectos haberet illa legio, qui orbi Romano Imperaturi deinde eſſent; ita enim exiſtimaſſe ſe Aurelianus in ipsâ ad Probum epiſtolâ indicat. Aureliani quoque auſpiciis Ægyptum recepit poſt nonnulla adverſus Palmyrenos prælia, quorum in altero pœnè captus eſt, eamque Provinciam variis operibus aut munivit aut exornavit; illud enim in Principe noſtro peculiare fuiſſe notant Scriptores, quòd milites otio marceſcere nunquam pateretur; ſed ubi quantulacunque quies ab armis erat, exercitum aut ſiccandis paludibus, aut fluminibus purgandis, aut exſtruendis denique porticibus ac baſilicis operam dare juberet; tantam intereà comitatem ſeveritati aſpergens, ut eum milites non vererentur magis quàm amarent. Dignitatem deinde ſub Tacito non retinuit ſolum, ſed etiam auxit; accepto enim Orientis Ducatu, Conſul, ut nobis quidem videtur, ſuffectus in annum Chriſti 276. deſignatus eſt, quem Conſulatum quominus gereret perturbationes brevi ſequutæ obſtitere. Tacito nimirum vel ægritudine conſumpto, vel à militibus interfecto, Florianus ejus frater in Cilicia, Probus in Oriente Imperatores effecti ſunt; ſed ad Probum Oriens & Ægyptus duntaxat, ad Florianum verò Aſiæ pars, & omnes Occidentis Provinciæ, adeoque Senatus ac populus Romanus ſeſe applicuere. Aſperrimum igitur fore videbatur bellum, cum è ducibus alter non ignavus, alter ſuæ ætatis fortiſſimus haberetur; & illum quidem copiæ numero longè ſuperiores, ac vincere ſub Claudio & Aureliano aſſuetæ ſequerentur; huic verò pareret exercitus præter ſuperiores

victorias quarum in partem venerat, bonâ diſciplinâ ſemper exercitatus, ſed paucitate pœnè contemnendâ. Intrà breve tamen tempus vicit ea pars, quam vincere boni omnes, ſi Vopiſco credimus, optabant magis quàm ſperabant; exorto enim poſt duos fermè menſes æſtu vehementiſſimo, cum Floriani exercitus, cujus maxima pars ex Europæanis conſtabat, deperiret in dies, arreptâ occaſione Probus, hoſtem ad militiæ munera morbis invalidum adortus ita concidit, ut deſperans de ſummâ rerum Florianus venas ſibi aperiri juberet, atque ita vitâ ſimul & Imperio cederet. Porro quantam lætitiæ ſignificationem Senatus, accepto de Probi Victoriâ nuntio, exhibuerit, pluribus verbis proſequitur Vopiſcus, nec ullam ſanè juſtiorem lætandi cauſam temerè habuerat, ex quo Romanus orbis unius arbitrio gubernari cœperat: belli enim adminiſtratione in ſe receptâ, Probus cætera Senatui permiſit, ab eoque Proconſules, Legatos Conſulum, Præſideſque jure Prætorio in Provincias deinceps mitti voluit, quorum ex appellationibus ampliſſimus ordo cognoſceret; adeoque addidit, ſi quæ leges à ſe ederentur, eas Senatuſconſultis firmatum iri. Statim deinde, ſi qui ex Aureliani interfectoribus ſupererant, in eos animadvertit; mollius tamen quàm exercitus primùm ac poſtea Tacitus fecerant: de his quoque qui Tacito inſidias fecerant ſupplicium ſumpſit, ſed Floriani ſociis pepercit, quòd non tyrannum aliquem, ſed ſui Principis fratrem ſequuti viderentur. Ea tum erat perturbatio rerum in illâ Galliarum parte quam Rhenus alluit, ut plures propè Barbari quàm indigenæ eam incolerent; Germani enim, poſt paucos quàm Aurelianus interfectus fuerat menſes, rupto Rheni limite, captiſque ſeptuaginta nobiliſſimis urbibus, ſedem in illo tractu ita fixerant, ut circumjecta loca aſſiduis incurſionibus infeſtarent, ac univerſas Gallias armorum tertore conquaſſarent. Eam porrò peſtem arcere Tacito per Imperii brevitatem non licuerat: itaque ad illud bellum Probus ſtatim incubuit, paratoque juſto magis quàm ingenti exercitu in Gallias profectus, quadringenta barbarorum millia intrà biennium cecidit, urbes verò non à barbaris ſolum occupatas recepit, ſed novas quoque in Germanico ſolo ædificavit. Novem nationes à ſe in eo bello victas Probus ipſe in Epiſtolâ ad Senatum teſtatur; ſed quatuor tantum nomina ad noſtram ætatem pervenere, Francorum, Logionum, Vandalorum ac Burgundorum; è quibus Francos à Ducibus, cæteros à Probo ipſo victos Zoſimus aſſerit. Addit idem Scriptor, Logionum etiam Ducem, cui Semnoni nomen erat, cum filio captum fuiſſe; ſed eos poſtea in fidem receptos, conceſſamque Semnoni ac ejus filio libertatem, cum prædam omnem quam abegerant reſtituiſſent. Logionum pacem ſequutum eſt adverſus Burgundos ac Vandalos bellum, quod non minùs feliciter ceſſit; ſcilicet cum exercitus ex utrâque Rheni ripâ adverſi conſiſterent, præliumque Probus detrectaret, quòd nonniſi diſtractis hoſtium viribus dimicare conſtituerat, Barbari naturâ ferociores, ſimul quòd metu cedere Imperatorem credebant, flumen tranſgreſſi ſunt. Ibi verò nequaquam pari certamine concurſum eſt, cum incompoſitum agmen acies ordinata adoriretur; itaque maximâ Barbarorum ſtrage editâ ad pacem ventum eſt; ſed eam diuturniorem eſſe per illorum perfidiam non licuit: cùm enim pacem eâ conditione impetraſſent, ut omnem quam averterant prædam reſtituerent, partem retinuerunt. Quamobrem indignatus Imperator, cedentes adortus, merito ſupplicio mulctavit, plurimis trucidatis, cæteris cum eorum Duce Igillo captis. Qui autem in ipſius poteſtatem

venere,

venere, eos in Inſulam Britanniam duci juſſit, ubi ſedes nacti utilem deinceps operam Reipublicæ navaverunt. Hæc ad nos pervenere de bello inter pauca nobili, quo univerſa Germania populi Romani ſtipendiaria facta eſt. Sedecim quoque armatorum millia ſibi à devictis Regibus oblata Probus in Epiſtolâ ſuperiùs laudatâ obſervat, quos omnes per Provincias ita ſparſit, ut ſingulis numeris quinquagenos & ſexagenos interſereret, cum diceret barbarica auxilia ſentienda eſſe, non videnda. Eas porrò victorias Euſebius ad alterum Probi annum pertinere ſcribit, quem menſe demum Aprili anni 278. abſolutum fuiſſe certum eſt. Quæ deinde à Probo geſta narrant Autores, & nullâ temporum notâ inſigniuntur, & alio ordine à Zoſimo quàm à Vopiſco referuntur: Germanico tamen bello proxima fuiſſe videntur bella, adverſus Sarmatas primùm in Illyrico; ac deinde adverſus Gothos in Thraciis, quos omnes aut famâ nominis ſui territos, ac pacem petentes in amicitiam recepit, aut variis cladibus afflictos veram tandem deditionem facere coëgit. Ad idem fermè tempus ſpectare opinamur Saturnini rebellionem in Oriente, ſed cum hujus tyranni vitam ſingulari capite complexuri ſimus, id impræſentiarum obſervaſſe ſufficiet, cum abſoluto Gothico bello Probus eum quoque Imperii tractum ſibi aſſerere pararet, à Ducibus quibuſdam eò miſſis præventum fuiſſe, occiſoque anno Chriſti 280. Saturnino, tum Provinciales, tum exercitum Probi autoritatem ſequutos fuiſſe. Inſtitutum tamen iter dimittere per Iſauros & Blemyas non licuit: hi enim captis Ptolemaide & Copto, toti Ægypto imminebant; illi verò Duce ſive Lydio, ſive Palſurio Pamphyliam, circumjectaſque Iſauriæ Provincias latrociniis ita infeſtabant, ut juſtum propè bellum gerere viderentur. Verum cæſis per Duces Iſauris, interfectoque poſt diutinam obſidionem Palfurio, Probus agros Iſauriæ proximos veteranis eâ lege donavit, ut montium fauces perinde ut limitem cuſtodirent; deinde in Ægyptum profectus Ptolemaidem & Copton Imperio Romano reſtituit, Blemyaſque ad internecionem cecidit. Blemyarum bellum ſequuta pax cum Perſis iis conditionibus quibus Probus voluit; nec diutiùs in Oriente moratus, Thracias repetiit, centumque millia Baſtarnarum in Romano ſolo collocavit; ſed ut hi fideles, ac Reipublicæ utiles deinceps fuere, ita cæterorum quos ex Gepidis, ac Francis pariter tranſtulerat perfidia, maximas Imperio clades intuliſſe fertur. Horum enim pars navium copiam nacta, Græciæque oram depopulata, in Siciliam delata eſt, & captas Syracuſas cædibus complevit, cumque in Africam appuliſſet, eductis Carthagine copiis repulſa, patriam tamen nullum paſſa detrimentum repetiit. Interea Probus duos in Galliâ tyrannos Proculum ac Bonoſum armis perſequebatur; quibus tandem cæſis Romam venit, juſtiſſimumque de Germanis ac Blemyis triumphum egit; ſed eum brevi ſequuta eſt optimi Imperatoris cædes. Bellum enim Perſicum parans, quum per Illyricum iter faceret, & Sirmium veniſſet, ac ſolum patrium fœcundari cuperet & dilatari, ad ſiccandam quandam paludem multa ſimul millia militum poſuit; qui permoti fugientem in turrim ferratam, quam ipſe ſpeculæ causâ editiſſimam extrui curaverat, interfecere circà menſem Auguſtum anni 282. cum Imperium quatuor fermè menſes ſuprà ſexennium à Taciti morte tam feliciter quàm fortiter tenuiſſet. Cæterum poſtea ingens Probo ſepulcrum elatis aggeribus, omnes pariter milites fecerunt cum hac Inſcriptione: HIC PROBUS IMPERATOR, ET VERE PROBUS SITUS EST, VICTOR OMNIUM GENTIUM BARBARARUM, VICTOR ETIAM TYRANNORUM.





NUMISMATA AUREA.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ dextrorſum, dextrâ geſtat globum cum Victoriolâ.

ADLOCVTIO AVG. (1) Imperator laureatus Præfecto Prætorio retrò ſtante, ſiniſtrâ haſtam tenens, dextrâ elatâ adloquitur duos milites cum ſignis & clypeis ante ſuggeſtum ſtantes. *Brandenburg.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi laureatum, ad pectus cum loricâ dextrorſum, dextrâ geſtat ſpi[illegible]um ad humerum dextrum.

ADVENTVS AVG. Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenet haſtam, Victoriâ præeunte, & milite ſubſequente: pone duo ſigna militaria. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

ADVENTVS AVG. Imperator eques ut ſuprà, ſed abſque Victoriâ & milite; ſub equi pedibus anterioribus captivus humi ſedens: in imâ parte R Z. coronâ intermediâ. *Brandenburg.*

IMP C C M AVR PROBVS AVG.

ADVENTVS AVG. H. S. *MB.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſcipionem in cujus ſummitate aquila.

ADVENTVS PROBI AVG. (2) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenet haſtam; ſub equi pedibus captivus humi ſedens manibus poſt terga revinctis. *Regius.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

AETERNITAS AVG. (3) Sol ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ geſtat globum. *Regius.*

Eadem epigraphe.

CONSERVAT AVG. *MB.*

IMP C M AVR PROBVS P AVG. Caput Probi laureatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.

CONSERVAT AVG. (4) Sol ſtans, dex-

(1) Hujus Auguſti nummi omnes ex auro rari ſunt, & rariores etiam argenteis, ut videre facile eſt ex nummis, quos hîc exhibemus, licet nonnulli aliter ſcripſerint. Ad quam verò adlocutionem pertineat hic nummus non liquet, cum ſæpenumero Probum adlocutum fuiſſe milites teſtentur quamplurima bella ab eo confecta, necnon ejus nummi. Nummus hic Probi ex auro deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Nummus hic & ſuperiores adventum Probi in Urbem poſt devictos Barbaros deſignant. Non extat hic nummus ex auro apud Mediobarbum.

(3) Nummi Probi cum hac epigraphe, & hoc typo deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Cum eadem epigraphe, & eodem fermè typo habentur etiam nummi in Elagabalo; in Valeriano Conſervator Auguſtorum dicitur Apollo, qui pro typo habetur; in Gallieno verò Auguſti Conſervator

trorſum ſpectans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ geſtat globum. *Regius.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

Eadem epigraphe. Probus capite laureato, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

HERCVLI ROMANO AVG. (1) Hercules ſtans ſiniſtrâ tenet clavam, & leonis ſpolia, dextrâ trophæo à dextris erecto impoſitâ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARS VICTOR. (2) Mars galeatus ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Regius. Fontaine.*

IMP C C M AVR PROBVS AVG.

MARS VICTOR. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C M AVR PROBVS.

MARS VICTOR. Mars gradiens, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſpolia. *MB.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi laureatum, ad humeros cum paludamento.

ORIENS AVGVSTI. (3) Sol ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ geſtat globum: in imâ parte SIS. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS SAECVLI. (4) Figura muliebris à ſiniſtris dextrorſum, ſiniſtrâ capiti admotâ, dextrâ tenet ſceptrum: in imâ parte SIS. *Regius. MMA. Brandenburg.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

VICTORIA AVG. (5) Duæ Victoriæ ſuſtinentes clypeum, in quo VOT XXX MVLTIS XXXX. *Laiſné.*

IMP C C M AVR PROBVS AVG.

VICTORIA GOTHIC. (6) Victoria dextrâ cornucopiæ, ſiniſtrâ palmam cum captivo. *MB.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA GOTHIC. (7) Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam: pro pedibus captivus humi ſedens manibus poſt terga revinctis *Regius.*

IMP C PROBVS P F AVG. Probus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ clypeum.

Æſculapius, ut ſuo loco videre eſt. Cæterum Solem imprimis à Probo cultum teſtatur non ſolum hic, ſed etiam ejus alii nummi.

(1) Extant etiam nummi in Commodo, necnon in Poſtumo cum eadem epigraphe, ut ſuo loco videre eſt. Nummus hic Probi rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. Sub Herculis autem figura exhiberi, & *Hercules Romanus* dici meritò potuit Probus, utpote qui tot labores militares pro Republica obierit, tot gentes, & barbaras nationes vi bellica domuerit, & ante, & poſtquam ad Imperium pervenerit, quot ante eum ferè Imperatorum nullus, ut pluribus narrat Vopiſcus in ejus Vita. Unde & ipſi in Senatu acclamatum: *Tu Francicus, tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus, tu omnia.* Et Manlius Statianus Oratione in Senatu habita, de Probo inter alia, ita loquitur apud Vopiſcum: *Enimverò, quæ mundi pars eſt, quam ille non vincendo didicerit? Teſtes ſunt Marmarida in Africæ ſolo victi, teſtes Franci inviis ſtrati paludibus; teſtes Germani & Alemanni, longè à Rheni ſubmoti littoribus. Jam verò, quid Sarmatas loquar, quid Gothos, quid Parthos ac Perſas, atque omnem Ponticum tractum? ubi vigent Probi virtutis inſignia. Longum eſt dicere, quot Reges magnarum gentium fugaverit, quos Duces manu ſua occiderit,* &c.

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti infrà adnotamus.

(3) Nummus hic Probi ex auro rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(4) Probo imperante non ſolùm Securitas ſæculi fuit, ſed etiam Securitas Perpetua, Securitas Orbis, ut ejus teſtantur nummi, nec diſſentit Vopiſcus in ejus Vita: *Probum*, inquit, *Principem, cujus Imperio Oriens, Occidens, Meridies, Septentrio, omneſque Orbis partes in totam ſecuritatem redacta ſunt, Scriptorum inopiâ pœnè neſcimus.* Nummi cum hac epigraphe in Probo inter rariores recenſendi; nec extant ex auro apud Mediobarbum. Cæterum habentur nummi in Caracalla & in Floriano cum eadem Inſcriptione.

(5) Typus hic cum hac epigraphe tum primùm in nummis Imperatorum occurrit. Nummus rariſſimus, imò ſingularis, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. Cuſus autem videtur hic nummus quo tempore triumphavit Probus de Germanis & Blemyis; quemquidem triumphum pluribus deſcribit Vopiſcus in ejus Vita: *Dedit*, inquit, *Romanis etiam voluptates, & quidem inſignes: delatis etiam congiariis. Triumphavit de Germanis & Blemyis: omnium gentium drungos uſque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit: venationem in circo ampliſſimam dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Genus autem ſpectaculi fuit tale*, &c.

(6) Profert hunc nummum Mediobarbus ex Occone, à quo fortaſſis malè deſcriptus fuit, ut videre eſt ex ſequenti, ubi Victoria dextra non cornucopiæ, ſed coronam gerit.

(7) Probum antequam Imperium adeptus eſſet, Gothos deviciſſe teſtatur Ælius Scorpianus Conſul in Oratione ad Senatum, quam refert Vopiſcus in ipſius Vita: *Tu Francicus*, inquit, *tu Gothicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus, tu omnia, & prius fuiſti ſemper dignus imperio, dignus triumphis.* Et Manlius Statianus in eodem Senatu ſic de Probo: *Jam verò quid Sarmatas loquar, quid Gothos, quid Parthos, ac Perſas, atque omnem Ponticum tractum? ubique vigent Probi virtutis inſignia.* Deinde verò Imperator factus, liberata Gallia, Germania ſubacta, & in Illyrico oppreſſis Sarmatis, aliiſque gentibus, *Tetendit deinde*, inquit Vopiſcus, *iter per Thracias, atque omnes Geticos populos fama rerum territos, & antiqui nominis potentia preſſos, aut in deditionem, aut in amicitiam recepit.* Et ad hanc quidem victoriam pertinere hunc rariſſimum Probi nummum putamus.

VICTORIAE AVG. (1) Quadriga à ſiniſtris dextrorſum, cui inſiſtit Victoria, dextrâ geſtans coronam, ſiniſtrâ palmam. *Regius.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite ut ſuprà, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

VICTORIAE AVG. Typus ut ſuprà. *M. RE.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

VICTORIAE AVG. Typus ut ſuprà. *Brandenburg. Decleſves.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

VICTORIAE AVGVSTI. (2) Duæ Victoriæ ſtantes ex adverſo, unà tenent clypeum arbori palmæ innixum, ad cujus pedes duo captivi averſi humi ſedent, manibus poſt terga revinctis: in clypeo legitur VOT X. in imâ parte SIS. *Nummus maximi moduli. Decleſves.*

IMP PROBVS P F AVG.

VICTORIOSO SEMPER. (3) Imperator laureatus ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ parazonium, hinc & inde duæ figuræ nudæ genuflexæ manus attollentes, & aliæ duæ figuræ ſtantes, ſimiliter manus attollentes. *MB.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGVSTI. (4) Imperator paludatus ſtans, ſiniſtrâ haſtæ innixus, dextram tropھæo à dextris inter duos captivos humi ſedentes erecto, imponit. *Regius.* Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS PROBI AVG. Imperator eques à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ ſpiculum in hoſtem proſtratum contorquet. *Regius.*

(1) Nummos hujuſcemodi cuſos putamus quo tempore de Blemyis & Germanis triumphavit Probus. Nummi hi rariſſimi, nec extant apud Mediobarbum.

(2) Nummus hic rariſſimi typi cuſus videtur eo tempore, quo Probus de Germanis ac Blemyis triumphavit; hunc enim triumphum cum ejus Quinquennalibus conjunctum fuiſſe Vopiſcus innuit, qui Romanis ſanè gratiſſimus eſſe debuit, cum hinc aſſiduos hoſtes, qui Italiæ ipſi periculum ante aliquot annos intentarant, illinc teterrimos barbaros, qui frumenta ex Ægypto tranſvehi ſolita brevi interverſuri videbantur, voluptatibus ſuis inſervire viderent; ſed publicam lætitiam Probi cædes proximè ſecuta fœdavit; cum enim relictâ urbe Orientem peteret, propè Byzantium interfectus eſt, Princeps in quo nihil reprehendi potuit, præter nimiam gravitatem; quam ipſam laudaſſent Scriptores, ſi modeſtiori exercitui Probus præfuiſſet. Cæterum Vota Decennalia in clypeo ſcripta ſunt Vota ſuſcepta. Typus hic novus, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Hunc nummum rariſſimum, imò ſingularem exhibet Mediobarbus ex Patini Theſauro, cuſumque putat poſt devictos Proculum & Bonoſum Galliæ tyrannos, quo tempore magnificentiſſimum de Germanis & Blemyis edidit triumphum.

(4) Nummus hic Probi, & ſequens ex auro deſiderantur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ ad nummos ſimiles Æ. III. infrà monemus.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

ABVNDANTIA AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, utrâque manu tenet cornucopiæ ex quo varias opes effundit: in imâ parte XXIr. *Vouc. Regius.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus ad medium pectus cum loricâ, dextrorſum, galeâ criſtatâ affabrè factâ, quam corona radiata cingit, inſignis, haſtam dextrâ geſtat humero dextro, ſiniſtrâ clypeum ſquamatum & punctatum.

ADLOCVTIO AVG. (2) Probus paluda-

(1) Hujus Auguſti nummi ex argento omnes rari ſunt, ſed non ſunt aureis rariores, ut nonnulli ſcripſerunt; idque facilè videre eſt ex nummis hîc propoſitis. Probus autem pulſis ex Gallia Germanis, imò Germaniâ ſubactâ, ſic in epiſtolâ hac de re ad Senatum ſcripta loquitur apud Vopiſcum: *Præda omnis recepta eſt, capta etiam alia, & quidem major quàm fuerat ante direpta. Arantur Gallicana rura barbaris bobus, & juga Germanica captiva præbent noſtris colla cultoribus: paſcuntur ad noſtram alimoniam gentium pecora diverſarum; equinum pecus noſtro jam fœcundatur equitatui: frumento barbarico plena ſunt horrea. Quid plura? illis ſola relinquimus ſola, nos eorum omnia poſſidemus.* Et idem Probus in epiſtola ad Capitonem Præfectum Prætorio ſcripta: *Te quæſo Capito, ita mecum ſalva Republica perfruaris, annonam & commeatus, & quidquid neceſſarium eſt ubique militi pares*, &c. Dedit Probus & congiaria: *Dedit*, inquit Vopiſcus, *Romanis etiam voluptates, & quidem inſignes; delatis etiam congiariis.* In harum rerum monimentum cuſi fortaſſis fuere hujuſcemodi nummi.

(2) Præclarum hoc in nummo victoriæ de Logionibus relatæ monimentum expreſſum cernitur. Germanicam gentem fuiſſe teſtatur Zoſimus, unam è novem quas Probus ipſe in Epiſtola ad Senatum à ſe intrà alterum Imperii ſui annum profligatas ſcripſit. Huic genti Semno Rex fuit, quem bello captum una cum filio fuiſſe conſtat; hos porrò ad Probi ſuggeſtum adduci perſpicis, patrem barbâ promiſſâ, filium imberbem, utrumque nudum, & manibus poſt tergum revinctis; ſed his libertatem poſt paucos dies conceſſam, imò regnum reſtitutum fuiſſe prodit laudatus Zoſimus, cujus verba haud abs re erit hîc ex-

tûs & laureatus ex humili ſuggeſtu, Præfecto Prætorio retrò ſtante, dextram attollens adloquitur milites: adſtant à dextris cum equo & ſigno militari milites tres galeati, captivum nudum & barbatum manibus poſt tergum revinctis ad ſuggeſtum ſiſtentes: à ſiniſtris duo milites alii cum equo & ſignis militaribus duobus, captivum alterum pariter nudum, ſed imberbem manibus poſt tergum revinctis, ad eundem ſuggeſtum producunt; in ſuperiore nummi parte milites alii quinque galeati. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi cum buſto, dextrâ globum tenens in quo Victoriola, ſiniſtrâ ſceptrum.

ADLOCVTIO AVG. Imperator cum Præfecto Prætorii in ſuggeſtu, alloquitur duos milites, cum ſignis & clypeis ſtantes. *MB.*

IMP C C M AVR PROBVS AVG.

ADVENTVS AVG. Figura equeſtris captivum ſternens. *MB.*

IMP. C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.

ADVENTVS AVG. Imperator paludatus eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ & expanſâ pacificatoris habitu, haſtam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte XXIQ. *Fouc.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà; ſed ſub equi pedibus captivus humi ſedens: in imâ parte R Z. fulmine intermedio. *Fontaine.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus galeatus & radiatus, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, ſiniſtrâ clypeum in quo Pegaſus à dextris ſiniſtrorſum.

ADVENTVS PROBI AVG. Typus ut ſuprà: inter equi pedes Є. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

AETERNITAS AVG. (1) Lupa à dextris ſiniſtrorſum cum Romulo & Remo: in imâ parte XXIϛ. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans haſtæ adnititur dextra, cippo verò innititur ſiniſtrâ: in imâ parte XXIZ. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS P AVG. Probus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ humero dextro, clypeum verò ſiniſtrâ.

CLEMENTIA TEMP. (3) Jupiter nudus cum pallio in humerum ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: Probus paludatus ſtans ex adverſo, dextram ad globum protendit, ſcipionem verò in cujus apice aquila geſtat ſiniſtrâ: inter utramque figuram ſtella: in imâ parte KA. A. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram Є. in imâ parte XXI. *MDM. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà; ſed Probus ſceptrum abſque aquilâ tenet ſiniſtrâ: inter utramque figuram ſupernè corona laurea: in imâ parte XXI. *Fontaine.*

IMP CAE M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum paludamento.

ſcribere: Μάχας δὲ καρτερὰς ἠγωνίσατο, πρότερον μὲν πρὸς Λογίωνας, ἔθνος Γερμανικὸν, καὶ τούτους νικήσας, καὶ Σέμνωνα ζωγρήσας ἅμα τῷ παιδὶ τὸν τούτων ἡγούμενον, ἱκέτας ἐδέξατο, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὴν λείαν πᾶσαν, ἣν εἶχον, ἀναλαβὼν ἐπὶ ῥηταῖς ὁμολογίαις ἠφίει, καὶ αὐτὸν Σέμνωνα μετὰ τοῦ παιδὸς ἀπέδωκε. *Acres etiam pugnas commiſit, primùm contra Logiones, nationem Germanicam, quibus devictis, cum Semnonem eorum ducem unà cum filio cepiſſet, ſupplices factos in fidem recepit: & captivis omnibus prædâque recuperata, quam habebant, certis eos conditionibus dimiſit, ipſo quoque cum filio Semnone reddito.* Nummus hic Probi, & ſequens diverſi typi, quem refert Mediobarbus, rariſſimi ſunt; ſed alium ſimilem vide in Æ. III. qui Semnonem anno 277. captum demonſtrat.

(1) Nummi Probi cum hac epigraphe, & hoc typo ex argento non extant apud Mediobarbum. Nummus rariſſimus. Vide quæ ad nummum ſimilem æreum III. infrà monemus.

(2) Nummi Probi ex argento cum hoc typo inter rariores recenſendi.

(3) De Probo ſic inter alia ſcribit Vopiſcus: *Conferens ego cum aliis Imperatoribus Principem Probum, omnibus prope Romanis Ducibus, qui fortes, qui clementes, qui prudentes, qui mirabiles exſtiterunt, intelligo hunc virum parem fuiſſe, aut, ſi non repugnat invidia furioſa, meliorem.* Et paulò poſt: *Ipſa,* inquit, *vox Probi clariſſima indicat quid ſe facere potuiſſe ſperaret, qui dixit, Brevi neceſſarios milites non futuros. Ille verò conſcius ſui, non barbaros timuit, non tyrannos. Quæ deinde felicitas emicuiſſet, ſi ſub illo Principe milites non fuiſſent, &c. aureum profectò ſæculum promittebat.* Præclarum autem Probi Clementiæ teſtimonium exhibet Zoſimus, qui narrat hunc Semnoni Logionum Regi unà cum filio in bello capto non ſolùm libertatem dediſſe, verum quoque regnum reſtituiſſe. Cæterum hæc epigraphe in Taciti nummis primùm occurrit, deinde in Floriani; ſed in illis typus diverſus.

CLEMENTIAE TEMP. (1) Duæ figuræ viriles ſtantes, altera paludata ſiniſtrâ tenens ſceptrum, altera nuda galeata cum pallio haſtam tenens ſiniſtrâ, dextras jungunt: in imâ parte XXI. *RE.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

COMES AVG. (2) Minerva galeata vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, clypeum verò humi poſitum cum haſtâ ferratâ inverſâ tenet ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. *Fontaine.*

Alius cum I. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.* Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

COMITI PROBI AVG. (3) Typus ut ſuprà: in imâ parte I. *Fouc. SG.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA AVG. (4) Sol nudus capite radiato, cum pallio in humerum ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ extensâ & expansâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: figura mulicbris ſtans ex adverſo, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte PXXT. *Fouc.*

IMP PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat humero dextro.

CONCORDIA AVG. Figura mulicbris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geminum tenet ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ V. in imâ parte XXI. *Fouc.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus galeatus & radiatus, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

CONCORD MILIT. Figura mulicbris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: à dextris in areâ E. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum PXXI. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C C M AVR PROBVS AVG.

CONCORDIA MILIT PXXI. Duæ figuræ jungentes dextras. *MB.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORD MILIT. Duæ figuræ, altera virilis, altera mulicbris, dextras jungunt: in imâ parte PXXI. *Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus ſummitate aquila.

CONCORD MILITVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte DX.... *Farneſianus.*
Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

CONSERVAT AVG. (5) Sol capite radiato nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ & expansâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: in imâ parte TXXT. *Regius.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite radiato, ad medium dorſum, dextrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeo punctato oblongo tectus ſiniſtrâ.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus galeatus & radiatus, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

(1) Hæc epigraphe & hic typus in hoc Auguſto tantùm occurrunt. Nummus rariſſimus, & deſideratur in Mediobarbo.

(2) Minerva hîc dicitur Comes Auguſti, & ea figura exhibetur, quâ cernitur in nummo Clodii Albini, inſcripto MINERVA PACIFERA, nimirum ſiniſtrâ haſtam & clypeum tenens, dextrâ oleæ ramum; olea porrò præter quam arbor Minervæ ſacra, Pacis etiam inſigne, unde in laudato Albini nummo, necnon in nummis Commodi, & Getæ dicitur Minerva Pacifera dextrâ oleæ ramum gerens; præſertim cum pacis tempore Artes & Sapientia majori in pretio ſint, & tum maximè floreant. Nec abs re nummi Probi inſcribuntur COMES AVG. & COMITI PROBI AVG. in iiſque Minerva habitu Paciferæ cernitur; quippe Probus vires militum non ad bella ferenda, ſed ad pacem parandam ſemper contulit; Barbaros, quod Romanas Provincias ferro, igne, prædis depopularentur ad internecionem delevit; Tyrannos quod Rempublicam perturbarent, oppreſſit. Unica Probi vox, quam refert Vopiſcus in ejus Vitâ, ſufficienter hujuſcemodi nummos illuſtrabit: *His addidit*, inquit, *dictum ejus grave, ſi unquam eveniret ſalutare, Reipublica brevi milites neceſſarios non futuros. Quid ille conceperat animo qui hoc dicebat? Nonne omnes barbaras nationes ſubjecerat pedibus? quia totum mundum fecerat jam Romanum: Brevi* (inquit) *milites neceſſarios non habebimus. Quid eſt aliud dicere? Romanus jam miles erit nullus, ubique regnabit, omnia poſſidebimus, ſecura Reſpublica orbis terrarum non arma fabricabit, non annonam præbebit: vobis habebuntur aratra, equus naſcetur ad pacem, nulla erunt bella, nulla captivitas; ubique pax, ubique Romanæ leges, ubique judices noſtri.* Hæc epigraphe occurrit etiam in Tetricorum nummis, ſed ibi pro typo cernitur Victoria. Nummi hi Probi ex argento cum rarioribus adnumerandi, nec extant apud Mediobarbum.

(3) Hæc epigraphe, & hic typus in Probo tantùm occurrunt. Nummus hic ex argento inter rariores recenſendus, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(4) Nummi Probi cum hoc typo ex argento rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(5) Nummi Probi ex argento hujuſcemodi deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXIT. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS. P F AVG.

FELICITAS AVG N EX I. (1) Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *MB.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

FIDES MILIT. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ : in imâ parte VIXXT. *Fouc.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

FIDES MILIT. (2) Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fontaine.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ clypeum umbilicatum.

ERCVLI PACIFERO. (ſic) Hercules nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum elatum tenet dextrâ, clavam verò cum leonis exuviis ſiniſtrâ : in imâ parte VIXXT. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Probi ut ſuprà, ſed dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

HERCVLI PACIF. Typus ut ſuprà : in imâ parte SX.... *Farneſianus.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

Eadem epigraphe incuſa, cum eodem capitis typo pariter incuſo. (3) *Fouc.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVAT. (4) Jupiter nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans à ſiniſtris, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : Probus paludatus ſtans ex adverſo, dextrâ porrectâ, ſiniſtrâ geſtat ſcipionem in cujus apice aquila : in imâ parte VXXT. *Regius.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVAT. Typus ut ſuprà : in imâ parte VXXT. *Fouc.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus galeatus & radiatus, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ clypeum umbilicatum.

IOVI CONSERVAT. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Probi ut ſuprà, ſed dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

IOVI CONSERVAT. Typus ut ſuprà : in imâ parte..... *Farneſianus.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

IOVI CONS PROB AVG. (5) Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, fulmen tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte R B. fulmine intermedio. *Le Roy.*

PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

IOVI CONS PROB AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte R B. fulmine intermedio. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe.

IOVI CONSERVATORI PROBI AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *MB.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

LAETITIA AVGVSTI. (6) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, anchoram verò ſiniſtrâ : in imâ parte IIII. *Fouc. Le Roy.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

LAETITIA AVGVSTI. Typus ut ſuprà, cum IIII. in imâ parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARS VICTOR. (7) Mars nudus capite galeato cum pallio utrinque volitante, gra-

(1) Vide quæ ad nummum æreum III. ejuſdem typi infrà adnotamus.

(2) Nummi Probi ex argento cum hac epigraphe, & ſequenti non extant apud Mediobarbum.

(3) Nummus hic Probi cum rarioribus adnumerandus, nec extat apud Mediobarbum ; ſequens etiam ex argento deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(4) Vide quæ ad nummum ſimilem æreum III. ejuſdem Auguſti infrà monemus.

(5) Hæc epigraphe in Probi nummis primùm occurrit, deinde in Liciniu tantùm ; ſed in Licinii nummis typus omninò diverſus ; nam ibi Jupiter ſedet in ſubſtructione dextrâ tenens Victoriolam, à quâ coronatur, ſiniſtrâ haſtam : ad pedes Aquila lauream roſtro gerens : in ſubſtructione legitur Sic X Sic XX.

(6) Lætitia ſiniſtrâ anchoram tenet, ad denotandum lætitiam illam ſtabilem eſſe & fundatam, anchora enim ſtabilitatis & firmitudinis ſymbolum eſſe ſolet. Vide nummum æreum III. ejuſdem Auguſti cum epigraphe, LAETITIA FUND. ubi idem typus cernitur. Nummus hic Probi ex argento deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(7) Non immeritò Probus ipſe in hiſce nummis, ut nonnulli putant, Martis Victoris titulo donatur, & gradivus trophæum gerens exhibetur ; nam ſi hoſtes devictos requiras, etiam antequam ad Imperium perveniſſet, audi Manlium Statianum ſic in Senatu loquentem : *Enimverò*, inquit, *quæ mundi pars eſt quam ille non vincendo didicerit ? Teſtes ſunt Marmaridæ in Africa ſolo victi, teſtes Franci inviis ſtrati paludibus, teſtes Germani & Alemanni longè à Rheni ſubmoti litoribus. Jam verò quid Sarmatas loquar,* dicens,

diens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam ferratam tranſverſam geſtat dextrâ, trophæum verò humero ſiniſtro: in imâ parte III. *Fontaine.*

Alius cum IIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C M AVR. PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

MARS VICTOR. (1) Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum elatum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; juxtà eam à dextris clypeus humi poſitus: in imâ parte II. *Fouc. Bau.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MARTI PACIFERO. Typus ut ſuprà, cum II. in imâ parte. *Fouc.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

MARTI PACIF. (2) Mars galeatus dextrorſum gradiens, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ ſpiculum & clypeum: in imâ parte QXXI. *Fontaine.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

PAX AVG. (3) Figura mulicbris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum elatum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ; à dextris in areâ D. *Le Roy.*

Alius cum IIII. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP C PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XX. *Frad.*

VIRTVS PROBI INVICTI AVG. Probus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

PAX AVGVSTI. (4) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. in imâ parte VXXI. *Fouc.*

IMP PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus ſummitate aquila.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ VI. in imâ parte XXI. *M.M.A.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

PIETAS AVG. (5) Figura mulicbris ſto-

quid Gothos, quid Parthos, ac Perſas, atque omnem Ponticum tractum? ubique vigent Probi virtutis inſignia. Longum eſt dicere quot Reges magnarum gentium fugaverit, quot Duces manu ſuâ occiderit, quantum armorum ſit quæ ipſe cepit privatus, &c. Hæc ſunt Probi adhuc privati præclara facinora; ſed ſi hoſtes devictos requiras, ipſo jam Imperatore, Germani ſunt, quos cæſis quadringentis millibus ultra Nicrum & Albam rejecit: Sarmatæ ſunt, quos in Illyrico contudit: Getici populi omnes, quos per Thracias incedens preſſit. In Oriente Iſauriam à Palfurio latrone liberavit: Blemyas ſubegit: Copton & Ptolemaidem Barbarico ſervitio eripuit. Ut taceam Gepidas, Gautunnos, Vandalos, quos fidem frangentes variis victoriis oppreſſit: taceam etiam Saturninum, Proculum & Bonoſum, tyrannos, quorum illum in Oriente ſuperavit, hos in Gallia vicit. Non igitur abs re Mars Victor dicitur Probus in hoc nummo, & ſub Victoris ſpecie trophæum geſtans exhibetur; qui in ſequentibus oleæ ramum geſtans Paciferi forma repræſentatur. Nummus hic Probi ex argento deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(1) Nummi Probi cum hac epigraphe, & hoc typo inter rariores recenſendi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(2) De Marte Pacifero pluribus alibi ſuprà, ut & de Mercurio Pacifero; qui quidem præterquam in nummis, etiam apud Scriptores Paciferi nomine donantur. De Hercule autem Pacifero, cujus nulla mentio apud Scriptores, quod ſciam, ſed in nummis diverſorum Imperatorum frequens occurrit, loquimur infrà in nummis Æ. III. ejuſdem Auguſti; quæ quidem cum ad intelligentiam hujus nummi maximè conducant, conſulenda ſunt. Cæterum Probi nummi hujuſcemodi ex argento deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummus hic Probi ex argento & ſequentes deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Nummus hic Probi rarus ob capitis epigraphen, ubi Probus Invictus Auguſtus dicitur, quemadmodum in ſequenti Inſcriptione, quam Granatæ repertam exhibet Gruterus pag. 277.

IMP. CAES. M. AVR
PROBO
PIO. FELICI
INVICTO
AVG. NVMINI
MAIESTATIQVE
DEVOTVS
ORDO. ILLIBER. DE
DICATISSIMVS. D. P

(5) Quantæ pietatis erga Deos fuerit Probus facile eſt cognoſcere ex ipſius epiſtola, ad Senatum ſcripta, poſt Gallias à Germanis liberatas, & Germaniam ſubactam: *Ago*, inquit, *Diis immortalibus gratias P. C. quia veſtra in me judicia comprobarunt.* Et paulò poſt: *Supplicationes igitur veſtro more decernite.* Et deinde: *Coronas quas mihi obtulerunt omnes civitates aureas, veſtra P. C. Clementiæ dedicavi. Et has Jovi Opt. Max. cæteriſque diis deabuſque immortalibus veſtris manibus conſecrate*, &c. Nummus hic cum rarioribus recenſendus, nec extat ex argento apud Mediobarbum; apud quem habetur unicus æreus, ſed typo diverſo; Mulier quippe ſiniſtrâ cornucopiæ geſtat.

lata ac velata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad tripodem ſuprà quem ignis accenſus, pateram tenet dextrâ, acerram verò ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ c. *SG.*

Alius cum III. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

P M TRI P COS II PP. (1) Leo gradiens à ſiniſtris dextrorſum: in imâ parte XXIS. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

P M TRI P COS II PP. Leo ut ſuprà, juxtà cujus pedes anteriores caput bovis: in imâ parte XXIP. *Fouc.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENT AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte BXXI. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIς. *Le Roy.*

IMP C PROBVS AVG COS IIII.

PROVIDENT AVG. (2) Typus ut ſuprà: in imâ parte BXXI. *Collegii.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

PROVIDEN DEOR. (3) Sol capite radiato nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ & expanſâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: figura muliebris ſtolata ſtans ex adverſo, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ; inter utramque figuram ſtella: in imâ parte KAB. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

RESTITVTOR EXERCITI. (4) Jupiter nudus cum pallio à tergo pendulo, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: figura militaris galeata ſtans ex adverſo, dextram protendit ad globum, haſtæ ferratæ adnixa ſiniſtrâ: inter utramque figuram V. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

RESTITVT ORBIS. (5) Probus laureatus & paludatus ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: figura muliebris ſtolata ſtans ex adverſo,

(1) Nummus hic Probi & ſequentes ex argento deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(2) Providentiam Auguſti [illegible] commendare videtur hic nummus, quòd centum millia Baſtarnarum in Romanum ſolum tranſtulerit, [illegible] ita non agros ſolum jam diu incultos conſuluiſſet, ſed etiam ex acerrimis hoſtibus colonos [illegible] ac pace utiles fecillet; hoc enim ſtatim à pace cum Perſis factâ, hoc eſt vel extremo anni [illegible] anni 281. contigiſſe Vopiſcus tradit, quo quidem anno Probus quartum Conſulatum [illegible] Nummus hic ob capitis epigraphen rariſſimus.

(3) Vide quæ ad nummum [illegible] Æ. III. ejuſdem Auguſti infrà adnotamus. Nummus hic rariſſimus, nec extat ex argento apud [illegible].

(4) Nummi cum [illegible] Aureliano primùm occurrunt, ut ſuo loco monuimus; ſed in illo typus diverſus, [illegible] Imperator, dextrâ globum tenens, ſiniſtrâ haſtæ innixus; ex alterâ [illegible] globum eandem tenens dextra, haſtæ innixa ſiniſtra. Probus autem dictus [illegible], ut in nummis paſſim legitur; nec quidem abs re tali ille titulo donatur; [illegible] Vopiſcus de Probo adhuc privato loquitur: *Amor militum erga Probum ingens ſemper fuit. Neque enim [illegible] militem. Ille quinetiam Aurelianum ſæpè à gravi crudelitate [illegible] veſtes & calceamenta perſpexit: ſi quid prædæ fuit, ita diviſit, ut ſibi [illegible] arma ſervaret.* Otioſum autem militem nunquam ille eſt paſſus, ut ſcribit laudatus Vopiſcus, qui varia ejus adhuc privati opera apud Ægyptum per milites ſtructa recenſet. Eandem hanc [illegible] Imperator factus in exercitu diligentiſſimè obſervabat, unde & cum à militibus invitus & retractans ad imperium evectus eſſet, ſæpè dicebat, ut tradit idem Scriptor: *Non enim vobis expedit milites, [illegible] bene agitis. Ego enim vobis blandiri non poſſum.* Hic tandem nimius diſciplinæ militaris rigor ejus necis cauſa fuit: *Cauſæ*, inquit Vopiſcus, *occidendi ejus hæ fuere: Primum, quòd nunquam militem otioſum eſſe perpeſſus eſt. Siquidem multa opera militari manu perfecit, dicens annonam gratuitam militem comedere non debere*, &c. Eadem diſciplina plures ille præclariſſimos Duces inſtituit: *Nam & ejus diſciplinæ*, teſte eodem Vopiſco, *Carus, Diocletianus, Conſtantius, Aſclepiodorus, Annibalianus, Leonides, [illegible], Herennianus, [illegible], Ueſinianos, Herculius Maximianus, & cæteri, quos patres noſtri [illegible] ſunt, & de quibus non nulli boni Principes extiterunt, inſtituti ſunt.* Cæterum Probus ſubactâ Germaniâ, ſedecim millibus tyronum exercitum auxit, ut narrat idem Scriptor: *Accepit præterea ſedecim millia tyronum, quos omnes per diverſas Provincias ſparſit ita ut numeris, vel limitaneis militibus quinquagenos & ſexagenos intermiſceret, dicens ſentiendum eſſe non videndum quum auxiliaribus Barbaris Romanus juvatur.* His itaque de cauſis Probus RESTITUTOR EXERCITI jure merito dici potuit. Nummus hic ex argento rariſſimus, nec extat apud Mediobarbum.

(5) Vide quæ ad nummum ſimilem Æ. III. ejuſdem Auguſti infrà adnotamus. Nummus hic Probi ex argento deſideratur in Collectione Mediobarbi.

coronam lauream tenet dextrâ; inter utramque figuram ſtella : in imâ parte XXIV. *Fouc.*

IMP PROBVS AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus apice aquila.

ROMAE·AETER. (1) Templi facies cum gradibus, ſex columnis corinthiacis ſuffulta, ad cujus veſtibulum figura muliebris ſtolata & galeata ſedens à fronte, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte R B. lunâ bicorni intermediâ. *Fouc.*

PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

ROMAE AETER. Typus ut ſuprà : in imâ parte R Δ. fulmine intermedio. *RE.*

IMP C M AVR PROBVS P AVG. Caput Probi ut ſuprà.

ROMAE AETERNAE. Typus ut ſuprà : in imâ parte R Δ. fulmine intermedio. *Fontaine.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

ROMAE AETERNAE. Typus ut ſuprà : in imâ parte ſtella & SIS. *Fouc.*

Alius cum R J. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo. *MB.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

SALVS AVG. (2) Figura muliebris ſtolata ſedens à ſiniſtris dextrorſum ad aram ſerpente capite aſſurgente circunvolutam, dextrâ tenet pateram ex quâ ſerpentem paſcit, ſellæ verò adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte XXIT. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

SALVS AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXIV. *Fontaine.*

IMP PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

SECVRIT PERP. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextram attollit ſuprà caput, cippo verò altiori adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte rXXI. *Fouc.*

VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum.

SECVRIT PERP. VI. XXI. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

SOLI INVICTO. (3) Sol capite radiato nudus cum pallio brachio ſiniſtro collecto, vultu dextrorſum converſo ſtans in quadrigâ à fronte, equis utrinque pariter averſis & adverſis, dextram expanſam protendit ; flagrum verò geſtat ſiniſtrâ : in imâ parte Є. *Fauvel.*

Alius cum R. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

SOLI INVICTO. Sol typo quo ſuprà in quadrigâ à ſiniſtris dextrorſum : in imâ parte R B. fulmine intermedio. *Fouc. Regius.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

SOLI INVICTO. Typus ut ſuprà : in imâ parte R Γ. fulmine intermedio. *Fontaine.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ humero dextro, clypeum verò ſiniſtrâ.

SOLI INVICTO. (4) Templum ſex columnis ſuffultum cum tribus gradibus, in quo ſtat Sol dextrâ clavâ, ſiniſtrâ globum tenens : in imâ parte SXXT. *SG.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſed abſque galeâ.

TEMPOR FELICI. Figura muliebris

(1) Vide quæ ad nummum ſimilem Æ. III. ejuſdem Auguſti infrà adnotamus.

(2) Nummi Probi cum hoc typo ex argento rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummi hi Probi ex argento non extant apud Mediobarbum. De Solis autem curru & equis ſic loquitur Accius :

> *Sol, qui micantem candido curru atque equis*
> *Flammam citatis, fervido ardore explicas.*

Manilius Aſtron. lib. v.

> *Quadrijugis it Phœbus equis, & Delia bigis.*

Equorum autem nomina exprimit Ovidius lib. II. Metamorph.

> *Interea volucres Pyroeis, Eous, & Æthon,*
> *Solis equi, quartuſque Phlegon hinnitibus auras*
> *Flammiferis implent.*

Vide præterea Hyginum Fab. CLXXXIII. Fulgentium Mythol. lib. io Apolline, Calpurnium Baſſum Commentar. in Aratæa Germanici Cæſaris.

(4) Cum eadem epigraphe occurrunt etiam nummi in Gallieno, in Quieto, & in Aureliano ; ſed in illorum nummis typus, ut videre eſt, omninò diverſus. Cæterum hujus nummi typus rariſſimus eſt, imò ſingularis, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte I. *Bau.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

TEMPOR FELICI. Typus ut ſuprà, cum I. in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

TEMPOR FELICIT. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ B. in imâ parte I. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

TEMPORVM FELICITAS. (1) Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ; in imâ parte I. *Fontaine.*

IMP PROBVS AVG. Probus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata & ſuccincta gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, trophæum verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte R S. coronâ laureâ intermediâ. *Regius.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte R S. fulmine intermedio. *Fouc.*

Alius cum R T S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte R S. fulmine intermedio. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA GERM. (2) Trophæum cum duobus captivis à verſis, hinc inde humi ſedentibus: in imâ parte R A. fulmine intermedio. *Fouc.*

IMP PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

VICTORIA GERM. Typus ut ſuprà: in imâ parte R A. coronâ laureâ intermediâ. *Fouc.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

VICTORIA GERM. Typus ut ſuprà: in imâ parte R A. fulmine intermedio. *Fontaine.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG.

VICTORIAE AVG. (3) *MB.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. (4) Mars nudus galeatus ad ſiniſtram gradiens, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ trophæum geſtat ad humerum ſiniſtrum: in imâ parte P X X T. *MDM.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato & radiato, ad medium dorſum cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, clypeum umbilicatum ſiniſtrâ.

VIRTVS AVG. Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, clypeum verò humi poſitum cum haſtâ tenet ſiniſtrâ; in imâ parte IIII. *Fouc. MMA.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ ſuſtinet globum cui inſiſtit Victoriola.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte IIII. *Le Roy.*

Alius cum Q X X T. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

VIRTVS AVG. Probus laureatus & paludatus gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpi-

(1) Nummi Probi ſuperiores ac ſequentes ex argento deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(2) Auctor eſt Vopiſcus, Probum ſtatim initio Principatus cum ingenti exercitu Gallias petiiſſe, ut eaſdem à Germanis occupatas defuncto Aureliano interregni tempore, in libertatem vindicaret, tantaque ibi prælia feliciter geſſiſſe, ut non ſolùm Gallias receperit, ſed univerſam ſubjecerit Germaniam, quadringentis millibus Barbarorum occiſis; de qua quidem victoria ſic Probus ad Senatum ſcripſit, ut refert laudatus Vopiſcus in ipſius Vita: *Ago*, inquit, *Diis immortalibus gratias P. C. quia veſtra in me judicia comprobarunt. Subacta eſt omnis quà tenditur latè Germania: novem Reges gentium diverſarum ad meos pedes, imò ad veſtros, ſupplices ſtratique jacuerunt. Omnes jam Barbari vobis arant, vobis jam ſerunt, & contra interiores gentes militant. Supplicationes igitur veſtro more decernite. Nam & quadraginta millia hoſtium cæſa ſunt, & ſedecim millia armatorum nobis oblata, & ſeptuaginta urbes nobiliſſimæ captivitate hoſtium vindicatæ, & omnes penitùs Galliæ liberatæ. Coronas quas mihi obtulerunt omnes Galliæ civitates aureas, veſtræ P. C. clementiæ dedicavi. Et has Jovi opt. max. cæteriſque Diis Deabuſque immortalibus veſtris manibus conſecrate. Præda omnis recepta eſt, capta etiam alia & quidem major quam fuerat ante direpta. Arantur Gallicana rura barbaris bobus, & juga Germanica captiva præbent noſtris colla cultoribus: paſcuntur ad noſtram alimoniam gentium pecora diverſarum: equinum pecus noſtro jam fœcundatur equitatui: frumento barbarico plena ſunt horrea. Quid plura? illis ſola relinquimus ſola, nos eorum omnia poſſidemus.* Vide quæ de Germanico bello ſcribit Zoſimus. Nummi hi ex argento deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Vide nummos aureos & Æ. III. cum eadem epigraphe, & quæ ibi adnotamus.

(4) Nummus hic & omnes ſequentes ex argento deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

eulſum tranſverſum geſtat dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ: in imâ parte XXIS. *Fouc.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS INVICTI AVG. (1) Probus paludatus eques à dextris ſiniſtrorſum, equi pedibus anterioribus ſublimibus, hoſtem reſupinatum, ac dextram ſupplicem protendentem impetit haſtâ, equum verò regit ſiniſtrâ: in imâ parte SXXT. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

VIRTVS PROBI AVG. Mars nudus galeatus cum pallio utrinque volitante gradiens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, trophæum verò humero ſiniſtro: in imâ parte XXIQ. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum lorica, ſiniſtrorſum.

VIRTVS PROBI AVG. Mars ut ſuprà: à dextris captivus manibus poſt tergum revinctis humi ſedens, à ſiniſtris alter retroſpiciens: in imâ parte XXIT. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Probus galeatus & radiatus, ad pectus cum lorica, dextrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

VIRTVS PROBI AVG. Probus paludatus eques à ſiniſtris dextrorſum, dextram expanſam protendit, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ; ad equi pedes anteriores captivus manibus poſt tergum revinctis humi ſedens: in imâ parte KAB. *Fouc.*

(1) Probus tam privatus quàm Imperator nobiliſſimis claruit virtutibus, teſte Vopiſco, qui de eodem privato ſic loquitur: *Longum eſt*, inquit, *ſi per res geſtas tanti percurram viri, quæ ille ſub Valeriano, quæ ſub Gallieno, quæ ſub Aureliano & Claudio privatus fecerit, quoties murum conſcenderit, vallum diripuerit, hoſtem comminus interemerit, dona Principum emeruerit, rempublicam in antiquum ſtatum ſua virtute reddiderit.* Cæterum res præclariſſimas à Probo jam Auguſto geſtas pluribus ex eodem Vopiſco alibi expoſuimus; ex quibus omnibus illuſtrari poſſunt hujuſcemodi nummi.

NUMISMATA LATINA
maximi moduli, vulgò Medaglioni.

IMP PROBVS AVG. Probus laureatus pectore tenus, humero dextro haſtam tenet, ſiniſtra clypeum.

ADLOCVTIO AVG. (1) Imperator ſtans paludatus in ſuggeſtu; cum comitatur Præfectus Prætorii, hinc tres ſigniferi in imo, inde tres alii: ante ſuggeſtum duo captivi genuflexi; pone eos duo pueruli, unus à dextris, alter à ſiniſtris. *Vaillant.*

IMP PROBVS P AVG. Probus galeatus, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum tenet.

ADLOCVTIO AVG. Typus ut ſuprà. *D.C.*

IMP PROBVS P F AVG. Probus capite laureato pectore tenus, dextrâ haſtam, ſiniſtro humero trophæum.

ADLOCVTIO MILITVM. (2) Imperator

(1) Nummum Probi ex argento cum eadem epigraphe, ſed typo diverſo, ubi duo captivi tantùm cernuntur abſque puerulis, ad victoriam de Logionibus Germanicâ gente, de qua loquitur Zoſimus, ab eo relatam ſpectare diximus; hunc verò nummum cuſum putamus in monimentum victoriæ quam ipſe de Germanis omnibus retulit; de quâ quidem victoria ſic Vopiſcus in ejus Vitâ: *Tanta autem*, inquit, *ille prælia geſſit, ut à Barbaris ſexaginta per Gallias nobiliſſimas recipe et civitates: prædam deinde omnem, quâ illi præter divitias etiam efferebantur ad gloriam. Et quum jam in noſtra ripa, imò per omnes Gallias ſecuri vagarentur, cæſis propè quadringentis millibus, qui Romanum occupaverant ſolum, reliquas ultra Nicrum fluvium & Albam removit*, &c. Et paulò poſt: *Nec ceſſatum eſt unquam pugnari, quum quotidie ad eum Barbarorum capita deferrentur, jam ad ſingulos aureos ſingula, quandiu reguli novem ex diverſis gentibus venirent, atque ad pedes Probi jacerent.* Et Probus ipſe in epiſtola ad Senatum ſcripta ſic loquitur: *Subacta eſt omnis qua tenditur latè Germania: novem Reges gentium diverſarum ad meos pedes, imò ad veſtros, ſupplices ſtratique jacuerunt.* Nummus rariſſimus.

(2) Nummi inſcripti ADLOCUTIO AUG. vel AUGG & ADLOCUTIO COHORT. in nonnullis Imperatoribus reperiuntur; ADLOCUTIO autem BRITANNICA in Hadriano tantùm, quemadmodum ADLOCUTIO MILITUM in Probo tantùm occurrit. Cuſi autem fortaſſis fuere hujuſcemodi nummi in monimentum Adlocutionis illius, quam habuit ad milites, tùm cum ab illis Imperator appellatus fuit; cujus quidem mentionem facere videtur & Vopiſcus in ejus Vitâ: *Quum ad exercitus*, inquit, *nuntius veniſſet, tum primum animus militibus fuit prævenire Italicos exercitus, ne iterum Senatus Principem daret; ſed quum inter milites ſermo eſſet quis fieri deberet, & manipulatim in campo tribuni eos alloquerentur, dicentes requirendum eſſe Principem aliquem fortem, ſanctum, verecundum, clementem, probum: idque per multos circulos, ut fieri aſſolet, diceretur, quaſi divino nutu undique ab omnibus acclamatum eſt, Probe Auguſte Dii te ſervent: deinde concurſus, & ceſpititium tribunal; appellatuſque Imperator, ornatus etiam pallio purpureo quod de ſtatua templi oblatum eſt*, &c. Tribunal autem aſcendebant Imperatores cum milites adloquerentur; morem verò adloquendi exercitum valdè frequentem Imperato-

paludatus ſtans in ſuggeſtu cum alterâ figurâ militari, adloquitur decem milites. *Vaillant.* Eadem epigraphe. Probus capite radiato ad pectus cum loricâ dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

ADLOCVTIO MILITVM. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C M AVR PROBVS PIVS AVG. Probus pectore tenus & capite laureato, dextrâ haſtam gerit.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator eques paludatus inter duo ſigna militaria; Victoria præit, & duo ſubſequuntur milites. *Vaillant.*

IMP CAES M AVR PROBVS P F. Probus laureâ inſignis pectore tenus, humero dextro haſtam, ſiniſtro clypeum in quo duæ Victoriæ appendunt clypeum palmæ arbori, ad cujus imum duo captivi gementes humi decumbunt.

EXERCITVS PERS. (2) Imperator paludatus ſuprà ſubſellium ſtans adloquitur cohortes ante & pone ſe ſtantes, inter eos unus ejus equum capiſtro tenet. *Vaillant.*

IMP C PROBVS PIVS AVG. Probus medio pectore tenus, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

FIDES MAXIMA. (3) Figura ſtolata ſtans, globum Imperatori paludato tradit arâ intermediâ, illa ſiniſtrâ temonem inverſum gerit, Probus lævâ haſtam. *Vaillant.*

IMP C PROBVS INVICT P F AVG. Capita Probi & ejus conjugis jugata, ad pectus ille cum paludamento capite laureatu, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum.

ribus fuiſſe, cùm ex nummis, tùm paſſim ex Hiſtoriarum monumentis conſtat; id autem fiebat, vel cum ipſimet primùm ad Imperium pervenirent, ut Galba fecit & Probus; vel cum aliquem in ſpem ſucceſſionis adoptarent, ut Galba itidem fecit Piſonem adoptando apud milites: vel etiam cum alium ad Imperii conſortium adſumerent, ut legitur apud Ammianum Marcellinum lib. xv. de Conſtantio Imperatore cum Julianum poſt multas deliberationes, Imperii conſortem facere placuiſſet apud exercitum: vel cum milites ad fortiter agendum ante prælium exhortarentur, aliiſque ſimilibus ex cauſis exorientibus, quarum exempla apud Hiſtoricos paſſim occurrunt. Concionem autem Juliani, quâ milites contra Perſas adhortatus eſt, refert laudatus Ammianus lib. xxiii. qui *aggerem glebalem* appellat Tribunal illud, quod *Ceſpititium tribunal* Vopiſco dicitur, loco paulò ſuprà citato: nec mirum quia ex glebis & ceſpitibus extructum & ſuggeſtum erat, unde & *ſuggeſtus* dictus. Hinc apud Tacitum lib. I. Annal. *Simul congerunt ceſpites, extruunt tribunal, quo magis conſpicua ſedes foret.* Et mox: *Aggerebatur nihilominus ceſpes, jamque pectori uſque acreverat.* Vide etiam Plinium in Panegyrico Trajano dicto, & Claudianum lib. de Bello Gildonico verſ. 424. &c. necnon alios Scriptores. Cæterum ſi hic nummus Probi referendus eſt ad primam illam Adlocutionem, quam ad milites habuit, figura illa militaris, quæ ei in ſuggeſtu adſtat, non eſt Præfectus Prætorio, ſed quidam alius ex Ducibus; etenim Præfectus Prætorio tum temporis abſens erat, ut liquet ex epiſtola Probi ad Capitonem Præfectum Prætorio ſcripta. Nummi Probi cum hac epigraphe rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Mediobarbo.

(1) Nummi Probi omnes ex ære maximi moduli rari ſunt, ſed hic inter rariores recenſendus eſt. Vide quæ ad ſimiles nummos aureos ejuſdem Auguſti ſuprà diximus.

(2) Nummum hunc Probi rariſſimum, imò ſingularem refert Mediobarbus ex Strada; unde verò illum exſcripſerit non liquet. Cuſum autem hunc nummum tùm fuiſſe putat laudatus Mediobarbus, cum Probus Perſicum bellum meditans in Illyrico occiſus fuit: quod ſanè mihi non probatur; duæ enim Victoriæ in clypeo expreſſæ, & duo captivi qui humi decumbentes cernuntur, ad Copton & Ptolemaidem urbes, ereptas Barbarico ſervitio & Romano juri additas reſpicere me cogunt; quo tempore Perſæ maximè territi legatos ad Probum miſerunt pacem poſcentes, ut narrat Vopiſcus in ejus Vita: *Copton præterea,* inquit, *& Ptolemaidem urbes, ereptas Barbarico ſervitio, Romano addidit juri. Ex quo tantum profecit, ut Parthi legatos ad eum mitterent, confitentes timorem pacemque poſcentes: quos ille ſuperbius acceptos, magis timentes domum remiſit. Fertur etiam epiſtola illius, repudiatis donis quæ Rex Parthorum miſerat, ad Narſeum talis fuiſſe: Miror te de omnibus quæ noſtra futura ſunt, tam pauca miſiſſe. Habeto interim omnia illa quibus gaudes: quæ ſi nos habere cupiamus, ſcimus quemadmodum poſſidere debeamus. His acceptis literis Narſeus maximè territus, & eo præcipuè quod Copton & Ptolemaidem comperit à Blemyis, qui eas tenuerant, vindicatas, cæſoſque ad internecionem eos qui gentibus fuerant ante terrori. Facta igitur pace cum Perſis, ad Thracias rediit,* &c. In harum porrò rerum monimentum nummum hunc cuſum fuiſſe putamus; cujus quidem epigraphe in hoc Auguſto tantùm occurrit.

(3) Hæc epigraphe, & hic typus in Probo tantùm occurrunt. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. FIDES autem MAXIMA Probi dicitur, cui etiam Fortuna globum tradit, hoc eſt, à militibus Auguſtus nuncupatur, & Imperium accipit, ad Senatum tamen ita ſcribit, ac ſi ob ampliſſimo illo ordine Imperium acceptutus eſſet; in cujus quidem rei monimentum hunc illi nummum cuſum fuiſſe putamus. Epiſtola autem illa quam ipſe ad Senatum ſcripſit, ſic legitur apud Vopiſcum: *Rectè atque ordine P. C. proximo ſuperiore anno factum eſt ut veſtra clementia orbi terrarum Principem daret, & quidem de vobis, qui & eſtis mundi Principes, & ſemper fuiſtis, & in veſtris poſteris eritis; atque utinam id Florianus expectare voluiſſet, nec velut hereditarium ſibi vindicaſſet Imperium: vel illum, vel alium quempiam majeſtas veſtra feciſſet. Nunc quoniam ille Imperium arripuit, nobis à militibus delatum eſt nomen Auguſtum, vindicatum quin etiam in illum à prudentioribus militibus, quod fuerat uſurpatum. Quæſo ut de meis meritis faciatis quidquid juſſerit veſtra clementia.* Vopiſcus etiam refert quæ in Senatu poſt lectam hanc epiſtolam, dicta fuere; quæ omnia ad hujus numini explicationem nonnihil faciunt; ſed quia longiuſcula ſunt hîc non exſcribo.

MONETA AVG. (1) Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *Vaillant. Colleg. RE. Regius.*

IMP C PROBVS P F AVG. Probus pectore tenus cum loricâ, & paludatus capite laureato, dextrorſum, dextrâ tenet globum cum Victoriolâ, ſiniſtrâ caput aquilæ.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *Regius. DeC.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi laureatum, ad pectus cum loricâ, in quâ caput Meduſæ, dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

IMP C PROBVS P F AVG. Probus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat globum cui inſiſtit Victoriola, quæ manibus coronam gerit, ſiniſtrâ verò tenet haſtam.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*
Eadem epigraphe. Caput Probi laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP PROBVS P F AVG. Probus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum, in quo Imperator eques Victoriâ præeunte, & milite ſubſequente.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *Lamoignon. DeC.*
Eadem epigraphe. Probus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrâ geſtat haſtam humero dextro, ſiniſtrâ clypeum, in quo Imperator eques Victoriâ præeunte, & milite ſubſequente.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *DeC.*

IMP PROBVS P AVG. Caput Probi ut ſuprà; ſed in clypeo eques, cum pluribus figuris ſub equo.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà. *DeC.*
Eadem epigraphe. Probus medio corpore tenus, dextrâ ſcipionem, lævâ clypeum tenet.

SOLI INVICTO. Sol in quadrigis à fronte, dextrâ extenſâ, lævâ flagrum tenet. *Vaillant. DeC.*
Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

SOLI INVICTO. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C PROBVS P F AVG. Probus medio corpore tenus, dextrâ globum gerit.

TEMPORVM FELICITAS. Roma galeata inſidens clypeo à ſiniſtris dextrorſum, globum Probo paludato porrigit, quem coronat Victoria pone eum ſtans: adſtat à dextris Romæ Felicitas dextrâ caduceum tenens. *Vaillant.*

IMP PROBVS P F AVG. Probus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum, in quo Imperator eques cum pluribus captivis ante ipſum.

TEMPORVM FELICITAS. (2) Typus ut ſuprà. *Regius.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

VIRTVS AVGVSTI. Imperator eques à dextris ſiniſtrorſum, dextra elatâ, ſpiculum in captivum ante equi pedes ſedentem contorquet; ſub equo duo alii captivi, alter ſedens, alter ſemiproſtratus. *Farneſianus.*

IMP PROBVS P F AVG. Probus laureatus pectore tenus, dextrorſum, dextro humero ſcipionem, ſiniſtro clypeum, in quo Imperator eques ante quem plurimæ figuræ.

VIRTVS AVGVST NOSTRI. (3) Imperator eques paludatus decurrens haſtâ ſubmiſsâ, ipſi præeunte milite, & captivo ſubſequente. *Vaillant.*

IMP C M AVR PROBVS PIVS AVG. Probus capite laureato ad medium dorſum, ſpiculum inverſum geſtat dextrâ, ægidem ſiniſtrâ ad humerum ſiniſtrum.

VIRT AVGVT. (ſic) NOSTRI. Typus ut ſuprà: in imâ parte SIS. *Regius.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite galeato, ad pectus cum loricâ,

(1) Licet omnes hi Probi nummi ob capitis typos ſunt elegantes & rari; hic tamen ubi duo capita jugata cernuntur, præſtantiſſimus & rariſſimus eſt.

(2) Imperatores duos poſt Taciti mortem nuncupatos à militibus fuiſſe narrant Scriptores; ſed ex his Florianus, cui univerſæ fermè Occidentis Provinciæ parebant, Senatui ac populo Romano parùm gratus; Probus verò non rei militaris peritiâ ſolùm, ſed ſingulari etiam clementiæ laude clarus habebatur: quamobrem etſi militum numero longè ſuperaretur, nihil tamen paulò atrocius decretum in hunc à Senatu fuiſſe videtur, cum eum ſibi imperaturum ſperaret, quem optabat. Atqui Probum Romanorum de ſe judicia fruſtratum non fuiſſe prodit Vopiſcus; hunc enim Rempublicam in veterem ſtatum reſtituiſſe tradit, qualis ab Auguſto ordinatus fuerat: cui auctori præclarè convenit, non cum hoc ſolùm nummo planè novo, & eximiæ raritatis ac elegantiæ, ſed cum plurimis aliis quos hîc exhibemus, RESTITUTOR SAECULI AUGUSTI, &c.

(3) Hæc epigraphe & hic typus in Probo primùm occurrunt. Nummus hic rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum. De Probi virtute vide quæ ad nummos ejus argenteos adnotavimus.

dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro.

VIRTUS PROBI AUG. Imperator eques, præeunte milite cum haſtâ & clypeo, dextrâ elatâ ſpiculum in captivum ante equi pedes ſedentem contorquet; ſub equo duo alii captivi, alter ſedens, alter ſemiproſtratus. *E ſchedis RDR.*

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP PROBUS P F AUG. Probus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum, in quo figura equeſtris cum aliis figuris militaribus.

MONETA AUG. Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *Fouc. RE. Fontaine.*

Eadem epigraphe. Probus capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum.

MONETA AUG. (1) Typus ut ſuprà. *Regius.*

(1) Hos nummos inter eos quos *Medaglioni* vocant recenſeri potuiſſe, imò debuiſſe credimus, cum nulla in Probo ex ære revera 1. moduli reperiantur numiſmata; attamen judicium Antiquariorum, qui locupletiſſima quæ laudamus, cimelia ordinarunt, ſequi viſum eſt.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP C M AUR PROBUS P AUG. Caput Probi laureatum, ad pectus cum loricâ.

CONSERVAT AUG. (1) Sol dextrorſum gradiens, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ flagrum tenens. *Frad.*

PROBUS P F AUG. Caput Probi ut ſuprà.

FIDES MILITUM. Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ. *B.*

IMP C MAR AURELIUS PROBUS P AUG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

ROMAE AETERNAE. Templum ſex columnis ſuffultum, in cujus medio ſtat Roma; in imâ parte R. Z. *Fouc.*

IMP C M AUR PROBUS AUG. Caput Probi laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA GERM. (2) Trophæum erectum inter duos captivos humi ſedentes adverſos. *Regius.*

(1) Probi nummi ex Æ. II. rariſſimi ſunt. Vide quæ ad nummum ſimilem aureum ſuprà diximus.
(2) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti adnotavimus.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C M AUR PROBUS P F AUG. Probus capite radiato, ad medium pectus cum loricâ, haſtam geſtat ſiniſtrâ humero ſiniſtro.

ABUNDANTIA AUG. (1) Figura muliebris ſtolata, ſiniſtrorſum converſa ſtans, utrâque manu cornucopiæ geſtat, ex quo varias opes effundit: in imâ parte III. *Laiſné.*

Alius cum IIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Laiſné.*

IMP C M AUR PROBUS AUG. Caput Probi ut ſuprà.

ABUNDANTIA AUG. Typus ut ſuprà, cum III I. in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat globum cui inſiſtit Victoriola.

ABUNDANTIA AUG. Typus ut ſuprà: in imâ parte IIII. *Cham. Val.*

Eadem epigraphe. Probus capite galeato ac radiato, ad medium pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat humero dextro, ſiniſtrâ verò clypeum, in quo equus currens à dextris ſiniſtrorſum.

ABUNDANTIA AUG. Typus ut ſuprà: in imâ parte IIII. *Fouc. Cham.*

IMP C PROBUS P F AUG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

ABUNDANTIA AUG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Brandeburg.*

Alius cum IIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Val.*

IMP PROBUS INV AUG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

ABUNDANTIA AUG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXI. *B.*

IMP C PROBUS P F AUG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

ABUNDANTIA AUG. Figura muliebris ſtolata, dextrorſum converſa, cætera ut

(1) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

ſuprà:

ſuprà : in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP C PROBVS AVG COS. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

ADLOCVTIO AVG. (1) Imperator in ſuggeſtu, dextrâ extenſâ & expanſâ, coronâ Prætorianorum circundatus, adſtante Præfecto Prætorio : hunc adeunt Prætoriani duo, ſinguli captivum manibus poſt tergum revinctis adducentes, & equos fræno retinentes. *Fontaine.*

IMP PROBVS AVG. Probus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

ADVENTVS AVG. Probus laureatus ac paludatus eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ & expanſâ, pacificatoris habitu, haſtam tranſverſam geſtat ſiniſtrâ : ante equum captivus manibus poſt tergum revinctis humi ſedet. *RDR.*

Alius cum R Γ. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

Alius cum R Γ. ſtellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R Δ. ſtellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R S. ſtellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum R S. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R ϛ. coronâ laureâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad medium pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte R S. coronâ laureâ intermediâ. *Fouc. Frad.*

Alius cum R S. fulmine intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum R Z. fulmine intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

IMP C M AVR PROBVS P AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXIV. *Frad.*

IMP PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte R Γ. ſtellâ intermediâ. *SG.*

Alius cum R Δ. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R Δ. coronâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

Alius cum R Δ. ſtellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R ϛ. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum R S. coronâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R Z. ſtellâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R Z. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Val.*

Alius cum R Z. coronâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte R. *Frad.*

PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte R Z. fulmine intermedio. *Fouc. RE. Hen. Le Roy.*

Alius cum RIZ. in imâ parte, eodem

(1) Nummum huic ſimillimum ex argento ſuprà exhibuimus, in quo Semnonem Logionum Regem, ejuſque filium bello captos ad Probum adduci monuimus ; hunc verò alias rariſſimum capitis epigraphe etiam commendat, dum hanc de Logionibus victoriam in primo Probi Conſulatu, hoc eſt anno 277. partam docet. Ad eundem annum pertinet hæc Inſcriptio, quam Sponius ex ſchedis Barberinis exſcripſerat, & Miſcell. pag. 51. repræſentat :

IOVI. INVICTO
SILVANO. ET HERCVLI
GENIO. VRBIS
FORTVNAE. FEL. ANSACE
NVS. MIL. COH. VIII
AVRELIAN. 7. VARI
NIAN. AR. ET. SION.
D. D.

DED. III. NON
IVL. D. N.
M. AVR. PROBO
AVG. ET M
AVR. PAVLI
NO. COSS

Cæterum nummum cum eadem epigraphe, ſed typo diverſo exhibet Mediobarbus, qualis nempe unus inter nummos maximi moduli ſuprà deſcriptus eſt, cum quatuor figuris ſupplicibus ante ſuggeſtum.

typo utrâque ex parte. *DC. Cham. Le Roy.*

IMP C PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

ADVENTVS AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte R Z. fulmine intermedio. *Fouc.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato ac radiato, ad medium pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, ſiniſtrâ clypeum in quo eques decurrens.

ADVENTVS PROBI AVG. (1) Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *RDR.* Eadem epigraphe. Caput Probi ut ſuprà, ſed clypeum punctatum tenet.

ADVENTVS PROBI AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Alius cum A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Γ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *DC. Cham.*

Alius cum XAB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum R Δ. ſtella intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Rϛ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum, ſiniſtrâ geſtat ſpiculum ad humerum ſiniſtrum, dextrâ clypeum punctatum tenet.

ADVENTVS PROBI AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte KAΔ. *Frad.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

ADVENTVS PROBI AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte RZ. *Frad.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite galeato & radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum in quo eques.

ADVENTVS PROBI AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte A. *Frad.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet baculum in cujus apice aquila.

ADVENTVS PROBI AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXI. inter crura poſteriora equi Γ. *Fouc. Frad.*

Alius cum Δ. inter crura equi poſteriora, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum Є. inter crura equi poſteriora, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ADVENTVS PROBI AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXIB. *Fouc.*

Alius cum XXIR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum KA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

ADVENTVS PROBI AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXIS. *RE.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

AEQVITAS AVG. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ : à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte XXI. *Fouc. Val.*

Alius cum XXIΓ. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Val.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

AETERNITAS AVG. (3) Sol ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ, globum tenet ſiniſtrâ : in imâ parte DIZ. *Regius. Le Roy.*

Alius cum RIZ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham. B.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

AETERNITAS AVG. (4) Lupa cum gemellis à ſiniſtris dextrorſum : in imâ parte XXIP. *Regius.*

IMP C M AVR PROBVS P AVG. Probus

(1) Nummi hi ac ſuperiores Adventum Probi in Urbem poſt devictos Barbaros deſignant. Nummus hic & ſequentes ob capitis epigraphen & typum rari ſunt.

(2) Æquitatem Probi, priuſquam etiam ad Imperium perveniſſet, commendat Vopiſcus, præcipuè in dividundis prædis : *Amor*, inquit, *militum erga Probum ingens ſemper fuit. Neque enim unquam ille paſſus eſt peccare militem. Ille quinetiam Aurelianum ſæpè à gravi crudelitate deduxit. Ille ſingulos manipulos adiit, veſtes & calceamenta perſpexit : ſi quid prædæ fuit, ita diviſit, ut ſibi nihil præter tela & arma ſervaret.* Nummi Probi cum hac epigraphe & hoc typo rari.

(3) Nummi Probi cum hac epigraphe rari ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi. Æternitas autem paſſim in nummis, uti ſuprà in aliis Imperatoribus vidimus, per Solem, ſub figura Juvenis nudi, capite radiato, tanquam ſydus æternum à Romanis exhibetur; qui ſanè Græcorum more, ut nonnulli putant, hoc ſymbolum ab Ægyptiis mutuarunt, qui Solem, & Lunam ſydera æterna exiſtimabant. Cæterum Mediobarbus exhibet nummum Probi ex Angellone cum eodem typo, niſi quod Sol ſiniſtrâ flagrum tenet, inſcriptum, ÆTERNIT. IMPERI. ut in nummis incerti moduli videre eſt.

(4) Mirum quàm varii Æternitatis typi in nummis diverſorum Imperatorum exhibentur; quos ſanè longum foret hîc recenſere : monere tantùm ſufficiat, hunc typum in nummis inſcriptis ÆTERNITAS

capite radiato, ad medium pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ tenet baculum in cujus apice aquila.

CLEMENTIA TEMP. (1) Jupiter nudus cum pallio divinitatis, vultu dextrorſum converſo, ſtans à ſiniſtris, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: ſtat à dextris ex adverſo Imperator Probus laureatus ac paludatus, dextram protendens globum à Jove accepturus, haſtæ verò in cujus apice aquila adnixus ſiniſtrâ: inter utramque figuram P. in imâ parte PR. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram V. in imâ parte XXI. *Frad.*

Alius cum XXIV. in imâ parte, abſque literis inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXI. *Regius.*

Alius cum ſtellâ inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum A. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *SG.*

Alius cum Γ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram luna bicornis, abſque literis in imâ parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. Jupiter typo quo ſuprà: Probus verò baculum vel haſtam, in cujus apice corona laurea tenet ſiniſtrâ, cætera ut ſuprà: in imâ parte XXI. *Fouc. Bau. Frad.*

Alius cum A. & puncto inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *DC.*

Alius cum B. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Δ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Z. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum H. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CLEMENTIA TEMP. Jupiter ut ſuprà: Probus verò baculum in cujus apice aquila tenet ſiniſtrâ: inter utramque figuram P. in imâ parte XXI. & ſtella. *Fouc.*

Alius cum S. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum T. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, abſque literis inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram Q. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum S. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum T. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum Γ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Δ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum H. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram luna bicornis: in imâ parte KA. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà, abſque lunâ bicorni: in imâ parte XXIS. *RDR.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus apice aquila alis expanſis.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram T. in imâ parte KA. *RDR.*

IMP C M AVR PROBVS P AVG. Probus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram VI. in imâ parte KA. *Fauvel.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà, ſed Probus tenet baculum abſque aquila: inter utramque figuram ſtella: in imâ parte XXI. *Frad.*

AVG. vel ÆTERNITATI AVG. ut videre eſt infrà in uno incerti moduli nummo, quem protulit Mediobarbus Comes ex proprio cimelio, in Probo tantùm occurrere. Cæterum Romani in acclamationibus novi Imperatoris multos ei annos precabantur, ac ei Regnum tanquam Æternum optabant; Probi autem non ſolùm Regnum Æternum precatos fuiſſe Romanos, ſed etiam Reipublicæ Æternitatem, cujus ſymbolum Lupa cum gemellis erat, teſtatur hic rariſſimus ejus nummus.

(1) Vide quæ ad ſimilem nummum argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

Alius cum z. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram luna bicornis: in imâ parte KR. *Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà: ſed Jupiter globum geſtat cum Victoriolâ: inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. *Frad. Brandenburg.*

Alius cum B. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum Γ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Є. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Hen.*

Alius cum s. inverſo inter utramque figuram, eodem typo utraque ex parte. *Frad.*

Alius cum H. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram Γ. in imâ parte XXI. *RE.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CLEMENTIA TEMP. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtæ admititur dextrâ, cippo brachio ſiniſtro innixa: in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum z. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*
Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte XXIT. *Regius. Fouc. Cham. Frad.*

Alius cum XXIZ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

COMES AVG. (2) Minerva galeata ac ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, clypeum verò humi poſitum cum haſtâ ſiniſtrâ: à dextris in areâ A. *Fouc. Le Roy.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum paludamento.

COMES AVG. Typus ut ſuprà, cum A. à dextris in areâ. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

COMES AVG. Typus ut ſuprà, cum A. à dexeris in areâ. *Fouc. Regius. Brandenburg.*

Alius cum I. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

IMP PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

COMES AVG. Typus ut ſuprà, cum I. in imâ parte. *Frad.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

COMITI PROBI AVG. (3) Typus ut ſuprà: in imâ parte I. *Fouc. Regius. Le Roy. B. RDR.*
Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

COMITI PROBI AVG. (4) Hercules capite laureato nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, clavam verò erectam cum leonis exuviis geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte IIII. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

COMITI PROBI AVG. Typus ut ſuprà, cum IIII. in imâ parte. *Cham.*
Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

COMITI PROBI AVG. Typus ut ſuprà, cum IIII. in imâ parte. *Fouc.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

COMITI PROBI AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte AQP. *Le Roy.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput

(1) Nummi Probi cum hoc typo haud obvii ſunt.

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà obſervavimus. Nummi hi Probi haud obvii.

(3) De Minerva Comite Probi Auguſti quæ in hiſce nummis Paciferæ habitu cernitur, licet pluribus ſuprà ad nummos ſimiles argenteos ejuſdem Auguſti diximus; libet tamen hic exſcribere alia quoque Vopiſci verba, quæ ad eorum explicationem nonnihil etiam conducere videntur: *Conferens*, inquit, *ego cum aliis Imperatoribus Principem Probum, omnibus prope Romanis Ducibus, qui fortes, qui clementes, qui prudentes, qui mirabiles extiterunt, intelligo hunc virum parem fuiſſe, aut, ſi non repugnat invidia furioſa, meliorem.* Non itaque abs re huic tanto viro Minervam comitem Romani dedere. Nummi hi Probi rari.

(4) Nummi Probi cum hoc typo rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum. Quemadmodum verò in ſuperioribus nummis Minervam vidimus comitem Probi Auguſti; & quidem illam non pugnantis aut Victricis habitu, ſed Paciferæ, ita in hiſce nummis Comes Probi Auguſti dicitur Hercules, & exhibetur Paciferi habitu, oleæ nimirum ramum gerens dextrâ; quo etiam habitu cernitur Hercules in illis Imperatorum nummis qui inſcribuntur HERCULI PACIFERO. ut videre eſt etiam in Probo. Cæterum quæ diximus ſuprà de Minerva, & quæ dicturi ſumus de Hercule ad alios hujus Auguſti nummos, nonnihil conducere poſſunt ad hujus intelligentiam nummi.

Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORD AVG. (1) Sol capite radiato nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans à ſiniſtris, dextrâ clatâ & expanſâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: à dextris ex adverſo ſtat figura muliebris ſtolata, ſignum militare tenens dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte SXXT. *Fouc.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORDIA AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ Q. in imâ parte XXI. *Fouc. Frad.*

Alius cum S. à ſiniſtris in areâ, codem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum T. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad medium pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

CONCORDIA AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ T. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad medium pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

CONCORDIA AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ T. in imâ parte XXI. *Fontaine.*

Alius cum V. à ſiniſtris in areâ, codem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum VI. à ſiniſtris in areâ, codem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad medium pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

CONCORDIA AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ VI. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONCORDIA AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ VII. in imâ parte XXI. *Fontaine.*

IMP PROBVS P F AVG. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam humero dextro, clypeo tectus ſiniſtrâ.

CONCORDIA AVG. Figura muliebris ut ſuprà, cum cornucopiæ gemino: à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte XXI. *RDR.*

Alius cum S. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum T. à ſiniſtris in areâ, codem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum VII. à ſiniſtris in areâ, codem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel.*

VIRTVS PROBI INVICTI AVG. Probus capite galeato & radiato, ad medium pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum geſtat humero dextro.

CONCORD MILIT. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte AXXI. *Fouc.*

IMP C PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Frad.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato & radiato, ad medium pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam humero dextro, ſiniſtrâ clypeum punctatum.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Γ. in imâ parte PXXI. *Regius. Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCOR MILIT. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ E. cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc.*

IMP C PROBVS AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſcipionem, in cujus ſummitate aquila.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ E. cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Le Roy. Frad. B.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ E. cum iiſdem literis in imâ parte. *Regius. Le Roy.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONCORD MILIT. Imperator laureatus ac togatus à dextris, & figura muliebris ſtolata à ſiniſtris, ſtantes ex adverſo dextras jungunt: in imâ parte PXXT. *Fouc. Frad.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONCORD MILI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Hen.*

(1) Nummi Probi cum hoc typo inter rariores recenſendi.

(2) Quemadmodum Probus Fidem Militum, ita & Concordiam non neglexit. Nummus hic ob capitis epigraphen rarus.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORD MILITV. (ſic) Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fauvel.*

VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum & radiatum, ad medium pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum geſtat humero dextro, clypeum umbilicatum ſiniſtrâ.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Probi ut ſuprà, ſed dextrâ tenet ſpiculum inverſum.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram Q. in imâ parte XXI. *Fontaine.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà, abſque literis inter utramque figuram: in imâ parte PXXT. *Cham. Val.*

Alius cum XXIP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum XXIV. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum XXIVT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORD MILI. Typus ut ſuprà: in imâ parte PXXT. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. *Brandenburg.*

Alius cum Γ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Δ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum Є. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum Q. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum S. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham.*

Alius cum T. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram Q. in imâ parte XXI. *Frad. Fontaine.*

IMP PROBVS INV AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORD MILIT. (1) Typus ut ſuprà: inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. *Frad.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad medium pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram VI. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

CONCORD MILIT. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram P. in imâ parte XXT. *Cham. Fontaine.*

PROBVS AVG. Probus capite galeato & radiato, ad medium pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam humero dextro, clypeum verò punctatum ſiniſtrâ.

CONCORDIA MILIT. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram P. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, abſque literis inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

CONCORDIA MILIT. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXI. *DC.*

Alius cum P. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum T. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum XXIV. in imâ parte, abſque literis inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONCORDIA MILIT. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram T. in imâ parte XXI. *Hen.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONCORDIA MILIT. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram P. in imâ parte XXI. *Fauvel.*

Alius cum XXIVI. in imâ parte, abſque literis inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum PXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONCORDIA MILIT. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIV. *Cham.*

IMP C PROBVS AVG. Probus capite ra-

(1) Nummus hic Probi ob capitis Inſcriptionem rarus.

diato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſcipionem, in cujus apice aquila.

CONCORDIA MILITVM. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ : in areâ E. in imâ parte XXI. *RE.*
IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

CONCORDIA MILITVM. (1) Probus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo, ſtans à dextris dextrâ protensâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ : ſtat ex adverſo Victoria tunicata, coronam lauream tenens dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ : inter utramque figuram Q. in imâ parte XXI. *Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram P. in imâ parte MCXXI. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typò.

CONCORDIA MILITVM. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram Q. in imâ parte XXIMC. *Frad.*

Alius cum S. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum T. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*
IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONSERVA AVG. (2) Sol capite radiato, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo, ſtans, dextrâ extensâ & expansâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ : in imâ parte TXXT. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

CONSERVA AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Hen.*

Alius cum TXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ B. in imâ parte XXI. *Hen.*
IMP C M AVR PROBVS P AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONSERVAT·AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ, & in imâ parte. *Bau.*
VIRTVS PROBI AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrâ geſtat ſpiculum ad humerum ſiniſtrum.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte XXT. *MDM.*
Eadem epigraphe. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte TXXT. *Regius. Cham. RDR.*
Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad medium dorſum cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc.*
IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Cham.*
IMP C M AVR PROBVS AVG. Probus capite radiato, ad medium pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Val.*
IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà, cum TXXT. in imâ parte. *Frad.*
IMP C PROBVS AVG CONS II. Caput Probi ut ſuprà.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà, cum TXXT. in imâ parte. *Cham.*
IMP C M AVR PROBVS P AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ T. in imâ parte XXI. *Fouc.*
IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte TXXT. *Fouc. Frad.*

Alius cum TXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà : in imâ parte TXXT. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSERVAT·AVG. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte TXXT. *Fouc.*

Alius cum XXIV. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*
Eadem epigraphe. Probus capite galeato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

CONSERVAT AVG. Typus ut ſuprà : à ſiniſtris in areâ Q. in imâ parte XXI. *Frad.*

(1) Concordia Militum plures victorias de Baebaris nationibus, & de Tyrannis Probum reportaſſe indicat hic nummus ; cujus quidem typus inter rariores recenſendus.

(2) Solem imprimis à Probo cultum non ſolùm teſtatur hic nummus, ſed etiam alii ejus nummi, ut diximus ſuprà ad ſimilem ejus aureum nummum.

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

CONSERVAT AVG. (1) Sol capite radiato, cum pallio à tergo volitante, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ & expansâ, flagellum geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ B. *Brandenburg.*

Alius cum XXIB. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

CONSERVAT AVG. (2) Sol ſtans in templo ſex columnarum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ flagrum geſtat: in imâ parte BXXI. *Le Roy. Cham.*

Eadem epigraphe. Capita jugata Probi & Orientis, ut videtur, dextrorſum. Probus laureatus, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

FELICIA TEMPORA. (3) Quatuor pueruli anni tempora deſignantes. *Regius. Quinarius.*

IMP PROBVS INV AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

FELICITAS AVG. Figura muliebris, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte XXI. *Fouc. Cham.*

Alius cum B. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS AVG. Typus ut ſuprà; à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte AXXI. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

FELICITAS AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte XXI. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS AVG. Figura muliebris ut ſuprà, ſed ſiniſtrâ caduceo oblongo innixa: à ſiniſtris in areâ Є. in imâ parte XXI. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FELICITAS AVG. (4) Figura muliebris ut ſuprà, abſque arâ, caduceo oblongo adnititur dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ Γ. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP PROBVS INV AVG. Caput Probi ut ſuprà.

FELICITAS AVG. Typus ut ſuprà, cum Γ. à ſiniſtris in areâ, & XXI. in imâ parte. *RE.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ haſtam geſtat ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

FELICITAS AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte SXXT. *RDR.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

FELICITAS SAE. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Regius.*

IMP C PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus apice aquila.

FELICITAS SAE. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

FELICITAS SEC. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

FELICITAS SEC. Typus ut ſuprà, cum

(1) Sol ſiniſtra globum gerens paſſim occurrit in hujuſcemodi Probi nummis, raro verò cum flagro.

(2) Nummi Probi cum hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Hæc epigraphe, & hic typus in Getæ nummis primùm occurrunt; deinde in Probo, poſtmodum in Conſtantino Magno. Habetur idem typus & in Caracallæ nummis, ſed illi inſcribuntur FELICIA TEMPORUM. Felicitatem Temporum non uno ſchemate exhiberi vidimus in nummis; hîc autem quatuor pueruli, quatuor anni tempeſtates deſignantes repræſentantur, ut quæque totius anni pars felix ſub Probi imperio videretur, cum omnes cujuſque partis ſymbolum fertilitatis & abundantiæ geſtarent. Felicia autem tempora ſub Probi imperio fuiſſe ſatis oſtendit Vopiſcus in ejus Vitâ; necnon ipſe Probus in Epiſtola ad Senatum ſcripta poſt Gallias à Germanis liberatas, Germaniâ ipsâ ſubactâ: *Arantur*, inquit, *Gallicana rura barbaris bobus, & juga Germanica captiva prabent noſtris colla cultoribus: paſcuntur ad noſtram alimoniam gentium pecora diverſarum: equinum pecus noſtro jam fœcundatur equitatui: frumento barbarico plena ſunt horrea. Quid plura? illis ſola relinquimus ſola, nos eorum omnia poſſidemus.* Et Vopiſcus ipſe ſic habet præter cætera: *Ipſa*, inquit, *vox Probi clariſſima indicat quid ſe facere poſſe ſperaret qui dixit, Brevi neceſſarios milites non futuros. Ille vero conſcius ſui, non barbaros timuit, non tyrannos. Quæ denique felicitas emicuiſſet, ſi ſub illo Principe milites non fuiſſent? Annonam provincialibus daret nullus, ſtipendia de largitionibus nulla erogarentur, æternos theſauros haberet Romana Reſpublica*, &c. Nummus hic Probi rariſſimus, imò ſingularis; & deſideratur in Mediobarbo.

(4) Nummi Probi cum hoc typo rari ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi; ſequentes verò duo ob capitis inſcriptionem inter rariores recenſendi.

iiſdem

iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Le Roy. Cham.*

Eadem epigraphe. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum.

FELICITAS SEC. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte SXXT. *Regius.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum in quo VOTIS XV ET XX.

FELICITAS SEC. (1) Typus ut ſuprà, abſque ſtellâ in areâ: in imâ parte SXXT. *Fontaine.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

FELICITAS SEC. Typus ut ſuprà, abſque ſtellâ in areâ: in imâ parte 9XXT. *Fouc.*

Alius cum SXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

FELICITAS SAECVLI. (2) Figura muliebris dextrorſum ſpectans, ſtans ad aram ignitam, dextrâ geſtat pateram, ſiniſtrâ caduceo oblongo innixa: in imâ parte XXIS. *Fontaine.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

FELICITAS SAECVLI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *RDR.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros.

FELICIT TEMP. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte II. *Frad. Le Roy.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICIT TEMP. Typus ut ſuprà, cum II. in imâ parte. *Regius. Le Roy. Brandenburg.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

FIDES MILIT. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, ſignum verò militare tranſverſum geſtat ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ Є. in imâ parte XXI. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum XXIЄ. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES MILIT. Typus ut ſuprà, cum XXIЄ. in imâ parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

FIDES MILIT. Figura muliebris ut ſuprà, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte VIXXT. *Fouc. Hen.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

FIDES MILIT. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ exertâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ clypeum.

FIDES MILIT. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ ſtella; in imâ parte VIXXT. *Fouc. Fauvel.*

PROBVS P F AVG. Caput Probi laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà, abſque ſtellâ, & literis in imâ parte. *Fouc. DC.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte R Є. fulmine intermedio. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum RIЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham. Val.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte R Є. coronâ laureâ intermediâ. *Fouc.*

Alius cum R Є. fulmine intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Fauvel.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ exertâ geſtat ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte III. *Hen.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput

(1) Nummus hic Probi rariſſimus ob Vota xv. & xx. clypeo inſcripta.

(2) Nummi Probi cum hoc typo inter rariores recenſendi, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummi Probi cum hac epigraphe omninò rari ſunt, nec extant apud Mediobarbum. Vide quæ paulò ſuperiùs diximus ad nummum inſcriptum, FELICIA TEMPORA.

(4) Quemadmodum multi hujus Auguſti nummi Concordiam Militum prædicant, ita iſti Fidem eorumdem teſtantur; nèc quidem abs re; nam præterquamquod militum calculis ad Imperium evectus fuit Probus, horum etiam Concordia & Fide tot barbaras gentes proſtravit, tot tyrannos oppreſſit, ut pacem perpetuam orbi ſe daturum ſperaret.

Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà, cum III. in imâ parte. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà, cum III. in imâ parte. *Cham.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà: in imâ parte III. *Fouc. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FIDES MILITVM. (1) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ: à dextris ſignum aliud militare erectum: in imâ parte XXI. *Brandenburg.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum inverſum geſtat dextrâ, clypeum ſiniſtrâ.

FIDES MILITVM. (2) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet labarum, ſiniſtrâ cornucopiæ; à tergo à ſiniſtris ſignum militare erectum: in imâ parte XXIΓ. *RE.*

Eadem epigraphe. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, clypeum umbilicatum ſiniſtrâ.

HERCVLI PACIF. (3) Hercules nudus, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, clavam verò erectam cum leonis exuviis geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte SXXT. *Fouc. Frad. RDR.*

IMP C PROBVS AVG CONS II. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus apice aquila.

HERCVLI PACIF. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Cham.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

HERCVLI PACIF. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

ERCVLI PACIF. (ſic) Typus ut ſuprà: in imâ parte VIXXT. *Fauvel.*

Alius cum VIXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

ERCVLI PACIF. Typus ut ſuprà: in imâ parte VXXT. *Regius.*

Alius cum VIXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

ERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà: in imâ parte SXXT. *Fouc.*

IMP C PROBVS P F AVG. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, ſiniſtrâ clypeum punctatum.

HERCVLI PACIPERO. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Cham. Le Roy.*

VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi ut ſuprà.

ERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Probi ut ſuprà, niſi quod ſpiculum inverſum tenet dextrâ.

ERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà: in imâ parte VXXT. *Cham.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ra-

(1) Nummi hujus Auguſti cum hoc typo & ſequenti inter rariores recenſendi, nec extant apud Mediobarbum.

(2) Mulier ſiniſtra cornucopiæ tenet; quia milites Probo imperante, præterquamquod ab ipſo largitiones & congiaria acceperunt, annonæ etiam abundantia fruebantur; teſtis eſt Epiſtola Probi ad Capitonem Præfectum Prætorio conſcripta, quæ ſic legitur apud Vopiſcum in ejus Vitâ: *Imperium*, inquit, *nunquam optavi, & invitus accepi. Deponere mihi rem invidioſiſſimam non licet. Agenda eſt perſona quam mihi miles impoſuit. Te quaſo Capito, ita mecum ſalva Republica perfruaris, annonam & commeatus & quidquid neceſſarium eſt ubique militi pares*, &c. Teſtis etiam & altera ejus epiſtola ad Senatum ſcripta poſt Germanos devictos, quam alibi exſcripſimus.

(3) Haud abs re quidem quamplurimi Probi nummi HERCULI PACIFERO inſcribuntur; quippe ille Orbem Romanum undique prædis, & cædibus Barbarorum vaſtatum pacatum reddidit; Tyrannos Rempublicam civilibus bellis agitantes oppreſſit; quin & pacem orbi perpetuam promiſiſſe videtur, cum dixit; *Brevi neceſſarios milites non futuros*; Quæ licet ſola Probi vox ſatis eſt ad illuſtrandos hujuſcemodi nummos, attamen libet & Vopiſci verba hîc exſcribere: *His addidit*, inquit, *dictum ejus grave, ſi unquam eveniat ſalutare, Republica brevi milites neceſſarios non futuros. Quid ille conceperat animo qui hoc dicebat? nonne omnes barbaras nationes ſubjecerat pedibus? quia totum mundum fecerat jam Romanum: Brevi (inquit) milites neceſſarios non habebimus. Quid eſt aliud dicere? Romanus jam miles erit nullus, ubique regnabis, omnia poſſidebimus, ſecura Reſpublica orbis terrarum non arma fabricabit, non annonam prebebis: vobis habebuntur aratra, equus naſcetur ad pacem, nulla erunt bella, nulla captivitas: ubique pax, ubique Rom. leges, ubique judices noſtri.* Vide ſuprà ejuſdem Auguſti nummos cum epigraphe, COMES AUG. & COMITI PROBI AUG. ubi in altero cernitur Minerva habitu Paciferæ, dextra oleæ ramum tenens; hi enim nummi viciſſim illuſtrantur. Cæterum de Hercule Pacifero nulla alia mentio, quod ſciam, niſi in nummis diverſorum Imperatorum occurrit.

diatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

ERCVLI PACIFERO. Typus ut ſuprà, cum VXXT. in imâ parte. *Fouc.*

Alius cum R. & fulmine in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R B, fulmine intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVA. (1) Jupiter nudus cum pallio à tergo pendulo, vultu dextrorſum converſo ſtans à ſiniſtris, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: ſtat à dextris ex adverſo Imperator paludatus, dextram protendens globum accepturus, ſiniſtrâ verò geſtans ſcipionem in cujus apice aquila: in imâ parte VXXT. *Fouc. Hen.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSERVA. Typus ut ſuprà, cum VXXT. in imâ parte. *Fouc. Le Roy.*

PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

IOVI CONSERVAT. Jupiter nudus cum pallio, dextrâ elatâ tenet fulmen, haſtæ innititur ſiniſtrâ: in imâ parte RLP. *Le Roy.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

IOVI CONSERVAT. Typus ut ſuprà: in imâ parte TTT. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI CONSERVAT. Jupiter globum ſuſtinens dextrâ, cætera ut ſuprà, à ſiniſtris; ex adverſo à dextris Imperator paludatus, dextram protendens, ſiniſtrâ geſtans ſcipionem in cujus apice aquila: in imâ parte VXXT. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

IOVI CONSERVAT. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Hen.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

IOVI CONSERVAT. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

IOVI CONSERVAT. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Brandenburg.*

PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

IOVI CONS PROB AVG. (2) Jupiter nudus cum pallio ſtans, fulmen tenet dextrâ elatâ, haſtæ adnixus ſiniſtrâ: in imâ parte ATR. *Fouc.*

Alius cum R B. fulmine intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad. Hen.*

Alius cum REB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

IOVI CONS PROB AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte B. & fulmen. *Regius.*

Alius cum R B. coronâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

Alius cum R B. fulmine intermedio in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Val.*

PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

IOVI CONSER PROB AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte A B. fulmine intermedio. *RE.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

IOVI STATORI. (3) Jupiter nudus ſtans, haſtæ adnititur dextrâ, fulmen verò demiſſum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

IOVI STATORI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Z. in imâ parte XXI. *Regius. Le Roy.*

(1) Nummi inſcripti JOVI CONSERVATORI. in Domitiano primùm occurrunt; à quo etiam ſacellum Jovi Conſervatori extructum fuit, eo quod ipſum in ſeditione Vitelliana à furore hoſtium conſervaſſet, ut narrat Tacitus lib. III. Hiſtor. *Domitianus prima irruptione apud aditum occultatus ſolertia liberti, lineo amictu turba ſacricolarum immixtus, ignoratuſque, apud Cornelium primum paternum clientem juxta Velabrum delituit. Ac potiente rerum patre, disjecto aditui contubernio, modicum ſacellum Jovi Conſervatori, aramque poſuit, caſuſque ſuos in marmore expreſſit.*

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

(3) De Jove Statore pluribus alibi ſuprà. Nummi Probi cum hac epigraphe & hoc typo inter rariores recenſendi. Cuſi videntur initio ejus imperii ad ſiſtendos Germanos, qui tempore interregni Rhenum tranſgreſſi ſexaginta nobiliſſimas Galliæ civitates occuparant; quas poſtmodum ipſe omnes recepit, cæſis propè quadringentis millibus Barbarorum, reliquias ultra Nicrum fluvium removit, ut ſcribit Vopiſcus in ejus Vita. Sed initio hujus belli Probi exercitus fame preſſus ſingulari Deorum ope recreatus fuit; immenſus enim imber delapſus, unà cum guttis frumentum quoque detulit; adeo quidem ut ejus acervi quibuſdam in locis per ſe conſtruerentur. Auctor hujus fabulæ eſt Zoſimus. Cæterum ſimilem nummum profert Mediobarbus ex Triſtano, ſed malè deſcriptum; Jupiter, inquit, ſiniſtrâ tantùm elatâ abſque fulmine; & in nummo quem profert laudatus Triſtanus, Jupiter cernitur ſiniſtrâ demiſsâ tantùm.

Alius cum R Q R. in imâ parte, eodem typo utraque ex parte. *Fouc. RDR.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

MARTI PACIF. Typus ut ſuprà: in imâ parte AXXI. *Le Roy.*

Alius cum AXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum paludamento.

MARTI PACIF. Typus ut ſuprà: in imâ parte RXXI. *Regius.*

IMP C PROBVS AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

MARTI PACIF. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ I. in imâ parte QXXI. *Bau.*

Alius cum I. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. RDR.*

Alius abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *RE.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

MARTI PACIF. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ I. in imâ parte AXXI. *Fouc.*

Alius cum QXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy. Pauvel. Frad.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

MARTI PACIFERO. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte II. *Fouc. Fontaine.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

MARTI VICTORI AVG. (1) Mars galeatus ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ; pro pedibus à dextris clypeus: in imâ parte II. *Regius. Cham.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus apice aquila.

MILITVM FIDES. (2) Aquila legionaris inter duo ſigna militaria clypeis impoſita. *Regius.*

IMP C M AVR. PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

ORIENS AVG. (3) Sol capite radiato, cum pallio à tergo volitante, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ geſtat globum, ac pede dextro captivum humi ſedentem conculcat; à ſiniſtris ſedet alter captivus. *Le Roy. RDR.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ORIENS AVG. (4) Sol ut ſuprà, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, & captivum proſtratum premens pede lævo, lauri ramum elatum tenet dextrâ retroactâ, arcum ſiniſtrâ: in imâ parte III. *Fouc. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

ORIGINI AVG. (5) Lupa à dextris retroſpiciens, ſub quâ Romulus ac Remus infantes nudi, humi ſedentes & lactantes: in imâ parte XXIT. *Fouc.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, dextrorſum.

ORIGINI AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, ſiniſtrorſum.

ORIGINI AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Cham. S. Genov.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Probus capite radiato, ad humeros cum paludamento.

PAX AVG. (6) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ

(1) Hæc epigraphe & hic typus in Probo tantùm occurrunt. Nummus hic rariſſimus.

(2) Sic MILITVM FIDES. pro FIDES MILITVM; epigraphe nova, & typus novus. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummi Probi cum hoc typo, nimirum cum duplici captivo non extant apud Mediobarbum. Nummus hic inter rariores recenſendus.

(4) Nummi Probi cum hac epigraphe, & hoc typo rari ſunt.

(5) Dalmatis parentibus natum fuiſſe Probum tam Vopiſcus, quàm Victor Jun. teſtantur, quamobrem Romana ejus origo in nummis quâ ratione commendari potuerit, incompertum: ſed his nummis haud mediocrem lucem affundit, quod ſcripſit Vopiſcus, memoriæ proditum à Græco quodam Auctore, eamque fuiſſe vulgi ſuâ ætate ſententiam, è Claudii genere fuiſſe Probum. Sanè Maximo Tribuno liberos duos fuiſſe Probum & Claudiam, & Probum à Claudiâ ſepultum idem tradit: unde colligi poteſt Romanam hujus Principis originem ideo prædicari, quòd ex eâ familiâ eſſet, quæ duos Romanis Imperatores jam antea dediſſet: nec aliâ ratione intelligenda hæc Taciti Auguſti ad Probum adhuc privatum ſcribentis verba, quæ laudatus Vopiſcus poſteritati propagavit: *Tua familiæ aſſere, ut ſoles, Rempublicam.* Plurima autem eandem fermè in ſententiam ab Er. Triſtano ante nos obſervata libenter fatemur, apud quem nonnulla etiam de Probi privati prænomine, quaſi Equitius ante Imperium vocatus fuerit, legere potes. Cæterum hæc epigraphe & hic typus in Probo tantùm occurrunt. Nummi hi rariſſimi.

(6) Quoties Probus hoſtes devicit, toties orbi Romano pacem dedit; Barbaros ille undique terrarum proſtravit, Tyrannos oppreſſit; ſed ad quam præſertim pacem ſpectent hi nummi non liquet.

ramum elatum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ D. *Cham.*

Alius cum P. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loriceâ.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ D. *Val.*

Alius cum D. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Q. in imâ parte XXI. *Frad.*

Alius cum S. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum T. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum VT. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte XXI. *Frad.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte IIII. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loriceâ.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte IIII. *Frad.*

Alius cum ЄXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

Alius cum XXIP. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Alius cum XXIVI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo, dextrorſum.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIP. *Fouc.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus ſummitate aquila.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ P. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum XXIV. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C M AVR PROBVS P AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte XXI. *Frad.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loriceâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte XXI. *Bau. RE.*

VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. in imâ parte VXXI. *Regius.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ V. in imâ parte XXI. *Bau.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus ſummitate aquila.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ T. in imâ parte XXI. *Fouc. Frad.*

Alius cum V. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Eadem epigraphe. Probus capite galeato & radiato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ V. in imâ parte XXI. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ VI. in imâ parte XXI. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loriceâ.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum Q. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fauvel.*

Alius cum III. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum VI. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ VI. in imâ parte XXI. *Fauvel.*

Eadem epigraphe. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ramuſculum, ſiniſtrâ ſcipionem in cujus apice aquila.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte XXIT. *Brandenburg.*

IMP C PROBVS AVG. Probus habitu ut ſuprà, dextrâ tenet ſcipionem in cujus ſummitate aquila.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ ſtella: in imâ parte VXXI. *Le Roy.*

Alius cum T. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. in imâ parte VXXI. *Fouc.*

IMP C PROBVS P F AVG CONS IIII. Caput Probi ut ſuprà.

PAX AVGVSTI. (1) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. in imâ parte VXXI. *Fouc.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ T. à ſiniſtris ſtella: in imâ parte VXXI. *Fouc. Fauvel.*

Alius cum T. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PAX AVGVSTI. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ V. in imâ parte XXI. *Fauvel.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

PERPETVIT AVG. (2) Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam tenet: in imâ parte TI. & corona. *Regius. Cham.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum paludamento.

PIATAS AVG. (ſic) Figura muliebris ſtolata ac velata, vultu dextrorſum converſo, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, pateram tenet dextrâ, acerram verò ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ C. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

PIETAS AVG. (3) Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ C. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIAETAS AVG. (ſic) Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ C. *Fouc. Val. Le Roy.*

Alius cum III. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val. RDR.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVG. Typus ut ſuprà, cum III. in imâ parte. *Fouc. Regius.*

IMP PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PIAETAS AVG. (ſic) Typus ut ſuprà, cum III. in imâ parte. *Cham.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

P M TR P COS PP. Imperator laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextram expanſam attollit, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à dextris ſignum militare erectum, alterum à ſiniſtris: in imâ parte XXIT. *Fontaine.*

Alius cum XXIA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Fontaine.*

IMP C M AVR PROBVS P AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus apice aquila.

P M TR P COS PP. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIV. *B.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

P M TR I P COS II PP. (4) Leo à ſiniſtris dextrorſum, bovem diſcerpit: in imâ parte XXIQ. *Fouc.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum XXIT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum XXIV. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite galeato & radiato, ad pectus

(1) Nummum hunc cuſum conſtat anno Chriſti 281. quo Probus quartùm Conſul cum C. Junio Tiberiano fuit: pacem verò cum Parthorum, ut ſcribit Vopiſcus, veriùs Perſarum Rege Narſeo anno ſuperiori factam prædicat: De eâ ſic laudatus ſcriptor: *Copton præterea & Ptolemaidem urbes, ereptas barbarico ſervitio, Romano addidit juri. Ex quo tantùm profecit ut Parthi legatos ad eum mitterent, confitentes timorem pacemque poſcentes; quos ille ſuperbiùs acceptos, magis timentes domum remiſit.* Epiſtolam deinde Probi ad Narſeum idem refert, cui ſubjungit: *His acceptis literis Narſeus maximè territus, & eo præcipuè quòd Copton & Ptolemaidem à Blemyis qui eas tenuerant vindicatas, cæſoſque ad internecionem eos qui gentibus fuerant ante terrori. Factâ igitur pace cum Perſis*, &c. Nummus ob capitis epigraphen rariſſimus.

(2) Cum eadem epigraphe, & eodem typo habentur nummi in Alexandro Severo, & in Gallieno, necnon in Floriano, ubi vide quæ adnotavimus. Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus. Nummi hi haud obvii. In Mediobarbo typus diverſus, Mulier quippe ſiniſtrâ cornucopiæ geſtat.

(4) Nummus hic Probi ac ſuperiores rari; ſequentes verò in quibus Cos III. dicitur inter rariores recenſendi.

cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

P M TR P COS II PP. Typus ut ſuprà; ſupernè ſtella: in imâ parte XXIP. *Regius.*

Eadem epigraphe eum eodem capitis typo.

P M TRI P COS II PP. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIVI. *Bau.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

P M TRI P COS II PP. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXIP. *Laiſné.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem in cujus apice aquila.

P M TRI P COS III PP. Leo radiatus gradiens, ore fulmen geſtans: in imâ parte XXIQ. *Laiſné.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

P M TRI P COS III PP. Typus ut ſuprà, cum XXIQ. in imâ parte. *Frad.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTIS. (1) Imperator paludatus, dextrorſum converſus ſtans, globum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte PTI. *Hard.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

PROVIDE AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ S. in imâ parte XXI. *Frad.*

IMP C M AVR PROBVS P AVG. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ exertâ, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ S. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Probi ut ſuprà, ſed ſpiculum geſtat ad humerum ſiniſtrum.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Z. in imâ parte XXI. *Cham.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte XXI. & ſtella. *Frad.*

Alius cum BXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

IMP C PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte BXXI. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Frad.*

Alius cum XXIVI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ B. abſque literis in imâ parte. *Hen.*

Alius cum XXIV. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum SXXT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP C PROBVS AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus apice aquila.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte BXXI. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Q. in imâ parte SXXI. *RDR.*

Alius cum Q. à dextris in areâ, & ſtellâ à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Q. in imâ parte SXXI. *Fouc. Val. Le Roy.*

IMP C M AVR PROBVS AVG CONS III. Caput Probi ut ſuprà.

PROVIDENT AVG. (2) Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Q. in imâ parte SXXI. *Fouc. Laiſné.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, clypeum punctatum ſiniſtrâ.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ Q. in imâ parte SXXI. *Fouc. Cham. RDR.*

(1) Probus Cæſar nunquam fuit, ſed ſtatim Auguſtus, ut Principis Juventutis titulo donaretur: licet autem hæc epigraphe paſſim in Cæſarum nummis occurrat, nonnunquam etiam in Auguſtorum nummis reperitur, ut alibi ſuprà monuimus.

(2) Probus III. Conſul cum Ovinio Paterno fuit anno Chriſti 279. quo nummus hic cuſus eſt ob capitis epigraphen rariſſimus; ſed quâ de causâ Principis providentia tunc præcipuè commendata ſit, non liquet; quem conſtat non hoc anno ſolùm, ſed ſtatim atque Romano orbi præeſſe cœpit, Reipublicæ ſtatum ſummâ curâ ordinaſſe.

PROBVS

PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENTIA AVG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte RTT. *Fouc. Fauvel. Cham.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVG. (1) Figura muliebris ut ſuprà, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ labarum: in areâ R. in imâ parte XXI. *RE.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà, ſiniſtrorſum.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ut ſuprà, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ cornucopiæ: in imâ parte III. *Hard.* Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA AVG. Figura muliebris ut ſuprà, baculum inclinatum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes globus: in imâ parte I. *Fouc.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum XXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum XXIA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Hen.*

Alius cum XXIB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Alius cum XXII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP PROBVS INV AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PROVIDENTIA AVG N. (2) Typus ut ſuprà: in imâ parte XXI. *Fouc. Ban.* Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

PROVIDENTIA AVG N. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Frad.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

PROVIDEN DEOR. (3) Sol capite radiato nudus, cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ elatâ & expansâ, globum ſuſtinet ſiniſtrâ: ſtat ex adverſo figura muliebris ſtolata, ſignum militare tenens dextrâ, alterum ſiniſtrâ; inter utramque figuram ſtella: in imâ parte KAA. *Cham.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

RESTITVTOR EXERCITI. (4) Imperator ſtans à ſiniſtris, dextrâ globum tenet, ſiniſtrâ haſtæ innixus; à dextris ſtat figura militaris galeata, dextrâ extensâ, ſiniſtrâ haſtæ innixa: inter utramque figuram P. in imâ parte MCXXI. *Frad.*

Alius cum S. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.* Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVT ORBIS. (5) Imperator lau-

(1) Nummi Probi cum hoc typo & ſequenti inter rariores recenſendi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(2) Hæc epigraphe in Probo tantùm occurrit. Nummus hic rariſſimus, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. Cæterum quanta providentia Probus orbem Romanum gubernaverit, pluribus narrat Vopiſcus in ipſius Vitâ.

(3) Probum Imperatorem ab exercitu factum Deorum providentia indicat hic nummus, in quo una ex parte cernitur Sol globum geſtans, ex altera verò mulier ſignum militare tenens dextra, alterum ſiniſtra. Divino porrò nutu Probum Imperatorem acclamatum ſcribit & Vopiſcus in ejus Vitâ. *Non inepta*, inquit, *neque inelegans fabula eſt, ſcire quemadmodum imperium Probus ſumpſerit. Quum ad exercitus nuntius veniſſet, tum primum animus militibus fuit prævenire Italicos exercitus, ne iterum Senatus Principem daret. Sed cum inter milites ſermo eſſet quis fieri deberet, & manipulatim in campo tribuni eos alloquerentur, dicentes requirendum eſſe Principem aliquem fortem, ſanctum, verecundum, clementem, probum; idque per multos circulos, ut fieri aſſolet, diceretur, quaſi divino nutu undique ab omnibus acclamatum eſt, Probe Auguſte dii te ſervent.* Cæterum divina Providentia omnia adminiſtrari imprimis credebat Probus, qui ſic inter cætera in epiſtola ad Senatum poſt Germanos devictos ſcripta: *Volueramus*, inquit, *P. C. Germaniæ novum Præſidem facere, ſed hoc ad pleniora vota diſtulimus. Quod quidem credimus conferre, quum divina Providentia noſtros uberiùs fœcundarit exercitus.* Nummus hic Probi cum rarioribus adnumerandus eſt.

(4) Nummus hic Probi cum rarioribus adnumerandus. Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

(5) Reſtitutoris Orbis titulo plures Imperatores donatos vidimus ſuprà in Valeriano, Gallieno, Poſtumo & Aureliano; eodemque titulo donatum olim fuiſſe Caracallam ejus nummi teſtantur. RESTITVTORI ORBIS TERRARVM, inſcribuntur nonnulli Hadriani nummi. Jure autem merito Probum dictum fuiſſe Orbis Reſtitutorem, teſtes ſunt Germani, quos cæſis quadringentis millibus, liberataque ab iis Gallia, ultra Nicrum & Albim rejecit; teſtes & Sarmatæ, quos in Illyrico contudit: Getici item populi omnes, quos per Thracias incedens preſſit. In Oriente Iſauriam à Palfurio latrone liberavit: Blemyas ſubegit: Copton & Ptolemaidem Barbarico ſervitio eripuit. Ut taceam Gepidas, Gautunnos, Vandalos, quos fidem frangentes variis victoriis oppreſſit: taceam Saturninum, Proculum & Bonoſum, tyrannos, quorum illum in Oriente ſuperavit, hos in Gallia vicit. Hæc Probi Imperatoris præclara facinora; nec iis inferiora quæ adhuc ille privatus geſſit. Sic de eo adhuc privato loquitur apud Vopiſcum Manlius Statianus in Senatu: *Enimvero, quæ mundi pars eſt quam ille non vincendo didicerit? Teſtes ſunt Marmaridæ in Africa ſolo victi, teſtes Franci inviis ſtrati paludibus, teſtes Germani & Alemanni longe à Rheni ſubmoti littoribus. Jam vero quid Sarmatas loquar, quid Gothos, quid Parthos ac Perſas, atque om-*

reatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans à dextris, globum geſtat dextrâ, ſiniſtra verò haſtæ innititur: ex adverſo à ſiniſtris ſtat figura muliebris ſtolata, coronam lauream tenens dextrâ: inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum B. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Hen.*

Alius cum Δ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum S. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum Z. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Bau.*

Alius cum P. & ſtella inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

RESTIT ORBIS. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram T. in imâ parte XXI. *RE.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram II. in imâ parte XXI. *Val.*

Alius cum T. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram ſtella: in imâ parte XXIZ. *Fouc.*

IMP C PROBVS P F AVG. Caput Probi ut ſuprà.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ inter utramque figuram: in imâ parte XXIP. *Fouc. Frad.*

Alius cum XXIQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ inter utramque figuram: in imâ parte XXIP. *Fauvel.*

Alius cum XXIS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

PERPETVO IMP C PROBO INVICT AVG. Caput Probi ut ſuprà.

RESTITVTOR ORBIS. (1) Jupiter nudus cum pallio ſtans à ſiniſtris, ſiniſtrâ haſtæ innixus, dextrâ globum porrigit Imperatori laureato & paludato ſtanti à dextris ex adverſo, dextram protendenti velut globum accepturo, haſtæque adnixo ſiniſtrâ; in imâ parte R Δ. ſtellâ intermediâ. *Morell.*

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento.

RESTITVT SAEC. (2) Imperator laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ globum tenet, ſiniſtrâ haſtæ innixus; pone eum ſtans Victoria dextrorſum converſa, dextrâ coronam lauream Imperatori imponit, ſiniſtrâ tenet palmam: in imâ parte VIXXT. *Fouc. Fauvel.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi ut ſuprà.

RESTITVT SAEC. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Regius. Cham B.*

IMP C PROBVS AVG. Probus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus ſummitate aquila.

RESTITVT SAECVLI. (3) Imperator ſtat in medio, dextrâ globum cum Victoriolâ geſtans, ſiniſtrâ haſtæ innixus; pone eum ſtat Victoria coronam ei imponens; à dextris ſtat figura militaris galeata, dextrâ ſcutum cippo impoſitum tenens. *Regius.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum ad humerum dextrum, ſiniſtrâ clypeum.

RESTITVTOR SAECVL. Imperator galeatus ſtans, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ haſtam, & pede dextro captivum humi ſedentem manibus poſt terga revinctis conculcat; pone eum ſtat Victoria capite radiato, ſiniſtrâ palmam tenens, dextrâ coronam lauream ei imponens: in imâ parte PXXT. *Bau.*

IMP C M AVR PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad humeros cum paludamento, ſiniſtrorſum.

RESTITVT S AVG. (4) Figura militaris

nem Ponticum tractum? ubique vigent Probi virtutis inſignia. Longum eſt dicere quot Reges magnarum gentium fugaverit, quot Duces manu ſua occiderit, quantum armorum ſit quæ ipſe cepit privatus, &c.

(1) Nummi Probi cum hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi: hujus autem nummi pretium auget etiam capitis inſcriptio, ubi Perpetuus Imperator & Invictus dicitur Probus Auguſtus.

(2) Hæc epigraphe, & hic typus in Probo tantùm occurrunt. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus eſt.

(3) Nummi Probi cum hoc & ſequenti typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Probus in ſuperioribus nummis inſigni ac novo donatus elogio, dum Reſtitutor ſæculi dicitur; in

paludata ſtans, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ haſtæ innixa : pone eam ſtat Victoria coronam ei imponens : in imâ parte VIXXT. *Ban.*

VIRTVS PROBI AVG. Probus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſpiculum inverſum.

ROMAE AETER. Templi facies ſex columnis ſuffulta cum gradibus, in cujus veſtibulo figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo, ſedens à fronte, dextram attollit, haſtæ adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP PROBVS AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

ROMAE AETER. Typus ut ſuprà, figurâ muliebri Victoriæ ſignum dextrâ geſtante: in imâ parte R A. ſtellâ intermediâ. *Fouc. Cham.*

Alius cum R Γ. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum R Є. coronâ laureâ intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

(1) Uterque hic Probi nummus rariſſimus, qui Vota ſuſcepta exhibet: ſequens, dum Probum in conſulari habitu repræſentat, vota hæc intrà primum quidem Imperii annum, ſed poſtquam Conſul factus eſt, hoc eſt initio anni 277. ſuſcepta fuiſſe docet; quod ab eruditiſſimo Begero jam obſervatum eſt.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

Α Κ Μ ΑΥΡ ΠΡΟΒΟϹ ϹΕΒ. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Probus Auguſtus.* Caput Probi laureatum.

L. A. *An.* 1. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo. Capiti vox Arabica, *Maſr*, ſupercuſa; hoc eſt, Ægyptus, ſeu Cahera, Ægypti Metropolis, nempe ſub aliquo è Principibus Ægypti Mahumedanis.

L. B. *An.* 2. Figura muliebris vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Aquila fulmini inſiſtens coronam lauream gerens roſtro. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Probi laureatum, ad pectus cum loricâ.

L. B. Aquila alis expanſis à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet roſtro dextrorſum converſo. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Aquila ut ſuprà, ſed à ſiniſtris dextrorſum. *Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Mulier ad dextram verſa ſtans, dextrâ florem tenet, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Bau. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. *An.* 3. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. Figura muliebris tunicata ac ſuccincta ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. Aquila alis expanſis ad ſiniſtram verſa, coronam geſtat roſtro; per tranſverſum palmæ ramus. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. Aquila à fronte alis expanſis, coronam lauream tenet roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Font.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Γ. Aquila ut ſuprà, cum palmæ ramo per tranſverſum. *Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L Δ. *An.* 4. Aquila ut ſuprà, ſine palmæ ramo. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. Aquila alis expanſis, ad dextram verſa, roſtro ſiniſtrorſum converſo geſtat coronam lauream. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. Aquila ut ſuprà, ſed ex adverſo; cum palmæ ramo per tranſverſum. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. in coronâ laureâ, in qua aquila à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream gerens roſtro, cum palmæ ramo per tranſverſum. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. Mulier ſtans ad dextram ſpectans, dextrâ elatâ ramuſculum tenet, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Δ. Mulier tutulata ſtans, dextrâ temonem tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Є. *An.* 5. Aquila alis compreſſis à fronte, coronam lauream tenet roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Є. Aquila alis expanſis ad dextram verſa, coronam geſtat roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ς. *An.* 6. Figura muliebris galeata ac ſtolata, inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ vero innititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ς. Mulier galeata inſidens trophæo à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ geſtat Victoriolam, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ς. Aquila à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet roſtro dextrorſum converſo. *Fouc. RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ς. Aquila à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet roſtro ſiniſtrorſum converſo. *B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. ς. Aquila ſiniſtrorſum, alis expanſis, lauream tenet roſtro. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Z. *An.* 7. Typus ut ſuprà. *Frad. B.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. Z. (1) Aquila à ſiniſtris dextrorſum, coronam tenet roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Fouc. Nummus ex argento.*

(1) Septimum Imperii annum Probus auſpicatus eſt menſe Aprili anni 282. ejuſdem anni menſe Auguſto periit, poſt tertium ſcilicet menſem, quarto nondum abſoluto, ut ſcribunt Eutropius, Euſebius, Caſſiodorus, Oroſius, quibus adjungendus Julianus, qui hunc ſeptem annos non completos regnaſſe tradit: ſolus Vopiſcus optimum ac fortiſſimum Principem anno Imperii ſui quinto interfectum fuiſſe ſcribit.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

ABVNDANTIA AVG. Figura ſtans.
IMP PROBVS P F AVG. Buſtum Probi galeatum, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum, in quo Imp. eques præeunte Victoriâ, pluribuſque militibus ſubſequentibus.

ADLOCVTIO AVG. Imperator in ſuggeſtu cum aliâ figurâ militari alloquitur ſex milites, tres hinc inde, cum ſignis militaribus ſex. Ante ſuggeſtum, quatuor aliæ figuræ genuflexæ elatis dextris.
Eadem epigraphe.

ADVENTVS AVG. Imperator eques captivum ſupplantans.
IMP C M AVR PROBVS P AVG.

ADVENTVS AVG. ✠ Figura equeſtris, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtam.
PROBVS P F AVG.

ADVENTVS AVG B Z. Imperator eques captivum ſupplantans, fulmine medio.
IMP PROBVS AVG.

ADVENTVS AVG. R, ſtella, Γ. Imperator eques, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ ſceptrum tenens, captivum ſupplantat.
Eadem epigraphe.

ADVENTVS AVG RQS. Figura equeſtris captivum ſupplantans.
Eadem epigraphe.

ADVENTVS AVG. R, ſtella, S. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.

ADVENTVS AVG R, luna bicornis, Z. Typus ut ſuprà.
IMP PROBVS P F AVG.

ADVENTVS AVG. R B Z. Typus ut ſuprà.
IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliis*, Capite galeato, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

ADVENTVS PROBI AVG. R Z. Typus ut ſuprà.
IMP PROBVS AVG.

ADVENTVS PROBI AVG. R, ſtella, Δ. Typus ut ſuprà.
IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliquibus* Buſtum capite laureato, pectore loricato & paludato.

ADVENTVS PROBI AVG XXI A. Typus ut ſuprà.
IMP C M AVR PROBVS AVG.

AEQVITAS AVG XXIΓ. Figura ſtolata ſtans, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ.
IMP PROBVS P F AVG.

AETERNIT IMPERI. (1) Sol nudus gradiens, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ flagrum.
IMP C M AVR PROBVS AVG.

AETERNITATI AVG. PXXT. Figura muliebris dextram porrigit figuræ paludatæ.
Eadem epigraphe.

AETERNITATI AVG XXI. (2) Lupa cum Romulo, & Remo.
IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliquibus* Buſtum capite laureato, pectore loricato & paludato.

CLEMENTIA TEMP AXXI. Imperator ſtans, ſiniſtrâ ſceptrum Conſulare, dextrâ globum porrigit alteri figuræ ſtanti, ſiniſtrâ haſtam tenenti.
Eadem epigraphe.

CLEMENTIA TEMP BXXI. Duæ figuræ, una haſtata, altera quæ ſiniſtra bacillum tenet, dextrâ Victoriolam porrigit.
Eadem epigraphe.

CLEMENTIA TEMP SXXI. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.

(1) Vide nummum æreum III. ſuprà cum eodem typo, niſi quod Sol ſiniſtra globum tenet, inſcriptum ÆTERNITAS AVG. Nummi cum epigraphe ÆTERNIT. IMP. vel IMPERI. in variis Imperatoribus occurrunt, ſed in Probo rariſſimi ſunt.

(2) Duos Probi nummos cum eodem typo ſuprà exhibemus; alterum ex argento, alterum ex ære III. ſed uterque inſcribitur ÆTERNITAS AVG.

CLEMENTIA

CLEMENTIA TEMP. ſtella XXI. Typus ut ſuprà.

IMP C C M AVR PROBVS AVG.

CLEMENTIA TEMP XXIZ. Figura ſtans, columnæ nixa, dextrâ haſtam.

....

CLEMENTIA TEMPORVM. Duæ figuræ.

IMP C PROBVS P F AVG.

COMES AVG. Figura galeata ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam & clypeum.
Eadem epigraphe.

COMES AVG A. Figura muliebris galeata ſtans, dextrâ elatâ cum ramo, ſiniſtrâ haſtam.

IMP C PROBVS INVICT P F AVG. Probus laureatus & loricatus, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ ſcutum, cum Juliâ Proclâ uxore.

COMITI PROBI AVG. Pallas, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam & ſcutum.

IMP C M AVR PROBVS AVG.

CONCORD AVG SXXT. Figura muliebris ambabus manibus ſignum militare tenens, cui adſtat Solis typus capite radiato, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum.

IMP C PROBVS P AVG.

CONCORDIA AVG VII XXI. Figura ſtans, dextrâ pateram, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ.

IMP C PROBVS P F AVG.

CONCORDIA AVG VII XXI. Typus ut ſuprà.

IMP C M AVR PROBVS AVG.

CONCORD MILIT F. Duæ figuræ jungentes dextras.

IMP C PROBVS P F AVG. *in alio* Caput radiatum, dextrâ ſceptrum Conſulare.

CONCORD MILIT AXXT. Figura ſtans inter duo ſigna militaria.

IMP C M AVR PROBVS AVG.

CONCORD MILIT PXXT. Figura muliebris dextram porrigens figuræ paludatæ.
Eadem epigraphe.

CONCORD MILIT QXX. Duæ figuræ jungentes dextras.

PROBVS P F AVG.

CONCORD MILIT XXI. Figura ſtans, utrâque manu ſignum militare.

IMP C PROBVS AVG.

CONCORDIA MILIT VIXXI. Figura ſtans inter duo ſigna militaria.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliquibus* Buſtum capite laureato; pectore loricato & paludato.

CONCORDIA MILITVM. Victoria coronans Imperatorem.

IMP C PROBVS AVG.

CONCORDIA MILITVM EPXXI. Mulier ſtans, ſingulis manibus ſignum militare tenens.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliquibus* Buſtum capite laureato, pectore loricato & paludato.

CONCORDIA MILITVM NCXSV. Victoria ſtans cum palmâ, dextrâ lauream Imperatori haſtato porrigit.

VIRTVS PROBI. Caput Probi.

CONCORDIA MILITVM. XCVI. Victoria cum palmâ.

VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum. *in aliis* galeatum, coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.

CONSERVAT AVG. Figura Solis radiata, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ globum.

IMP PROBVS AVG CONS II. Buſtum Probi capite radiato, Conſulari palmatâ & ſceptro Conſulari.

CONSERVAT AVG. TXXT. Typus ut ſuprà.

VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum. *in aliis* galeatum, coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.

CONSERVAT AVG. TXXT. Typus ut ſuprà.

IMP C PROBVS P F AVG. *in alio* Caput radiatum, dextrâ ſceptrum Conſulare.

CONSERVAT AVG. TXXT. Typus ut ſuprà.

IMP C M AVR PROBVS AVG.

CONSERVAT AVG XXI. Sol Oriens.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. Buſtum Probi, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ ſcutum, in quo duæ Victoriæ clypeum ſuſtinentes, cum duobus captivis ſedentibus.

EXERCITVS PER. Imperator ſtans in triangulari ſubſtructione, alloquitur milites, hinc equites, inde pedites, cum ſignis militaribus ſtantes.
Eadem epigraphe.

FELICITAS AVG B. Figura ſtans ad aram, dextrâ pateram, ſiniſtrâ caduceum.

IMP C M AVR PROBVS AVG.

FELICITAS AVG B XXI. Typus ut ſuprà.

IMP C PROBVS P F AVG.

FELICITAS SEC. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ.
Eadem epigraphe.

FELICITAS SEC SXXT. Typus ut ſuprà.

IMP C M AVR PROBVS AVG.

FIDES MILIT XXIE. Figura, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſignum militare per tranſverſum tenens.

PROBVS P F AVG.

FIDES MILITVM KIE. Figura ſtans, ſingulis manibus ſignum militare tenens.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliquibus* Buſtum capite laureato, pectore loricato & paludato.

FIDES MILITVM N. Typus ut ſuprà.
IMP PROBVS P F AVG.
FIDES MILITVM RC. Figura ſtans inter duo ſigna militaria.
Eadem epigraphe. Buſtum Probi galeatum, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum, in quo Imp. eques præeunte Victoriâ, pluribuſque militibus ſubſequentibus.
FIDES MILITVM. R, fulmen, E. Typus ut ſuprà.
VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum; *in aliis* galeatum, coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.
FIDES MILITVM. VT. XXT. Figura ſtans, utrâque manu ſignum militare.
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
HERCVLI PACIF. SXXT. Hercules nudus, dextrâ clatâ cum ramo, ſiniſtrâ clavam cum leonis exuviis.
IMP C M AVR PROBVS AVG.
HERCVLI PACIF SXXT. Typus ut ſuprà.
IMP C PROBVS P F AVG. *in alio* Caput radiatum, dextrâ ſceptrum Conſulare.
HERCVLI PACIF. SXXT. Typus ut ſuprà.
IMP PROBVS AVG CONS II. Buſtum Probi capite radiato, Conſulari palmatâ, & ſceptro Conſulari.
HERCVLI PACIF. TXXT. Typus ut ſuprà.
VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum; *in aliis* galeatum, coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.
HERCVLI PACIF. VXXT. Typus ut ſuprà.
IMP PROBVS P AVG.
HERCVLI ROMANO. Hercules nudus, dextram imponens tropheo, ſiniſtrâ clavam cum leonis exuviis.
....
HERCVLI ROMANO AVG. Typus ut ſuprà.
IMP C M AVR PROBVS P F AVG.
IOVI CONSERVAT. Duæ figuræ jungentes dextras, in quarum medio globus.
IMP C M AVR PROBVS AVG.
IOVI CONSERVAT. Duæ figuræ jungentes dextras.
VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum; *in aliis* galeatum, coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.
IOVI CONSERVAT. VXXT. Imperator ſtans, ſiniſtrâ ſceptrum eburneum, dextram porrigit ſuſcepturus globum, quem illi dextrâ tradit Jupiter ſtans nudus, ſiniſtrâ haſtam tenens.
PROBVS P F AVG.
IOVI CONS PROBI AVG. Jupiter nudus, dextrâ fulmen, ſiniſtrâ haſtam.
Eadem epigraphe.
IOVI CONS PROBI AVG B. Typus ut ſuprà.
IMP PROBVS P F AVG.
IOVI CONS PROBI AVG REB. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.
IOVI CONS PROBI AVG. ROB. Typus ut ſuprà.
....
IOVI STATORI. Jupiter nudus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ elatâ.
IMP C M AVR PROBVS AVG.
LAETITIA AVG IIII. Lætitiæ typus.
....
LAETITIA FVNDATA. Figura ſtans.
IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliquibus* Buſtum capite laureato, pectore loricato ac paludato.
MARS VICTOR III. Mars Gradivus, dextra haſtam, ſiniſtrâ ſpolia.
IMP C PROBVS AVG.
MARTI PACIF. Figura gradiens, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam.
VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum; *in aliis* galeatum, coronâ radiatâ, dextra haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.
MARTI PACIF. IQXXI. Mars gradiens, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam & ſcutum tenet.
IMP C PROBVS CONS V.
MARTI PACIF LXXI. Mars cum ſceptro, inſidente aquilâ.
IMP C C M AVR PROBVS AVG.
MARTI PACIF OXXI. Mars gradivus, dextrâ ramum, ſiniſtrâ ſcutum.
IMP C PROBVS INVICT P F AVG. Probus laureatus & loricatus, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ ſcutum, cum Juliâ Proclâ uxore.
MARTI PACIF QXXI. Mars, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam.
IMP C PROBVS AVG CONS III. Caput cum buſto, dextrâ ſceptrum eburneum cum aquilâ.
MARTI PACIF QXXI. Mars gradiens, dextrâ clypeum & haſtam.
IMP C C M AVR PROBVS AVG.
MARTI PACIF. VOXXI. Mars gradivus, dextrâ ramum, ſiniſtrâ ſcutum.
VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum; *in aliis* galeatum, coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.
MARTI PACIFERO.
IMP C M AVR PROBVS AVG.
MARTI PACIFERO II. Mars, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam.
PROBVS P F AVG.
MARTI VICTORI AVG II. Mars, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes ſcutum.

....

MONETA AVG. Tres Monetæ cum attributis.

PROBVS AVG. Buſtum Probi galeati ac loricati, dextrâ haſtam ſuper humerum, ſiniſtrâ ſcutum.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà.

IMP PROBVS P F AVG. Buſtum pectore armato, ſiniſtrâ ſcutum, in quo Victoria præcedit Imperatorem equitem, miles ſubſequitur.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà.

IMP PROBVS AVG.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà.

IMP C PROBVS INVICT P F AVG. Probus laureatus & loricatus, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ ſcutum; cum conjuge Juliâ Procâ.

MONETA AVG. Typus ut ſuprà.

....

ORIENS AVG. Sol proſternens captivum.

....

ORIGINI AVG. Lupa cum gemellis.

IMP C PROBVS P F AVG.

PAX AVG SXX. Pacis typus.

IMP PROBVS P AVG.

PAX AVG. BXXI. Figura ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

IMP C PROBVS AVG.

PAX AVG. EXXI. Pacis ſtantis typus.

Eadem epigraphe.

PAX AVG. Γ, ſtella, VXXI. Pax, dextrâ elatâ cum ramo, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum; *in aliis* galeatum, coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.

PAX AVGVSTI T. Pacis typus.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG.

PAX AVGVSTI. V. Pax, ſiniſtrâ ramum, dextrâ haſtam puram.

Eadem epigraphe.

PAX AVGVSTI. XI. Typus ut ſuprà.

IMP PROBVS P F AVG.

PAX AVGVSTI XXI. Pacis typus.

IMP C PROBVS P F AVG.

PAX AVGVSTI. XXIQ. Pacis typus.

IMP C PROBVS INVICT P F AVG. Probus laureatus & loricatus, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ ſcutum, cum Proclâ uxore.

PAX AVGVSTI. XXIQ. Pacis typus.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG.

PAX AVGVSTI. XXIQ. Pax, ſiniſtrâ ramum, dextrâ haſtam puram.

Eadem epigraphe.

PAX AVGVSTI. XXIT. Typus ut ſuprà.

IMP PROBVS P F AVG.

PAX AVGVSTI. QXXI. Pacis typus.

Eadem epigraphe.

PAX AVGVSTI. SXXI. Pacis typus.

IMP PROBVS P AVG.

PAX AVGVSTI. IIIXXI. Figura ſtans, dextrâ ramum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG.

PAX AVGVSTI. VXXI. Pax ſiniſtrâ ramum, dextrâ haſtam puram.

Eadem epigraphe.

PAX AVGVSTI. XXIII. Typus ut ſuprà.

IMP C PROBVS INVICT P F AVG. Probus laureatus ac loricatus, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ ſcutum, cum Proclâ conjuge.

PAX AVGVSTI XXIII. Pacis typus.

IMP PROBVS P F AVG.

PAX AVGVSTI. XXIIII. Pacis typus.

IMP PROBVS AVG.

PIETAS AVG II..... Figura ſtans ad aram, dextrâ pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliquibus* Buſtum capite laureato, pectore loricato & paludato.

PONT M TR P COS PP. Figura ſtans inter duo ſigna militaria, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtam.

IMP C M AVR PROBVS AVG.

P M TR P COS PP. Typus ut ſuprà.

....

P M TR P I P CONS II PP. Leo.

IMP C PROBVS P F AVG.

P M TR P COS III PP XXIIQ. Hiſtrix.

IMP C M AVR PROBVS AVG.

PRINC IVVENT PTI. Figura ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

IMP C M AVR PROBVS AVG CONS III. Probus capite radiato, dextrâ ſceptrum. Conſulare.

PROVIDENT AVG QSXC. Figura ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

IMP C PROBVS P F AVG.

PROVIDENT AVG PXXI. Figura ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

IMP C PROBVS AVG.

PROVIDENT AVG. QSXXI. Typus ut ſuprà.

VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum; *in aliis* galeatum, coronâ radiata, dextrâ haſtam, ſiniſtra ſcutum.

PROVIDENT AVG. QSXXI. Figura ſtolata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENT AVG. SXXI. Typus ut ſuprà.

IMP C PROBVS AVG CONS IIII.

PROVIDENT AVG. SXXI. Figura ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

IMP C M AVR PROBVS AVG.

PROVIDENTIA AVG. XIA. Providentia ſtans, dextrâ bacillum, quo tangit globum, ſiniſtrâ duplex cornucopiæ.

....

PROVIDENTIA DEORVM. Dea, & Sol ſtantes.

....

RESTITVTOR EXERCITI. CMXXI. Imperator dextrâ globum porrigit figuræ militari; ambo ſtant, & ſiniſtris haſtas tenent.

IMP C PROBVS P F AVG.

RESTITVTOR EXERCITI. PMCXXI. Duæ figuræ militares galeatæ, dextris Victoriolam, ſiniſtris haſtas tenentes.

Eadem epigraphe.

RESTITVT ORBIS. XXIP. ſtella. Figura muliebris dextrâ elatâ eum ſerto, ante quam Imperator dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

IMP C M AVREL PROBVS P F AVG.

RESTITVTOR ORBIS XXI. Duæ figuræ, quarum una ſertum tenet, alia dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliis* capite galeato, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

RESTITVTOR ORBIS SXXI. Imperator ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam, cui figura laureata ſertum lauri porrigit.

IMP C M AVREL PROBVS P F AVG.

RESTITVTOR ORBIS. TXXIP. Duæ figuræ ſtellâ intermediâ, quarum una coronam imponit Imperatori, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam tenenti.

IMP C C M AVR PROBVS AVG.

RESTITVT SAEC. VIXXT. Victoria coronans Imperatorem, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam tenentem.

IMP PROBVS AVG.

ROMAE AETER. R, fulmen, r. Templum ſex columnarum, in quo ſedet Roma, ſiniſtrâ haſtam, dextrâ Victoriolam.

IMP C PROBVS P F AVG.

ROMAE AETER. RA. Templum octo columnarum, in quo figura ſedet, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe.

ROMAE AETER. RΩA. Typus ut ſuprà.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliquibus* Buſtum capite laureato, pectore loricato & paludato.

ROMAE AETERNAE. Roma inſidens ſcuto, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam.

IMP C PROBVS P F AVG.

ROMAE AETERNAE. RA. Templum.

IMP PROBVS AVG.

ROMAE AETERNAE. R, fulmen, r. Templum.

Eadem epigraphe.

ROMAE AETERNAE. R, luna bicornis, I. Templum.

Eadem epigraphe.

ROMAE AETERNAE. R, ſtella, P. Templum.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliquibus* Buſtum capite laureato, pectore loricato & paludato.

ROMAE AETERNAE. XXIIII. Templum octo columnarum in quâdam coronâ.

VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum; *in aliis* galeatum, coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.

SALVS AVG HTXXT. Salus, dextrâ ſerpentem, cui pateram ſiniſtrâ porrigit.

IMP C PROBVS P F AVG.

SALVS AVG XXIS.

IMP C PROBVS AVG.

SALVS AVG. AXXI. Salutis ſedentis typus cum paterâ, & ſerpente ex arâ profiliente.

Eadem epigraphe.

SALVS AVG TXXI. Typus ut ſuprà.

VIRTVS PROBI INVICTI AVG. Caput radiatum, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ clypeum.

SALVS AVG. VTXXI. Salutis ſtantis typus cum paterâ.

IMP C PROBVS AVG.

SALVS AVG. II ſtella IIXXI. Salus ſtans cum ſerpente.

Eadem epigraphe.

SALVS PVBLIC. IXXI. Salus ſtans cum ſerpente.

VIRTVS PROBI AVG. Caput Probi galeatum; *in aliis* galeatum, coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.

SALVS PVBLIC PXXI. Dea Salus cum ſerpente.

IMP C PROBVS P F AVG.

SALVS PVBLICA. TXXI. Salutis ſedentis typus.

IMP CAES M AVR PROBVS P F AVG.

SCISCIA PROBI AVG. PXXI. Figura ſedens ambabus manibus faſciam tenens, hinc inde duo fluvii cum urnis ex undis erumpentes.

IMP C PROBVS AVG.

SECVRIT PERP. TXXI. Figura ſtans, columnæ nixa, dextram capiti imponens.

Eadem epigraphe.

SECVRIT PERP. IVIXXI. Typus ut ſuprà.

VIRTVS PROBI AVG. Caput galeatum;

in aliis galeatum, coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.

SECVRIT PERP. INXXI. Figura ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ columnæ nixa.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRIT PERPET. IVIXXI. Figura ſtans columnæ nixa, ſiniſtrâ caduceum elevans.

IMP C C M AVR PROBVS AVG.

SECVRITAS SAECVLI SIS. Figura ſedens, dextrâ bacillum, ſiniſtram admovens capiti.

IMP C PROBVS P F AVG.

Sine epigraphe. Imperator adloquitur cohortes.

IMP C M AVR PROBVS P AVG.

SOLI INVICTO. KRB. Apollo in quadrigâ equis in diverſum currentibus.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG.

SOLI INVICTO. KRT. Solis currus cum quatuor equis.

Eadem epigraphe,

SOLI INVICTO. RB. Quadrigæ cum equis in diverſum currentibus, quas Sol radiatus regit.

IMP C PROBVS AVG.

SOLI INVICTO. RB. Sol in quadrigis.

IMP PROBVS P F AVG.

SOLI INVICTO. RT. Quadrigæ triumphales ſalientibus equis, quibus inſiſtit Apollo radiato capite, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ flagrum, & habenas retinens.

Eadem epigraphe.

SOLI INVICTO. RQT. Typus ut ſuprà.

IMP PROBVS AVG.

SOLI INVICTO. R, fulmen, E. Sol radiatus in quadrigis.

Eadem epigraphe.

SOLI INVICTO. R, fulmen, E. Typus ut ſuprà.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG.

SOLI INVICTO, CHXXIT. Quadrigæ cum equis in diverſum currentibus, quas Sol radiatus regit.

IMP PROBVS AVG.

SOLI INVICTO. CMXXIS. Sol radiatus in quadrigis.

IMP PROBVS P F AVG.

SOLI INVICTO CO. Currus triumphalis quatuor jugatorum.

IMP PROBVS AVG.

SOLI INVICTO COMITI AVG. Caput Solis radiatum.

PROBVS P F AVG.

TEMP FELICIT. Figura ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C PROBVS P F AVG.

TEMP FELICIT B. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP PROBVS P F AVG. Caput cum buſto, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum, in quo Imp. eques pacificatoris habitu, cum captivis ſtratis ad pedes.

TEMPORVM FELICITAS. Roma galeata inſidet ſcuto cum cornucopiæ ſuprà ſcutum, dextrâ globum porrigit Imperatori paludato ſtanti (cui lauream à tergo imponit Victoria) ſiniſtrâ palmam. Inter Imperatorem & Romam alia figura muliebris ſtans, dextrâ caduceum oblongum.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG.

TEMPORVM FELICITAS. Figura ſtolata ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

IMP C M AVR PROBVS AVG.

TEMPORVM FELICITAS I. Figura ſtans, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C AVR VALERIVS PROBVS.

TRIVMPHVS AETHIOPVM DE BLEMIIS. (1)

IMP C M AVR PROBVS AVG.

VICTORIA AVG. KRP. Duæ Victoriæ ſtantes junctis dextris, arbore lauri intermediâ.

IMP PROBVS P F AVG.

VICTORIA AVG. R, fulmen, T. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ trophæum.

Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. R, fulmen, S. Victoria gradiens, dextrâ ſertum, ſiniſtrâ trophæum; infrâ fulmen.

IMP PROBVS AVG.

VICTORIA AVG. RQS. Victoria, dextrâ ſertum, ſiniſtrâ trophæum.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliquibus* Buſtum capite laureato, pectore loricato & paludato.

VICTORIA GERM. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam; hinc inde duo captivi.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA GERM. Duo captivi ad trophæum.

IMP PROBVS P F AVG.

VICTORIA GERM. Typus ut ſuprà.

(1) Hunc Probi nummum rariſſimum, imò ſingularem profert Mediobarbus ex Urſino. Explicatur ex Vopiſco: *Pacatis denique omnibus Pamphylia partibus, cæterarumque Provinciarum quæ ſunt Iſauriæ vicina, ad Orientem iter flexit. Blemyas etiam ſubegit, quorum captivos Romam tranſmiſit, qui mirabilem ſui viſum, ſtupente populo Romano præbuerunt. Copton præterea & Ptolemaidem urbes ereptas barbarico ſervitio Romano addidit juri.* Cæterum de Blemyis & Germanis triumphaſſe Probum Vopiſcus narrat, ut ſuo loco diximus.

IMP C PROBVS AVG.

VICTORIA GERM. A, luna bicornis, A. Typus ut ſuprà.

PROBVS P F AVG.

VICTORIA GERM. A, fulmen, R. Typus ut ſuprà.

IMP PROBVS P F AVG.

VICTORIA GERM. RAA. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

VICTORIA GERM. R, fulmen, A. Typus ut ſuprà.

IMP G PROBVS AVG.

VICTORIA GERM. R, fulmen, A. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

VICTORIA GERM. R, caput Solis, A. Typus ut ſuprà.

PROBVS P F AVG.

VICTORIA GERM. R, fulmen, R. Typus ut ſuprà.

....

VICTORIA GOTHIC. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam; ad pedes captivus ſedens.

IMP C PROBVS P F AVG.

VIRTVS AVG. Miles ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ Victoriolam.

IMP C PROBVS AVG CONS II.

VIRTVS AVG. PXX. Mars gradivus, dextrâ haſtam, ſiniſtro humero trophæum.

IMP C PROBVS P F AVG.

VIRTVS AVG. PXXT. Miles ſtans, dextrâ haſtam & ſcutum, ſiniſtrâ Victoriolam.

VIRTVS PROBI INVICTI AVG. Caput radiatum, dextrâ jaculum, ſiniſtrâ clypeum.

VIRTVS AVG PXXT. Mars galeatus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſpolia.

VIRTVS PROBI AVG. Caput galeatum; *in aliis* galeatum, coronâ radiatâ, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſcutum.

VIRTVS AVG PXXT. Figura militaris gradiens, dextrâ ſpolia ſuper humeros, ſiniſtrâ haſtam.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVG. QXXT. Figura militaris radiata ſtans, dextrâ Victoriolam, quæ illi lauream imponit, ſiniſtrâ haſtam cum ſcuto.

IMP C PROBVS P F AVG.

VIRTVS AVG. QXXT. Miles ſtans, dextrâ haſtam & ſcutum, ſiniſtrâ Victoriolam.

IMP PROBVS AVG CONS I.

VIRTVS AVG. PXXI. Mars gradivus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſpolia.

IMP C PROBVS P F AVG.

VIRTVS AVGVSTI. Miles ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ Victoriolam.

IMP PROBVS P F AVG.

VIRTVS AVGVSTI H. Imperator paludatus, ſiniſtrâ ſceptrum, dextrâ aptat trophæum armorum, ſub quo captivus.

....

VIRTVS INVICTI AVG. VIXXT. Imperator eques captivum calcans à Victoriâ coronatur.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG. *in aliquibus* Buſtum capite laureato, pectore loricato & paludato.

VIRTVS PROBI AVG. Figura equeſtris, dextrâ haſtam, quâ captivum ſternit.

....

VIRTVS PROBI AVG. Trophæum cum duobus captivis.

IMP C M AVR PROBVS AVG.

VIRTVS PROBI AVG. Figura militaris gradiens, dextrâ haſtam.

IMP C M AVR PROBVS P F AVG.

VIRTVS PROBI AVG. KAA. Eques captivum ſupplantans.

Eadem epigraphe.

VIRTVS PROBI AVG. KAP. Figura equeſtris, dextrâ haſtam, quâ captivum ſternit.

Eadem epigraphe. *in aliis* Capite galeato, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

VIRTVS PROBI AVG. XXI. Mars gradivus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſpolia.

Eadem epigraphe.

VIRTVS PROBI AVG. XXIT. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

VIRTVS PROBI AVG. XXIT. Mars gradiens, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ trophæum.

PROBVS P F AVG.

VIRTVS PROBI AVG. IXXIO. Miles gradiens, dextrâ trophæum humero gerens.

VIRTVS PROBI. Caput Probi.

VIRTVS PROBI INVICTI AVG. (1) Figura Imperatoris decurrentis.

VIRTVS PROBI AVG. Caput galeatum cum buſto, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum.

VOTIS X PROBI AVG ET XX. in laureâ.

(1) Nummum hunc Probi rariſſimum, imò ſingularem profert Mediobarbus ex Occone.

SATURNINUS

SExtus Julius Saturninus in Galliis natus traditur parentibus hactenus ignotis, cumque Rhetoricæ in Africâ primùm, ac deinde Romæ operam aliquandiù dediſſet, inter milites tandem aſcriptus, ampliſſimoſque honores adeptus, ita ſe geſſit, ut fortiſſimis Ducibus æquiparari poſſet: à ſe nimirum inſtauratas Gallias, pacatam Hiſpaniam, Africam denique Imperio reſtitutam, cum hanc Mauri propè univerſam poſſiderent, ipſe in oratione à Vopiſco laudatâ gloriatur: quamobrem nullum digniorem reperit Probus, cujus fidei Orientem, quem ipſe ſub Tacito rexerat, committeret. Sed ut Principem collati in ipſum honoris pœniteret, Ægyptiorum levitas, vanitaſque Saturnini effecere; cum enim Ægyptum adeoque Alexandriam, contrà quàm Probus præceperat, adiiſſet, hujus urbis cives, quos rerum novarum cupidiſſimos ſemper fuiſſe Scriptores criminantur, hunc Auguſtum ſtatim conclamavere. Et Saturninum quidem confeſtim Alexandriâ profugiſſe, Palæſtinamque repetiiſſe teſtatur Vopiſcus: verùm cum poſtea tutam ſibi privato vitam fore diffideret, (quod ſub Probo timendum non fuerat) ſibi perſuaderi paſſus eſt ut detractam de ſimulachro Veneris purpuram indueret. Notat Zonaras adeo præclaram fuiſſe Probi de Saturnini modeſtiâ ac fide opinionem, ut in primum hujus defectionis indicem ſevere animadverteret; & ſanè clementes ad eum literas ſæpè miſiſſe fertur, quibus ad bonam mentem rediret ſuadebat, errorîſque veniam pollicebatur; ſed Principis indulgentiâ frui Saturnino per milites ſuos non licuit. Itaque præmiſſus à Probo exercitus, qui rebellionem illam latiùs ſerpere prohiberet, vicinaſque Provincias in officio contineret, interim dum ipſe juſto bello tyrannum perſequi parat, fuſis, fugatiſque rebellibus, Saturninum Apameæ obſeſſum cepit, Principeque nolente ac pœnè invito interfecit. Cæterum Saturninum non à Probo, ſed ab Aureliano limiti Orientis præfectum fuiſſe Vopiſcus ſcribit: ſed ut Vopiſci authoritatem hac in parte defugiamus hæc ratio impellit, quòd Probum Orientis Ducatum à Tacito accepiſſe, illiuſque tractûs copiis Imperium ſibi adverſus Florianum aſſeruiſſe tradit variis in locis idem Scriptor. Addendum Saturnini defectionem ab Euſebio anno Chriſti 280. narrari, ipſumque Vopiſcum Probi in Orientem iter ſtatim poſt bellum Gothicum referre, quod anno 279. confectum fuiſſe, ipſa rerum à fortiſſimo Principe geſtarum ſeries ſuadet.

Saturnini has Inſcriptiones exhibet Mediobarbus.

IMP C SATVRNINVS P F AVG. *ex Urſino.*

IMP C SEX IVL SATVRNINVS AVG. *ex Goltzio.*

PROCULUS.

Titus Ælius Proculus Albingæ prope Alpes maritimas natus, divitiis quidem apud ſuos clarus, ſed latrocinio partis, quod more à majoribus tradito diù exercuit, in militiam denique aſcitus, legionique præfectus eſt, quâ ad ſuam magis quàm ad militiæ Romanæ rationem inſtitutâ præclarè adverſus Barbaros uſus eſt. Rebellionem ejus Oneſimus à joco incœpiſſe refert: ſcilicet cum Proculus latrunculis ludendo decies Imperator exiſſet, ideoque illum ſcurra quidam non ignobilis Auguſtum appellaſſet, allatum confeſtim purpureum pannum, quem ejus humeris idem injecit: deindeque conſcios, cum timerent ne id quod factum fuerat fraudi ſibi eſſet, exercitus tentaſſe, ſummamque poteſtatem in Proculum præter ipſius expectationem contuliſſe. Vopiſcus, qui eam Oneſimi narrationem ita refert, ut nihil quod ad illam accedat apud cæteros Scriptores reperiſſe ſe moneat, hanc addit fuiſſe pleroumque ſententiam, Proculum à Lugdunenſibus qui Aurelianum ſibi infenſiorem experti fuerant, & Probum vehementer pertimeſcebant, ad Imperium vocatum; ſed quid Lugdunenſibus à Probo timendum fuerit, quem primo & altero ejus Imperii anno apud ſe viderant Principem inter paucos clementem, quique injurias, ſi quas ſibi illatas exiſtimaſſet, ulciſci eâ tempeſtate potuerat, non facilè percipimus; nam quin Proculi defectio ad poſtremos Probi annos, Chriſti ſcilicet 281. pertineat, nemo quem quidem noverim hactenus dubitavit. Proculi rebellionem ſequutæ ſunt Germanorum, ac, ut nobis quidem videtur, Bonoſii defectiones; ſed Germanos repreſſit Proculus; Proculum verò fugere compulſum Probus Coloniæ Agrippinæ tandem interfecit, cum Francorum à quibus originem ducere videri volebat, auxilium fruſtrà imploraſſet. Proculo uxor fuit Viturgia, cui deinde Sampſoni nomen inditum: eam viraginem fuiſſe teſtatur Vopiſcus, quæque virum cunctantem ad capeſſendum Imperium impulerit.

BONOSIUS.


Quintus Bonosius in Hiſpaniis natus, patrem habuit Britannum ludi literarii magiſtrum quem adhuc parvulus amiſit, matrem verò Gallam fœminam fortiſſimam, à quâ cum ita eductus fuiſſet, ut vigiliæ, algoris, inediæ juxtà patiens, corpus ad omnes labores firmum haberet, militavit inter ordinarios primùm ac deinde inter equites, commilitoneſque ſuos ita ſuperare viſus eſt, ut tribunatum Aureliani judicio conſequeretur, uxoremque duceret Hunilam regio Gothorum genere ortam virginem, ex quâ liberos duos ſuſcepit. Narrat Vopiſcus Bonoſio ſæpè uſum fuiſſe Aurelianum, ut Barbarorum conſilia inter bibendum exploraret, cum ipſe largiore vino ita uteretur, ut mens nunquam maderet, imò quanto plus vini hauſerat, tanto ſagacior videretur. Addit idem Scriptor Bonoſium à Probo Rhætiæ limiti præfectum fuiſſe; ſed cum Romanorum naves in Rheno à Germanis incendi per negligentiam paſſus fuiſſet, nec aliâ ratione pœnam imminentem

tem effugere poſſe ſe exiſtimaret, corrupto cui præerat exercitu Imperatorem ſe appellavit, communicatiſque cum Proculo qui tum in Galliis rebellaverat conſiliis, tyrannidem aliquandiù retinuit; ſed cum ſeſe accepto de Probi adventu nuntio, in Gallias recepiſſet, Francorumque auxiliis quibus bellum ſuſtineri poſſe ſperaverat, deſtitueretur, ad Agrippinam uſque fugatus, cæſiſque apud eam urbem tyrannorum copiis, laqueo tandem vitam finivit, anno Chriſti, ut nobis videtur, 281. hujus uxori ac filiis Probus peperciſſe fertur.

CARUS.

MARCUS AURELIUS CARUS, Proconſul Ciliciæ, ac deinde Præfectus Prætorio ſub Probo, ad Imperium denique militum ſuffragiis provectus eſt menſe Auguſto anni 282. De patriâ ejus ita variant auctores, ut de eâ nihil pro certo affirmare aut velimus aut poſſimus. Oneſimus Illyrico oriundum, ac Romæ natum aſſerit: Fabius verò Cerillianus in Illyrico natum, & quidem Pœnis parentibus contendit: fuere qui vellent Mediolanenſem fuiſſe; alii contrà Narbonenſem ſcribunt; ſed cum duæ fuerint ejuſdem prope nominis urbes, Narbona Liburniæ, quam Plinius & Antoninus Naronam appellant, & Narbo nobiliſſima Galliarum urbs, priori oriundum fuiſſe Carum, nominiſque affinitate falſos Eutropium, Sidonium Apollinarem, amboſque Victores, qui Narbonem Gallicam non obſcurè deſignant, Scaliger Oneſimum coætaneum Cari Scriptorem ſequutus exiſtimavit: & ſanè hujus conjectura inde haud mediocriter firmatur, quod Romanam ſive originem ſive patriam Carus ipſe jactitat duabus in Epiſtolis quæ ad noſtram ætatem pervenere. Scripſere quidam Probum Cari factione interemptum fuiſſe; ſed illius criminis ſuſpicionem amovent & Cari mores, & beneficia in illum à Probo collata, cujus cædem fortiſſimè & conſtantiſſimè; ſi quæ Vopiſco fides, vindicavit. Filios duos habuit, quos Cæſares ab eo factos & ſcriptores & nummi teſtantur; ſed eorum natu majorem Carinum Galliis præfecit, ut Barbaris qui auditâ Probi morte defecerant, obſiſteret; ipſe verò cum altero Numeriano adverſus Sarmatas profectus, memorabilem eorum ſtragem edidit; compoſitiſque rebus in Illyrico & in Thraciis, bellum Perſis intulit. Fuſum fugatumque à Caro Perſarum exercitum Aur. Victor & Eutropius narrant; ſed Vopiſcus nullum exercitum obviam illi obſtitiſſe ſcribit, quod inteſtinis ſeditionibus Perſæ eâ tempeſtate laborarent. Captas ſanè plurimas urbes, Romanaque ſigna ad Tigrim uſque volitaſſe referunt omnes. Sed cum caſtra prope illud flumen poſuiſſet, ægerque in tentorio jaceret, coortâ tempeſtate, poſt maximam fulgurum vim, cum fulmen quoque ruiſſe crederetur, ſubito conclamatum eſt & Carum mortuum, & tentorium ejus arſiſſe. Scripſit quidam Junius Calphurnius, qui tum ad memoriam dictabat, cubicularios dolentes Principis mortem tentorium ejus incendiſſe; ſed quominus Carum fulmine conflagraſſe crederent plerique homines, Calphurnii authoritas non obſtitit; nec eam quoque apud Scriptores Hiſtoriæ Auguſtæ tantum valuiſſe comperimus quin vulgi opinionem ſequutì ſint, ac poſteritati propagarint. Imperium Cari duorum annorum fuiſſe tradunt Victor Junior & Eutropius, itaque mors ejus ad Auguſtum

 menſem anni 284. commodiſſimè referetur, cum Numerianus patri haud ultrà triginta dies ſuperſtes fuerit, in cujus locum ſuffectum fuiſſe Diocletianum decimo quinto Kalendas Octobris teſtatur Scriptor Chronici Alexandrini.



NUMISMATA AUREA.

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari laureatum, ad pectus cum paludamento.

ADVENTVS CARI AVG. (1) Imperator eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenet haſtam. *Brandenburg.*

(1) Ex hoc Cari rariſſimo, imò ſingulari nummo, & qui deſideratur in Collectione Mediobarbi, ſatis conſtat, Carum Imperatorem factum, conſueto Imperatoribus more, ſtatim Romam contendiſſe, ut Solium firmaret, eumque adventum numiſmate hoc ſignatum eſſe, ſilentibus etiam hiſtoricis. Neque mihi probatur nonnullorum opinio, qui putant, hoc numiſmate adventum potius Cari ad exercitum quam Romam ſignificari, nam quomodo id fieret in Caro, qui Præfectus Prætorio Probum comitabatur, & eo occumbente exercitui intererat. Id vel inde etiam patet, quòd Sarmatæ, morte Probi auditâ, teſte Vopiſco, invaſuros ſe non Illyricum ſolum, ſed Thracias quoque, & Italiam ipſam, memorantur minati: quod proculdubio non fuiſſent auſi, niſi per abſentiam Imperatoris: Carum autem Romæ fuiſſe cum filios Cæſares renuntiavit, innuere videtur & Vopiſcus in Carino ſic ſcribens: *Hic quum Cæſar decretis ſibi Galliis atque Italia, Illyrico, Hiſpaniis, ac Britanniis & Africa, relictus à patre Cæſarianum teneret imperium, ſed ea lege ut omnia faceret quæ Auguſti faciunt, enormibus ſe vitiis & ingenti fœditate maculavit.* Begerus autem, qui primus hunc nummum publicavit, in eadem ſententia eſt. Cari Inſcriptionem explicatu perdifficilem (quis enim hunc Delphis aut natum aut Imperatorem factum unquam ſcripſit) exhibet Gruterus pag. 277.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. ΚΑΙCΑΡΑ
ΜΑΡΚΟΝ. ΑΥΡΗΛΙΟΝ. ΚΑΡΟΝ.
ΕΥCΕΒΗ. ΕΥΤΥΧΗ. CΕΒΑCΤΟΝ
ΙΕΡΑ. ΔΕΛΦΩΝ. ΠΟΛΙϹ
ΕΔΟΚΕΝ

DIVO CARO PIO. Caput Cari laureatum, ad humeros.

CONSECRATIO. (1) Aquila alis expanſis globo inſiſtens, roſtro dextrorſum verſo. *Regius.*

IMP C M AVR CARVS AVG. Carus capite laureato, ad pectus cum paludamento.

FORTVNA AVG. (2) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet temonem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

IMP C M AVR CARVS P A.

INDVLGENTIA AVG. (3) Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam. *MB.*

IMP C M AVR KARVS AVG. Caput Cari laureatum, ad pectus cum paludamento.

KARINVS NOBIL CAES. (4) Caput Carini laureatum, ad pectus cum paludamento. *Regius. M.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

PAX AVG. (5) Figura muliebris dextrorſum gradiens, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENT AVG. Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ geſtat globum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *DC. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SPES PVBLICA. Figura muliebris dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat florem, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Regius.*

DEO ET DOMINO CARO AVG. Carus capite laureato, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. (6) Victoria globo inſiſtens, dextrorſum converſa, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam. *Regius. MB.*

DOMINO ET DEO CARO AVG.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà. *MB.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Carus capite laureato, ad pectus cum paludamento.

VICTORI AVG. (7) (ſic) Victoria in bigis à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam: in imâ parte luna bicornis. *Regius.*

Alius cum K. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG FEL. (8) Victoria Encarpum tenens ſuprà clypeum baſi impoſitum. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. (9) Mars galeatus ſiniſ-

(1) Hic nummus Cari ex auro deſideratur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ de Cari Conſecratione infrà adnotamus.

(2) Fortuna Cari ſatis apparuit in bello Sarmatico; barbaram enim illam gentem magna ex parte profligavit; apparuit & in bello Perſico; occupatis quippe Perſis domeſtica ſeditione, Imperatoris Perſici nomen meruit, teſte Vopiſco, ac ejus nummis. Cæterum licet omnes Cari ex auro nummi rari ſint, hic tamen rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummum hunc rariſſimum imò ſingularem profert Mediobarbus ex Patini Theſauro. Hæc epigraphe paſſim occurrit in nummis diverſorum Imperatorum, ſed typo omninò diverſo, & nuſquam pro typo cernitur Victoria.

(4) Nummus hic Cari in cujus averſa parte caput Carini laureatum cernitur rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(5) Nummus hic Cari ex auro, & duo ſequentes deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(6) Ante Carum Aurelianum Auguſtum *Dei & Domini Nati* titulo donatum fuiſſe vidimus in ejus nummis; quos quidem poſt ejus mortem cuſos fuiſſe diximus; etenim, teſte Vopiſco, ipſi non niſi mortuo divini honores delati fuere: idemque putamus de hujuſcemodi Cari nummis. Vide nummos ejus Ægyptiacos cum epigraphe ΑΦΙΕΡΩΣΙΣ, *Conſecratio*, & quæ ibi diximus. Nummus hic & ſequens rariſſimi.

(7) Nummi Cari cum hac epigraphe, & hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi. Cuſi autem videntur hujuſcemodi Cari nummi ob victoriam de Sarmatis relatam; quorum quidem memorabilem ſtragem edidiſſe Carum, narrat Vopiſcus in ejus vita. Referri poteſt & ad Perſicam; nam Perſarum fines ingreſſus Cteſiphontem uſque pervenit, ideo ejus Victoria bigis inſiſtit.

(8) Hæc epigraphe & hic typus in Caro tantùm occurrunt. Victoria autem Auguſti Felix dicta fuit illa, quam de Perſis nullo negotio retulit Carus; nam, teſte Vopiſco, nullus exercitus obviam illi obſtitit, quòd inteſtinis ſeditionibus Perſæ eâ tempeſtate laborarent: *Ingenti*, inquit, *apparatu, & totis viribus Probi profligato magna ex parte bello Sarmatico, quod gerebat, contra Perſas profectus, nullo ſibi occurrente, Meſopotamiam Carus cepit, & Cteſiphontem uſque pervenit. Occupatiſque Perſis domeſtica ſeditione Imperatoris Perſici nomen meruit.* A Vopiſco diſſentiunt Aur. Victor & Eutropius, qui Perſarum exercitum à Caro fuſum fugatumque fuiſſe narrant. Nummus hic rariſſimus imò ſingularis eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(9) Carum ſummam dignitatem cum filiis non participaſſe plerique recentiores exiſtimant, quia nulla ejus rei veſtigia extant apud Scriptores, Vopiſcus etiam Carinum tunc, cum bellum contra Perſas ſuſceptum eſt, Occidenti præfectum fuiſſe teſtatur cum poteſtate, quæ ad Auguſtorum poteſtatem proximè accederet, non utique Auguſtâ: *Quum Cæſar*, inquit, *decretis ſibi Galliis atque Italia, Illyrico, Hiſpaniis ac Britanniis, & Africa, relictus à patre Cæſarianum teneret Imperium, ſed ea lege ut omnia faceret quæ Auguſti faciunt*, &c. idem præterea prodit, *Carum deinde in animo habuiſſe, ut Carino* cujus vitiis offendebatur, *Cæſareum abrogaret Imperium*: quod de Auguſto dicendum non erat. Carinum tamen & Nume-

trorſum gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *Regius.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVGGG. E. Δ. (1) Duæ figuræ tenentes Victoriam. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Cari laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS CARI INVICTI AVG. (2) Hercules nudus ſtans, ſiniſtrorſum ſpectans, dextrâ poſt terga deductâ, ſiniſtrâ clavæ innixus, quâ & leonis exuvias tenet: in imâ parte K. *Brandenburg.*

rianum Auguſtos à patre diverſis temporibus nuncupatos fuiſſe, arguere videntur nummus hic qui duorum, & ſequens qui trium Auguſtorum mentionem faciunt; atque huc inclinat erudit. Pagii ſententia. Sanè, tametſi hæ literæ AVGG. de Imperatore & ejus conjuge non rarò intelligi debent, ut ex Philippi Junioris nummo conjiciebat Laurentius Begerus, & nos in Trajano Decio, clarius etiam in Æmiliano & in Gallieno adverſus Vaillantium demonſtravimus; tamen Virtutem Martiam quæ hoc in nummo prædicatur, Auguſtæ minùs convenire nemo negaverit; tertium verò Auguſtum cujus in ſequenti mentio injecta eſt, præter Numerianum nullum illâ ætate reperias. Enimverò per paucos Pagius in ſuam ſententiam traxit; ſed qui in primâ perſtant, hanc duplici ratione tueri comperio. Cari & ejus filiorum adhuc Cæſarum, ſed Carini cum patre Conſulis, Inſcriptionem hanc Tarracone repertam exhibet Gruterus pag. 278.

VICTORIOSISIMO PRINCIPI. IVVENT. M. AVRELIO. CARINO NOBILISS. CAESARI COS. PRO. COS	FORTISSIMO. ATQVE CLEMENTISSIMO IMP. CAES. M. AVRELIO CARÒ. INVICTO. AVG P. M. TR. POT. $\overline{21}$ COS. $\overline{18}$ P. P. PRO. COS	VICTORIOSISSIMO PRINCIPI. IVVENTTT M. AVR. NVMERIANO NOBILISS. CAIIARI PRO. COS.

M. AVRELIVS. VALENTINIANVS. V. C. LEG. AVGG. PRO. PR. PROVINCIAE
HISPANIAE. CITERIORIS. D. N. M. Q. EORVM

quæ poſt menſem Auguſtum anni 283. ſcalpta eſt. Valentinianus qui eam propoſuit, *Legatum* AVGG. ſe appellat; an Auguſti & Auguſtæ? nemo hactenus ita ſenſit: ergo Cari Auguſti & Carini Cæſaris; ſed cur Carini potiùs quàm Numeriani? Ille, inquiunt, univerſo Occidenti præfectus eſt, cum Cæſareo quidem Imperio, ſed eâdem fermè poteſtate, quâ pater ipſe præfuiſſet. Nimirum Carinum pro Auguſto haberi potuiſſe, tametſi reverâ non erat, ad Vopiſcum ſatis accommodatè opinantur viri eruditi; contra his argutiis hîc opus eſſe plerique negant, maximè cum epigraphe, VIRTVS AVGGG. explicandæ neutiquam proſint, quamobrem utroque nummo, & Inſcriptione Auguſtum & filios ejus duos Cæſares indicati volunt; ſuæque opinioni tuendæ nummos Æ. III. afferre poſſunt Carini & Numeriani Imperatorum & Cæſarum, IMP C M AVR CARINVS NOB CAES. IMP C M AVR NVMERIANVS NOB CAES. in quorum poſticâ eadem quæ in ſequenti epigraphe, VIRTVS AVGGG. legitur, Auguſti planè unius & Cæſarum duorum. Nummi Cari cum hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(1) Nummum hunc Cari rariſſimum profert Mediobarbus ex Occone. Vide quæ ad nummum ſuperiorem monuimus.

(2) Herculeam Cari Invicti Auguſti virtutem prædicat hic nummus; nec quidem abs re; nam totum Cari Imperium bellicis expeditionibus defluxit: *Ille ſtatim adeptus imperium*, ut ſcribit Vopiſcus in ejus Vita, *Sarmatas adeo morte Probi feroces, ut invaſuros ſe non ſolum Illyricum, ſed Thracias quoque Italiamque minarentur, ita inter bella patiendo contudit ut pauciſſimis diebus Pannonias ſecuritate donaverit, occiſis Sarmatarum ſedecim millibus, captis diverſi ſexus viginti millibus*; contra Perſas deinde profectus, teſte eodem Scriptore, *nullo ſibi occurrente Meſopotamiam Carus cepit, & Cteſiphontem uſque pervenit. Occupatiſque Perſis domeſtica ſeditione, Imperatoris Perſici nomen meruit.* Sic laudatus Vopiſcus; at Aurelius Victor, & Eutropius, fuſum fugatumque à Caro Perſarum exercitum narrant. Eadem autem epigraphe reperiuntur Probi nummi, ſed typo diverſo, ut ſuo loco videre eſt. Vide nummos Poſtumi cum epigraphe VIRTVS POSTUMI AVG. Cæterum hic Cari nummus rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP CARVS P F AVG. Caput Cari radiatum, ad pectus cum paludamento.

ABVNDANTIA AVG. (1) Figura muliebris ſtans, ſiniſtrorſum verſa, dextrorſum ſpectans, utrâque manu opes effundit ex cornucopiæ: in imâ parte TXXI. *Fontaine.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari radiatum, ad medium pectus cum loricâ.

AETERNIT IMPERI. Sol capite radiato nudus cum pallio brachio ſiniſtro collecto, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ protenſâ & expanſâ, flagrum geſtat

(1) Licet omnes hujus Auguſti nummi ex argento rari ſint, hic tamen rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi, ſequens etiam ex argento nummus non extat apud Mediobarbum.

ſiniſtrâ : in imâ parte AKA. *Fouc.*

DIVO CARO PIO.

- CONSECRATIO. Aquila. *MB.*

DIVO CARO. Caput Cari radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Aquila à fronte alis expanſis, roſtro dextrorſum converſo : in imâ parte KAA. *Fouc.*

DIVO CARO PIO. Caput Cari ut ſuprà.

CONSECRATIO. Aquila alis expanſis à ſiniſtris dextrorſum, roſtro ſiniſtrorſum converſo : in imâ parte II. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum IIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

DIVO CARO AVG. Caput Cari ut ſuprà.

CONSECRATIO. (1) Ara ignita : à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte XXI. *Regius.*

IMP CARVS P F AVG. Carus capite radiato, ad pectus cum loricâ.

IOVI VICTORI. (2) Jupiter ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ geſtat Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innixus : pro pedibus à dextris aquila : in imâ parte KAB. *Regius.*

IMP C M AVR CARVS AVG. Caput Cari galeatum ac radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGG. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ : à ſiniſtris in areâ B. *Fouc.*

IMP CARVS P F AVG. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX EXERCITI. (4) Figura muliebris typo quo ſuprà, ramum elatum tenens dextrâ, ſigno militari adnixa ſiniſtrâ : in imâ parte PXXI. *Fouc.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG.

PERPETVITATE AVG. V. XXI. (5) Figura ſiniſtrâ columnæ nixa, haſtam per tranſverſum tenens, dextrâ globum. *MB.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENT AVGG. (6) Figura muliebris ſtans dextrâ demiſſâ tenet bacillum, ſiniſtrâ haſtæ innixa ; pro pedibus à dextris globus : in imâ parte ...RA. *Fauvel.*

IMP CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Figura muliebris tunicata ac ſuccincta cum pallio in brachium dextrum rejecto ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuttollit ſiniſtrâ : in imâ parte SXXI. *Fouc. Regius.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. (7) Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ geſtat coronam, ſiniſtrâ palmam : in imâ parte D..... *Farneſianus.*

IMP C M AVR CARVS AVG. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVOG. (8) Victoria tunicata ac ſuccincta, dextrorſum converſa, inſiſtens globo, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ : à dextris, captivus manibus poſt tergum revinctis humi ſedens ; à ſiniſtris, alter retroſpiciens : à dextris in areâ A. *Fouc.*

IMP C M AVREL CARVS AVG. Caput Cari radiatum.

VICTORIA AVGG. (9) Victoria coronam lauream dextrâ, lævâ palmam gerit ; ad pedes, hinc & inde Aquilæ Romanæ duæ ; à dextris in areâ A. *Collegii.*

(1) Nummi Cari cum hoc typo ex argento deſiderantur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ de Cari Conſecratione infrà adnotamus ad nummos Ægyptiacos cum epigraphe ΑΦΙΕΡΩΣΙΣ, *Conſecratio.*

(2) Tum cuſos fuiſſe hoſce Cari nummos inſcriptos *Jovi Victori* putamus, cum ille Sarmatas ita oppreſſit, ut paucisſimis diebus Pannonias ſecuritate donaverit, occiſis Sarmatarum ſedecim millibus, captis diverſi ſexus viginti millibus, teſte Vopiſco in ejus vita. Nummus hic Cari ex argento non extat apud Mediobarbum.

(3) Licet totum Cari Imperium bellicis expeditionibus defluxerit, hoc eſt bella cum exteris geſſerit, Pacem tamen Auguſtorum prædicat hic nummus, concordiam nimirum Carum inter & Carinum, quem ad tuendas Gallias, cum bellum Perſicum, quod Probus parabat, aggreſſus eſſet, deſtinaverat, dato ei Cæſariano Imperio, ſed ea lege, teſte Vopiſco, ut omnia faceret quæ Auguſti faciunt. Nummi Cari cum hac epigraphe, & hoc typo deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Quemadmodum ſuperior nummus Pacem Auguſtorum, nimirum concordiam Carum inter & Carinum jactat, ita hic nummus Pacem exerciti prædicat, quod nimirum exercitus nullis ſeditionibus, nullo diſſidio agitatus eſſet. Nummus hic ex argento non extat apud Mediobarbum.

(5) Nummum hunc Cari rariſſimum ex argento profert Mediobarbus ex Occone. Vide quæ infrà ad ſimilem æreum monemus.

(6) Nummus hic Cari & ſequens ex argento deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(7) Nummus hic Cari ex argento non extat apud Mediobarbum.

(8) Nummi Cari cum hoc typo deſiderantur in Collectione Mediobarbi. Duos autem captivos humi ſedentes duas nationes, nimirum Sarmatas & Perſas à Caro devictos repræſentare putamus.

(9) Idem forraſſis typus qui in ſuperiori nummo ; ſed ab erudito Harduino quod exeſus forſitan eſſet nummus malè deſcribitur ; non enim Aquilas Romanas, ſed captivos humi ſedentes in nummo expreſſos putamus.

IMP C M AVR CARVS P F AVG. VIRTVS AVGGG. XXI. E. Δ. (1) Duæ figuræ tenentes Victoriam. *MB.*

Eadem epigraphe. VIRTVS CARI INVICTI AVG. (2) Figura nuda ſtans, dextrâ fulmen. *MB.*

(1) Nummum hunc Cari rariſſimum profert Mediobarbus ex Occone. Vide quæ ad nummum ſimilem aureum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

(2) Hic etiam nummus Cari rariſſimus à Mediobarbo exhibetur ex Occone. Vide quæ ad nummum aureum ejuſdem Auguſti cum eadem epigraphe, ſed typo diverſo ſuprà adnotavimus. Cæterum Carus dicitur Invictus non ſolùm in nummis, & in Inſcriptione paulò ſuperius producta, ſed etiam in tribus aliis Inſcriptionibus, quas in Hiſpania repertas ex Grutero pag. 277. hîc exhibemus. Prima & ſecunda Ebuſi, tertia Tarracone.

1

IMP. CAES. AVG. CARO. PIO. FEL
INVICTO. AVGVSTO. PONT. MAX. TR
POT. P. P. PROCOS
LICONIENSIS. ORDO. D. N. M. Q. E. FECER.

2

IMP. CAES. M.
AVR. CARO. PIO
FELICI. INVICTO
AVG. PONT. MAX
TRIB. POT. PP. PRO
COS. II. COS. ORDO
EBVSII. D. N. M. E.

3

FORTISSIMO. ET. CLEMEN
TISSIMO
IMP. CAES. M. AVR. CARO
INVICTO. AVG. P. M. TR. P. COS. II
P. P. PROCONSVLI
M. AVRELIVS. VALENTINIANVS
V. C. P. P. HISP. CIT. LEG. AVGG. PR
PR. D. N. M.
EIVS

NUMISMATA ÆREA LATINA
maximi moduli, vulgò medaglioni.

IMP C M AVR CARVS P F AVG COS. Carus capite laureato pectore tenus, dextrâ ſcipionem eburneum præfert, ſiniſtrâ globum cui impoſita eſt Victoria.

MONETA AVGG. (1) Tres Monetæ ſtant ſtolatæ dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ gerunt. *Vaillant.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari laureatum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *DeC.*

Eadem epigraphe. Caput Cari laureatum, ad pectus cum loricâ, in quâ Meduſæ caput.

MONETA AVGG. (2) Typus ut ſuprà. *Farneſianus.*

IMP CARO AVG ET CARINO N CAES. Capita Cari & Carini adverſa laureata, ad pectus cum paludamento.

SAECVLI FELICITAS. (3) Quatuor pueruli, quatuor anni tempora cum attributis deſignantes. *Vaillant. DeC.*

(1) Licet omnes hujus Auguſti nummi maximi moduli rari ſint, hic tamen ob capitis typum, & epigraphen, ubi Conſul dicitur, & conſulari habitu exhibetur cum ſcipione eburneo, & Victoriola, rariſſimus eſt.

(2) Moneta Auguſti non Auguſtorum inſcribitur unicus Cari nummus exhibitus à Mediobarbo.

(3) Nummus hic Cari rariſſimus, imò ſingularis non ſolum ob capitum epigraphen & typum, ſed etiam ob inſcriptionem & typum partis averſæ. Typus hic paſſim reperitur in nummis inſcriptis FELICIA TEMPORA, ut in Getæ nummis, &c. necnon FELICIA TEMPORUM, ut in Caracalla. Quatuor autem pueruli, quibus quatuor anni tempeſtates deſignantur, ita repræſentari cenſentur; primus brachiis manibuſque geſticulans *Veris* tempus refert; alter falcem meſſoriam tenens, *Æſtatem* deſignat; tertius *Autumnum* denotans, ſiniſtra caniſtrum frugibus plenum, & dextra leporem, quia, uti ea anni tempeſtate fructus colliguntur, ita hæc non minus venationibus opportuna eſt. Quartus denique *Hiemem* repræſentans, præterquamquod veſtibus, & calceis contra frigus munitus ſit, dextra pedicam, ſiniſtra avem captam tenet; quia hiemis tempore aucupiis vacare commodum. Vide Virgilium lib. 1. Georg. de Hieme, & Horatium Epod. II. Nummi Cari cum hac epigraphe, & hoc typo deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari laureatum, ad humeros cum paludamento.

MONETA AVGG. (1) Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *Fouc. Regius. RE.*

(1) Nummum hunc inter eos quos *Medaglioni* vocant referri potuiſſe, imò debuiſſe opinor; ſed eruditiſſimorum virorum qui laudata Muſea ordinarunt, quàm meum ipſius judicium ſequi malui.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

DEO ET DOMINO CARO AVG. Duo capita radiata & adverſa.

FELICITATI PVBLICAE. (1) Figura muliebris ſtolata ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtam, ſiniſtro cubito columnæ innixo: in imâ parte . . . . *RE.*

(1) Cum eadem epigraphe habetur nummus in Caracalla tantùm, ſed typo diverſo, figura nimirum ſtans, dextrâ tenet cornucopiæ, ſiniſtrâ haſtam. Nummus hic Cari rariſſimus imò ſingularis, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ ſuprà adnotavimus ad nummum aureum cum inſcriptione capitis, DEO ET DOMINO CARO AVG.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP CARVS P F. AVG. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

ABVNDANTIA AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, cornucopiæ geſtat utrâque manu, ex quo varias opes effundit: in imâ parte TXXI. *Fouc.*

IMP C M AVR KARVS (ſic) P F AVG. Caput Cari radiatum, ad humeros cum paludamento.

ABVNDANTIA AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Regius.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

ABVNDANTIA AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Le Roy.*

IMP C M AVR CARVS AVG. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

AEQVITAS AVGG. (2) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ: à ſiniſtris in areâ A. *Le Roy.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

AETERNIT IMPERI. (3) Sol nudus capite radiato, cum pallio divinitàtis in brachium ſiniſtrum rejecto volitânte, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ extensâ & expansâ, flagrum geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte AKA. *Fouc.*

Alius cum AR. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Collegii.*

Alius cum KAA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

IMP CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

AETERNIT IMPERI. Typus ut ſuprà: in imâ parte KAA. *Fouc. Frad. RDR.*

(1) Licet omnes bujus Auguſti nummi non omninò obvii ſint, tamen hic inter rariores recenſendus eſt:

(2) Nummi Cari cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Hæc epigraphe primùm in nummis Severi, Juliæ Piæ, Caracallæ, & Getæ occurrit, ſed typò diverſo; nam in iis duo capita cernuntur, nimirum Caracallæ & Getæ, vel Severi & Caracallæ, &c. quibus ita hoc nummo junctis, Severus deſignare voluit, ſe liberis procreandis, *Æternitati Imperii* proſpexiſſe; atque hoc modo Imperium in perpetuum domui & familiæ ſuæ alligaſſe; de quo Capitolinus: *Septimium Severum*, inquit, *immoderatiſſimè lætatum, quod duos Antoninos pari Imperio Reipublicæ relinqueret.* Deinde occurrunt nummi Philippi Senioris eamdem inſcriptionem præferentes, & cum eodem typo, qui cernitur in hiſce Cari nummis; per Solem enim Æternitas Imperii ſub utroque Auguſto deſignatur. Romani enim Græcorum more hæc ſymbola mutuaſſe videntur ab Ægyptiis, qui Solem & Lunam ſydera æterna exiſtimabant. Horus Apollo Niliacus in Hieroglyphic. in principio: Αἰῶνα σημαίνοντες, Ἥλιον ϗ Σελήνην γράφουσι, διὰ τὸ αἰώνια εἶναι στοιχεῖα. *Ævum deſignantes Solem & Lunam pingunt, quod æterna ſint elementa.* Ita Diodorus Siculus non ſemel tradit Ægyptios ὑπολαβεῖν εἶναι δύο Θεοὺς ἀϊδίους τόν τε Ἥλιον ϗ τὴν Σελήνην. Hinc Inſcriptio antiqua:

AETERNITATI
SACR
SOLI ET LUNAE

Nummi Cari cum hac epigraphe & hoc typo inter rariores recenſendi.

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

ANNONA AVGG. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ demiſsâ tenet ſpicas ſuprà modium, ſiniſtrâ cornucopiæ: in imâ parte R B. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad humeros cum paludamento.

CLEMENTIA TEMP. (2) Jupiter ſtans à ſiniſtris, dextrâ globum cum Victoriolâ tenet, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: ſtat ex adverſo Carus dextrâ extensâ, veluti Victoriolam accepturus, ſiniſtrâ ſcipionem cum aquilâ: inter utramque figuram r. in imâ parte XXI. *Regius.*

DIVO CARO PIO. Caput Cari radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. Aquila alis expanſis à ſiniſtris dextrorſum, roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Regius. Cham.*

Alius cum II. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val. Le Roy.*

Alius cum III. in imâ parte, eodem typo utráque ex parte. *Val. Le Roy. B.*

Alius cum IIII. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Cham Hen. B.*

DIVO CARO. Caput Cari ut ſuprà.

CONSECRATIO. Aquila à fronte alis expanſis, roſtro dextrorſum converſo: in imâ parte XAA. *Fouc. Bau. Frad. RDR.*

DIVO CARO AVG. Caput Cari ut ſuprà.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Δ. in imâ parte XXI. *Cham.*

DIVO CARO PERS. Caput Cari ut ſuprà.

CONSECRATIO. (3) Aquila à fronte alis expanſis, roſtro ſurſum verſo: in imâ parte K A. lunâ bicorni intermediâ. *Fouc.*

Alius cum KA R. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

DIVO CARO. Caput Cari ut ſuprà.

CONSECRATIO. Ara ignita: in imâ parte XAA. *Regius.*

Alius cum KA A. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum KAΓ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

DIVO CARO AVG. Caput Cari ut ſuprà.

CONSECRATIO. Ara ignita, cum A. à ſiniſtris in areâ; in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum Δ. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSECRATIO. Ara rotunda elata, ſuprà quam ignis accenſus: in imâ parte M. *Fouc.*

DIVO CARO. Caput Cari ut ſuprà.

CONSECRATIO. Aquila alis expanſis, cui inſidet Carus. *RE.*

DIVO CARO PARTHICO. Caput Cari ut ſuprà.

CONSECRATIO AVG. (4) Aquila alis expanſis, roſtro dextrorſum verſo: à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte SMSXXI. *Fouc. Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

CONSECRATIO AVG. Ara quadrata ſuprà quam ignis accenſus. *RDR.*

Alius cum XXIA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum SMSXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

DEO ET DOMINO CARO. Solis radiati ad humeros cum paludamento à dextris, & Cari radiati ad pectus cum loricâ, capita adverſa.

FELICITAS REIPVBLICAE. (5) Figura

(1) Nummus hic Cari inter rariores recenſendus eſt.

(2) Nummi hujuſcemodi in Probo obvii ſunt, in Caro rariſſimi, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Imperatoris Perſici nomen meruiſſe Carum teſtatur Vopiſcus in ejus Vitâ: *Ingenti*, inquit, *apparatu, & totis viribus Probi profligato magna ex parte bello Sarmatico quod gerebat, contra Perſas profectus, nullo ſibi occurrente, Meſopotamiam Carus cepit, & Cteſiphontem uſque pervenit. Occupatiſque Perſis domeſtica ſeditione, Imperatoris Perſici nomen meruit.* Nummus hic ob capitis epigraphen cum rarioribus adnumerandus.

(4) Nummi hi Cari ob capitis epigraphen inter rariores recenſendi ſunt. Vide quæ de Cari Conſecratione infrà ad nummos Ægypriacos adnotamus.

(5) Hæc epigraphe & hic typus in hoc Auguſto primùm occurrunt. Nummus hic & ſequens rariſſimi etiam ob capitum epigraphen & typum, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ ad nummum ejuſdem Auguſti aureum inſcriptum DEO ET DOMINO CARO AUG. ſuprà adnotavimus. Cæterum haud mirum ſi felicitatem Reipublicæ ſub Caro jactat hic nummus; nam de Caro adhuc privato ſic Probus in literis ad Senatum, quibus ſtatuam illi decernit: *Probus Auguſtus amantiſſimo Senatui ſuo ſalutem dicit. Inter cætera: Felix eſſet noſtra Reſpublica ſi qualis Carus eſt, aut plerique veſtrûm plures haberem in actibus collocatos. Quare equeſtrem ſtatuam viro morum veterum (ſi vobis placet) decernendam cenſeo: addito eo, ut publico ſumptu, vel eidem exædificetur domus, marmoribus à me datis. Decet enim nos talis integritatem remunerari viri.* Cæterum laudatus Vopiſcus Carum medium virum appellat, & inter bonos magis quam inter malos Principes collocandum ait, & longe meliorem, ſi Carinum non reliquiſſet hæredem.

muliebris

muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ, quâ & cippo innititur: in imâ parte XI. *Fouc.*

DEO ET DOMINO CARO INVIC AVG. Capita ut ſuprà.

FELICITAS REIPVBLICAE. Typus ut ſuprà: in imâ parte XII. *Regius. Fontaine. SGenov.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

FIDES MILITVM. (1) Figura mulíebris ſtans, dextrâ tenet ſignum militare, alterum ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ P. in imâ parte XXI. *Bau.*

IMP CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

IOVI VICTORI. (2) Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum averſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes aquila: in imâ parte KAB. *Fouc. Val. Cham.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

IOVI VICTORI. Typus ut ſuprà: in imâ parte BF. *Le Roy.*

Alius cum BKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. RE. Val.*

Alius cum KAB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVG. (3) Figura mulíebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ elatâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ B. *Fouc. Val. Le Roy.*

VIRTVS CARI AVG. Carus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

PAX AVGG. (4) Typus ut ſuprà, cum B. à dextris in areâ. *Cham. Laiſné.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari galeatum, ac radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum B. à dextris in areâ. *Cham. RDR.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum B. à dextris in areâ. *Fouc. Bau.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum B. à dextris in areâ. *Fouc. Hen. Cham. Brandenburg. RDR.*

Eadem epigraphe. Caput Cari laureatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGVSTORVM. (5) Figura mulíebris dextrorſum gradiens, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam. *Regius.*

IMP CARVS P F AVG. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX EXERCITI. Figura mulíebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum tenet dextrâ, ſignum militare ſiniſtrâ: in imâ parte PXXI. *Fouc. Regius. RE. DC. Le Roy. Cham. Frad.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari radiatum, ad humeros cum paludamento.

PAX EXERCITI. Typus ut ſuprà: in imâ parte VIXXI. *Fouc. Le Roy.*

IMP C M AVR KARVS (ſic) P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

PAX EXERCITI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Frad.*

IMP C KARVS (ſic) P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

PERPETVITATE AVG. (6) Mulier ſtans dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam, ſiniſtro cubito columnæ innixa: in imâ parte VXXI. *Regius. Frad.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

PERPETVITATE AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fontaine.*

(1) Nummus etiam hic Cari ob capitis epigraphen rariſſimus, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

(3) Nummus hic Cari pacem non Auguſtorum, ſed Auguſti prædicat, ideoque tum cuſum hunc nummum putamus cum Sarmatis devictis, qui Pannonias infeſtabant, ſecuritate illam Provinciam donavit, ut ſcribit Vopiſcus. Nummus hic inter rariores recenſendus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(4) Nummus hic & ſequentes pacem Auguſtorum prædicant, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi. Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus. Nummus hic ob capitis epigraphen, & typum cum rarioribus adnumerandus eſt.

(5) Nummi Cari cum hac epigraphe, & hoc typo rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(6) Perpetuitatem pro Æternitate ſumi diximus ad Floriani nummum Æ. II. inſcriptum PERPETUITA AVG. ubi mulier ſtans cernitur eodem typo. Vide quæ ibi adnotavimus. Nummus hic Cari rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

IMP CARVS P F AVG. Caput Cari laureatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENT AVG. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes, globus. *Fouc.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Alius cum R A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

PROVIDENT AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte O K A. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENT AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte A K. *Cham.*

Alius cum A A K. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RDR.*

Alius cum A K A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RE. SG.*

Alius cum O K A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

RESTITVT ORBIS. (2) Carus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo, ſtans à ſiniſtris, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: ſtat ex adverſo figura muliebris ſtolata, coronam lauream tenens dextrâ, ſiniſtrâ non apparente; inter utramque figuram P. & ſtella: in imâ parte XXI. *Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad pectus cum paludamento.

RESTITVT ORBIS. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis inter utramque figuram, & in imâ parte. *Fouc. Val.*

CARVS ET CARINVS AVG. Cari & Carini capita jugata, ac radiata ad pectus cum loricâ.

SAECVLI FELICITAS. (3) Imperator ſtans, dextrâ ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ globum tenet: à ſiniſtris in areâ D. *Regius.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari radiatum, ad pectus cum paludamento.

SALVS AVG. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, ſerpentem tenet dextrâ, pateram verò ſiniſtrâ quâ eum paſcit: à dextris in areâ D. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRITAS PVBLICA. (5) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtam tenet ſiniſtrâ, brachio ſiniſtro cippo innixo. *Fouc.*

IMP CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Figura muliebris tunicata ac ſuccincta, vultu dextrorſum converſo ſtans, florem tenet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ: in imâ parte SXXI. *Fouc. RE. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Regius. Frad.*

IMP C M AVR KARVS (ſic) P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. DC. Val.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad humeros cum paludamento.

SPES PVBLICA. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fontaine.*

IMP C M AVR CARVS AVG. Carus capite galeato ac laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, clypeum affabrè factum ſiniſtrâ.

SPES PVBLICA. (6) Carinus & Nume-

(1) Nummi Cari eum hac epigraphe & hoc typo rari ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(2) Quemadmodum olim Hadriani nummi inſcripti fuere RESTITUTORI ORBIS TERRARUM, ita poſtea Caracalla omnium primus *Reſtitutor Orbis* dictus fuit in nummis. Deinde eodem titulo donati fuere Valerianus, Gallienus, Aurelianus, Tacitus, Probus & Carus; qui Princeps licet orbem omni ex parte non reſtituerit, reſtituit tamen ea ex parte, qua maximè periclitabatur; Sarmatæ enim, teſte Vopiſco, adeo morte Probi feroces, ut non ſolum Pannonias cædibus & rapinis fœdarent, ſed etiam invaſuros ſe Thracias quoque & Italiam ipſam minarentur; ita à Caro oppreſſi fuere, ut pauciſſimis diebus Pannonias liberaverit, occiſis Sarmatarum ſedecim millibus. Nummus hic Cari inter rariores recenſendus eſt.

(3) Sæculi Felicitas hîc ſub Cari Imperio per haſtam & Orbem Romanum deſignatur, ut in nummo Gordiani III. Nummus hic rariſſimus imò ſingularis eſt, nec extat apud Mediobarbum; ejus pretium augent etiam capita jugata Cari & Carini.

(4) Nummus hic Cari rariſſimus imò ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(5) Ex Securitate qua Pannonias donavit Carus, Securitas Publica emicuit; nam Sarmatæ qui eam Provinciam infeſtabant, invaſuros ſe non ſolum Illyricum, ſed Thracias quoque Italiamque minabantur, teſte Vopiſco. Nummus etiam hic Cari rariſſimus eſt, imò ſingularis, nec extat apud Mediobarbum.

(6) Typus peculiaris; Spes publica per Carinum & Numerianum Cæſares deſignatur. Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

rianus equites, decurrentes à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ elatâ & expanſâ. *Fouc.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AVG. Victoria tunicata ac ſuccincta, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C M AVR CARVS AVG. Caput Cari ut ſuprà.

VICTORIA AVG. (1) Victoria ut ſuprà, ſed inſiſtens globo inter duos captivos humi ſedentes: à dextris in areâ A. *RDR.*

IMP C KARVS (ſic) P F AVG. Caput Cari radiatum, ad humeros cum paludamento.

VICTORIA AVG. Victoria ut ſuprà, gradiens à dextris ſiniſtrorſum abſque captivis: in imâ parte PXXI. *Regius.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte AK. *Cham.*

Alius cum AKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum R. A. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

CARVS ET CARINVS AVGG. Cari & Carini capita jugata, radiata ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVGG. (2) Victoria tunicata ac ſuccincta, vultu dextrorſum converſo, inſiſtens globo, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ; captivi duo manibus poſt tergum revinctis humi ſedent juxtà globum, alter à dextris, alter à ſiniſtris: à dextris in areâ A. *Frad. Regius.*

VIRTVS CARI AVG. Carus capite galeato ac radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ humero dextro, ſiniſtrâ clypeum in quo figura clypeo & gladio armata, alteram reſupinatam ferit.

VICTORIA AVGG. (3) Typus ut ſuprà; cum A. à dextris in areâ. *Fouc.*

Alius cum Δ. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

IMP C M AVR CARVS AVG. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ A. *Fouc. Le Roy. Hen. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Cari galeatum, ac radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ R. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVGG. (4) Typus ut ſuprà, cum unico captivo à dextris humi ſedente: à dextris in areâ A. *Fouc.*

IMP CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

VIRTVS AVG. (5) Mars nudus galeatus, cum pallio à tergo pendulo, vultu dextrorſum converſo ſtans, haſtæ ferratæ adnititur dextrâ, clypeum verò humi poſitum tenet ſiniſtrâ: in imâ parte QXXI. *Fouc. Frad.*

IMP C CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fontaine.*

IMP C M AVR KARVS (ſic) P F AVG. Caput Cari radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fontaine.*

IMP CARVS AVG. Caput Cari laureatum, ad pectus cum paludamento.

(1) Binas Victorias de hoſtibus Carum reportaſſe narrat Vopiſcus; alteram de Sarmatis, de Perſis alteram; utraque hæc natio devicta per duos captivos humi ſedentes deſignata videtur. Nummus hic non Auguſtorum, ſed Auguſti victoriam prædicat; cum hoc typo inter rariores recenſendus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. Superior nummus etiam rarus, ſicut & ſequentes rari.

(2) Ex hoc nummo, qui quidem rariſſimus imò ſingularis eſt, colligebat Erud. Pagius, Carinum adhuc vivo patre Auguſtâ dignitate auctum eſſe; ſed ipſe ibidem adverſus Panvinium demonſtravit, Cæſares in nummis & Inſcriptionibus, quando ſimul cum Auguſtis nominantur, dictos etiam fuiſſe Auguſtos: quod ſi quis Cari ætate inſtitutum exiſtimet, quia filios ſuos dignitate Auguſtæ proximâ, hoc eſt Imperatoriâ ornaverat, hunc ſtatim de ſemitâ in viam reducet nummus Æ. II. quem in Valeriano propoſuimus, à Nicæenſibus cuſus cum inſigni admodum epigraphe in parte adverſâ: ΑΥΤ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΓΑΛΛΙΗΝΟC ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ CΕΒΒΒ. *Imperatores Valerianus, Gallienus, Valerianus Cæſar, Auguſti tres.* Quamobrem utut vera ſit Pagii ſententia, quâ de re nobis non ſatis liquet; ſaltem è tribus argumentis quibus eam confirmare conatus eſt, hoc expungendum videtur: alia duo ſuis locis perpendemus.

(3) Nummus etiam hic ob capitis epigraphen & typum inter rariores recenſendus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(4) Nummus hic cum unico captivo ad victoriam de Sarmatis referendus eſt. Nummus rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(5) Nummi Cari cum hoc typo inter rariores recenſendi ſunt. Virtutem hi non Auguſtorum, ſed Auguſti prædicant.

VIRTVS AVGG. (1) Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, clypeum humi poſitum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP CARVS P F AVG. Caput Cari laureatum, ad pectus cum lorica.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà. *Regius. Quinarius.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte KAT. *Fouc. Le Roy. Hen.*

IMP C M AVR CARVS P F AVG. Caput Cari ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte TKA. *Fouc. Regius. Frad.*

Alius cum KAT. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Cari radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. (2) Carus paludatus ſtans, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, quod Carino ſtanti ex adverſo tradit, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. *Fouc. RE.*

Alius cum B. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius.*

Alius cum Γ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum Δ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum Є. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

(1) Nummi hi, qui Auguſtorum virtutem prædicant, deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(2) Nummi hi Cari inter rariores recenſendi. Habentur cum ſimili typo apud Mediobarbum ex auro & ex argento nummi, ſed cum triplici G. Vide quæ ad nummum aureum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

A K M A KAPOC CEB. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Carus Auguſtus.* Caput Cari laureatum, ad pectus cum paludamento.

L. A. *An.* I. Aquila alis expanſis, ſtans inter duo ſigna militaria, roſtro ſiniſtrorſum verſo coronam lauream tenet. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Regius. Bau.*

ΘΕΩ ΚΑΡΩ CEB. *Deo Caro Auguſto.* Caput Cari laureatum, ad humeros.

ΑΦΙΕΡΩCIC. (1) *Conſecratio.* Ara rotunda gradibus impoſita, ſuprà quam ignis accenſus. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo: à dextris in areâ B.

ΑΦΙΕΡΩCIC. Typus ut ſuprà. *Brandenburg.*

ΘΕΩ ΚΑΡΩ CE. Caput Cari laureatum, ad humeros.

ΑΦΙΕΡΩCIC. Aquila alis expanſis ad dextram verſa, roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Regius.*

ΘΕΩ ΚΑΡΩ CEB. Caput Cari ut ſuprà.

ΑΦΙΕΡΩCIC. Typus ut ſuprà. *RE.*

(1) Hujus Auguſti nummi Ægyptiaci rari ſunt omnes, & præſertim hi qui in ejus conſecrationis monimentum cuſi fuere. Apud Auctores nulla ejus conſecrationis mentio occurrit, niſi tonitrua ejus ſpeciem præbuiſſe credamus; conſtat enim, teſte Vopiſco, tanta ſub ejus mortem incidiſſe, ut & fulminibus abſumptus quibuſdam crederetur. Quidquid tamen ſit, Carum conſecratum fuiſſe, non ſolum hæc numiſmata Ægyptiaca, ſed quam plurima etiam Latina, quæ ſuprà videre eſt, manifeſtò demonſtrant.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

IMP CARVS P F AVG.

ABVNDANTIA AVG TXXI. Figura muliebris nummos ex cornucopiæ effundens.

Eadem epigraphe.

AETERNIT IMPERI AKA. Figura dextram elevans, ſiniſtrâ flagrum.

IMP C M AVR CARVS P F AVG.

AETERNIT IMPERI AKA. Typus ut ſuprà.

IMP CARVS P F AVG.

ANNONA AVG RB. Figura ſtans, ſiniſtrâ cornucopiæ, dextrâ ſpicas; ad pedes modius.

DIVO CARO.

CONSECRATIO. Aquila.

DIVO CARO PERSICO.

CONSECRATIO. Aquila.

DIPO CARO PIO.


CONSECRATIO. Aquila.

DIVO CARO PARTHICO.

CONSECRATIO. XXIH. Ara ſuperaddito igne.
Eadem epigraphe.
CONSECRATIO. SMBXXI. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.
CONSECRATIO. SISXXII. Ara.
Eadem epigraphe.
CONSECRATIO AVG. SMSXXI. Aquila.
IMP CARVS P F AVG.
FIDES MILIT. Duæ figuræ ſtantes inter duo ſigna militaria.
Eadem epigraphe.
FIDES MILIT. PXXIT. Typus ut ſuprà.
IMP C M AVR CARVS P F AVG.
FIDES MILIT. PXXIT. Figura muliebris utrâque manu tenens ſignum militare.
Eadem epigraphe.
IOVI VICTORI. Jupiter ſtans cum aquilâ.
Eadem epigraphe.
IOVI VICTORI. BHR. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.
IOVI VICTORI. KAB. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.
MONETA AVG. Tres Monetæ cum bilance & cornucopiæ.
IMP C M AVR KARVS P F AVG.
PAX EXERCITI. KIXXI. Figura ſtans, dextrâ elatâ cum ramo, ſiniſtrâ ſignum militare.
IMP CARVS P F AVG.
PAX EXERCITI. PXXI. Typus ut ſuprà.
IMP C M AVR CARVS P F AVG.
RESTITVT ORBIS XXIP. Imperator coronâ radiatâ ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam; cui figura paludata lauream imponit; inter ambos, ſtella.
IMP CARVS P F AVG.
SPES PVBLICA. SXXI. Spei typus.
IMP C M AVR CARVS P F AVG.
VICTORIA AVG. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtrâ palmam.
CARVS ET CARINVS AVGG. Capita jugata Cari & Carini.
VICTORIA AVGG. Victoria gradiens.
. . . .
VIRTVS AVG. Miles.
IMP C CARVS P F AVG.
VIRTVS AVG. KBT. Figura galeata ſtans, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum.
Eadem epigraphe.
VIRTVS AVG. QZ. . . . . Typus ut ſuprà.

MAGNIA URBICA.

MAGNIA URBICA Cari Auguſti, ut quidem videtur, conjux, ex ſolis nummis nota eſt: hanc affinitas nominis fecit, ut plerique ſuperioris ætatis Antiquarii Maxentii uxorem eſſe vellent, non reclamantibus Scriptoribus ſolùm, qui Maxentio Gal. Maximiani filiam nuptui collocatam tradunt, ſed refragante etiam nummorum fabricâ, in quorum imâ parte ex literæ viſuntur, quæ nec ante Aurelianum, nec poſt primos ferè Diocletiani annos occurrunt. Propius vero acceſſit Erud. Harduinus, dum Magniam Urbicam Carini vel Numeriani, ſed Carini potiùs uxorem fuiſſe conjecit; ſed cum novem uxores Carinum intrà breviſſimum tempus mutaſſe tradat Vopiſcus, vix ac ne vix quidem fieri potuit, ut harum ulla duorum liberorum mater fuerit, qualem Urbicam fuiſſe nummus ejus maximi moduli cum epigraphe, PVDICITIA AVG. & duobus adoleſcentibus togatis minori formâ ante ipſam ſtantibus demonſtrat: quamobrem doctum noſtræ ætatis Medicum ſequi malumus, qui hanc Caro Auguſto probabiliſſimis argumentis, quæ in aliorum ſententiis confutandis delibavimus, vindicavit.



NUMISMATA AUREA.

MAGNIAE VRBICAE AVG. Caput Mag. Urbicæ, ad pectus cum ſtolâ.

CONCORDIA AVGG. (1) Figura muliebris ſedens, dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ geminum cornucopiæ. *Regius.*

MAGNAE VRBICAE. (ſic)

CONCORDIA AVGG. Typus ut ſuprà. *MB.*

MAGNIA VRBICA. Caput Mag. Urbicæ ut ſuprà, ſed cum diverſo capitis ornamento.

VENVS GENETRIX. (2) Venus ſtans dextrâ pomum, lævâ haſtam tenet. *Regius.*

MAGNIA VRBICA AVG.

VENERI VICTRICI. Venus ſtans, dextrâ ſtolam componit, ſiniſtrâ pomum geſtat. *MB.*

(1) Hujus Auguſtæ nummi ex omni metallo rari ſunt, ex auro verò rariſſimi. Cuſus hic nummus videtur ad denotandam conjugalem Auguſtæ cum Auguſto concordiam.

(2) Cum eſſent matrimonia liberûm procreandorum cauſa inſtituta, ideo Venus Genitrix paſſim in Auguſtarum nummis exhibetur. Venerem autem Genetricem imprimis compellare ſolitus fuit Julius Cæſar, utpote qui ab Julo, Æneæ filio, Veneris nepote, genus ducere videri vellet. Unde & ante Pharſalicam pugnam *Veneri Genetrici* templum vovit, & potitus victoria, in foro ſuo extruxit. Vide Appianum Alexandrinum Bellor. Civil. lib. II. Dionem Caſſium lib. XLIII. Nummus hic. Mag. Urbicæ ex auro deſideratur in Collectione Mediobarbi.

NUMISMATA ARGENTEA.

MAGN VRBICA.
IVNO REGINA. Figura ſtans, ſiniſtrâ haſtam, dextrâ capeduncuiam. *MB.*

MAGN VRBICA AVG. Caput Magniæ Urbicæ, ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.
IVNO REGINA. (1) Figura muliebris velata ac ſtolata dextrorſum verſa, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ haſtæ innixa: in imâ parte C... *Farneſianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
VENVS GENETRIX. (2) Figura muliebris ſtolata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ geſtat pomum, ſiniſtrâ haſtæ innixa. *Farneſianus.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.
VENVS VICTRIX. (3) Figura muliebris tunicata & ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, galeam ſuſtinet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ; à ſiniſtris juxtà eam clypeus humi poſitus: in imâ parte KAS. *Le Roy.*

MAGNIA VRBICA AVG. Caput Magn. Urbicæ ut ſuprà.
VENVS VICTRIX. Typus ut ſuprà: in imâ parte SXXIT. *Fouc.*

MAGN VRBICA.
VENVS VICTRIX. XA. *MB.*

(1) Junonis Reginæ ſimulacrum captis Veiis Romam tranſportatum, fanumque à M. Furio Camillo Dictatore in Monte Aventino ei dedicatum ſcribit Livius lib. V. cap. XXII. & XXIII. Vide & Plutarchum in Camillo. Meminit ejus quoque laudatus Livius lib. XXXVII. *Tacta de Cælo Ædes in Aventino Junonis Reginæ.* Et paulò poſt: *Per Boarium forum in clivum publicum, atque Ædem Junonis Reginæ perventum.* Huc pertinet iſtud Ovidii lib. VI. Faſtorum.

Cur igitur Regina vocor, Princepſque Dearum?
Aurea cur dextra ſceptra dedere mea?

Reginæ cognomen Junoni datum, quod & ſoror & conjux Jovis eſſet Deorum hominumque Regis. Virgilius lib. I. Æneid.

Aſt ego quæ Divûm incedo Regina, Joviſque,
Et ſoror & conjux.——

Fulgentius Mythologicon lib. II. *Juno quaſi à juvando dicta eſt: ideo & Regnis præeſſe dicitur, quod hæc vita divitiis tantùm ſtudeat: ideo etiam cum ſceptro pingitur, quod divitiæ regnis ſint proximæ,* &c.

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem aureum ejuſdem Auguſtæ ſuprà adnotavimus. Nummus hic ex argento deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummus hic Mag. Urbicæ ex argento puro rariſſimus eſt, imò ſingularis. Vide quæ de Venere Victrice infrà monemus.

NUMISMATA ÆREA LATINA
maximi moduli, vulgò Medaglioni.

MAGNIA VRBICA AVG. Caput Mag. Urbicæ ad pectus cum ſtolâ.
PVDICITIA AVG. (1) Figura muliebris capite velato ſedens a ſiniſtris dextrorſum, dextrâ velo faciem obducit; ante eam ſtant duæ figuræ viriles togatæ minori formâ, ponè eam mulier dextrâ tenens caduceum, ſiniſtrâ cornucopiæ. *D. C.*

MAGN VRBICA AVG. Caput Mag. Urbicæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.
VENVS VICTRIX. (2) Figura muliebris

(1) Etſi omnes hujus Auguſtæ nummi maximi moduli rari omninò ſint, hic tamen rariſſimus eſt, imò ſingularis, nec extat apud Mediobarbum. Sedet hîc Pudicitia, ſeu potius Mag. Urbica ſub ejus habitu cum duobus liberis, nimirum Carino & Numeriano, uti in ipſius Vitâ diximus. Pudicitia enim in liberis caſtè procreatis gloriari poteſt; ſic Horatius:

Nullis polluitur caſta domus ſtupris,
Mos & lex maculoſam edomuit nefas,
Laudantur ſimili prole puerperæ.

Pudicitia autem ſedens, inquiunt, & modeſto cultu faciem velo obumbrans, effingitur, quòd caſtæ matronæ officium eſt, domi ſe continere, nec vicatim per circulos, aut angulos curſitare, & oberrare. Cæterum habetur nummus Fauſtinæ Junioris inſcriptus PUDICITIA, ubi ipſa ſedens, & faciei velum obducens exhibetur cum duobus liberis, altero parvulo in gremio, altero adſtante.

(2) Venus Victrix paſſim exhibetur in nummis ſeminuda, hîc verò tunicata & ſtolata comparet. Veneri autem Victrici ædem Pompeius altero Conſulatu dedicavit, editis celeberrimis & ſumptuoſiſſimis ludis; qua de re Plutarchus in ejus Vita. Meminit ejus quoque Plinius lib. VIII. cap. VII. *Pompeii altero Conſulatu, dedicatione templi Veneris Victricis pugnavere in Circo viginti, aut, ut alii tradunt octodecim elephantes,* &c. Quamvis autem Imperatores victorias ſuas *Veneri Victrici* ſæpius adſcriberent, Prudentius tamen lib. II. contra Symmachum in hæc erumpit verba:

tunicata & ſtolata ſtans dextrorſum verſa, dextrâ tenet galeam, ſiniſtrâ haſtam : à dextris clypeus humi inſiſtens. *DcC.*

——————————— *ſua Roma*
Præmia diminuit, qui quidquid fortiter actum eſt,
Adſcribit Veneri, palmam Victoribus aufert.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

MAGN VRBICA AVG. Caput Mag. Urbicæ ad pectus cum ſtolâ.

VENVS CELEST. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pomum tenet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte SXXI. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Mag. Urbicæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

VENVS VICTRIX. Figura muliebris tunicata & ſtolata ſtans, galeam ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : juxtà eam à dextris clypeus. *Fontaine.*

(1) Licet omnes hujus Auguſtæ nummi rari ſint, hi duo tamen ex Æ. II. rariſſimi ſunt. Ἀφροδίτης Οὐρανίας, ſive *Veneris Cœleſtis* meminit Herodotus lib. 1. qui etiam narrat Aſſyrios & Arabes per eam Aëra deſignare. Nemo etiam ignorat, Orientales per *Venerem Uraniam*, ſive *Cœleſtem* intellexiſſe, tum Lunam, tum Aëra; iiſque eandem Divam fuiſſe, Venerem & Junonem. Venerem autem Cœleſtem ab Aſſyriis primum cultam, tum ad Phœnices, & inde ulterius cultum ejus tranſiiſſe tradit Pauſanias in Atticis: Πλησίον δὲ ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης Οὐρανίας. Πρώτοις δὲ ἀνθρώπων Ἀσσυρίοις κατέστη σέβεσθαι τὴν Οὐρανίαν· μετὰ δὲ Ἀσσυρίους, Κυπρίων Παφίοις, καὶ Φοινίκων τοῖς Ἀσκάλωνα ἔχουσιν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ· παρὰ δὲ Φοινίκων, Κυθήριοι μαθόντες σέβουσιν. Ἀθηναίοις δὲ κατεστήσατο Αἰγεύς, &c. *Non longe abeſt Cœleſtis Veneris delubrum, quam primi omnium Aſſyrii coluere; à quibus Paphii in Cypro acceptum ſacrorum ritum, cum Phœnicibus, qui in Palæſtina Aſcalonem urbem incolunt : Phœnices cum Cytheriis communicarunt. Athenis verò eam religionem induxit Ægeus*, &c. Habentur nummi Agrippinæ & Jul. Soæmiæ cum eadem epigraphe, & eodem typo.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

MAGNIA VRBICA AVG. Caput Magniæ Urbicæ ad pectus, cum monili ex margaritis circà collum, ac ſtola palmatâ, necnon lunâ bicorni ad humeros.

VENVS CELEST. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pomum tenet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte SXXI. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Magniæ Urbicæ ad pectus cum ſtolâ, & lunâ bicorni ad humeros.

VENVS GENITRIX. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte : à dextris in areâ D. *Fouc. Le Roy.*

MAGN VRBICA AVG. Caput Mag. Urbicæ ut ſuprà.

VENVS VICTRIX. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VENVS VICTRIX. Figura muliebris tunicata & ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, galeam ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ : juxtà eam à dextris clypeus humi poſitus : in imâ parte KAT. *Fouc. Frad. Fauvel.*

Alius cum KAϛ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

Alius cum KA S. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Frad.*

MAGNIA VRBICA AVG. Caput Mag. Urbicæ ad pectus, cum monili ex margaritis circà collum, & ſtolâ palmatâ, necnon lunâ bicorni ad humeros.

VENVS VICTRIX. Figura muliebris ut ſuprà, galeam ſuſtinet dextrâ, haſtam verò puram tranſverſam geſtat ſiniſtrâ ; juxtà eam à ſiniſtris clypeus humi poſitus : in imâ parte SXXIT. *Fouc.*

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

MAGNA VRBICA AVG.

VENVS CELEST SXXI. Venus ſtans cum globo, ſioiſtrâ haſtam.

MAGNIA VRBICA AVG.

VENVS CELEST SXXI. Typus ut ſuprà.

. . . .

VENVS GENETRIX. Venus ſtans pomum tenens.


MAGNIA VRBICA AVG.

VENVS VICTRIX SXXI. Figura ſtolata ſtans, dextrâ lapidem, *in aliis* Victoriolam, ſiniſtrâ ſcutum & haſtam.

NUMERIANUS.

NUMERIANUS.

MArcus Aurelius Numerianus alter Cari filius, adoleſcens optimæ ſpei, cum patrem à quo Cæſar factus fuerat, adverſus Sarmatas primùm, ac deinde adverſus Perſas proſequutus fuiſſet, occiſo denique eo Auguſtus à militibus appellatus eſt menſe Auguſto anni 284. Sed cum exercitum è Perſide velut confecto bello reduceret, fraude Arrii Apri ſoceri ſui, ejuſdemque Præfecti Prætorio interfectus eſt poſt triginta Imperii dies in lecticâ, quâ tum forte ob oculorum dolorem vehebatur. Auctor Chronici Alexandrini Heracleæ in Thraciâ interfectum ſcribit; ſed cadaver inde lecticâ deductum Chalcedonem uſque, ubi fœtore tandem proditâ Apri perfidiâ, Diocletianus ad Imperium provectus eſt xv. Kalendas Octobris, Aproque ſtatim manu ſuâ interfecto, deceſſorem ultus eſt, ſimulque novam poteſtatem ſibi aſſeruit.



NUMISMATA AUREA.

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

ORIENS AVGG. Sol ſtans, ſiniſtrorſum verſus retroſpiciens, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ geſtat globum: à dextris in areâ ſtella. *Regius. MB.*

Alius eum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Brandenburg.*

IMP C NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani laureatum, ad pectus cum loricâ.

ORIENS AVGG. Typus ut ſuprà abſque ſtellâ. *Fontaine.*

IMP NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

SALVS AVGG. (1) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet pateram, ex quâ ſerpentem paſcit aræ circumvolutum. *Regius.*

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani laureatum, ad pectus cum paludamento.

SPES AVGG. (2) Figura muliebris dextrorſum gradiens, dextrâ tenet florem, ſiniſtrâ veſtem colligit. *M.*

IMP NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

VENERI VICTRICI. (3) Figura muliebris ſeminuda ſtans, dextrâ puerulum gerit, ſiniſtrâ tenet globum. *RE.*

Eadem epigraphe. Caput Numeriani laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVGG. (4) Victoria dextrorſum gradiens, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam. *Regius.*

NVMERIANVS NOB CAES.

VICTORIA CAESARIS. (5) Bigæ decurrentes. *MB.*

IMP NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. (6) Hercules nudus ſtans clavæ innixus. *RE.*

(1) Etſi omnes hujus Auguſti ex auro nummi rari omninò ſint, hic tamen rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Mediobarbo. Cuſus videtur hic nummus cum oculorum morbo laboraret Numerianus; quod contigit dum ex Perſide reverteretur, teſte Vopiſco.

(2) Nummus etiam hic hujus Auguſti rariſſimus eſt, imò ſingularis, nec extat apud Mediobarbum. Numerianum autem egregiè moratum & verè dignum Imperio fuiſſe ſcribit Vopiſcus.

(3) Nummus hic Numeriani rariſſimus eſt, & deſideratur ex auro in Collectione Mediobarbi, ubi habetur nummus æreus cum eadem epigraphe, ſed typo diverſo, nimirum, figura ſtolata, dextra Victoriolam, ſiniſtra tintinnabulum tenens: typus etiam nummi ex Æ. III. infrà exhibitus diverſus eſt; ſtat nempe Venus dextra veſtem in altum ſuſtollens, ſiniſtra globum tenens. Cæterum hæc epigraphe paſſim in nummis Auguſtarum occurrit à Fauſtina Marci ad Galeriam Valeriam; in nummis verò Imperatorum primùm ſub Gallieno occurrit; ubi pro typo ſtat Venus, dextra galeam tenens, ſiniſtra haſtam tranſverſam. Vide nummum Julii Cæſaris cum epigraphe, VENERI VICTRICI VOTA; necnon nummos Caracallæ & Gordiani Junioris inſcriptos, VENUS VICTRIX. Non omittendum quod Erud. Harduinus ad nummum Galeriæ Valeriæ monuit, Romanos geminum numen ut vincerent appellaſſe: & ſi quidem armis ac vi ſuperiores diſcederent, MARTI VICTORI: ſi cum bonâ gratiâ, ſi pacificè ac ſedatè rem tranſigerent, VENERI VICTRICI victoriam adſcripſiſſe. Cui opinioni ſuæ confirmandæ, Plinium lib. XV. ſect. XXXVIII. ubi de myrto loquitur, protulit: *Bellicis quoque ſe rebus inſeruit: triumphanſque de Sabinis Poſthumius Tubertus in Conſulatu; (qui primus omnium ovans ingreſſus in urbem eſt,) quoniam rem leviter ſine cruore geſſerat, myrto* VENERIS VICTRICIS *coronatus inceſſit...... Hæc poſtea ovantium fuit corona.*

(4) Auguſti titulus denotat hunc nummum poſt Cari obitum cuſum. Victoria dicitur Auguſtorum, nimirum Carini & Numeriani, qui poſt Perſicam Victoriam, patre mortuo, Auguſtam dignitatem obtinuerunt. Nummus hic ex auro deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(5) Hæc epigraphe & hic typus in Numeriano tantùm occurrunt: paternarum autem Victoriarum, quas de Sarmatis & Perſis retulit, Numerianum adhuc Cæſarem comitem fuiſſe, declarat hic rariſſimus, imò ſingularis nummus, quem ex Occone profert Mediobarbus Comes.

(6) Nummus hic ex auro deſideratur in Collectione Mediobarbi.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI VICTORI. (1) Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum averſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; à dextris juxta pedes, aquila alis expanſis: in imâ parte KAB. *Fouc.*

(1) Hujus Auguſti nummi ex argento omnes rari ſunt, & deſiderantur hi omnes in Collectione Mediobarbi. Cum eadem epigraphe & eodem typo nummi habentur etiam in Caro, & Carino; cuſi videntur poſt Victoriam Perſicam, patre Caro mortuo, cum in iis Auguſti titulo uterque frater donetur. De Jove autem Victore pluribus alibi.

Alius cum S. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Farneſianus.*

IMP C NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

MARS VICTOR. Mars nudus galeatus cum pallio utrinque volitante gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam ferratam tranſverſam geſtat dextrâ, trophæum verò humero ſiniſtro: à ſiniſtris in areâ C. *Fouc. Fauvel. Fontaine.*

IMP NVMERIANVS AVG. Numerianus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, ſpiculum geſtat dextrâ humero dextro, clypeum verò ſiniſtrâ.

MARS VICTOR. Typus ut ſuprà, cum C. à ſiniſtris in areâ. *Fontaine.*

IMP NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

MARS VICTOR. (1) Typus ut ſuprà, cum C. à ſiniſtris in areâ. *Fontaine.*

IMP C NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

PAX AVGG. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ramum elatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: à dextris in areâ B. *Fouc. Regius.*

IMP NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

PIETAS AVG. (3) Mercurius ſtans, dextrâ geſtat crumenam, ſiniſtrâ caduceum: in imâ parte KAA. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. (4) Figura muliebris dextrorſum verſa, ſtans ad aram ignitam, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenet acerram: à dextris in areâ C. *Declesves.*

M AVR NVMERIANVS C. Caput Numeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENT. (5) Numerianus paludatus vultu dextrorſum converſo ſtans, baculum inclinatum tenet dextrâ, haſtam verò tranſverſam geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte KAΔ. *Fouc.*

M AVR NVMERIANVS NOB C. Caput Numeriani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà: in imâ parte VIXXI. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVT. Numerianus ut ſuprà, dextrâ tenet globum, ſiniſtrâ haſtæ innixus: in imâ parte.....r. *Fontaine.*

M AVR NVMERIANVS CAES. Caput Numeriani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENT. Typus ut ſuprà: in imâ parte K..... *Farneſianus.*

IMP NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

PROVIDENT AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſpicas tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ; ad pedes modius: in imâ parte VIXXI. *Le Roy. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA AVGG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *RE.*

IMP C M AVR NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. (6) Figura laureata ac paludata, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum averſum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ:

(1) Nummus hic & ſuperior ob capitis typum inter rariores recenſendi. Martis autem Victoris aliquoties mentio occurrit in Inſcriptionibus antiquis apud Gruterum.

(2) De Pace fortaſſis inter fratres Auguſtos intelligendus hic nummus. Vide quæ ad ſimilem Cari nummum adnotavimus.

(3) Mercurium imprimis à Numeriano cultum teſtatur hic nummus; nec quidem abs re; Mercurius enim Ægyptiis literas demonſtraſſe putabatur; eas illum inveniſſe, Cicero & Ariſtides narrant; ideo ſermonis Deus ab antiquis exiſtimabatur: quantum verò eloquentia polleret Numerianus, declarat Vopiſcus: *Numerianus*, inquit, *Cari filius, moratus egregiè, & verè dignus imperio, eloquentia etiam præpollens, adeo ut publicè declamaverit, feranturque illius ſcripta nobilia, declamationi tamen quàm Tulliano accommodatiora ſtylo. Verſu autem talis fuiſſe prædicatur, ut omnes Poëtas ſui temporis vicerit. Nam & cum Olympio Nemeſiano contendit, qui* Ἁλιευτικὰ, Κυνηγετικὰ & Ναυτικὰ *ſcripſit: quique omnibus coloniis illuſtratus emicuit; & Aurelium Apollinarem amborum Scriptorem, qui patris ejus geſta in literas retulit, iiſdem quæ recitaverat editis veluti radio Solis obtexit. Hujus oratio fertur ad Senatum miſſa tantum habuiſſe eloquentia, ut illi ſtatua non quaſi Cæſari, ſed quaſi Rhetori decerneretur ponenda in Bibliotheca Ulpia, cui ſubſcriptum eſt*, NUMERIANO CAESARI ORATORI TEMPORIBUS SUIS POTENTISSIMO. Vide nummum argenteum Gallieni cum epigraphe DONA AUG. ubi pro typo cernitur Mercurius, dextra crumenam, ſiniſtra caduceum tenens. & pro pedibus canis.

(4) Nummi hujus Auguſti cum hoc typo deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(5) Numeriani adhuc Cæſaris Inſcriptionem prope Tarraconem repertam exhibet Gruterus pag. 278.

M. AVR. NV
MERIANO
NOBIL. CAESAR
FIL ..... NIMI..
AVR....ARI AVS
OR.....ESSONT

(6) Virtutem Auguſtorum, nimirum Numeriani & Carini fratris hic nummus prædicat.

ſigura altera ſimilis ſtans ex adverſo, dextram protendit, ſcipionem verò tenet ſiniſtrâ: inter utramque figuram r. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VNDIQVE VICTORES. (1) Numerianus paludatus vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte KAS. *Fouc.*

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VOTA PVBLICA. (2) Carinus & Numerianus paludati ſtantes ex adverſo ad tripodem ſuprà quem ignis accenſus, pateram uterque tenent dextrâ, ſiniſtrâ demiſsâ; juxtà utrumque, ſignum militare erectum: in imâ parte SMSXXII. *Fouc.*

(1) Hæc epigraphe & hic typus in Numeriano tantùm occurrunt. Cuſus hic nummus poſt patris obitum videtur. Vide quæ infrà ad nummum ſimilem, Æ. III. adnotamus, ubi præterea duo captivi humi ſedentes cernuntur.

(2) Nummi hujus Auguſti cum hac epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi. In eo autem cernuntur Carinus & Numerianus ad tripodem ſacrificantes, quòd mortuo patre & Auguſti dignitatem & Pontificis maximi nacti eſſent.

NUMISMATA ÆREA LATINA

maximi moduli, vulgò Medaglioni.

IMP C NVMERIANVS P F AVG COS. Numerianus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, ſiniſtrâ tenet ſcipionem in cujus ſummitate aquila, ſiniſtrâ globum cum Victoriolâ.

ADLOCVTIO AVGG. (1) Duo Imperatores in ſuggeſtu ſtantes, pone quos Præfectus Prætorii, adloquuntur quatuor milites. *DeC. Vaillant.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

MONETA AVGG. (2) Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *Fouc. Vaillant. Regius.*

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *RE. Farneſianus.*

Eadem epigraphe. Numerianus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrorſum, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus ſummitate aquila.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *Lamoignon.*

Eadem epigraphe. Numerianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *DeC.*

IMP C NVMERIANVS P F AVG COS. Numerianus capite laureato, ad pectus cum trabeâ, dextrâ tenet ſcipionem, in cujus ſummitate aquila, ſiniſtrâ globum cum Victoriolâ.

TRIVMPHVS QVADORVM. (3) Duo Imperatores in quadrigis triumphalibus, Victoriâ præeunte; adſunt duæ figuræ in vertice, & duæ aliæ infrà cum ſpoliis. *Vaillant.*

(1) Numerianum Conſulem anno 284. cum Carino fratre fuiſſe teſtantur omnes Faſti: quo quidem anno Carum amborum patrem adhuc in vivis fuiſſe plerique exiſtimant. An igitur jam tum Auguſtus erat Numerianus? Hîc enim non Auguſti & Auguſtæ, ſed Auguſtorum duorum mentionem fieri nemo non videt; quos ſi quis Carinum & Numerianum eſſe contendat, videndum ne ineptè in uno ſuggeſtu repræſentet eos, quos, ſi fidem merentur ejus ævi Scriptores, toto Orbis Romani intervallo à ſe invicem diſſitos conſtat. Planè fatendum tempora illa obſcuriora eſſe, quàm ut ea reſtituere vel per ſomnium ſperemus: quid enim ſi Numerianum Auguſtum à patre factum conſentiamus? quod Pagium ex aliis nummis minùs rectè conjeciſſe variis in locis monemus. At occurret paulò infrà alter ejuſdem Principis nummus, cujus adverſa pars tam huic ſimilis eſt, quàm ſibi ipſa: in averſa TRIVMPHVS QVADORVM. Duo Imperatores, &c. Quinam hi ſunt? non Carus & Numerianus, niſi eos de Quadis in Perſide triumphaſſe exiſtimes: an igitur Carinus & Numerianus? quorum hunc intrà primum Imperii menſem Heracleæ ante occiſum ferunt, quàm in Urbem redire potuerit. Profectò parum hîc poteſt divinandi ars, de quâ Recentiores quidam nummorum interpretes ſibi tantopere placent: vide tamen laudatum nummum, TRIVMPHVS QVADORVM. Cæterum hic nummus rariſſimus, imò ſingularis eſt.

(2) Licet omnes hujus Auguſti nummi ex ære maximi moduli rari ſint, hic tamen ob capitis epigraphen & typum rariſſimus eſt.

(3) Quadorum ſedem in Germaniæ fronte, quatenus Danubio pergitur, fuiſſe tradit luculentiſſimus rerum Germanicarum Scriptor Tacitus, nec cæteri diſſentiunt Authores: ſed quid his cum Numeriano fuerit planè incompertum, quem omnes Hiſtorici, ſtatim ac Cæſar factus eſt, patrem Sarmatis primùm, deinde Perſis bellum inferentem proſecutum fuiſſe narrant: niſi Sarmatas & Quados ab iis confundi ſolere dicamus. Quod quidem haud improbabile videtur: ſed cum bellum Sarmaticum anno 282. & quidem à Caro geſtum fuiſſe oporteat; dilatum triumphum in annum 284. & ruſſ à Numeriano ejus filio

IMP NVMERIANVS AVG. Numerianus capite laureato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ equum capiſtro tenet, ſiniſtrâ tenet ſpiculum.

VIRTVS AVGVSTORVM. (1) Duo equites adverſi haſtis ſex captivos impetunt: in vertice duæ Victoriæ ipſis coronam praeferentes. *Triſtan. Vaillant.*

actum fuiſſe vix credimus. His accedit, Numerianum, ſi quæ fides illius ævi ſcriptoribus adhibenda ſit, anno quem ſuprà memorabamus Romæ non fuiſſe, adeoque cum Imperator factus eſſet, Arrii Apri ſoceri ſui perfidiâ ante interfectum, quàm Urbis mœnia adiiſſet. Dicemus igitur nummum hunc in ſpem triumphi cuſum, cum Principes ſuos Romani expectarent? Ludos magnificentiſſimos à Carino & Numeriano præbitos prodit Vopiſcus, ita tamen ut incertum ſit uterque Auguſtus his adfuerit, an alter tantùm: ſed Erud. Triſtanus ludos à Carino Romæ, à Numeriano Alexandriæ editos voluit, ſcilicet ne quid in Chronologiâ immutaret; ſuæque ſententiæ confirmandæ hos Calpurnii verſus protulit, è quibus contrà Numerianum ludos Romæ exhibuiſſe colligi poſſe judicamus:

Ordine quid referam? vidi genus omne ferarum,
Hîc niveos lepores, & non ſine cornibus apros,
Manticoram, ſylvis etiam quibus editur Alcen
Vidimus, & tauros, quibus aut cervice levatâ,
Deformis ſcapulis torus eminet, aut quibus hirta
Jactantur per colla juba, quibus aſpera mento
Barba jacet, tremulíſque rigent palearia ſetis:
Non ſolum nobis ſylveſtria cernere monſtra
Contigit; æquoreos ego cum certantibus urſis
Spectavi vitulos, & equorum nomine dignum
Sed deforme pecus, quod in illo naſcitur amne,
Qui ſata riparum venientibus irrigat undis.

nec enim *illum amnem* dicere debuit, nec hippopotamum mirari debuit Nili accola. Quamobrem in hac Ecloga Calpurnius non Ægyptium ruſticum, qui Alexandriæ, ſed Italum qui Romæ Numeriani ludos conſpexerat, inducit; quem profectò ſpectaculi novitate non delectatum ſolum, ſed etiam commotum fuiſſe oportuit, cum hippopotami in Urbem tam rarò transveherentur, ut eorum quos in ſæcularibus ludis exhibuerat, Philippus memoriam nummis conſignari voluerit. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt. Cæterum hæc epigraphe in Numeriano tantùm occurrit.

(1) Victorias à duobus fratribus Carino & Numeriano de variis gentibus relatas celebrat hic nummus, quem inter ſingulares referri debere exiſtimo; ſed adeo obſcura ſunt hæc tempora, ut de bellis ab utroque Auguſto geſtis vix quicquam certi affirmare poſſimus. Quid enim aliud Carini præter flagitia quæ horrorem incutiunt, apud Scriptores illius ævi reperias? Numerianum verò ut probum & variis doctrinis excultum adoleſcentem prædicant; ſed eundem exercitum continuò poſt patris mortem è Perſide reduxiſſe, & dum Romam pergeret, perfidiâ Arrii Apri ſoceri ſui in Thraciâ periiſſe produnt. Vide ſuperiorem nummum; & in Carino Æ. III. nummum cum epigraphe P M T R I P COS P P.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP C M AVR NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

MONETA AVGG. (1) Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *Regiæ.*

IMP CAES M AVR NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *RE.*

(1) Hos nummos inter nummos maximi moduli, qui vulgò *Medaglioni* dicuntur, recenſeri debuiſſe credimus, cum nulla in Numeriano ex ære revera I. moduli reperiantur; attamen judicium Antiquariorum, qui locupletiſſima, quæ laudamus, cimelia ordinarunt, ſequi viſum eſt.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP CAES M AVR NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani radiatum, ad humeros.

MARS VICTOR. (1) Mars galeatus ad ſiniſtram gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ trophæum ad humerum ſiniſtrum. *RE.*

(1) Hujus Auguſti nummi ex ære II. moduli rariſſimi ſunt. Vide quæ ad ſimilem argenteum nummum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

NVMERIANVS NOB CAES. Caput Numeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

CLEMENTIA TEMP. (1) Figura virilis paludata ac laureata, vultu dextrorſum converſo, ſtans à ſiniſtris, Victoriæ ſignum averſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: ſtat à dextris ex adverſo figura virilis pariter laureata ac paludata, dextram protendens Victoriæ ſignum acceptura, ſcipionem verò tenens ſiniſtrâ: inter utramque figuram r. in imâ parte XXI. *Regius.*

Alius cum s. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

CLEMENTIA TEMP. Typus ut ſuprà, cum s. inter utramque figuram: in imâ parte XXI. *Fouc.*

DIVO NVMERIANO. Caput Numeriani radiatum, ad humeros.

CONSECRATIO. (2) Aquila à fronte alis expanſis, roſtro dextrorſum converſo: in imâ parte KAA. *Fouc. Regius. RE. Fauvel. Cham. Fontaine.*

Alius cum KAA. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *B.*

Eadem epigraphe. Caput Numeriani nudum, ad humeros.

CONSECRATIO. Typus ut ſuprà: in imâ parte XXAB. *Laiſné.*

IMP C NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS AVGG. (3) Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet caduceum, culumnæ verò innititur cubito ſiniſtro: à dextris in areâ B. *Regius.*

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

FIDES EXERCIT AVGG. (4) Figura muliebris ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ pateram tenet, ſiniſtrâ verò innititur ſigno militari; à dextris duo ſigna militaria erecta: à ſiniſtris in areâ r. in imâ parte SMSXXI. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Numeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

FIDES EXERCIT AVGG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Cham.*

IMP NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

IOVI VICTORI. (5) Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum averſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à dextris juxta pedes aquila: in imâ parte KAB. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

IOVI VICTORI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Regius. Val. Le Roy. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI VICTORI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Cham.*

IMP C NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

MARS VICTOR. Mars nudus galeatus, cum pallio utrinque volitante, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam ferratam tranſ-

(1) Etſi hujus Auguſti nummi omnes non omninò obvii ſint, hic tamen rarus eſt; cæterum hujus nummi inſcriptioni haud abſimilia de Numeriano canit Calphurnius Poëta Ecloga 1.

Plena quies aderit, quæ ſtricti neſcia ferri,
Altera Saturni revocet Latialia regna,
Altera regna Numæ, qui primus ovantia cæde
Agmina, Romuleis & adhuc ovantia caſtris,
Pacis opus docuit, juſſitque ſilentibus armis
Inter ſacra tubas, non inter bella ſonare.

(2) De Conſecratione Numeriani licet ſileant Scriptores, eam tamen ſatis prædicant ejus nummi; qui quidem inter raros recenſendi ſunt.

(3) Nummus hic hujus Auguſti cum rarioribus adnumerandus eſt.

(4) Fidem exercitus Auguſtorum prædicat hic nummus, nec quidem abs re; non enim exercitus, quod fieri iis temporibus ſolebat, Imperium venale expoſuere, ſed Imperatoriæ ſtirpi adhærentes, Numerianum Auguſtum appellarunt, & poſtea è vivis ſublatum acriter ulti ſunt. Nummus hic inter rariores recenſendus.

(5) De Jove Victore pluribus alibi; libet tamen hîc exſcribere Calpurnii ad Numerianum verſus:

Tu quoque mutatâ, ſeu Jupiter ipſe, figurâ
Cæſar ades! Seu quis Superum ſub imagine falſâ,
Mortalique lates! Vivas atque hunc precor Orbem,
Hos precor æternus populos rege! Sit tibi cœli
Vilis amor, cœptamque pater ne deſere terram!

verſam geſtat dextrâ, trophæum humero ſiniſtro: à ſiniſtris in areâ C. *Fouc. Le Roy. Cham. Val.*

M AVR NVMERIANVS NOB C. Caput Numeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

MARS VICTOR. (1) Typus ut ſuprà, cum C. à ſiniſtris in areâ. *Fouc., Regius. Le Roy.*

IMP C M AVR NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

MARS VICTOR. Typus ut ſuprà, cum C. à ſiniſtris in areâ. *SG. B.*

IMP NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

ORIENS AVGG. Sol capite radiato nudus, eum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto ac volitante, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ extensâ & expansâ, flagrum tenet ſiniſtrâ: in imâ parte KAA. *Fouc.*

Alius cum KAA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum KAS. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Val.*

IMP NVMERIANVS INVICT AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

ORIENS AVGG. (2) Typus ut ſuprà, cum KAS. in imâ parte. *Fontaine.*

IMP C NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

ORIENS AVGG. Sol ut ſuprà, ſed globum ſuſtinens ſiniſtrâ: in imâ parte LVG. *Laiſné.*

IMP C M AVR NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

PAX AVGG. (3) Figura muliebris ſtolatâ, vultu dextrorſum converſo ſtans, oleæ ramum elatum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ: à dextris in areâ B. *Le Roy.*

IMP C NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum B. à dextris in areâ. *Fouc. Regius. Val. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Numerianus capite radiato, ad pectus cum loricâ, ſpiculum geſtat dextrâ exertâ humero dextro.

PAX AVGG. (4) Typus ut ſuprà, cum B. à dextris in areâ. *Fouc.*

IMP NVMERIANVS AVG. Numerianus capite ut ſuprà, dextrorſum, dextrâ geſtat ſpiculum humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, cum B. à dextris in areâ. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Numeriani laureatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

PAX AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte A. *Regius, Quinarius.*

Eadem epigraphe. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PIETAS AVG. (5) Mercurius nudus cum pallio, vultu dextrorſum converſo ſtans; crumenam tenet dextrâ, caduceum verò geſtat ſiniſtrâ. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte KAA. *Fouc. Le Roy. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Regius. Cham. Val.*

Eadem epigraphe. Caput Numeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte ſtella. *Frad. Quinarius.*

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte KAA. *Fouc.*

IMP NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *RE.*

IMP NVMERIANVS AVG. Numerianus capite radiato, ad pectus cum loricâ, haſtam geſtat ſiniſtrâ humero ſiniſtro.

PIETAS AVGG. (6) Figura muliebris ſtolata, ſiniſtrorſum converſa ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, ſiniſtrâ elatâ, dextrâ tenet acerram; à ſiniſtris in areâ C. *Hen.*

(1) Nummi hujuſcemodi cuſi Numeriano adhuc Cæſare referendi videntur ad victoriam de Sarmatis relatam; de quâ pluribus in Caro patre; cæteri verò nummi ad victoriam de Perſis. Vide quæ ſuprà de Marte Victore monuimus.

(2) Nummus hic ob capitis epigraphen inter rariores recenſendus eſt. Dicitur autem Oriens Auguſtorum ob victorias in Oriente de Perſis relatas, de quibus ſic Nemeſianus Poëta de Carino canens:

——— *Utque intima Frater*
Perſidos & veteres Babylonis ceperit arces
Ultus, Romulei violata cacumina Regni.

(3) De Pace ſub illis Principibus videndus Calpurnius Poëta Eclogâ primâ; & quæ ſuprà diximus ad Cari nummos.

(4) Nummus hic & ſequens ob capitis typum rari.

(5) Mercurius interpres Deorum, & propterea ſymbolum etiam eloquentiæ. Vide quæ ad ſimilem argenteum ſuprà adnotavimus.

(6) Nummus hic ob capitis typum rarus.

Eadem epigraphe. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ C. *Foue*.

Alius cum C. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine*.

IMP C NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum C. à dextris in areâ. *Cham*.

Alius cum IV. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà : à dextris in areâ B. in imâ parte LVG. *Laiſné*.

M AVR NVMERIANVS C. Caput Numeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENT. Numerianus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte KAT. *Regius. Hen.*

M AVR NVMERIANVS NOB C. Caput Numeriani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENT. Numerianus typo quo ſuprà, dextrâ ſcipionem inclinatum tenet, ſiniſtrâ verò haſtam tranſverſam geſtat : in imâ parte ΔKA. *Fontaine*.

Alius cum VIXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine*.

M AVR NVMERIANVS C. Caput Numeriani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENT. Typus ut ſuprà : in imâ parte KAΔ. *Foue. Le Roy*.

IMP NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENT. (1) Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Frad.*

IMP NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà : in imâ parte V. XXI. *Regius*.

M AVR NVMERIANVS NOB C. Caput Numeriani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà : in imâ parte BKA. *Val.*

Alius cum ΓKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Foue*.

Alius cum ΔKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Foue*.

Alius cum KAΔ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Foue. RDR*.

Alius cum VIXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Foue. Le Roy. Fauvel. RDR*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVT. Numerianus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte KAT. *Foue. Cham.*

Alius cum KAϚ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Alius cum SKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

M AVR NVMERIANVS C. Caput Numeriani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà : in imâ parte KAϚ. *Fontaine*.

M AVR NVMERIANVS NOB CAES. Caput Numeriani ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTIS. Typus ut ſuprà : in imâ parte KAT. *RE*.

IMP NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

PROVIDENT AVG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſpicas demiſſas tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ ; à dextris juxtà pedes modius in quo ſpicæ : in imâ parte VXXI. *Regius*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENTIA AVG. (3) Figura armata ſtans, dextrâ demiſſâ ſceptrum tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ : à dextris juxtà pedes globus : in imâ parte TXXI. *RE*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PROVIDENT AVGG. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſpicas demiſſas tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ ; à dextris juxtà pedes modius in quo ſpicæ : in imâ parte VXXI. *Foue. Val. Fauvel*.

Alius cum VIXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Foue. Cham. Fauvel*.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ROMAE AETERN. (3) Figura muliebris ſtolata, inſidens ſpoliis à ſiniſtris dextrorſum, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : in imâ parte VIXXIT. *Foue. Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SECVRIT AVG. Figura muliebris ſtolata, ſiniſtrorſum converſa ſtans, dextrâ ſuprà caput ſublatâ, cippo innititur ſiniſtrâ : in imâ parte VXXIT. *Foue*.

(1) Hæc epigraphe & hic typus paſſim in Cæſarum nummis occurrunt, raro verò in Auguſtorum, ut alibi ſuprà monuimus. Nummus hic & ſequens ob capitis epigraphen inter rariores recenſendi.

(2) Nummi hujus Auguſti cum hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi, ubi illi tantùm reperiuntur nummi, qui Auguſtorum prædicant Providentiam, nimirum cum duplici G.

(3) Nummus hic rarus eſt ; ſequens verò cum rarioribus adnumerandus.

IMP

IMP NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

VENERI VICTRI. (1) Venus ſtans ſiniſtrorſum verſa, dextrâ veſtem in altum ſuſtollit, ſiniſtrâ globum tenet. *Frad. Quinarius.*

M AVR NVMERIANVS NOB C. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Imperator paludatus ſtans, pede lævo galeæ impoſito, dextrâ haſtæ adnititur, ſiniſtrâ parazonium tenet: à dextris in areâ Γ. in imâ parte XXI. *RDR.*

IMP C NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. (2) Figura militaris galeata ſtans, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: à dextris in areâ C. *RDR.*

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. (3) Duo Imperatores paludati & laureati ſtantes ex adverſo, globum cum Victoriolâ unâ ſuſtinent dextrâ: qui à ſiniſtris, haſtæ adnititur ſiniſtrâ: qui verò à dextris, ſcipionem tenet ſiniſtrâ: in imâ parte XX. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe. Caput Numeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Duo Imperatores ut ſuprà, ſed globum abſque Victoriolâ ſuſtinentes dextrâ: inter utramque figuram Γ. in imâ parte XXI. *Regius.*

IMP C M AVR NVMERIANVS NOB C. Caput Numeriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram TR. in imâ parte XXI. *Regius.*

IMP C M AVR NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram B. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum Є. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum TR. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ЄA. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram Γ. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum TR. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. (4) Typus ferè ut ſuprà: ſed Imperator qui à ſiniſtris eſt, Victoriolam globo inſiſtentem ſuſtinet: inter utramque figuram Γ. in imâ parte XXI. *Frad.*

IMP NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram Є. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP C M AVR NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram ЄA. in imâ parte XXI. *Frad.*

Alius cum Z. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Hercules ſtans, dextrâ poſt terga reductâ, ſiniſtro cubito clavæ innixus, ſiniſtrâ tenet ſpolia leonis. *Regius, Quinarius.*

(1) Habetur hujus Auguſti nummus aureus VENERI VICTRICI inſcriptus, ſed typo diverſo. Vide quæ ibi adnotavimus. Nummus hic rariſſimus eſt.

(2) Nummi hujus Auguſti cum hoc typo ac ſuperiori rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi; primus cuſus Numeriano adhuc Cæſare, & virtutem patris ac filii prædicat; ſecundus verò patre mortuo, & virtutem fratrum exhibet.

(3) Nummi etiam cum hoc typo inter rariores recenſendi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(4) Numeriani cum hoc typo numiſmata inter rariora recenſenda, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(5) Hercules clavæ incumbens, manu dextrâ poſt tergum deductâ, eodem plane geſtu in hoc nummo exhibetur, quo in ædibus Farneſianis Romæ cernitur, & quemadmodum à Libanio deſcribitur in Ἐκφράσει Herculis, ubi inter alia hæc habet: Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ ἡ κεφαλὴ νεύει πρὸς γῆν· καὶ δοκεῖ μοι σκοπεῖν, εἴ τι κτείνειεν ἄλλον· ἔπειτα δειρὴ συγκατανεύει τῇ κεφαλῇ· καὶ ἅπαν τὸ σῶμα γυμνὸν περιῃλλαγμένος. οὐ γὰρ ἦν Ἡρακλεῖ μέλειν αἰδοῦς, σκοπουμένῳ πρὸς ἀρετήν. Τοῖν δὲ δὴ χεροῖν ἡ μὲν δεξιὰ τέταται καὶ συγκέκαμπται κατόπιν εἰς τοὐπίσω· παρεῖται δὲ ἡ λαιὰ καὶ τείνει πρὸς γῆν· ἀνέχει δὲ αὐτὸν ὑπὸ μάλης. τὸ δὲ ὁμαλὸν ἐπιδρομένον εἰς γῆν, τοῖς αὐτοῖς φασγάνῃ χρησάμενος, τὸ ῥόπαλον ἀνέχει παυόμενος, ὡς μαχόμενος ἔπαιζεν, ἡ δὲ λεοντῆ τῷ ῥοπάλῳ περιϊδρύεται, &c. *Imprimis etenim ipſi caput nutat ad terram: ac mihi ſpectare videtur, an aliud quid interfecerit: poſtidea ſuo capite connutat, ac totum corpus amictu denudatur; neque enim Herculi ulla cura verecundia fuit ad virtutem proſpicienti. E manibus ? dextra extenſa eſt, ac ſimul reflexa in dorſum: ſiniſtra verò remiſſa eſt ac tendit in terram: porro ſuſtinet ſe ſub ala: at quod læve ac politum, in terra fulcitur: iiſdem palmis ad*

IMP C M AVR NVMERIANVS NOB C. Caput Numeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VIRTVS AVGGG. (1) Duo Imperatores laureati ac paludati ſtantes ex adverſo globum ſuſtinent dextrâ: quæ à ſiniſtris, haſtæ adnititur ſiniſtrâ; quæ verò à dextris, ſcipionem tenet ſiniſtrâ: in imâ parte ЄΔ. *Bau.*

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VNDIQVE VICTORES. (2) Numerianus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſu ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; captivi duo manibus poſt tergum revinctis ſedent ad ejus pedes, alter à dextris, alter à ſiniſtris: in imâ parte KAϚ. *Bau. Frad.*

IMP NVMERIANVS AVG. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum paludamento.

VNDIQVE VICTORES. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Numeriani radiatum, ad pectus cum loricâ.

VNDIQVE VICTORES. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Regius. Fauvel.* RDR.

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VNDIQVE VICTORES. Typus ut ſuprà, abſque captivis: in imâ parte KAT. *Cham.*

Alius cum KAϚ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Fauvel. Frad.*

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput Numeriani radiatum, ad humeros cum paludamento.

VOTA PVBLICA. (3) Carinus & Numerianus paludati ſtantes ex adverſo ad tripodem ſuprà quem ignis accenſus, pateram uterque tenet dextrâ, ſiniſtrâ demiſsâ; juxtà utrumque ſignum militare erectum: in imâ parte SMSXXIΓ. *Regius. Hen.*

levitatem uſus, etiam clavam ſuſtinet, quieſcens ut vim pugnacem ſervaret. Spolium autem Leonis clavæ adhæret, &c. Hujus Auguſti nummi cum hoc typo rariſſimi ſunt.

(1) Primum in Caro patre occurrit nummus aureus cum eadem epigraphe, nimirum cum triplici G. eodem fermè typo, niſi quod loco globi Victoriam tenent dextrâ: qui quidem Cari nummus, ut illic monebamus, Antiquarios mirum in modum torſit, cum ejus authoritate nonnulli inducerentur, ut Carinum & Numerianum ad communionem Auguſtæ dignitatis vocatos à patre fuiſſe exiſtimarent; alii triplex G. in voce AVGGG. de Caro & ejus conjuge, necnon de Carino, qui Occidenti cum poteſtate Auguſtæ proxima præerat, intelligi debere opinarentur. Atqui utramque ſententiam convellit nummus hic, in quo Numerianus Imperator & Cæſar perindeatque Carinus appellatur, docetque Auguſtorum trium appellatione contineri Carum Auguſtum, & filios ejus duos Imperatores Cæſares. Nummus huic ſimillimus ex Æ. III. in Carino occurrit, niſi quod duo Imperatores loco globi Victoriolam tenent. Cæterum habentur etiam nummi in Tetrico Juniore, in quibus ipſe Imperator & Cæſar unà dicitur.

(2) Hæc epigraphe & hic typus in Numeriano tantùm occurrunt, ut diximus ſuprà ad nummum ejus argenteum cum eadem epigraphe, ſed typo nonnihil diverſo; in eo quippe deſiderantur duo captivi humi ſedentes. Numerianus hîc exhibetur geſtans Orbem; quo quidem Perſicum Orbem aut Orientem nonnulli repræſentari volunt; Caro enim patre mortuo, Numerianum Perſas perſecutum eſſe & Babylonem cepiſſe aiunt ex Nemeſiano Poëta ſic de Carino canente:

——— Utque intima Frater
Perſidos, & veteres Babylonis ceperit arces
Ultus, Romulei violata cacumina Regni;

Pro pedibus Imperatoris duo captivi humi hinc inde ſedentes cernuntur, quibus adumbrari nonnulli putant duas nationes ab eo una cum patre devictas, Sarmatas nimirum, & Perſas; alii verò putant, & fortaſſis probabilius nummum hunc ſpectare ad victorias relatas ab hoc Auguſto in Oriente, & à Carino in Occidente; præſertim cum in eo Auguſti titulo Numerianus donetur; quem quidem titulum non niſi patre mortuo, adeptus eſt Numerianus, ut alibi diximus: Inſcriptio etiam hujus nummi idem ſuadere videtur. Cæterum olim nummi hujuſcemodi rariſſimi erant, nunc verò tantùm rari.

(3) Nummus hic rariſſimus eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi, uti diximus ſuprà ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

A K M A ΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟϹ ΚΕ. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Numerianus Cæſar.* Caput Numeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

L. A. *An.* 1. Figura muliebris ſtolata ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Fontaine.*

A K M A ΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Imp. Cæſar M. Aurelius Numerianus Auguſtus.* Caput Numeriani ut ſuprà.

L. B. *An.* 2. Victoria tunicata gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Figura muliebris galeata ac ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum. Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; juxtà cathedram clypeus. *Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. B. Mulier galeata inſidens ſcuto à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innixa: à ſiniſtris in areâ ſtella. *Regius.*

A M A ΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Numeriani ut ſuprà.

L. B. Aquila inter duo ſigna militaria; coronam lauream gerens roſtro. *Regius.*

A Τ Τ K M A ΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Numeriani ut ſuprà.

ΕΤΟΥϹ Γ. *An.* 3. Victoria ſtans, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ trophæum humero ſiniſtro. *RE.*

A K M A ΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Numeriani ut ſuprà.

L. Γ. Victoria ad ſiniſtram verſa, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fontaine.*

A M A ΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Numeriani laureatum, ad humeros.

ΕΤΟΥϹ Γ. Typus ut ſuprà. *Regius.*

A K M A ΝΟΥΜΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. Caput Numeriani laureatum, ad humeros cum paludamento.

ΛΕΓ. Β. ΤΡΑΙ. L. Γ. (1) *Legio ſecunda Trajana, an.* 3. Aquila à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream apprehenſam tenet roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Regius. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ΛΕΓ. Β. ΤΡΑ. L. Γ. Typus ut ſuprà: *Fouc.*

(1) Numerianum, ſi Imperii ejus annos numeres ab eo tempore quo Carus ſummam poteſtatem adeptus eſt, tertium annum auſpicatus eſt menſe Auguſto anni 284. ſub cujus menſis finem, aut ſequentis initium fraude Arrii Apri ſoceri ſui periit. Legio II. Trajana à Trajano qui eam inſtituit nomen habet; hujus verò hyberna in Ægypto fuiſſe teſtatur hic nummus, & Dio Nicæus monet libro LV. ubi legiones à variis Principibus inſtitutas enumerat: Τραϊανὸς τὸ δεύτερον τὸ Αἰγύπτιον, καὶ τὸ τριακοστὸν τὸ Γερμανικόν· ἃ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπωνόμασεν Ἀντωνῖνος ὁ Μᾶρκος τὸ δεύτερον τὸ ἐν Νωρικῷ, καὶ τὸ τρίτον τὸ ἐν Ραιτίᾳ, ἃ καὶ Ἰταλικὰ κέκληται. *Trajanus* (inſtituit) *ſecundam legionem in Ægypto, & trigeſimam in Germaniâ: quibus etiam nomen à ſuo nomine impoſuit: Marcus Antoninus ſecundam in Norico, & tertiam in Rhætiâ, quæ Italicæ appellantur.* Ita enim legendum in Dione, non ut Henricus Stephanus legit: ἐπωνόμασεν Ἀντωνῖνος ὁ Μᾶρκος. τὸ δὲ δεύτερον, &c. quaſi legionibus duabus à Trajano inſtitutis nomen ſuum Marcus impoſuerit. Scilicet virum Græcè doctiſſimum feſellit particula δὲ ab oſcitante librario Dioni obtruſa, quæ omninò expungenda eſt, ut Græco Scriptori cum nummis conveniat; cum alioqui non falſa ſolùm, ſed etiam mirè intricata ejus narratio ſit. Conſtet igitur legiones duas à Trajano inſtitutas fuiſſe; ſecundam cujus in Ægypto ſtativa erant, Trajanam: trigeſimam, quæ in Germaniâ militabat, Ulpiam: illam enim hice nummi ita vocant; hæc in Gallieni & Victorini nummis commendatur: Gallieni arg. LEG XXX VLP VI P VI F. Victorini aureus: LEG XXX VLPIA PIA F. alter: LEG XXX VLP VICT P F. Sed in Gallieno dum Dionem Henr. Stephani inconſultò ſequimur, legionem hanc à Trajano quidem olim, ſed deinde à Marco nomen habuiſſe, ſub Gallieno tamen antiquam appellationem iterum ſumpſiſſe ſcripſimus: quâ quidem in re erraſſe nos ingenuè fatemur.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

IMP NVMERIANVS AVG.

ABVNDANTIA AVGG. Figura ſtans, ambabus manibus cornucopiæ effundens.

IMP C NVMERIANVS P F AVG COS. Buſtum Numeriani capite laureato, dextrâ ſceptrum eburneum, ſiniſtrâ globum, cum Victoria deſuper lauream Imperatori offerente.

ADLOCVTIO AVGG. Imp. in ſuggeſtu in medio duarum figurarum, quarum altera paludata, altera palliata, alloquitur quatuor milites cum tribus ſignis militaribus.

Eadem epigraphe.

CLEMENTIA TEMPORVM. ΔXX. Duæ figuræ in medio Victoriolam tenentes.

DIVO NVMERIANO.

CONSECRATIO.

....

FELICITAS AVGG. Figura ſtans columnæ nixa.

IMP C NVMERIANVS AVG.

FELICITAS AVGG B. Figura ſtans ad columnam, dextrâ caduceum, ſiniſtrâ pateram.

IMP NVMERIANVS AVG. *alii* P F AVG.

FIDES EXERCIT AVGG. SMSXXI. Figura inter duo ſigna militaria ſubſellio inſidet, dextrâ pateram.

IMP C NVMERIANVS P F AVG.

FIDES EXERCIT AVGG. ΓSMSXXI. Figura ſedens, dextrâ elata cum paterâ, ſiniſtrâ ſignum militare, ut & à dextris alia duo ſigna militaria.

IMP C NVMERIANVS AVG. *alii* P F AVG.

IOVI VICTORI. KAB. Jupiter ſtans, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes, aquila.

IMP NVMERIANVS AVG.

IOVI VICTORI.....SAA. Typus ut ſuprà.

IMP C NVMERIANVS AVG.

MAR VICTOR. Mars gradivus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſpolia.

M AVR NVMERIANVS NOB CAES.

MARS VICTOR. Typus ut ſuprà.

M AVR NVMERIANVS NOB C.

MARS VICTOR. Typus ut ſuprà.

IMP C M AVR NVMERIANVS AVG.

MARS VICTOR SC. Mars gradivus, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ ſpolia ſuper humerum.

IMP C NVMERIANVS P F AVG. Caput pectore loricato, dextrâ haſtam gerens.

MONETA AVGG. Tres Monetæ cum attributis.

IMP C NVMERIANVS P F AVG COS.

MONETA AVGG SC. Figura muliebris, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ.

IMP C NVMERIANVS P F AVG.

ORIENS AVG. EAS. Figura nuda, dextram elevans, ſiniſtrâ tenens globum, ad ſiniſtrum pedem globus.

Eadem epigraphe.

ORIENS AVGG. Typus ut ſuprà.

IMP C M AVR NVMERIANVS AVG.

PAX AVG B. Pacis typus.

....

PAX AVGG. Figura gradiens.

IMP NVMERIANVS AVG.

PAX AVGG. Figura ſtans, ſiniſtrâ oleam, dextrâ ſceptrum.

Eadem epigraphe.

PIETAS AVG. KFA. Mercurius, dextrâ crumenam, ſiniſtrâ caduceum.

M AVR NVMERIANVS C.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà.

IMP C NVMERIANVS AVG.

PIETAS AVGG. C. Figura ſtans ad aram, ſiniſtrâ pateram.

Eadem epigraphe.

PIETAS AVGG. C. Figura ſtans ad aram, ſiniſtrâ pateram, in quam aliquid ex vaſculo dextrâ infundit.

M AVR NVMERIANVS C.

PRINCIPI IVVENTVT. Figura militaris, dextrâ globum, ſiniſtrâ pilum.

IMP NVMERIANVS AVG. *alii* P F AVG.

PRINCIPI IVVENTVT. VXXI. Figura paludata, dextrâ ſceptrum, ſiniſtrâ haſtam per tranſverſum.

IMP NVMERIANVS P F AVG.

PROVIDENT AVGG. VXX. Mulier ſtans, dextrâ ſpicas ſuper panarium tenens, ſiniſtrâ cornucopiæ.

Eadem epigraphe.

PROVIDENT AVGG. XXI. Typus ut ſuprà.

IMP C NVMERIANVS P F AVG.

PROVIDENT AVGG. VXXI. Typus ut ſuprà.

Eadem epigraphe.

PROVIDENT AVGG. VIXXI. Typus ut ſuprà.

IMP NVMERIANVS P F AVG.

PROVIDENT AVGG. VIXXI. Typus ut ſuprà.


IMP C M AVR NVMERIANVS AVG.

ROMAE AETERNAE. VIXXIT. Roma ſedens cum Victoriolâ.

IMP NVMERIANVS AVG. *alii* P F AVG.
ROMAE AETERNAE. VIXXIT. Figura ſedens cum Victoriolâ.
Eadem epigraphe.
SECVRIT AVG. VXXIT. Figura ſtans, dextram capiti imponens.
. . . .
TRIVMFVS QVAD.
IMP NVMERIANVS AVG. *alii* P F AVG.
VENERI VICTRICI. Figura ſtolata, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ tintinnabulum.
Eadem epigraphe.
VICTORIA AVGG.
IMP NVMERIANVS AVG.
VIRTVS AVGG. Hercules nudus, ſiniſtro humero nixus clavæ cum leonis exuviis.
IMP C M AVR NVMERIANVS NOB C.
VIRTVS AVGG. TR XXI. Duæ figuræ tenentes globum.
Eadem epigraphe.
VIRTVS AVGG. TR P XXI. Hercules cum clavâ & leonis exuviis.
IMP NVMERIANVS.
VIRTVS AVGVSTORVM. Duo equites decurrentes, & pueruli inſtar Victoriarum tenentes laureas.
IMP NVMERIANVS AVG. Buſtum Numeriani capite laureato, dextrâ equum capiſtro retinens, ſiniſtrâ haſtam.
VIRTVS AVGVSTORVM. Carinus, & Numerianus equites obvii, equis captivos ſternentes; hinc inde duæ Victoriæ volitantes Auguſtos laureis donant.
IMP C M AVR NVMERIANVS AVG.
VNDIQVE VICTORES. KAS. Figura paludata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.

CARINUS.

MARCUS AURELIUS CARINUS Cari filius natu major, Cæſar à patre factus & in Gallias miſſus ut Barbaris qui tum fortè rebellaverant obſiſterer, cum belli Perſici adminiſtrationem deinde Carus in ſe recepiſſet, Occidenti univerſo ita præfectus eſt, ut nihil illi ad ſummam poteſtatem præter Auguſti nomen deeſſet. Sed ut patrem conſilii ſui pœniteret Carinus brevi effecit: vir enim contaminatiſſimus, relegatis optimis quibuſque amicorum, libidinum ac ſtuprorum conciliatores aut conſcios ad honores provexit; idemque non majori in retinendis uxoribus conſtantiâ quàm in aſſumendis levitate uſus, novem intrà breve tempus mutavit, quarum pleriſque gravidis nuntium remiſiſſe traditur: famoſi quoque ejus amores à Scriptoribus narrantur, cum ipſe genio ſexûs ſui malè uſus diceretur: quæ omnia cum audiret Carus, Princeps gravis dixiſſe fertur filium ſuum non eſſe, deincepſque Imperium Cæſareum Carino abrogare ſtatuerat; ſed conſilium perficere per immaturam mortem Caro non licuit. Dilata tamen magis quàm omiſſa tot ſcelerum ultio; cum enim mortuo patre Carinus & Numerianus orbem Romanum æquâ poteſtate regendum ſuſcepiſſent, Numeriano poſt unum aut alterum menſem fraude Apri ſoceri ſui interfecto, Diocletianus ab Orientis exercitu Auguſtus appellatus. Nec ſanè Carino ad retinendum paternum Imperium defuit virtus: accepto enim de Diocletiani defectione nuntio, ſtatim è Galliis egreſſus, Italiam petiit; Julianumque Venetiarum Correctorem, qui purpuram ſumpſerât, fuſo fugatoque ejus exercitu, obtruncavit; deinde in Illyricum profectus, poſt varium & anceps bellum apud Margum denique Myſiæ ſuperioris oppidum, præclaram de Diocletiano victoriam pœnè reportaverat; ſed dum fugientes acriùs perſequitur, à tribunis quibuſdam quorum matrimonia ſollicitaverat interfectus eſt anno Chriſti 285. incertum quo menſe, poſtquam duobus annis Cæſar, uno tantum Auguſtus fuiſſet.



P. Simonneau filius fecit.

NUMISMATA AUREA.

IMP C CARINVS P F AVG. Carinus capite laureato, ad pectus cum loricâ.

ABVNDANTIA AVGG. (1) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, utrâque manu tenet cornucopiæ, ex quo nummos effundit. *Regius.*

M AVR CARINVS NOB CAES. Caput Carini ut ſuprà.

PAX AETERNA. (2) Figura muliebris dextrorſum feſtinanter progrediens, dextrâ elatâ geſtat ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Regius. MB.* Eadem epigraphe.

PIETAS AVGG. Vaſa Pontificalia. *MB.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini laureatum, ad pectus cum loricâ.

P M TRI P COS PP. (3) Figura virilis laureata ſeminuda cum pallio ſtans in quadrigâ à dexteris ſiniſtrorſum, dextrâ elatâ tenet ramuſculum. *Brandenburg.*

(1) Hujus Auguſti nummi omnes ex auro rari ſunt; cum hac autem epigraphe & hoc typo rariſſimi ſunt & deſiderantur hujuſcemodi Carini nummi in Collectione Mediobarbi.

(2) Nummus cuſus in monimentum Pacis quam ipſe cum Barbaris Gallias infeſtantibus fecerat; & licet Pax æterna dicatur, illa tamen feſtinanter incedere fingi videtur, ad denotandum pacem illam, quamvis in æternum facta eſſet, haud ita firmam & ſtabilem fuiſſe, quin pro levitate gentis barbaræ facilè ruptam iri crediderint. Sic nonnulli; cum alii contra velint mulierem illam pleno & concitato gradu idcirco incedere, quod pacis cum Barbaris ſancitæ famam quam celerrimè per univerſum orbem Romanum ſpargere vellet. Habentur nummi etiam in Gallieno cum eadem epigraphe & eodem typo.

(3) Carini nom.n in Faſtos Conſulares bis relatum eſt; primùm anno 283. quo cum Caro patre, iterum ſequenti anno quo cum fratre Numeriano Conſul fuit; ſed ad utrum Conſulatum pertineat hic nummus, haud facile cognitu eſt: non enim quia nota numerorum deeſt, hunc idcirco ad primum erroris ſecutus retuleris, cum hæc nota in Conſulatibus nonnunquam omiſſa ſit. Quod ut illuſtri exemplo confirmetur, quis neget Gallienum Conſulem tertiùm anno Imperii quarto fuiſſe? cum id non Faſti ſolùm omnes, ſed etiam nummi teſtentur. Atqui è plurimis Numiſmatibus quibus ſeptimus ejus Tribunitiæ Poteſtatis annus ſignatus eſt, pleraque Conſulatum ſine numerali notâ præferunt; P M TR P VII COS. Quod ſi nummum hunc in primo Catini Conſulatu cuſum fuiſſe præfractè velis, eâdem operâ contendas neceſſe eſt, Carinum anoo 283. hoc eſt, vivo adhuc patre, Auguſto faſtigio auctum eſſe, quâ de re nobis haud ſatis liquet. Cum enim triplici argumento id ſuadere conatus ſit Pagius; prima duo quæ nummus Cari aureus cum epigr. VIRTVS AVGG. & alter Æ. II. CARVS ET CARINVS AVGG. in averſâ parte VICTORIA AVGG. Erud. viro ſuppeditaverant, plenè & cumulatè confutata ſperamus; tertium etiam levius eſt. Scilicet Numiſmata Ægyptiaca, in quibus alter Numeriani annus, Carini tertius ſignati

CARINVS NOBIL CAES. Caput Carini laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVT. (1) Imperator paludatus ſtans inter quatuor ſigna militaria, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtam tenet. *Regius*.

M AVR CARINVS NOB CAES.

VICTORIA AVG. Victoria inſiſtens globo, dextrâ corollam, ſiniſtrâ palmam. *MB*.

M AVR CARINVS P F NOB CAES. (ſic) Caput Carini laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGVSTORVM. (2) Carus & Carinus ſtantes, ille togatus à dextris,

erant, conſpexerat Pagius, quæ ſincera non videri ſibi profitetur, niſi ambo fratres Auguſti ante menſem Septembrem anni 283. appellati ſint. At Numeriani non alter ſolùm, ſed tertius etiam annus in nummis Ægyptiis expreſſus; quibuſcum nummis ſimul cuſos exiſtimamus eos qui tertium Carini annum præferunt; cum probabile ſit Ægyptum, cum cæteris Orientis Provinciis Diocletiano ſtatim à Numeriani cæde paruiſſe. Tres igitur Imperii annos Numeriano tribuemus? minimè gentium: ſed annos ibi Cæſareæ, non verò Auguſtæ dignitatis numeratos fuiſſe dicemus: quod tametſi alias uſuveniſſe pro certo affirmare non poſſumus, hîc tamen factum eſſe tàm certum quàm quod certiſſimum; cum duorum fratrum Numiſmata Ægyptiaca Cæſaream dignitatem cum anno primo, Auguſtam cum altero, & tertio conjungant. Levia itaque & fallacia argumenta quæ Pagius protulit: videamus tamen num aliâ ratione probari poſſit Carinum & Numerianum Auguſtos anno 283. fuiſſe. Id profectò evincere videntur ſæpiùs laudati nummi, in quibus Auguſti anno altero dicuntur; ſed ſi his alios duos Carini adjunxeris, in quibus Auguſtus anno primo, Cæſar tantùm anno tertio appellatur; his non affundi lucem, ſed caliginem offundi, noviſque ſubſidiis ad reſtituendam Cari & filiorum ejus hiſtoriam opus eſſe fortaſſe fateberis. Quanquam illum qui Carinum anno tertio Cæſarem appellat, probabiliter interpretari non deſperamus; ſed negotium exhibent nummi duo ex ære maximo, quos ſuperiùs protulimus; in quibus Numerianus Auguſtus & Conſul appellatur; in unius averſâ parte, ADLOCVTIO AVGG. Imperatores duo adloquuntur milites: in alterius, TRIVMPHVS QVADORVM. Imperatores duo in quadrigis triumphalibus. Hos enim nummos quis neget ad annum 284. pertinere? quis item in his Carinum & Numerianum in uno ſuggeſtu, in iiſdem quadrigis repræſentari? Atqui ſi hiſtoricos ſequaris, duos fratres toto Orbis Romani intervallo tunc à ſe invicem diſſitos, Numerianumque intrà primum Imperii menſem in Thraciâ antequàm urbem adiiſſet, interfectum fuiſſe oportet. His accedit veriſimile non videri, triumphatum eſſe à filiis de eâ gente, quam pater cum eorum altero tantum devicerat; nam Quados à Sarmatis haud diverſos eſſe volunt, quos conſtat primos Cari Auguſti virtutem expertos eſſe. Vide igitur num dici poſſit Carum æſtate anni 283. periiſſe; hoc eſt, anno minus regnaſſe quàm à recentioribus exiſtimatum ſit; Numerianum verò è Perſide reducem Quados profligaſſe, triumphum de his unà cum Carino egiſſe, poſtremo eâ ratione periiſſe quam Scriptores produnt. Vide laudatum Numeriani nummum, TRIVMPHVS QVADORVM. item in Carino Ægyptiaca Numiſmata, in quibus Auguſtus anno primo, & Cæſar anno tertio dicitur. Cæterum hunc Carini nummum rariſſimum imò ſingularem, & qui non extat apud Mediobarbum, Laur. Begerus ad triumphum magis quàm ad Proceſſum Conſularem ſpectare putat, niſi, inquit, ad utrumque aliquis referre velit. Inſcriptionem hanc in qua Carinus Conſul Auguſtus dicitur, Sagunti repertam exhibet Gruterus pag. 277. item pag. 278. alias duas in quibus Cæſar tantùm in primo Conſulatu, quas quidem Tarracone propoſitas ſcribit:

1

IMP. M. AVR. CARINO
NOBILISSIMO
CAES ∅ PIO ∅ FELICI
INVICTO. AVG.
PONT ∅ MAXIMO
TRIB. POT ∅ P ∅ P. COS
PROCOS

2

VICTORIOSISSIMO
PRINCIPI. IVVENTVT
M. AVR. CARINO. NO
BILISSIMO. CAESARI
COS. PROCOS. M. AVR
VALENTINIANVS. V. C
PRAESES. PROV. HISP. CIT
LEG. AVGG. PR. PR. D. N. M. EIVS

3

VICTORIOSISSIMO
PRINCIPI. IVVENTVTIS
M. AVR. CARINO. NOBIL
CAES. CONS. PRO. COS
M. AVR. VALENTINIANVS
V C. PRAE. PROVINC. HISP
CITE. LEG. AVGG. DEV.
OTVS. NVM. MAIESQ. EIVS

Cæterum nummus hic Carini rariſſimus eſt, imò ſingularis, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(1) Nummus hic Carini ex auro non extat apud Mediobarbum.

(2) Alii duo nummi occurrunt, in quibus Carinus *Pius Felix Nobiliſſimus Cæſar* appellatur; unus ex arg. cum epigraphe FELICITAS REIPUBLICAE; alter ex Æ. sis. FIDES MILITVM, qui quidem omnes rariſſimi ſunt. Auguſtos omnes *Pios Felices* appellatos jam inde à Commodo fuiſſe conſtat; ſed eos titulos ulli Cæſari præter Carinum delatos haud temerè reperias; ſcilicet non Imperatoris ſolùm faſtigio auctus à patre fuerat, quod ipſi cum Numeriano fratre commune erat, ſed etiam univerſo Occidenti cum ſummo Imperio præfectus fuerat, cum ejus curam omnem Carus, dum Perſicum bellum parabat, in eum tranſtuliſſet. Victoriam Auguſtorum in averſâ parte celebrat Carinus, ſed ita tamen ut in ejus partem venire ſe neget, dum ſe togatum repræſentat. Crederem Victoriam de Sarmatis indicari, quos Probi morte feroces Carus ſtatim atque in ejus locum ſubſtitutus eſt ex Illyrico deturbavit. Vide eruditiſſimi P. Chamillart Diſſertationem in hunc nummum, quæ in Diariis Trivultianis prodiit. Nummus hic rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

hic paludatus à ſiniſtris, ſiniſtrâ gerens haſtam tranſverſam, unà Victoriolam tenent. *Regius.*

IMP CARINVS P F AVG. Carinus capite laureato, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVG. (1) Hercules nudus ſtans, dextrâ poſt tergum deductâ, ſiniſtrâ clavæ innixus, quâ & leonis exuvias tenet. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Carini laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. Typus ut ſuprà. *Brandenburg.*

Eadem epigraphe.

VIRTVS AVGG. Hercules cum exuviis leonis. *MB.*

(1) Herculem eodem geſtu ſtantem deſcribit Libanius in Ἐκφράσει Herculis; cujus quidem verba ad nummum ſimilem Numeriani fratris exhibuimus.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C M AVR CARINVS AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

AEQVITAS AVGG. (1) Figura muliebris ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ tenet bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Farneſianus.*

Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

AETERNIT AVG. (2) Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, phœnicem globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, tunicam verò ſuſtollit ſiniſtrâ: in imâ parte KA Γ. lunâ bicorni intermediâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

FELICIT PVBLICA. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum tenet dextrâ, cippo verò innititur ſiniſtrâ: in imâ parte TXXI. *Fouc. Fontaine.*

M AVR CARINVS P F NOB CAES. (ſic) Caput Carini ut ſuprà.

FELICITAS R[illegible]PVBLICAE. (3) Figura muliebris ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextrâ tenet caduceum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: in imâ parte X. I. *Cham.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

FIDES MILITVM. (4) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ: in imâ parte KAЄ. *Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

GENIVS EXERCITI. (5) Genius capite turulato ſtans, dextrâ tenet pateram, ſiniſtrâ cornucopiæ: in imâ parte KAR. *Regius.*

M AVR CARINVS NOB CAES. Caput

(1) Nummus hic Carini Æquitatem Auguſtorum prædicat, nimirum ejus & Numeriani fratris; numiſmati autem ejus ex Æ. III. Æquitatem non ſolum Auguſtorum, verum & Auguſti præferunt. Sed quid de Carini Æquitate dicam? de quo ſic Vopiſcus: *Amicos*, inquit, *optimos quoſque relegavit, peſſimum quemque elegit aut tenuit: Præfectum Urbi unum ex cancellariis ſuis fecit; quo fœdius nec cogitari potuit aliquando, nec dici. Præfectum Prat. quem habebat, occidit: in ejus locum Matronianum, veterem conciliatorem fecit; unum ex his notarium quem ſtuprorum & libidinum conſcium ſemper atque adjutorem habuerat, invito patre Conſulem fecit. Superbas ad Senatum literas dedit. Vulgo urbis Romæ quaſi populo Romano bona Senatus promiſit. Uxores ducendo ac rejiciendo novem duxit, pulſis pleriſque prægnantibus*, &c. Nummus hic ex argento deſideratur in Collectione Mediobarbi. Cæterum notandum omnes hujus Auguſti ex argento nummos raros eſſe.

(2) Phœnix aptiſſimum Æternitatis ſymbolum habetur, quia avis iſta, ut Auctor Carminis de Phœnice, quod vulgò Lactantio adſcribi ſolet, ait:

——— *Vivit morte refecta ſua*,

& Claudianus Phœnicem *Æternam avem* appellat:

Æternam ne perdat avem.

Phœnix etiam in Auguſtorum Chriſtianorum nummis novæ vitæ, vel novi quaſi & fortunati quidem ſæculi ſymbolum eſt. Vide nummos Conſtantini Jun. & Conſtantini Magni ejus patris. Nummus hic Carini & ſequens ex argento non extant apud Mediobarbum. Vide quæ ad ſimiles nummos ex Æ. III. ejuſdem Auguſti infrà adnotamus.

(3) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Caro primùm occurrunt. Nummus hic Carini rariſſimus, imò ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. Hujus portò pretium auget & capitis inſcriptio, ubi Carinus dicitur *Pius Felix Nobiliſſimus Cæſar*; ſed vide quæ ad nummum aureum cum eadem capitis epigraphe ſuprà adnotavimus.

(4) Nummus hic Carini ex argento deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(5) Nummus hic Carini inter rariores recenſendus, nec extat ex argento apud Mediobarbum. Vide quæ ad ſimilem æreum III. infrà adnotamus.

Carini laureatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AETERNA. (1) Figura muliebris dextrorſum feſtinanter progrediens, dextrâ elatâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam. *Fontaine, ex argento puro.*
Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cumloricâ.

PIETAS AVGG. (2) Vaſa Pontificalia. *Fouc.*
M AVR CARINVS NOB C. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte KAZ. *Regim.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENTVT. Carinus paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ admititur ſiniſtrâ: à dextris captivus manibus poſt tergum revinctis humi ſedens: in imâ parte PXXI. *Fouc.*

Alius cum QXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *MB.*
Eadem epigraphe.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà, abſque captivo: in imâ parte PXXI. *MB.*

Alius cum TXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MB.*
CARINVS NOBIL CAES. Caput Carini radiatum, ad pectos cum paludamento.

SAECVLI FELICITAS. Carinus typo quo ſuprà, progrediens à dextris ſiniſtrorſum, haſtam ferratam tranſverſam geſtat dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ: à ſiniſtris in areâ Q. *Fouc.*
IMP C M AVR CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

SAECVLI FELICITAS. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ D. *MMA.*

CARINVS NOBIL CAES. Carinus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, dextrâ geſtat haſtam humero dextro, ſiniſtrâ clypeum.

SAECVLI FELICITAS. (3) Typus ut ſuprà, cum D. à ſiniſtris in areâ. *Fontaine.*
IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini laureatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

VIRTVS AVGG. (4) Hercules nudus, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, dextrâ poſt tergum reductâ, clavæ rupi impoſitæ cum leonis exuviis innititur ſiniſtrâ. *Fouc. Nummus magnitudine & mole inſignis.*
IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Duo Imperatores ſtantes ex adverſo; qui à ſiniſtris eſt dextrâ tenet Victoriolam, ſiniſtrâ haſtæ innixus; qui à dextris, dextrâ tenet ſceptrum, ſiniſtram verò porrigit Victoriæ ſignum accepturus: ſupernè ſtella; inter utramque figuram B. in imâ parte XXI. *Fontaine.*
M AVR CARINVS NOB C.

VIRTVS AVGG XXI. Duæ figuræ ſtantes, in quarum medio ara. *MB.*
IMP C M AVR CARINVS NOB C. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. (5) Imperator à dextris ſiniſtrâ ſceptrum, & Jupiter à ſiniſtris, ſiniſtrâ haſtæ innixus, una globum tenent: inter utramque figuram TR. in imâ parte XXI. *Fauvel.*
IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVTI AVGG. Hercules nudus vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, arcum verò tenet ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias geſtat: in imâ parte KAZ. *Fouc.*

(1) Vide quæ ad ſimilem nummum aureum ejuſdem Auguſti ſuprà monuimus. Nummus hic rariſſimus deſideratur ex argento in Collectione Mediobarbi.

(2) Nummi hujuſcemodi Carini ex argento non extant apud Mediobarbum.

(3) Nummus hic Carini ob capitis typum cum rarioribus adnumerandus: hujuſcemodi autem nummi ex argento deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Nummi Carini cum hoc & ſequenti typo non extant apud Mediobarbum.

(5) Nummi Carini cum hoc typo rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi: ſequens verò nummus cum rarioribus adnumerandus eſt, nec extat ex argento apud eundem Mediobarbum. Cæterum de virtute Carini ſic Vopiſcus: *Nec ei*, inquit, *defuit ad vindicandum ſibimet Imperium vigor mentis, nam contra Diocletianum multis præliis conflixit.*

NUMISMATA ÆREA LATINA
maximi moduli, vulgò Medaglioni.

IMP C CARINVS P F AVG. Caput Carini laureatum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVG. Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *RE.*

IMP C M AVR CARINVS. Caput Carini laureatum.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *Vaillant.*

IMP C M AVR CARINVS AVG. Carinus capite laureato, ad pectus cum paludamento, dextrorſum, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ clypeum in quo eques & plures figuræ.

MONETA AVGG. (1) Typus ut ſuprà. *DeC.*

M AVR CARINVS N C. Carinus medio pectore tenus dextrâ haſtam tenet, ſiniſtrâ capiſtro equum retinens.

TRAIECTVS AVGG. (2) Navis prætoria cum remigantibus, in ejus puppi Imperator temonem agit, adſtantibus quinque prætorianis. *Vaillant.*

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini laureatum.

VIRTVS AVGVSTOR. (3) Carus & Carinus paludati dextras jungunt, Hercules lauream Caro, Apollo Carino imponit. *Vaillant.*

(1) Licet Carini nummi omnes ex ære maximi moduli rari ſint, hic tamen ob capitis typum inter rariores recenſendus eſt.

(2) Auguſtorum intellige Cari & Numeriani, quos repreſſis Sarmatis bellum Perſis intuliſſe, Meſopotamiam & Cteſiphontem recepiſſe tradit Vopiſcus; ſed quem Trajectum hîc celebrat Carinus? ex Europâ in Aſiam, an Euphratis aut Tigris? hoc quidem magis placet: quid enim magnopere commendandum in primo, niſi ejus facilitas? at hanc Auguſtis laudi ductam haud veriſimile eſt. Objiciet fortè aliquis non difficiliorem fuiſſe Euphratis aut Tigris trajectum, cum horum amnium ripas Perſæ non tuerentur; ſed Auguſtorum felicitas prædicari non potuit? Nummos Gordiani III. prope ſimiles exhibet Mediobarbus, cum epigraphe TRAIECTVS AVG. quos ad trajectum Helleſponti mirum ab eo relatos fuiſſe, cum Euphratem à Gordiano trajectum fuiſſe non ignoraret. Vide Oiſelium tab. 88. Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis eſt.

(3) Nummus hic minus rectè deſcriptus videtur; quid enim Carino cum Apolline eſſe potuit? At Numeriano fuit, quem Oratorum & Poëtarum ſui temporis principem facilè fuiſſe produnt; quâ de re vide nummum argenteum Numeriani, cum epigraphe PIETAS AVG. Huic itaque Apollinem, Herculem Carino lauream imponere exiſtimo; & quidem eo magis, quo Carinum Auguſtum à patre factum minus conſtat. Vide infrà nummum ex Æ. I. cum eadem epigraphe & eodem typo; imò eundem fortaſſe quem Vaillantius hîc ex ære maximo exhibuit. Nummus hic rariſſimus eſt.

NUMISMATA LATINA Æ. I.

IMP CAES M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini laureatum, ad pectus cum paludamento.

MONETA AVGG. Tres Monetæ ſtantes cum attributis. *RE.*

M AVR CARINVS NOB CAES. Caput Carini ut ſuprà.

MONETA AVGG. Typus ut ſuprà. *RE.*

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

VIRTVS AVGVSTOR. (1) Duo Imperatores paludati ſtantes una haſtam tenent; qui à dextris eſt coronatur ab Apolline pone ipſum ſtante; qui à ſiniſtris ab Hercule tenente ſiniſtrâ clavam & leonis exuvias. *Frad. Regius.*

(1) Vide quæ ad nummum ſimilem ejuſdem Auguſti ex ære maximi moduli ſuprà adnotavimus. Cæterum hunc & duos ſuperiores nummos inter nummos maximi moduli, qui vulgò *Medaglioni* dicuntur, recenſeri debuiſſe credimus; attamen Antiquariorum, qui locupletiſſima, quæ laudamus, cimelia ordinarunt, judicium ſequi viſum eſt. Nummus hic rariſſimus; ſuperiores verò rari.

NUMISMATA LATINA Æ. II.

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad humeros.

AETERNIT AVGG. (1) Figura velata ſtans, dextrâ tenet icunculam, ſiniſtrâ veſtem colligit: in imâ parte KAP. *RE.*

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini laureatum, ad humeros.

PAX AVGG. Figura muliebris ſtans, dextrâ tenet ramuſculum, ſiniſtrâ haſtam. *RE.*

CARINVS NOBIL CAES. Caput Carini radiatum, ad humeros.

SAECVLI FELICITAS. Figura galeatâ ſtans, dextrâ tenet haſtam, ſiniſtrâ globum; à ſiniſtris in areâ D. *RE.*

(1) Nummi hujus Auguſti omnes ex Æ. II. rariſſimi ſunt; hic autem nummus fortaſſis quod exeſus eſſet, malè deſcribitur; mulier quidem non icunculam, ſed Phœnicem globo impoſitum dextrâ gerit, ut videre eſt ſuprà in nummo ſimili argenteo, & infrà in nummis Æ. III.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

ADVENTVS AVG. (1) Imperator laureatus ac paludatus eques à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ haſtam tenet: à dextris in areâ T. in imâ parte QXXI. *Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

AEQVITAS AVG. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, bilancem tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte KAZ. *Fouc.*

Alius cum KAZ. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

AEQVITAS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte KAZ. *Regius.*

IMP C M AVR CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

AEQVITAS AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Brandenburg.*

Alius cum A. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy. Hen.*

Alius cum KAZ. in imâ parte, abſque literis in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

AEQVITAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Cham. Le Roy.*

CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

AEQVITAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc.*

IMP CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

AEQVITAS AVGG. Typus ut ſuprà: in imâ parte KHZ. *RE.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

AETERNITAS. (3) Figura muliebris tunicata, vultu dextrorſum converſo ſtans, phœnicem globo impoſitum geſtat dextrâ, ſiniſtrâ veſtem colligit: in imâ parte KAP. *Regius.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

AETERNIT AVGG. Typus ut ſuprà, cum KAP. in imâ parte. *Fouc.*

Alius cum KAP. lunâ bicorni intermediâ, in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

AETERNIT AVGG. (4) Typus ut ſu-

(1) Nummus hic rariſſimus, imò ſingularis, & qui non extat apud Mediobarbum, adventum Carini in Italiam, vel etiam fortaſſe in Urbem prædicat, & non pacificatoris habitu, ſed haſtâ armati; Carinus enim, accepto de Diocletiani defectione nuntio, ſtatim è Galliis egreſſus, Italiam petiit; Julianumque Venetiarum Correctorem, qui purpuram ſumpſerat, faſo fugatoque ejus exercitu, obtruncavit; deinde fortaſſe antequam in Illyricum adverſus Diocletianum properaret, Romam inviſit. Vide utrumque Victorem.

(2) Vide quæ ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti ſuprà adnotavimus.

(3) Licet hujus Auguſti nummi omnes non omninò obvii ſint, hic tamen cum rarioribus adnumerandus eſt; ſequentes etiam rari.

(4) Phœnicem avem æternam dici Claudiano diximus ſuprà ad nummum ſimilem argenteum ejuſdem Auguſti; idque proculdubio, quod poſt funera reviviſcere crederetur. Inde certè clarum eſt, inquit Begerus, Carinum & Numerianum, ut ipſi, poſt funera parentis, in Auguſtam dignitatem ſucceſſere, etiam in poſteris ſuis eam felicitatem ſperaſſe; maximè quod mulier Phœnicem geſtans, Spes videtur eſſe ex ſtola, quam Spei inſtar à tergo dependentem tollit.

prà : in imâ parte KAr. *Fouc. Cham.*

IMP C M AVR CARINVS AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

AETERNIT AVGG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Le Roy.*

IMP C M AVR CARINVS P AVG. Caput Carini ut ſuprà.

AETERNIT AVGG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Frad.*

M. AVR CARINVS NOB CAES. Caput Carini radiatum, ad humeros cum paludamento.

CLEMENTIA TEMP. (1) Jupiter nudus, cum pallio divinitatis in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo, ſtans à ſiniſtris, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò puræ adnititur ſiniſtrâ : ſtat à dextris ex adverſo Carinus laureatus ac paludatus, dextram extendens Victoriæ ſignum accepturus, ſcipionem verò tenens ſiniſtrâ : inter utramque figuram B. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum S. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

FELICIT PVBLICA. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum tenet dextrâ, cippo verò brachio ſiniſtro innititur : in imâ parte QXXI. *Fouc. Le Roy. Hen.*

Alius cum TXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICIT PVBLICA. Typus ut ſuprà : in imâ parte TXXI. *Fouc. Val.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS PVBLICA. Typus ut ſuprà : in imâ parte QXXI. *RDR.*

IMP CARINVS AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

FELICITAS PVBLICA. Figura muliebris ſtans cippo innixa : in imâ parte TXXI. *RE.*

M AVR CARINVS P F NOB CAES. (ſic) Caput Carini radiatum, ad humeros cum loricâ.

FIDES MILITVM. (2) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, alterum ſiniſtrâ : in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP C M AVR CARINVS AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà : in imâ parte KAЄ. *Fouc. Regius. SG.*

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Le Roy.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Bau. Cham.*

IMP CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

FIDES MILITVM. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *RE.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

FORTVNA AVGG. (3) Figura muliebris ſtolata, ſedens à ſiniſtris dextrorſum, dextrâ tenet navis gubernaculum, ſiniſtrâ cornucopiæ : in imâ parte TXXI. *Fouc.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Probi radiatum, ad pectus cum paludamento.

FORTVNA REDVX. Typus ut ſuprà : in imâ parte TXXIT. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

GENIVS EXERCITI. (4) Genius nudus, cum modio ſuprà caput, & pallio brachio ſiniſtro collecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, pateram tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ : in imâ parte KAA. *Val. RDR.*

IMP C M AVR CARINVS AVG. Caput

(1) Nummus hic in Carino inter rariores recenſendus. In Numeriano eadem epigraphe habentur nummi, ſed typo diverſo.

(2) Nummus hic ob capitis inſcriptionem rariſſimus eſt. Vide quæ ad nummum aureum ejuſdem Auguſti cum eadem capitis epigraphe ſuprà adnotavimus.

(3) Nummus hic & ſequens rariſſimi, imò ſingulares ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Genius exerciti pro exercitus paſſim in nummis ſcriptum occurrit. Genii autem exercitus meminit quoque vetus Inſcriptio in marmore effoſſo Romæ ſub Capitolio apud arcum Imp. L. Septimii, quæ extat apud Gruterum pag. ςIX.

GENIO. EXERCITVS
QVI EXTINGVENDIS. SAEVISSIMIS. LATRONIB.
FIDE. ET. DEVOTIONE ROM. EXPECTAT. ET
VOTIS. OMNIVM. SATISFECIT

Cæterum Genius hîc cum modio ſuprà caput exhibetur; quo quidem modo primùm in nummis Trajani Decii prodit, adinſtar Serapidis Ægyptiorum Dei, qui cum modio, ſive, ut Macrobius vocat, calatho in capite ſemper fingi ſolet. Nummi hi Carini rari.

Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

GENIVS EXERCITI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Regius. Cham.*

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

GENIVS EXERCITI. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Frad.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

IOVI CONSER. (1) Jupiter nudus cum pallio à tergo pendulo, globum tradit Carino paludato ſtanti ex adverſo, haſtæ adnixus ſiniſtrâ: inter utramque figuram B. in imâ parte SMSXXI. *Fouc.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

IOVI VICTORI. (2) Jupiter nudus cum pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ; à dextris juxtà pedes aquila: in imâ parte AR B. lunâ bicorni intermediâ. *Fouc.*

Alius cum KAB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*

Alius cum KA B. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Bau. Cham.*

IMP CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

IOVI VICTORI. Typus ut ſuprà: in imâ parte KHB. *RE.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

LAETITIA FVNQ. (3) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, corollam tenet dextrâ, temoni verò, in cujus imo globus, adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte KAΓ. *Fouc. Regius. Frad.*

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini laureatum, ad pectus cum paludamento.

PAX AVGG. (4) Figura muliebris ſtolatâ & altè ſuccincta, ſtolæ laciniâ retrorſum volitante, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, oleæ ramum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ. *Fouc. Regius.*

M AVR CARINVS NOB CAES. Caput Carini ut ſuprà.

PAX AVGVSTORVM. (5) Typus ut ſuprà. *Fouc.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

PIETAS AVG. (6) Mercurius nudus cum petaſo, & pallio in brachium ſiniſtrum rejecto, vultu dextrorſum converſo ſtans, crumenam tenet dextrâ, caduceum verò geſtat ſiniſtrâ: in imâ parte KAΔ. *Fouc. Regius. Frad.*

Alius cum KA Δ. lunâ bicorni intermediâ in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

IMP CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

PIETAS AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte XAΔ. *RE.*

M AVR CARINVS CAES. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

PIETAS AVGG. Vaſa pontificalia: in imâ parte KAЄ. *Fouc.*

Alius cum KAZ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fauvel. Frad.*

M AVR CARINVS NOB C. Caput Carini ut ſuprà.

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Val. Fontaine.*

M AVR CARINVS NOB CAES. Caput Carini ut ſuprà

PIETAS AVGG. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Regius. Val. B.*

Alius cum ZKA. in imâ parte, eodem

(1) Nummus hic Carini rariſſimus eſt, imò ſingularis, & deſideratur in Collectione Mediobarbi. Cuſus fortaſſe eſt, cum ipſe accepto de Diocletiani defectione nuntio è Galliis egreſſus, adverſus eum in Illyricum proficiſceretur.

(2) Nummus hic fortaſſe cuſus, cum Julianum Venetiarum Correctorem, qui purpuram ſumpſerat, fuſo fugatoque ejus exercitu obtruncavit. Hujuſcemodi in Carino nummi cum rarioribus adnumerandi.

(3) Nummi Carini cum hac epigraphe & hoc typo inter rariores recenſendi, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(4) Intelligendus hic nummus de Pace inter Carinum & Numerianum ejus fratrem. Vide quæ ad ſimilem Numeriani nummum adnotavimus. Nummus hic cum rarioribus adnumerandus, nec extat apud Mediobarbum.

(5) Nummus hic rariſſimus imò ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(6) Pietatem Auguſti & quidem erga Mercurium prædicat hic nummus, cui ſimilis habetur in Numeriano fratre; & quidem potiori jure; Mercurius enim, ut interpres Deorum eloquentiæ ſymbolum eſſe poteſt: & Numerianum publicè declamaſſe, ſtatuæque ejus:

NVMERIANO CAESARI
ORATORI TEMPORIBVS SVIS POTENTISSIMO.

ſubſcriptum fuiſſe, narrat Vopiſcus in ejus Vita, uti ſuo loco monuimus. Nummus hic inter rariores recenſendus.

typo utrâque ex parte. *Fouc. Le Roy.*

Alius cum ZKH. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Cham.*

CARINVS NOBIL CAES. Caput Carini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENT. Carinus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ ferratæ inverſæ adnixus ſiniſtrâ: à dextris in areâ c. inverſum. *Brandenburg.*

Alius cum c. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fontaine.*

M AVR CARINVS NOB C. Capur Carini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENT. Carinus typo quo ſuprà, ſignum militare tenet dextra, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte VXXI. *Fouc.*

Alius cum PAQ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *DC.*

Alius cum KAЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *MDM. B.*

M AVR CARINVS NOB CAES. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

PRINCIPI IVVENT. (1) Carinus ut ſuprà, ſcipionem inclinatum tenet dextrâ, haſtam tranſverſam ſiniſtrâ: à dextris in areâ Δ. à ſiniſtris ſtella, & T. infrà ſtellam: in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius abſque Δ. à dextris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Cham.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PRINCIPI IVVENT. Typus ut ſuprà, cum duobus ſignis militaribus à ſiniſtris erectis, & ſtellâ à dextris in areâ, abſque literis: in imâ parte XXIT. *Regius. Cham.*

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENT. (2) Typus ut ſuprà, abſque ſignis militaribus & ſtella: in imâ parte KAΔ. *Fouc.*

M AVR CARINVS NOB CAES. Caput Carini laureatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVT. Carinus ut ſuprà, ſignum militare tenet dextrâ, haſtæ adnixus ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà. *Fouc.*

Alius cum AKA. in imâ parte, eodem rypo utrâque ex parte. *Val.*

Alius cum ЄKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*

Alius cum KAЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum RЄ. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Val.*

M AVR CARINVS NOB C. Caput Carini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà: in imâ parte KAЄ *Cham.*

Alius cum VXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *RDR.*

M AVR CARINVS CAES. Caput Carini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà: in imâ parte KAЄ. *Fouc.*

CARINVS NOBIL CAES. Carinus capite radiato, ad pectus cum paludamento, haſtam geſtat ſiniſtrâ humero ſiniſtro.

PRINCIPI IVVENTVT. (3) Carinus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò ferratæ inverſæ adnititur ſiniſtrâ: à dextris in areâ c. *Fouc. Cham.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà, cum c. à dextris in areâ. *Le Roy. Bau.*

Eadem epigraphe. Carinus capite radiato, ad pectus cum loricâ, dextrorſum, haſtam geſtat dextrâ humero dextro, ſiniſtrâ clypeum, in quo Meduſæ caput.

PRINCIPI IVVENTVT. (4) Typus ut ſuprà, cum c. à dextris in areâ. *Fouc. Bau.*

M AVR CARINVS NOB CAES. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ, ſiniſtrorſum.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte RS. *Regius. Frad.*

IMP CARINVS P F AVG. Capur Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVT. (5) Carinus typo quo ſuprà, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ ferratæ adnixus ſiniſtrâ; ante eum juxtà pedes captivus humi ſedens manibus poſt tergum revinctis: in imâ parte QXXI. *Fontaine.*

M AVR CARINVS NOB C. Caput Carini ut ſuprà.

(1) Nummi Carini cum hoc typo rari, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(2) Hanc epigraphen & hunc typum paſſim in Cæſarum nummis, rarò vero in Auguſtorum occurrere diximus ſuprà ad ſimilem Numeriani fratris nummum. Nummus hic ob capitis inſcriptionem inter rariores recenſendus.

(3) Nummus hic Carini ob capitis typum rarus.

(4) Nummus etiam hic Carini ob capitis typum rarus.

(5) Nummus hic Carini ob capitis inſcriptionem cum rarioribus adnumerandus.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fontaine.*
Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fouc. Regius.*

Alius cum SXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum TXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Le Roy.*

Alius cum VXXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*

Alius cum SKA. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
M AVR CARINVS NOB CAES. Caput Carini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVT. Typus ut ſuprà, cum SKA. in imâ parte. *Fouc.*
M AVR CARINVS NOB C. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

PRINCIPI IVVENTVTI. (ſic) Carinus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, ſignum militare tenet dextrâ, haſtæ verò ferratæ adnititur ſiniſtrâ: in imâ parte VXXI. *Fontaine.*
M AVR CARINVS NOB CAE. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

PRINCIPI IVVENTVTI. (ſic) Typus ut ſuprà: in imâ parte VIXXI. *Fouc.*
M AVR KARINVS (ſic) NOBIL CAES. Caput Carini ut ſuprà.

PRINCIPI IVVENTVTI. (ſic) (1) Carinus laureatus ac paludatus, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet ſcipionem inclinatum, ſiniſtrâ haſtam tranſverſam: in imâ parte VIXXI. *Cham.*
IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

PROVIDENT AVGG. (2) Figura mulicbris ſtans, vultu dextrorſum converſo, dextrâ demiſsâ tenet ſpicas ſuprà modium, ſiniſtrâ cornucopiæ: in imâ parte VIXXI. *Frad.*
CARINVS NOBIL CAES. Caput Carini ut ſuprà.

SAECVLI FELICITAS. Figura militaris paludata, vultu dextrorſum converſo ſtans, dextrâ tenet ſpiculum tranſverſum, ſiniſtrâ globum: à ſiniſtris in areâ C. *RDR.*

Alius cum D. à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Hen.*

Alius cum D. inverſo à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Frad.*
Eadem epigraphe. Carinus capite radiato, ad pectus cum paludamento, haſtam geſtat ſiniſtrâ humero ſiniſtro.

SAECVLI FELICITAS. Typus ut ſuprà, cum Ꭰ. à dextris in areâ. *Fouc.*
Eadem epigraphe. Carinus capite ut ſuprà, dextrorſum, haſtam geſtat humero dextro, ſiniſtrâ verò tenet clypeum in quo Meduſæ caput.

SAECVLI FELICITAS. (3) Typus ut ſuprà, cum D. à dextris in areâ. *B.*
IMP C M AVR CARINVS AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento, ſiniſtrorſum.

SAECVLI FELICITAS. Typus ut ſuprà, cum D. à ſiniſtris in areâ. *Fouc. Val. Bau. Cham.*
IMP CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

SAECVLI FELICITAS. Typus ut ſuprà, cum D. in areâ à ſiniſtris. *RE.*
IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

SALVS AVGG. (4) Figura mulicbris tunicata, vultu ſiniſtrorſum converſo ſtans, ſerpentem tenet dextrâ, pateram verò ſiniſtrâ quâ eum paſcit: à ſiniſtris in areâ D. *Fouc.*

Alius cum Q. à dextris in areâ, nihil à ſiniſtris, eodem typo utrâque ex parte. *Regius.*
IMP C M AVR CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ C. in imâ parte LVG. *RDR.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte à ſiniſtris in areâ D. *Hen.*

Alius cum LVG. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc.*
Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

SALVS AVGG. Typus ut ſuprà: à ſiniſtris in areâ Q. in imâ parte AVG. *Le Roy.*
IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini laureatum, ad pectus cum loricâ.

VICTORIA AVG. (5) Victoria tunicata

(1) Nummi Carini cum hoc typo rari, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.
(2) Nummi cum hac epigraphe & hoc typo in Carino rariſſimi ſunt.
(3) Nummus hic Carini ob capitis typum inter rariores recenſendus.
(4) Nummi in Carino cum hac epigraphe & hoc typo rari.
(5) Numeriano interfecto, ſubſtitutoque in ejus locum Diocletiano, Julianum Venetorum Correctorem purpuram ſumpſiſſe, Pannoniaſque ſibi adjunxiſſe ferunt; ſed Carino, tametſi deliciis ſolutus videretur, animum tamen ad ulciſcendum injurias ſuas non deeſſe brevi expertus eſt; cum enim huic Illyricum infeſtis ſignis petenti obviam obſtitiſſet in campis Veronenſibus, cæſo exercitu, ipſe in acie obtruncatus, vitam ſimul cum male parto Imperio amiſit. Hanc porrò victoriam his in nummis qui Auguſti unius mentionem faciunt, celebrari probabiliſſimum mihi quidem videtur. Nummi hujuſcemodi inter rariores recenſendi; ſequentes verò, qui Auguſtorum victoriam prædicant rari, nec extant apud Mediobarbum.

ac ſuccincta, gradiens à ſiniſtris dextrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Carini laureatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà: à dextris in areâ C. *Fontaine.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVG. Typus ut ſuprà: in imâ parte OXXIT. *Brandenburg.*

Alius cum QXXIT. in imâ parte, eodem typo utraque ex parte. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte: à dextris in areâ A. *Fouc. Val. Hen.* RDR.

IMP C M AVR CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà, cum A. à dextris in areâ. *Fauvel. Frad.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ: in imâ parte QXXIT. *Fouc.*

CARINVS ET NVMERIANVS AVGG. Carini & Numeriani capita laureata jugata.

VICTORIA AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in imâ parte. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitum typo.

VICTORIA AVGG. (1) Victoria ut ſuprà, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, utrâque manu trophæum geſtat. *Fouc.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

VICTORIA AVGG. (2) Victoria globo inſiſtens, à dextris ſiniſtrorſum, dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ palmam: à ſiniſtris in areâ A. *Fontaine.*

IMP CARINVS AVG. Caput Carini laureatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVG. (3) Figura militaris galeata ſtans, dextrâ clypeo humi innixa, ſiniſtrâ haſtam tenet. *Frad. Quinarius.*

IMP C M AVR CARINVS NOB C. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Figura virilis paludata ac laureata, vultu dextrorſum converſo ſtans, globum ſuſtinet dextrâ, haſtæ vero adnititur ſiniſtrâ: ex adverſo figura altera pariter paludata ac laureata, dextram protendit, ſcipionem verò tenet ſiniſtrâ: inter utramque figuram Z. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. (4) Duo Imperatores laureati ac paludati ſtantes ex adverſo, unà globum ſuſtinent cum Victoriolâ: inter utramque figuram B. *Brandenburg.*

IMP C CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. Figura virilis paludata ac laureata, vultu dextrorſum converſo ſtans à ſiniſtris, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ: ex adverſo à dextris figura altera virilis pariter paludata ac laureata, dextram protendit Victoriam acceptura, ſcipionem verò tenet ſiniſtrâ: inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. *Fouc.* RDR.

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà: inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. RDR.

Alius cum B. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum H. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Alius cum ЄΔ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Frad.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà; ſed Victoriæ ſignum globo impoſitum non eſt: inter utramque figuram A. in imâ parte XXI. *Fouc.*

Alius cum B. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Val.*

Alius cum TR. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Fontaine.*

IMP CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

(1) Nummus hic & ſuperior ob capitum typum, & epigraphen rariſſimi ſunt, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi; ſed ad quam victoriam referendi ſint, quis pro certo affirmet? Quanquam eam quæ de Quadis relata eſt, hîc commendari, quaſi communi conſilio bellum illud geſtum fuiſſet, non ſine ratione dixeris, cum de eâ gente triumphaſſe ſimul utrumque Auguſtum doceamur ex nummo Numeriani in ære max. cum epigraphe TRIVMPHVS QVADORVM. Imperarores duo in Quadrigis, &c.

(2) Nummi Carini cum hoc typo rariſſimi ſunt, imò ſingularis hic nummus, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummi Carini cum hac epigraphe, & hoc typo rariſſimi ſunt; cum ſequenti verò rari.

(4) Nummi Carini cum hoc typo rariſſimi ſunt, niſi idem ſit, qui ſequens; & quod fortaſſis exeſus eſſet, perperam à Begero exhibitus. Cæterum nummi Carini cum hoc typo & ſequenti, ubi alter ex Imperatoribus Victoriolam globo inſiſtentem, vel abſque globo geſtat, deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram B. in imâ parte XXI. *RE.*

IMP C M AVR CARINVS NOB C. Caput Carini ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram Γ. in imâ parte XXI. *Fouc. Regius.*

Alius cum ЄΔ. inter utramque figuram, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Val.*

IMP C CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà : inter utramque figuram H. in imâ parte XXI. *Fouc.*

IMP CARINVS P F AVG. Caput Carini laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. (1) Carinus paludatus progrediens à dextris ſiniſtrorſum, ſpiculum tranſverſum geſtat dextrâ, globum verò ſuſtinet ſiniſtrâ. *Fouc.*

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. Figura militaris galeata, ſiniſtrorſum gradiens, dextrâ geſtat ſpiculum inverſum, ſiniſtrâ clypeum : in imâ parte KAЄ. *Cham.*

IMP C M AVR CARINVS AVG. Caput Carini ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. (2) Figura militaris galeata, vultu dextrorſum converſo ſtans, pede lævo galeæ impoſito, haſtæ ferratæ inverſæ adnititur dextrâ, parazonium verò geſtat ſiniſtrâ : à ſiniſtris in areâ A. in imâ parte LVG. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VIRTVS AVGG. Figura militaris vultu ſiniſtrorſum converſo, cætera ut ſuprà, cum iiſdem literis in areâ, & in imâ parte. *Fontaine. Chez.*

CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. Typus ut ſuprà, abſque literis in areâ : in imâ parte LVG. *Laiſné.*

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini ut ſuprà.

VIRTVS AVGG. (3) Hercules nudus, ſiniſtrorſum converſus ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, arcum verò cum leonis exuviis ſiniſtrâ : in imâ parte KAZ. *Fouc.*

IMP CARINVS AVG. Caput Carini laureatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGG. (4) Hercules ſtans, dextrâ poſt terga deductâ, clavæ innititur ſiniſtrâ, quâ & leonis exuvias tenet. *Regius. Cham.*

IMP C M AVR CARINVS NOB C. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

VIRTVS AVGGG. (5) Imperator laureatus ac paludatus, dextrorſum converſus, ſtans à ſiniſtris, dextrâ tenet globum cum Victoriolâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : ſtat à dextris ex adverſo alter Imperator, dextram protendens Victoriæ ſignum accepturus, ſcipionem verò tenens ſiniſtrâ : inter utramque figuram Δ. in imâ parte XXI. *Frad.*

IMP C M AVR CARINVS P F AVG. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

VIRTVS AVGG. (6) Hercules nudus ſiniſtrorſum converſus ſtans, clavam humi poſitam tenet dextrâ, arcum verò cum leonis exuviis ſiniſtrâ : in imâ parte KAZ. *Regius. Fouc. Le Roy.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum loricâ.

VOTA PVBLICA. (7) Figuræ duæ viriles laureatæ ac paludatæ, ad tripodem ſuprà quem ignis accenſus ſtantes ex adverſo, ſacrificant : circà tripodem duo ſigna militaria erecta : in imâ parte SMSXXIA. *Fouc.*

Alius cum SMSXXIB. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Cham. Fontaine. B.*

Eadem epigraphe. Caput Carini radiatum, ad pectus cum paludamento.

VOTA PVBLICA. Typus ut ſuprà, cum iiſdem literis in imâ parte. *Fontaine.*

(1) Nummi Carini cum hoc & ſequenti typo rariſſimi ſunt, nec extant apud Mediobarbum.

(2) Nummi Carini cum hoc & ſequenti typo inter rariores recenſendi, & deſiderantur in Collectione Mediobarbi.

(3) Nummus hic Carini cum rarioribus adnumerandus, nec extat apud Mediobarbum.

(4) Habetur nummus æreus III. in Numeriano cum eadem epigraphe, & eodem typo, ubi vide quæ adnotavimus. Nummus etiam hic inter rariores recenſendus, & deſideratur in Mediobarbo.

(5) Nummum Cari aureum, alterum Numeriani ex Æ. III. cum eadem epigraphe ſuprà exhibuimus, quos vide : hic rariſſimus eſt, nec extat apud Mediobarbum.

(6) Nummus hic Carini cum rarioribus adnumerandus. Cæterum de virtute hujus Auguſti ſic Vopiſcus in ejus Vita : *Non ei*, inquit, *defuit ad vindicandum ſibimet Imperium vigor mentis, nam contra Diocletianum multis præliis conflixit.* Hic etiam antequam in Illyricum perveniſſet, Julianum Venetiarum Correctorem, qui purpuram ſumpſerat; fuſo fugatoque ejus exercitu, obtruncavit.

(7) Cum eadem epigraphe & eodem typo habentur etiam nummi in Numeriano fratre. Nummus hic inter rariores recenſendus, & deſideratur in collectione Mediobarbi.

NUMISMATA ÆGYPTIACA Æ. III.

A K M A KAPINOC K. (ſic) *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Carinus Cæſar.* Caput Carini laureatum, ad pectus cum loricâ.

L. A. *An.* 1. Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, navis gubernaculum tenet dextrâ, cornucopiæ verò geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Cham. Le Roy. Laiſné.*

AYT K M A KAPINOC CEB. *Imperator Cæſar Marcus Aurelius Carinus Auguſtus.* Caput Carini ut ſuprà.

L. A. (1) Typus ut ſuprà. *RE.*

A K M A KAPINOC K. Caput Carini ut ſuprà.

L. A. Typus ut ſuprà, cum ſtellâ in areâ. *Fouc.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Mulier ſtans, dextrâ temonem tenet, ſiniſtrâ cornucopiæ. *Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Mulier ſtans, dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ tenet. *Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

L. A. Aquila alis expanſis à fronte, roſtro ſiniſtrorſum converſo coronam lauream gerens, ſtat inter duo ſigna militaria. *Fouc. Regius. Fontaine.*

A K M A KAPINOC CEB. Caput Carini ut ſuprà.

L. B. *An.* 2. Mulier ſtans, dextrorſum ſpectans, dextrâ florem tenet, ſiniſtrâ veſtem colligit. *Cham. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ЄTOYC Γ. *An.* 3. Victoria tunicata ac ſuccincta, gradiens à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet dextrâ, palmæ verò ramum geſtat ſiniſtrâ. *Fouc. Fontaine.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

ЄTOYC Γ. Figura muliebris paludata & ſtolata ſtans, dextrâ elatâ, ſiniſtrâ tenet cornucopiæ. *SG.*

A K M A KAPINOC K. (ſic) Caput Carini ut ſuprà.

ЄTOYC Γ. Typus ut ſuprà. *Regius.*

A K M A KAPINOC CEB. Caput Carini ut ſuprà.

ΛΕΓ B TPAI. L. Γ. (2) *Legio ſecunda Trajana, an.* 3. Aquila à dextris ſiniſtrorſum, coronam lauream tenet roſtro ſiniſtrorſum converſo. *Fouc.*

(1) Carinum & Numerianum Auguſtos poſt patris mortem appellari cœpiſſe diù creditum eſt, cum hunc Principem plerique exiſtimarent extremo anni 283. periiſſe; quam opinionem ex hominum mentibus cum recentiores quidam evellere conati ſint, argumentis infirmis admodum & fallacibus uſos eſſe demonſtravimus; ſed negari non poteſt, eos cauſam ſuam longè probabiliorem effecturos fuiſſe, ſi nummum hunc protuliſſent, in quo Carinus anno primo Auguſtus appellatur; nam aut ejus ſinceritatem, aut diligentiam Erud. Antiquarii à quo deſcriptus eſt in controverſiam ductum iri non credimus. Videndum tamen num veriſimili quadam ratione Auguſti titulus Carino Cæſari delatus exponi poſſit. Tradit Vopiſcus Carum ſtatim atque in Probi locum ſubſtitutus eſt, filios Cæſares appellaſſe; cui honoris nomini an Imperatoris nomen continuò adjectum ſit incompertum eſt, tamen adjectum conſtat; & quidem non Carino ſolùm, ſed etiam Numeriano; cujus rei ignoratio accuratos alioqui nummorum interpretes fefellit. At Auguſtum inter & Imperatorem quid intereſt? aiunt nonnulli: meâ quidem ſententiâ plurimum: nec mihi placet eorum opinio qui hoſce titulos confundi facilè potuiſſe ſcribunt. Quanquam ſi id tantùm volunt, vocem, AUGUSTORUM, aut per compendium ſcriptam, AUGG. Auguſti & Imperatoris Cæſaris intelligi poſſe, haud magnopere contendero, mihique ſuffecerit monuiſſe, non eum ſolum qui Imperatoris titulo auctus eſſet, ſed etiam purum putum Cæſarem cum Auguſto interdum in nummis ſic conjunctum eſſe; ſed eum qui Auguſtus non eſſet, ubi ejus ſolius mentio fit, Auguſtum in publicis monumentis dictum eſſe, id verò ferendum non videtur. Quamobrem aut Carinum anno primo Auguſtum factum eſſe, aut erraſſe Monetales Ægypti Triumviros dicendum eſt; quod ultimum abſit ut pro certo affirmemus: quanquam ſi quis ſententiam hanc tueri velit, quid huic opponi poſſit præter præjudicatam de Monetariorum diligentiâ ac fide opinionem, non videmus; cum huic faveat Inſcriptio à Valentiniano Legato Auguſtorum in Hiſpaniâ propoſita, & à nobis poſt Goltzium in Caro relata, quæ Carum TR. P. II. Carinum & Numerianum Cæſares appellat; prætereaque mirum videri non debeat, pro Auguſto habitum ab Ægyptiis fuiſſe Principem, quem ex ultimis Orbis Romani oris audiebant Galliis, Italiæ, Illyrico, omnibus Provinciis quæ Occidentis nomine poſtea cenſitæ ſunt, cum ſummo Imperio præfectum fuiſſe; maximè cum in ipſis Provinciis quibus præerat, *Pius Felix* diceretur, qui honoris tituli omnibus Auguſtis communes, Cæſari præter Carinum nemini delati ſunt.

(2) De Legione II. Trajana locuti ſumus in Numeriano; quamobrem hîc duo monere ſufficiet; primùm, in ſuperiore nummo Carinum, tametſi Auguſtus reverâ foret, Cæſarem tamen appellatum eſſe, quòd nummus cuſus ſit in Ægypto Provinciâ, quæ Numeriano fratri parebat: quod alias factitatum eſſe, ut ſi quando Imperium inter duos aut plures Principes diſtractum eſſet, ſinguli in ſuis Provinciis Auguſti, in alienis vel Auguſti vel Cæſares indiſcriminatim dicerentur, ſagaciſſimum Antiquarium alicubi demonſtraſſe memini. Alterum, nummos in quibus annus Carini tertius conſignatus eſt, non anno 285. quo periit, ſed ſuperiori quo Diocletianus militari ſuffragio ad Imperium pervenit, cuſos

videri; cujus quidem anni menſe Auguſto tertius annus numerari cœpit, ex quo tempore Carinus Cæſar nuncupatus à patre fuerat. Id enim ut credamus duæ cauſæ impellunt; prima, quod probabiliſſimum ſit Ægyptum ſimul cum cæteris Orientis Provinciis Diocletiano ſtatim à Numeriani cæde paruiſſe; altera, quod eandem Numeriani annos numerandi ab Ægyptiis in ejus Numiſmatibus inſtitutam videamus: quæ quidem numiſmata huic ſimillima ſunt.

NUMISMATA ÆREA
incerti moduli.

IMP CARINVS P F AVG.
AEQVITAS AVG. Figura dextrâ bilancem, ſiniſtrâ cornucopiæ.
IMP C M AVR CARINVS AVG.
AEQVITAS AVG A. Typus ut ſuprà.
IMP C M AVR CARINVS P F AVG.
AEQVITAS AVG. XXIP. Æquitatis ſtantis typus.
IMP C M AVR CARINVS AVG.
AEQVITAS AVGG. Æquitatis typus.
Eadem epigraphe.
AETERNIT AVGG. Figura ſtolata ſtans, dextrâ globum.
Eadem epigraphe.
AETERNIT AVGG. Figura ſtolata ſtans, dextrâ globum cum phœnice; ad pedes alius phœnix globo inſtans.
IMP C M AVR CARINVS P F AVG.
AETERNIT AVGG. KAr. Figura ſtans, dextrâ globum cum phœnice, ſiniſtrâ veſtem levans.
Eadem epigraphe.
CLEMENTIA TEMP. XXIr. Duæ figuræ jungentes dextras, in quarum medio Victoria globo inſtans.
IMP CARINVS P F AVG.
FELICITAS PVBLICA T. Figura muliebris nixa columnæ cum caduceo, dextrâ ſignum militare tenens.
Eadem epigraphe.
FELICITAS PVBLICA. QXXI. Typus ut ſuprà.
Eadem epigraphe.
FELICITAS PVBLICA. TXXI. Typus ut ſuprà.
IMP C M AVR CARINVS P F AVG.
FIDES EXERCITVVM. Figura ſtans inter duo ſigna militaria.
IMP CARINVS P F AVG.
FIDES MILITVM. ErTe. Figura ſtans, utrâque manu tenens ſignum militare.
IMP C M AVR CARINVS P F AVG.
FIDES MILITVM. KAE. Typus ut ſuprà.
IMP CARINVS P F AVG.
GENIVS EXERCITI. Deus Genius nudus, capite calathro ornato, dextrâ elatâ cum paterâ, ſiniſtrâ cornucopiæ.
Eadem epigraphe.
IOVI VICTORI. KAB. Jupiter, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ haſtam; ad pedes aquila, lauream roſtro tenens.
M AVR CARINVS NOB CAES.
MONETA AVGG. Tres Monetæ cum attributis.
IMP CARINVS P F AVG.
PIETAS AVG. KA, luna bicornis, A. Mercurius ſtans, dextrâ crumenam, ſiniſtrâ caduceum.
M AVR CARINVS NOB C.
PIETAS AVGG. KAZ. Vaſa Pontificalia.
Eadem epigraphe.
PRINCIP IVVENTV. QXXI. Figura paludata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.
....
PRINCIPI IVVENT. Princeps inter duo ſigna.
M AVR CARINVS NOB CAES.
PRINCIPI IVVENT. EKA. Figura militaris utrâque manu ſignum militare tenens.
CARINVS NOBIL CAES.
PRINCIPI IVVENT. SKA. Figura galeata ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam.
IMP CARINVS P F AVG.
PROVIDENT AVGG. Figura ſtans, dextrâ ſpicas, ſiniſtrâ cornucopiæ.
IMP C M AVR CARINVS AVG.
SAECVLI FELICITAS. Figura militaris ſtans, dextrâ haſtam.
IMP C M AVR CARINVS P F AVG.
SALVS AVG. Dea Salus.
....
SALVS AVGG. Salus ſtans cum ſerpente.
M AVR CARINVS N C. Buſtum laureato capite, dextrâ haſtam, ſiniſtrâ equum capiſtro retinens.
TRAIECTVS AVGG. Navis Prætoria militibus plena.
IMP CARINVS P F AVG.
VENERI VICTRICI. (1) Figura ſtans,

(1) Nummum hunc rariſſimum, imò ſingularem profert Mediobarbus ex Occone. Vide quæ ad nummum ſimilem Numeriani fratris adnotavimus.

dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ globum.
Eadem epigraphe.

VICTORIA AVG. QXXIT. Victoria gradiens, dextrâ lauream, ſiniſtra palmam.

....

VIRTVS AVG. Miles ſtans.

IMP C M AVR CARINVS P F AVG.

VIRTVS AVGG. Carinus, & Numerianus, ſiniſtris haſtas tenentes, dextris globum; in eorum mèdio aſtrum.
Eadem epigraphe.

VIRTVS AVGVSTOR. Imperator, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam, cui alia figura, forte Jovis, lauream imponit; è regione alia figura, cui Hercules lauream imponit.
Eadem epigraphe.

VIRTVTI AVG. Hercules ſtans, dextrâ clavam, ſiniſtrâ arcum.

JULIANUS.

Marcus Aurelius Julianus, quem Sabinum Victor Junior appellat, Venetiarum Corrector, auditâ Numeriani morte Imperii inſignia ſumpſit anno Chriſti 284. Pannonias ejus authoritatem ſecutas fuiſſe, partamque ab illo Victoriam ſive de Barbaris, ſive de aliquo Romano Duce, qui fidem Carino datam fallere recuſarit, innuunt nummi infrà deſcripti: ſed utramque rem Scriptores ſilentio prætermiſere: id tantùm ambo Victores produnt, cum Carinus Diocletiano bellum illaturus Illyricum peteret, Julianum ipſi obviam proceſſiſſe, cæſoque in campis Veronenſibus tyranni exercitu, ipſum in acie periiſſe poſt aliquot quàm Imperatoris perſonam induerat menſes, eodemque, ut videtur, anno.



NUMISMATA AUREA.

....

LIBERTAS. Figura ſtans cum ſtellâ. *MB.*

IMP C IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani laureatum, ad pectus cum paludamento.

LIBERTAS PVBLICA. (1) Figura muliebris ſtans, dextrâ pileum, lævâ cornucopiæ tenet. *Brandenburg.*

Alius cum ſtellâ à ſiniſtris in areâ, eodem typo utrâque ex parte. *Regius. Declesves.*

(1) Libertatem Publicam prædicat hic Juliani nummus, quaſi diceret Julianum non aliam ob cauſam Imperatoris perſonam induiſſe, niſi ad vindicandam Publicam Libertatem, quæ hic exhibetur, dextrâ pileum tenens; qui quidem ut neminem fugit, Libertatis eſt ſymbolum; ſiniſtrâ verò illa cornucopiæ gerit, rerum copiam cum libertate promittens. Cæterum hujus nummi omnes rariſſimi ſunt, & deſideratur hic in Collectione Mediobarbi.

NUMISMATA ARGENTEA.

IMP C M AVR IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani radiatum, ad pectus cum paludamento.

FELICITAS TEMPORVM. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum tenet dextrâ, haſtæ verò adnititur ſiniſtrâ : à dextris in areâ S. à ſiniſtris B. in imâ parte XXI. *Fouc. Regius.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

PANNONIAE AVG. (2) Figuræ duæ muliebres ſtantes dextris elatis & expanſis : quæ à ſiniſtris eſt, ſiniſtrâ geſtat ſignum militare : à dextris in areâ S. in imâ parte XXIT. *Regius.*

(1) In ſuperioribus nummis aureis Libertatem Publicam promittit Julianus, hoc autem Felicitatem Temporum, quæ facilè conſequitur ex Libertate Publica. Nummus hic non extat apud Mediobarbum.

(2) Nummi in Trajano Decio occurrunt cum epigraphe PANNONIAE. quos vide. Julianum Scriptores Correctorem Venetorum fuiſſe produnt, ſed hunc Pannonias ſibi adjunxiſſe docemur ex hoc nummo, qui quidem rariſſimus, imò ſingularis eſt : ſed accurata horum temporum hiſtoria ab aliis Scriptoribus, quàm qui ad noſtram ætatem pervenerunt, expectanda eſt : imò ne expectanda quidem, ſi coævorum Hiſtoricorum ſcripta ab his qui ſuperſunt, tametſi imperitiſſimis, cum fide tamen compilata fuiſſe velis. Quid enim ab illis ſperandum ſit, qui patriam ejus Principis ſub quo vivebant, in controverſiam adduxerunt? Atqui nihil illis familiarius : vel Carum vide : hunc Onufrius Romæ quidem, ſed Illyricianis parentibus natum fuiſſe aſſerit : Fabius Cerillianus contra Pœnis parentibus genitum, ipſum Illyricianum fuiſſe vult : in Ephemeride quadam nec Romanus, nec Illyricianus, ſed Mediolanenſis eſt ; alios etiam extitiſſe oportet, qui Narbone in Galliis natum ſcripſerint. Cæterum licet omnes Juliani nummi rariſſimi ſint, hic tamen ſingularis eſt, & deſideratur in Collectione Mediobarbi.

NUMISMATA LATINA Æ. III.

IMP C M AVR IVLIANVS P F AVG. Caput Juliani radiatum, ad humeros cum paludamento.

FELICITAS TEMPORVM. (1) Figura muliebris ſtolata, vultu dextrorſum converſo ſtans, caduceum tenet dextrâ, haſtæ adnititur ſiniſtrâ : à dextris in areâ S. à ſiniſtris B. in imâ parte XX. *Regius.*

Alius cum XXI. in imâ parte, eodem typo utrâque ex parte. *Fouc. Regius. Val.*

Eadem epigraphe cum eodem capitis typo.

VICTORIA AVG. (2) Victoria gradiens coronam lauream tenet dextrâ, palmæ ramum ſiniſtrâ : à dextris in areâ S. à ſiniſtris A. in imâ parte XXI. *Regius.*

(1) Nummos Juliani cum hac epigraphe & hoc typo deſiderari in Collectione Mediobarbi diximus paulò ſuperiùs ad ſimilem ejus nummum argenteum.

(2) Quemadmodum Pannonias Juliani authoritatem ſecutas fuiſſe docemur ex nummo ejus argenteo ſingulari ſuprà exhibito ; ita reportatam aliquam ab illo victoriam ſive à Barbaris, ſive ab aliquo Romano Duce, qui fidem Carino datam fallere recuſarit, innuit hic ejus rariſſimus nummus.

NUMISMATA ÆREA

incerti moduli.

IMP C M AVR IVLIANVS P F AVG.

VICTORIA AVG. XXI. S. A. Victoriæ typus.

PACATIANUS.

Figura muliebria ſtolata, ſedens in templo rotundo duabus columnis ſuffulto, dextra tenet navis gubernaculum, ſiniſtra cornucopiæ : juxtà ſellam rota. *Poſtumus pag.* 291.

Figura muliebris ſtolata, inſidens clypeo, dextra baculum inclinatum, læva cornucopiæ tenet. *Quietus pag.* 275.

Duo Imperatores paludati, quibus quinque figuræ adſiſtunt, ſacra faciunt ante templum ſex columnarum. *Treb. Gallus pag.* 62.

Mercurius nudus ſtans cum pallio, dextra crumenam, ſiniſtra caduceum gerit. *Valerian. pag.* 106.

Francia.

Vide in Gaudium Romanorum.

Fundator Pacis.

Mars capite galeato nudus cum pallio gradiens, captivum capite apprehenſum trahit dextra, ſiniſtra trophæum humero ſiniſtro gerit. II. *Licinius Jun. pag.* 200. *Conſtantin. pagg.* 271. 297.

Figura militaria gradiens, captivum capite apprehenſum trahit dextra, ſiniſtra trophæum humero ſiniſtro gerit. II. *Conſtantin. pag.* 271.

G.

Gabalorum.

Crux gradibus inſiſtens. II. *Juſtin. Jun. pag.* 651.

Gallienus Aug.

Caput Gallieni radiatum, ad humeros. *Gallienus pag.* 216.

Gallienus cum Exercitu ſuo.

Jupiter nudus inſiſtens baſi, in quâ ſcriptum IOVI VICTORI. Victoriæ ſignum ſuſtinet dextrâ, haſtæ puræ adnititur ſiniſtra. *Valerian. pag.* 106.

Gaudete Romani.

Victoriæ duæ ſuſtinent cippum, in quo ſcriptum, SIC XX SIC XXX. II. *Val. Maximian. pag.* 50.

Gaudium Populi Romani.

Corona quercea, intrà quam ſcriptum, SIC V SIC X. II. *Conſtans pag.* 349.

Corona laurea, intrà quam ſcriptum, SIC V SIC X. II. *Conſtans pagg.* 349. 353. 355. *Conſtantius pag.* 374.

Corona quercea, intrà quam ſcriptum, SIC X SIC XX II. *Conſtans pag.* 353.

Corona laurea, intrà quam ſcriptum, SIC X SIC XX. II. *Conſtantius pagg.* 369. 374.

Corona laurea, intrà quam ſcriptum, SIC XX SIC XXX. II. *Conſtantius pag.* 374.

Corona, in qua ſcriptum SIC XX SIC XXX, inter duas palmas. II. *Conſtantius pag.* 374.

Gaudium Reipublicæ.

Imperator togatus ſtat inter duos filios paludatos, alter à ſiniſtris ſtans, globum ſuſtinet dextra, alter à parte accipit. II. *Conſtantin. pag.* 245.

Trophæum erectum inter feminam à dextris, & captivum à ſiniſtris, humi ſedentes ac lugentes. II. *Conſtantin. pagg.* 245. 297.

Gaudium Romanorum.

Captiva mulier trophæo adſidens, puero mammam præbet II. *Val. Maximian. pag.* 50. *Maximin. pag.* 163.

Captiva mulier trophæo adſidens, dextroque innixa brachio plorat. II. *Conſtantin. pag.* 197.

Idem typus : in ima nummi parte ALAMANNIA. II. *Conſtantin. pagg.* 245. 246. *Criſpus pag.* 310.

Idem typus : in ima parte FRANCIA. II. *Conſtantin. pag.* 246. *Conſtantin. Jun. pag.* 331.

Trophæum erectum inter captivos duos humi ſedentes :

ſedentes : in ima nummi parte FRANC & ALAM. II. *Conſtantin. pag.* 246.

Mulier captiva adſidens trophæo . plorat : in imâ nummi parte SARMATIA. II. *Conſtantinus Jun. pag.* 332.

Idem typus : à ſiniſtris tres clypei jacent. II. *Conſtantinus Jun. pag.* 31t.

Labarum, in cujus ſiparo VOT X MVLT XV. erectum inter duos captivos humi ſedentes. II. *Conſtans pag.* 353.

Labarum, in quo VOT X MVLT XX. erectum inter duos captivos humi ſedentes. II. *Conſtans pag.* 333.

Labarum, in quo VOT XX MVLT XXX. erectum inter duos captivos humi ſedentes. II. *Conſtantius pag.* 374.

Victoria ſedens, tenet clypeum in quo ſcriptum VOT XX. II. *Conſtantius pag.* 378.

Genio Antiocheni.

Figura muliebris turrita, & infra fluvius emergens. II. *Julianus pagg.* 430. 438.

Genius Auguſti.

Figura virilis nuda ſtans, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ tenet. *Gallien. pag.* 162. II. *Maximin. pag.* 174. *Conſtantin. pag.* 271.

Idem Genius, cum aquila ad pedes. II. *Maximin. pagg.* 167. 174.

Idem Genius ſtans ad aram abſque aquila. II. *Maximin. pag.* 174.

Genius nudus ſtans, dextra pateram, læva cornucopiæ tenet : à ſiniſtris ſignum militare erectum. *Gallien. pag.* 162.

Genius nudus ſtans cum modio ſuprà caput, dextra tenet pateram, è qua liquorem effundit, ſiniſtra cornucopiæ tenet. II. *Maximin. pagg.* 167. 168.

Genius nudus ſtans, cum modio ſuprà caput, dextra tenet pateram, ſiniſtra cornucopiæ. II. *Gal. Maximian. pag.* 141.

Idem ſtans ad aram. *Gallien. pag.* 216. *Claud. Goth. pag.* 442. II. *Val. Maximian. pag.* 38.

Genius nudus ſtans, cum modio ſuprà caput, dextra pateram, læva cornucopiæ tenet : à ſiniſtris ſignum militare erectum. *Gallien. pag.* 216.

Idem : à ſiniſtris aquila legionaria. *Gallien. pag.* 190.

Genius cum modio ſuprà caput & pallio, ſtans, dextra tenet pateram, ſiniſtra cornucopiæ II. *Val. Maximian. pag.* 53. *Gal. Maximian. pag.* 134. *Licinius pag.* 184. *Conſtantin pag.* 260.

Idem, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus. *Claud. Goth. pag.* 333. *Quintillus pag.* 359. II. *Licinius pag* 187.

Genius cum modio ſuprà caput & pallio, ſtans, caput humanum adverſum ſuſtinet dextra, cornucopiæ ſiniſtra gerit. II. *Maximin. pag.* 174.

Idem, Victoriæ ſignum adverſum ſuſtinet dextra. II. *Licinius pag.* 187.

Idem, Victoriæ ſignum adverſum globo impoſitum ſuſtinet dextra. II. *Maximin. pagg.* 167. 174.

Genius cum modio ſuprà caput & pallio ſtans, dextra ſuſtinet caput adverſum Serapidis, ſiniſtra cornucopiæ gerit : pro pedibus palmæ ramus erectus. II. *Maximin. pagg.* 167. 174.

Genius nudus ſtans, abſque modio ſuprà caput, Solis caput radiatum ſuſtinet dextra, cornucopiæ gerit ſiniſtra. II. *Maximin. pag.* 167.

Idem capite turrito cum pallio. II. *Licinius pag.* 187.

Genius turrito capite cum pallio, ſtans, dextra pateram, læva cornucopiæ gerit. II. *Licinius pag.* 187.

Genius Auguſtorum.

Imperator galeato capite paludatus, dextra pateram tenens, ſtat ad aram, una alia figura ſacrificante : Imperatorem figura militaris retro ſtans coronat, eadem ſcutum ſiniſtra tenet : adeſt & ſignum legionarium. *Voluſianus pag.* 91.

Genius Augg. & Caeſſ.

Genius ſtans cum modio ſuprà caput & pallio, dextra pateram, læva cornucopiæ tenet. II. *Severus pag.* 124. *Gal. Maximian. pag.* 134. *Maximin. pag.* 168. *Conſtantin. pag.* 260.

Idem, liquorem effundit è patera. II. *Val. Conſtantius pag.* 96.

Genius Cæſaris.

Genius ſtans cum modio ſuprà caput & pallio, dextra tenet pateram, ſiniſtra cornucopiæ. II. *Maximin. pag.* 168. *Licinius pag.* 184.

Idem, ſtans ad aram. II. *Maximin. pag.* 168.

Genius ſtans cum modio ſuprà caput & pallio, dextra tenet pateram, è qua liquorem effundit, ſiniſtra cornucopiæ tenet. II. *Maximin. pag.* 168.

Genius Exercitus.

Genius ſtans cum modio ſuprà caput & pallio, dextra tenet pateram, læva cornucopiæ. *Claud. Goth. pagg.* 334. 343. 354. *Carinus pagg.* 528. 532. 539. II. *Maximin. pag.* 169.

Idem, ſtans ad aram. *Claud. Goth. pag.* 342.

Genius galeato capite ſtans cum pallio, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ tenet. *Aurelian. pag.* 376.

Genius Exercitus Illyriciani.

Genius ſtans cum modio ſuprà caput & pallio, dextra tenet pateram, ſiniſtra cornucopiæ. *Traj. Decius pagg.* 5. 18.

Idem, cum ſigno militari à ſiniſtris erecto. *Traj. Decius pagg.* 3. 5. 11. 18. *Her. Etruſcus pag.* 39.

Idem, cum ſigno militari à dextris erecto. *Traj. Decius pag.* 18.

Genius cum modio ſuprà caput & pallio, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus, dextra tenet pateram, ſiniſtra cornucopiæ : à dextris ſignum militare erectum. *Traj. Decius pag.* 5.

Idem, hinc inde duo ſigna militaria erecta. *Traj. Decius pag.* 11.

Genius Illyrici.

Genius ſtans cum pallio, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ tenet. *Traj. Decius pagg.* 5. 12.

Idem, cum modio ſuprà caput. *Aurelian. pagg.* 376. 388.

Genius ſtans cum pallio, dextra tenet pateram, ſiniſtra cornucopiæ : à ſiniſtris à tergo ſignum militare erectum. *Traj. Decius pag.* 5.

Idem typus cum modio ſuprà caput Genii. *Aurelian. pagg.* 366. 376. 388.

Genius ſtans cum pallio, dextra tenet pateram,

INDEX TYPORUM.

ſiniſtra geminum cornucopiæ. *Traj. Decius pag.* 12.

Genius Imperatoris.

Genius ſtans cum modio & pallio, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ tenet. II. *Gal. Maximian. pag.* 135. *Maximin. pag.* 170. *Licinius pag.* 184.

Idem, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus. II. *Maximin. pagg.* 170. 174. *Conſtantin. pag.* 260.

Genius Populi Romani.

Genius nudus ſtans cum modio ſuprà caput, dextra tenet pateram, ſiniſtra cornucopiæ. II. *Diocletian. pagg.* 13. 16. *Severus pag.* 225.

Idem, dextra tenet pateram, ex qua liquorem effundit. II. *Diocletian. pag.* 18.

Genius nudus cum modio ſuprà caput, ſtans ad tripodem ſuprà quem ignis accenſus, dextra pateram, læva cornucopiæ gerit. II. *Diocletian. pag.* 18.

Idem, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus. II. *Diocletian. pag.* 18.

Genius nudus turrito capite ſtans, pateram dextra, cornucopiæ ſiniſtra tenet. II. *Diocletian. pagg.* 18. 19.

Genius nudo capite ſtans cum pallio, dextra pateram, læva cornucopiæ gerit. II. *Severus pag.* 225.

Idem, ſtans ad aram. II. *Severus pag.* 125.

Genius ſtans cum modio ſuprà caput & pallio, pateram dextra, cornucopiæ ſiniſtra tenet. II. *Val. Maximian. pagg.* 59. 60. 62. *Val. Conſtantius pagg.* 92. 96. 99. *Gal. Maximian. pagg.* 132. 135. 136. 137. *Maximin. pag.* 170. *Licinius Jun. pag.* 200. *Conſtantinus pag.* 261.

Idem: ad pedes aquila alis expanſis, lauream coronam tenens roſtro. *Dom. Domitian. pag.* 412.

Genius ſtans cum modio ſuprà caput & pallio, dextra tenet pateram ex qua liquorem effundit, ſiniſtra cornucopiæ. II. *Val. Maximian. pag.* 60. *Gal. Maximian. pag.* 139.

Genius cum modio ſuprà caput & pallio, ſtans ad aram, dextra pateram, læva cornucopiæ tenet. II. *Val. Maximian. pagg.* 58. 60. 62. 62. *Val. Conſtantius pag.* 98. *Maximin. pag.* 170.

Idem, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus. II. *Val. Maximian. pagg.* 60. 63. *Val. Conſtantius pag.* 99. *Gal. Maximian. pagg.* 136. 137. *Conſtantius pag.* 261.

Genius capite turrito ſtans cum pallio, dextra pateram, læva cornucopiæ gerit. II. *Val. Maximian. pag.* 59. *Val. Conſtantius pag.* 99. *Severus pagg.* 123. 125. *Maximin. pagg.* 170. 171. *Licinius pagg.* 182. 185. 187. *Conſtantinus pagg.* 261. 262.

Idem, ad pedes aquila alis expanſis, roſtro tenens coronam lauream. *Dom. Domitian. pag.* 413.

Genius capite turrito cum pallio, ſtans ad aram, dextra pateram, ſiniſtra cornucopiæ tenet. *Dom. Domitian. pag.* 423. II. *Val. Maximian. pag.* 61. *Maximin. pag.* 171.

Idem, ſtans ad aram ſuprà quam ignis accenſus. II. *Severus pagg.* 123. 125. *Maximin. pag.* 171.

Caput galearum. II. *Val. Conſtantius pag.* 95.

S. Georgius. *ſcriptum* Ⓐ Ꝑ.

S. Georgii effigies ad pectus, dextra gladium aut ſpiculum, ſiniſtra clypeum tenentis. II. *Conſtant. Duc. pag.* 748. *Manuel. Comn. pagg.* 758. 759.

S. Georgii effigies ad pectus, cum tunica & pallio, palmam aut gladium dextra tenentis. II. *Alex. Comaen. pag.* 754.

Germanicus Maximus.

Trophæum erectum inter duos captivos humi ſedentes manibus poſt tergum revinctis. *Valerian. pag.* 107. *Gallienus pag.* 262. *Poſtumus pagg.* 291. 303.

Gloria Conſtantini Aug.

Imperator galeatus gradiens, & ſpolia opima lævo humero gerens, dextra captivum premit, alterum ſiniſtro pede calcat. II. *Conſtantinus pag.* 146.

Gloria Exercitûs.

Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra tenet ramuſculum, ſiniſtra columnæ innititur. II. *Conſtantius pag.* 374.

Eadem, ſiniſtra columnæ innixa haſtam tranſverſam tenet. II. *Conſtantius pag.* 374.

Figura militaris ſtans, dextra ſpiculo inverſo, ſiniſtra clypeo humi poſito innititur. II. *Conſtantinus pag.* 273.

Eadem figura militaris, à Victoria coronatur. II. *Arcad. pag.* 532.

Imperator eques captivum ſupplantans. II. *Magnentius pag.* 414

Duæ figuræ militares galeatæ ſtantes, dextris haſtas, ſiniſtris clypeos humi poſitos tenent: inter utramque trophæum. II. *Delmatius pag.* 318.

Eædem: inter eas ſignum militare. II. *Delmatius pag.* 317. *Conſtantinus Jun. pag.* 345. *Conſtans pagg.* 360. 364. *Conſtantius pagg.* 387. 393.

Eædem: inter eas labarum. II. *Conſtantin. pag.* 273. *Urbs Roma pag.* 305. *Conſtantin. Jun. pag.* 338. *Conſtans pagg.* 349. 361. *Helena Jul. pag.* 441.

Eædem: inter eas labarum in quo Chriſti monogramma. II. *Conſtantin. pag.* 273. *Delmatius pag.* 327. *Conſtantin. Jun. pag.* 337. *Conſtans pagg.* 353. 361. *Conſtantius pagg.* 388. 393.

Eædem: inter eas labarum in quo corona laurea. II. *Delmatius pag.* 327.

Eædem: inter eas duo ſigna militaria. II. *Conſtantin. pag.* 272. *Delmatius pag.* 328. *Conſtantin. Jun. pagg.* 339. 345.

Eædem: inter eas duo ſigna militaria, & inter ſigna crux. II. *Conſtantin. pag.* 272. *Conſtantin. Jun. pagg.* 339. 346 *Conſtantius pag.* 389.

Eædem: inter eas duo ſigna militaria, & inter ſigna Chriſti monogramma. II. *Conſtantin. Jun. pag.* 339.

Eædem: inter eas duo ſigna militaria, & inter ſigna corona laurea. II. *Conſtantin. pag.* 272. *Conſtantin. Jun. pag.* 339. *Conſtans pag* 362. *Conſtantius pag.* 389.

Eædem: inter eas duo ſigna militaria, & inter ſigna palmæ ramus. II. *Conſtantin. pag.* 272. *Conſtantin. Jun. pag.* 339. *Conſtans pag.* 362. *Conſtantius pag.* 389.

Eædem: inter eas duo ſigna militaria, & inter ſigna ſtella. II. *Conſtantin. pag.* 272. *Conſtantius pag.* 389.

Eædem: inter eas duo ſigna militaria, inter ſigna palmæ ramus, & ſupernè ſtella. II. *Conſtantin. pag.* 272.

Eædem: inter eas duo ſigna militaria, & inter ſigna luna bicornis. II. *Conſtantius pag.* 389.

INDEX TYPORUM.

Gloria Exercitûs Gall.

Imperator eques, dextra elata. II. *Conſtantin. pag.* 246.

Gloria Imperii Romani.

Imperator & Auguſta ſtantes, crucem geminam una tenent: ille præterea globum crucigerum dextra ſuſtinet. II. *Conſtantin. Iren. pag.* 708.

Gloria Novi Sæculi.

Imperator galeato capite paludatus ſtans, dextra labaro, ſiniſtra clypeo humi poſito innititur. II. *Gratianus pag.* 486.

Imperator galeato capite paludatus ſtans, dextra labaro in quo Chriſti monogramma, ſiniſtra clypeo humi poſito innititur. II. *Gratianus pag.* 486.

Idem, capite laureato. II. *Gratianus pag.* 486.

Gloria Orbis Terrarum.

Imperator paludatus ſtans, dextra labarum, ſiniſtra crucem tenet. II. *Theodoſ. pagg.* 507. 508.

Imperator paludatus ſtans, dextra innititur labaro, ſiniſtra globum crucigerum ſuſtinet. II. *Theodoſ. pag.* 507. *Theodoſ. Jun. pag.* 558.

Idem, dextra innititur labaro, in quo Chriſti monogramma. II. *Marcianus pag.* 579.

Idem, dextra tenet crucem. II. *Tiberius pag.* 658.

Gloria Perpetua.

Duæ Victoriæ tunicatæ ac ſuccinctæ gradientes, ſingulæ coronam lauream dextera, palmæ ramum ſiniſtra tenent: inter eas labarum. II. *Conſtantin. pag.* 273.

Gloria Reipublicæ.

Duæ Victoriæ ſedentes, una tenent clypeum, in quo ſcriptum VOT V. II. *Julianus pag.* 425.

Duæ Victoriæ ſedentes una tenent clypeum, in quo corona quercea, intrà quam ſcriptum VOT XXX MVLT XXXX. II. *Conſtantius pag.* 370.

Figura muliebris galeata, haſtam tenens, & altera turrita, ſedentes, una tenent clypeum, in quo VOTIS V. II. *Julianus pag.* 425.

Eædem, una tenent clypeum, in quo VOT V MVLT X. II. *Valentinian. pag.* 458.

Eædem, una tenent clypeum, in quo VOT XX MVLT XXX. II. *Conſtantius pag.* 369.

Figura muliebris galeata, haſtam ſiniſtra tenens, & altera turrita, pede dextro proræ navis impoſito, ſedentes, una tenent clypeum, in quo VOTIS V MVLTIS X. II. *Conſtant. Gal. pag.* 417. *Julianus pag.* 425.

Eædem, una tenent clypeum, in quo VOT XX MVLT XXX. II. *Conſtantius pag.* 369.

Figura muliebris galeata, haſtam ſiniſtra tenens, & altera turrita, pede dextro proræ navis impoſito, ſceptrum tenens ſiniſtra, ſedentes, una tenent clypeum, in quo VOT XX MVLT XXX. II. *Conſtantius pag.* 369.

Eædem, una tenent clypeum, in quo VOT XXX MVLT XXXX. II. *Conſtantius pag.* 369. 393.

Eædem, una tenent clypeum, in quo VOT XXXX. II. *Conſtantius pagg.* 370. 374.

Victoria ſeminuda thoraci inſidens, coronam intrà quam ſidus una tenet cum Genio alato ante ipſam ſtante. II. *Conſtant. Gal. pag.* 317.

Imperatores duo laureati & ſtolati, circà quorum capita nimbus, una ſedent: inter utriuſque capita Chriſti monogramma: his adſtant duæ aliæ figuræ laureatæ ac ſtolatæ, ramum lauri dextra tenentes ſingulæ. II. *Conſtans pag.* 349.

Gloria Romanorum.

Figura muliebris galeata ſedens, dextra globum ſuſtinet, ſiniſtra haſtæ ferratæ adnititur. II. *Gratian. pag.* 482. *Honor. pag.* 542.

Eadem, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum. II. *Conſtantin. Jun. pag.* 331.

Figura muliebris galeata inſidens ſpoliis, dextra ſceptrum, ſiniſtra haſtam tranſverſam tenet. II. *Conſtantin. pag.* 273.

Eadem, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextra. II. *Conſtantin. pag.* 273. *Conſtans pag.* 364.

Figura muliebris ſtolata ſedens, pede dextro proræ navis impoſito, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra haſtam tranſverſam vel ſceptrum tenet. II. *Conſtantius pag.* 370.

Figura muliebris galeata inſidens ſpoliis, dextra ſcribere parat in clypeo cippo innixo. II. *Conſtantius pag.* 378.

Eadem, in clypeo cippo innixo ſcribit VOT. II. *Conſtantius pag.* 378.

Figura muliebris galeata ſedens, dextra tenet coronam, ſiniſtra crucem. II. *Plac. Valentin. pag.* 571.

Duæ figuræ muliebres ſedent; altera galeata, dextra Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra ſcipionem tenet: altera turrito capite, pede dextro proræ navis impoſito, haſtam dextra tenet. II. *Julianus pag.* 426.

Eædem: ſingulæ Victoriæ ſignum globo impoſitum dextra, haſtam ſiniſtra tenent. II. *Conſtant. Gal. pag.* 417. *Julianus pag.* 426.

Eædem; ſed cujus caput turritum eſt, ea cornucopiæ læva gerit. II. *Gratian. pag.* 481.

Duæ figuræ muliebres ſedent; altera cum nimbo circà caput, Victoriæ ſignum globo impoſitum dextra, haſtam ſiniſtra tenet: altera turrito capite, pede dextro proræ navis impoſito, Victoriæ ſignum globo impoſitum & ipſa ſuſtinet dextra, cornucopiæ læva gerit. II. *Valentinian. Jun. pag.* 492.

Duæ figuræ muliebres galeatæ ſedentes, ſingulæ dextra globum, ſiniſtra haſtam tenent: inter earum capita crucicula. II. *Valentinian. pag.* 456.

Duæ figuræ muliebres galeatæ, quarum altera pede dextro proræ navis inſiſtit, ſedentes, una tenent coronam intrà quam VOT X MVLT XX. ſuprà coronam Chriſti monogramma. II. *Valens pag.* 471.

Duæ figuræ muliebres, ſedentes, una tenent coronam in qua VOT X MVLT XX. cum Chriſti monogrammate ſuprà coronam: harum altera turrita, altera galeata, pede proræ navis impoſito, ſceptrum tenet. II. *Valens pag.* 471.

Imperator togatus ſtans, dextra extenſa globum, ſiniſtra ſcipionem tenet. II. *Conſtans pag.* 356.

Imperator laureato capite paludatus ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra globum tenet. II. *Honor. pagg.* 544. 545.

Idem, ſiniſtra globum crucigerum tenet. II. *Juſtinian. pag.* 635.

Imperator paludatus ſtans, dextra labarum, ſiniſtra globum tenet. II. *Theodoſ. pagg.* 508. 510. *Arcad. pagg.* 531. 532. *Honor. pag.* 545. *Theodoſ. Jun. pag.* 560.

Idem, dextra tenet labarum in quo Chriſti monogramma. II. *Theodoſ. pag.* 509. *Honor. pag.* 545.

Imperator paludatus ſtans, dextra tenet labarum, ſiniſtra clypeum humi poſitum. II. *Valentinian. pag.* 458.

Idem: juxtà pedes captivus humi ſedens. II. *Arcad. pag.* 532.

Idem: juxtà pedes captivus in genua provolutus. II. *Arcad pagg.* 531. 535.

Imperator paludatus ſtans, dextra tenet labarum in quo crux, ſiniſtra clypeum humi poſitum: pro pedibus captivus humi ſedens. II. *Arcad. pag.* 531.

Imperator paludatus ſtans, dextra tenet labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtra paludamento cooperta. II. *Magnent. pag.* 408.

Imperator paludatus ſtans, dextra tenet labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtra ſcipionem. II. *Conſtantius pag.* 383. *Vetranio pag.* 399.

Imperator paludatus ſtans & captivi dorſum pede dextro premens, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum, ſiniſtra innititur labaro in quo Chriſti monogramma. II. *Magnentius pag.* 405.

Imperator paludatus ſtans, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra tenet labarum in quo Chriſti monogramma. II. *Vetranio pag.* 400.

Idem, ſtans inter duos captivos humi ſedentes. II. *Magnentius pagg.* 405. 410.

Imperator galeato capite paludatus ſtans, dextra captivi in genua provoluti caput premit, ſiniſtra tenet labarum. II. *Valentinian. pag.* 466. *Valens pagg.* 473. 474. *Gratian. pag.* 488. *Theodoſ. pagg.* 512. 514. *Priſc. Attal. pag.* 555.

Idem, ſiniſtra tenet labarum in quo Chriſti monogramma. II. *Valentinian. pag.* 463. *Valens pag.* 474. *Gratian. pagg* 481. 487. 489 *Valentinian. Jun. pagg.* 494. 495. *Theodoſ. pag.* 512. *Arcad. pag.* 533. &c.

Idem, tenet ſiniſtra haſtam, in cujus ſummitate Chriſti monogramma. II. *Valentinian. pag.* 463.

Idem, tenet ſiniſtra labarum in quo crux. II. *Gratian. pag.* 489.

Imperator galeato capite eques, dextra elata, ſiniſtra equum regit. II. *Theodoſ. pag.* 512. *Arcad. pag.* 533. *Honor. pag.* 545. *Theodoſ. Jun. pag.* 561.

Idem, dextra elata coronam tenet. II. *Procopius pag.* 479. *Honor. pag.* 545.

Imperator eques, hoſtem procumbentem ac manibus protenſis ſupplicem haſta impetit, ſiniſtra equum ferocientem regit: ſub equo clypeus projectus & haſta fracta. II. *Conſtans pag.* 359. *Conſtantius pagg.* 385. 389. 393. *Nepotian. pag.* 396. *Magnentius pagg.* 402. 403. 404. 408. &c.

Idem, cum nimbo circà caput: ſub equo clypeus projectus, & ſignum militare fractum. II. *Magnentius pag.* 403.

Imperator eques, clypeum ſiniſtra tenens, hoſtem in genua prolapſum & ſupplicem impetit haſtâ: ſub equo clypeus projectus. II. *Conſtant. Gal. pag.* 418.

Imperator eques, cui adſiſtit figura mulicbris ſtolata. II. *Conſtantius pag.* 374.

Figura militaris galeata ſtans, dextra clypeo humi poſito, ſiniſtra labaro adnititur. II. *Valentinian. pag.* 466.

Figura militaris ſtans, dextra labaro in quo Chriſti monogramma, ſiniſtra ſcuto innititur. II. *Gratian. pag.* 489.

Figura militaris galeata, dextra elata, ſiniſtra ad latus compoſita, ſtat in triremi quam Victoria gubernat. II. *Valentinian. pagg.* 460. 466. *Gratian. pagg.* 482. 484. *Valentinian. Jun. pagg.* 493. 495. *Theodoſ. pagg* 508. 510. 512. *Theodoſ. Jun. pag.* 560.

Figura militatis galeata, ſtans in triremi in qua duo remiges. II. *Theodoſ. Jun. pag.* 560.

Eadem, ſtans in triremi in qua duo remiges, & duo ſigna militaria. II. *Valentinian. pag.* 461.

Imperator in quadrigis. II. *Tiberius pag.* 638.

Imperator cum nimbo circà caput in curru ſex equorum, dextra elata, ſiniſtra globum ſuſtinet. II. *Arcadius pag.* 528. *Honor. pag.* 540.

Duo Imperatores paludati ſtantes, ſinguli tenent dextra labarum in quo Chriſti monogramma, ſiniſtra globum. II. *Valens pagg.* 471. 473.

Duo Imperatores paludati ſtantes, una globum, ſinguli haſtam tenent. II. *Honor. pag.* 545.

Duo Imperatores paludati ſtantes, ſinguli globum dextra, haſtam ſiniſtra tenent. II. *Theodoſ. pag.* 512.

Duo Imperatores galeati & paludati ſtantes, ſinguli dextra haſtam, ſiniſtra clypeum humi poſitum tenent. II. *Theodoſ. pag.* 512. *Arcad. pagg.* 530. 535. *Honor. pag.* 546.

Tres Imperatores habitu militari ſtantes, dextra haſtam, ſiniſtra clypeum humi poſitum ſinguli tenent. II. *Conſtantius pag.* 374. *Theodoſ. pag.* 513. *Arcad. pagg.* 533. 535. *Honor. pag.* 545. &c.

Roma galeata, & Imperator paludatus ſtantes, una tenent clypeum, in quo VOT XXX MVLT XXXX. II. *Conſtans pag.* 356.

Auguſta ſtolata ſedens, læva ad pectus compoſita, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextra. II. *Æl. Eudoxia pag.* 563.

Auguſta ſtolata ſedens, manibus ad pectus compoſitis: manus ex alto coronam ex margaritis capiti ejus imminentem tenet. II. *Æl. Eudoxia pag.* 563.

Victoria tunicata & ſuccincta gradiens, dextra tenet coronam lauream, ſiniſtra palmam. II. *Conſtantius pag.* 393. *Conſtans. Gal. pagg.* 418. 416. *Valens pag.* 475. *Gratian pag.* 488.

Eadem: pro pedibus captivus in genua provolutus manibus poſt tergum revinctis. II. *Conſtant. Gal. pag.* 418.

Victoria tunicata & ſuccincta gradiens, dextra coronam lauream, ſiniſtra trophæum gerit. II. *Conſtantius pagg.* 393.

Victoria tunicata gradiens, dextra tenet crucem. II. *Plac Valentin. pag.* 572.

Victoria ſeminuda ſtans, ſcribit VOT V MVLT X. in clypeo genu innixo. II. *Conſtant. Gal. pag.* 418.

Victoria galeata ſtans, dextro pede captivum premens, dextra ſpicas, (veriùs, palmæ ramum) ſiniſtra labarum tenet. II. *Conſtans pag.* 355.

Caſtrorum porta cum duabus turribus. II. *Gratian. pag.* 485.

Gloria *Sæculi* Virtus Cæſ. *vel* Cæſſ.

Imperator ſeminudus thoraci inſidens, dextram protendit ad figuram militarem, quæ phœnicem globo impoſitum illi offert dextra, trophæum verò ſiniſtra gerit: juxtà figuram militarem panthera, ut videtur. II. *Conſtantin. pagg.* 246. 253. 256.

Gloria & Reparatio Temporum.

Imperator habitu militari ſtans, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra tenet labarum. II. *Magnentius pag.* 402.

H.

Hercules.

Hercules nudus ſtans, dextra innititur clavæ, ſiniſtra ramum & leonis exuvias tenet. *Poſtumus pag.* 310.

Hercules Comes Aug. *vel* Augg. *vel* Augg. & Cæſſ.

Hercules capite laureato nudus ſtans, oleæ ramum tenet dextra, clavam verò erectam cum leonis exuviis geſtat ſiniſtra. *Probus pag.* 460.

Hercules nudus ſtans, dextra innititur clavæ, ſiniſtra arcum & leonis exuvias gerit. II. *Diocletian. pag.* 6. *Maxentius pagg.* 149. 155.

Idem, cum pharetra ex humeris ſuſpenſa. II. *Maxentius pag.* 149.

Hercules nudus cum clava & leonis exuviis, ſtat inter Imperatorem velato capite togatum, dextra libantem patera ſuper tripodem ignitum, ſiniſtra codicillos tenentem; & popam ſecurim humero dextro gerentem, ſiniſtra verò ducentem victimam. *Poſtumus pag.* 297.

Hercules Conſervator Aug. *vel* Augg. *vel* Cæſ. *vel* Augg. & Cæſſ.

Hercules nudus ſtans, dextra poſt tergum reducta, clavæ rupi impoſitæ innititur ſiniſtra, qua & leonis exuvias geſtat. II. *Val. Maximian. pag.* 70.

Idem, clavæ innititur ſiniſtra, qua & leonis exuvias ex humero pendentes geſtat. II. *Diocletian. pag.* 28. *Val. Maximian. pag.* 50.

Hercules nudus ſtans, femori innititur dextra, clavæ ſiniſtra, qua & leonis exuvias geſtat. II. *Diocletian. pag.* 28.

Hercules nudus ſtans, dextra innititur clavæ, ſiniſtra geſtat leonis exuvias ex humeris pendentes. II. *Val. Maximian. pag.* 50. *Val. Conſtantius pag.* 91.

Hercules nudus ſtans, dextra innititur clavæ, ſiniſtra arcum & leonis exuvias gerit. II. *Diocletian. pag.* 28. *Severus pag.* 1·3.

Idem, cum pharetra ex humeris ſuſpenſa. II. *Val. Maximian pag.* 50.

Hercules nudus ſtans, dextra elata ramum tenet, clavæ verò innititur ſiniſtra, qua & leonis exuvias gerit. II. *Diocletian.* pag. 28. *Val. Maximian. pagg.* 53. 63.

Idem, clavam elatam tenet ſiniſtra, qua & leonis exuvias gerit. II. *Val. Maximian. pag.* 70.

Hercules cum leone colluctatur; *in uno* juxtà eum clava. II. *Conſtantin. pag.* 262.

Hercules cum clava & leonis exuviis, & Imperator ſtant ex adverſo, intermedio tripode. II. *Val. Maximian. pagg.* 52. 69.

Aper currens. *Galienus pagg.* 153. 163. 216.

Hercules Cretenſis.

Hercules taurum domans. *Poſtumus pag.* 287.

Hercules Debellator.

Hercules clava decertans contrà Hydram. II. *Val. Maximian. pagg.* 50. 55. 83.

Hercules Deuſonienſis.

Herculis caput leonis exuviis tectum. *Poſtumus pag.* 310.

Hercules nudus ſtans, dextra arcum & leonis exuvias gerit, ſiniſtra clavæ innititur. *Poſtumus pag.* 303.

Hercules nudus ſtans, dextra clavæ innititur, ſiniſtra gerit arcum & leonis exuvias. *Poſtumus pagg.* 291. 299. 303. 306. 310. *Poſtum. Jun. pag.* 313.

Hercules nudus ſtans in templo quatuor columnis ſuffulto, dextra clavæ innititur, ſiniſtra leonis exuvias geſtat. *Poſtumus pagg.* 291. 303.

Hercules nudus ſtans in templo duabus columnis ſuffulto, clavæ innititur dextra, arcum verò cum leonis exuviis gerit ſiniſtra. *Poſtumus pag.* 310.

Idem, ſtans in templo quatuor columnis ſuffulto. *Poſtumus pagg.* 299. 306.

Idem, ſtans in templo ſex columnis ſuffulto. *Poſtumus pag.* 310.

Hercules Erymanthinus.

Hercules aprum humeris ferens: pro pedibus vas quoddam. *Poſtumus pag.* 191.

Hercules Immortalis.

Hercules Cerberum catenis conſtringens. *Poſtumus pag.* 291.

Hercules Invictus.

Hercules monſtrum quoddam, taurus videtur, pede dextro proterens, ſiniſtra clavam tenet cum leonis exuviis. *Poſtumus pagg* 291. 310.

Hercules Invictus Augg.

Hercules nudus ſtans, Victoriæ ſignum ſuſtinet dextra, clavæ verò innititur ſiniſtra, qua & leonis exuvias gerit. II. *Diocletian. pag.* 28.

Idem, Victoriæ ſignum globo impoſitum ſuſtinet dextra. II. *Val. Maximian. pag.* 70.

Hercules Libycus.

Hercules Antheum brachiis comprimens. *Poſtumus pag.* 287.

Hercules Macuſanus.

Hercules nudus ſtans, dextra poſt tergum reducta, clavæ rupi impoſitæ innititur ſiniſtra, qua & leonis exuvias gerit. *Poſtumus pagg.* 291. 299.

Hercules Pacifer.

Hercules nudus ſtans, dextra elata oleæ ramum, ſiniſtra clavam erectam, & leonis exuvias gerit. *Poſtumus pagg.* 292. 299. 303. 307. *Probus pagg.* 448. 466. 490. II. *Val. Maximian. pagg.* 53. 70.

Hercules Romanus *in aliis additur* Aug.

Hercules nudus ſtans, dextram imponens trophæo à dextris erecto, ſiniſtra clavam erectam cum

leonis exuviis tenet. *Probus pagg.* 444. 490.
Arcus, clava & pharetra. *Poſtumus pag.* 292.

Hercules Victor.

Hercules nudus ſtans, dextra poſt tergum reducta, clavæ innititur ſiniſtra, qua & leonis exuvias gerit. II. *Maximin. pagg.* 165. 175.
Hercules nudus ſtans, dextra clavæ innixus, exuvias leonis gerit ſiniſtra. II. *Val. Maximian. pag.* 50.
Idem, ſiniſtra arcum & leonis exuvias gerit. *Æmilian. pag.* 93.
Hercules nudus ſtans, dextra innititur clavæ, ſiniſtra tenet globum cum exuviis leonis. II. *Severus pag.* 125.
Idem, ſiniſtra tres globulos cum leonis exuviis gerit. II. *Val. Conſtantius pag.* 103.
Hercules nudus rupi inſidens, utraque manu tenet leonis exuvias: à dextris clava, à ſiniſtris pharetra & arcus. II. *Val. Maximian. pag.* 50.
Hercules nudus rupi inſidens, cum leonis ſpoliis circà verenda, ſiniſtra innititur clavæ, dextra brachio: à ſiniſtris arcus & pharetra. II. *Val Maximian. pagg.* 50. 71.

Herculio Maximiano Aug.

Imperator paludatus ſedet à dextris, dextra elata, ſiniſtra globum ſuſtinens: à ſiniſtris ſedet Hercules, ſiniſtra clavæ innixus, cum leonis exuviis circà femur ſiniſtrum, & ad latus pharetra & arcu: utrumque Victoria alis expanſis, retro ſtans coronat. II. *Dioclet.an. pagg.* 13. 14.

Hilaritas.

Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra tenet corollam, ſiniſtra haſtæ adnititur. *Tetricus pag* 402.

Hilaritas Aug. *vel* Augg.

Figura muliebris ſtolata ſtans ad aram, dextra tenet corollam, ſiniſtra palmam. *Tetricus pag.* 406.
Figura muliebris ſtolata ſtans, palmæ ramum oblongum tenet dextra, cornucopiæ læva gerit. *Tetricus pagg.* 400. 401. 402.
Eadem: à ſiniſtris alterum cornucopiæ. *Claud. Goth. pag.* 343.

Hoc Signo Victor eris.

Imperator paludatus ſtans, dextra adnititur labaro in quo Chriſti monogramma, ſiniſtra tenet ſcipionem. II. *Conſtant. Gal. pag.* 421.
Imperator paludatus ſtans, dextra adnititur labaro in quo Chriſti monogramma, ſiniſtra demiſſa: hunc Victoria retro ſtans, coronat, & palmæ ramum ſiniſtra gerit. II. *Conſtantius pag.* 374. *Vetranio pag.* 399.
Idem typus; ſed Imperator læva tenet ſcipionem. II. *Conſtantius pagg.* 383. 393. *Vetranio pagg.* 399. 400. *Conſtant. Gal. pag.* 42u.

I.

Iaasui.

Navis cum remis in medio mari. *Victorin. Jun. pag.* 324.
III.
Figura virilis nuda, haſtam dextra tenens: à dextris crucicula. *Tacitus pag.* 423.

Ieſus Chriſtus. *ſcriptum* IC XC.

Chriſti effigies ad pectus, dextra elata, ſiniſtra Codicem Evangeliorum tenentis. II. *Michael Rh. pag.* 712. *Michaël Ebr. pàg.* 722. *Baſil. Bulg. pag.* 741. *Michael. Duc. pag.* 751. &c.
Chriſtus ſedens, dextra elata, ſiniſtra Codicem Evangeliorum tenet. II. *Niceph. Bot. pag.* 752. *Joan. Comn. pag.* 756.
Chriſtus ſedens, utramque manum pallio involutam imponit Codici Evangeliorum genibus innixo: hinc inde ſtella. II. *Uroſius pag.* 772.
Chriſtus ſtans cum libro Evangeliorum. II. *Joan. Comn. pag.* 756. *Manuel Comn. pag.* 758.

Jeſus Chriſtus ΒΑCΙΛΕΥC ΒΑCΙΛΕωΝ.

Crux gradibus inſiſtens. II. *Joan. Zim. pag.* 738.

Jeſus Chriſtus ΝΙCΑ.

Crux. II. *Joan. Zim. pag.* 739.
Crux inſiſtens gradibus. II. *Leo Sap. pag.* 728. *Roman. Lec. pag.* 730.
Crux cum globulis. II. *Joan. Zim. pag.* 738.

Jeſus Chriſtus (*in uno* DN) Rex Regnantium.

Chriſti effigies ad pectus, in quo depicta crux, dextra elata, ſiniſtra codicem Evangeliorum tenentis. II. *Juſtinian. pag.* 695. *Baſil. pag.* 726. *Roman. Lec. pag.* 730. &c.
Chriſti effigies ad pectus, læva elata, dextra codicem Evangeliorum tenentis. II. *Juſtinian. pag.* 695.
Chriſtus ſtans, labarum ſiniſtra tenet. II *Juſtinian. pag.* 695.
Chriſtus ſedens in cathedra, dextra elata, læva codicem Evangeliorum tenet. II. *Michael Rh. pag.* 712. *Iſaac. Comn. pag.* 747. *Roman. Diog. pag.* 749.
Idem, præterea globum crucigerum dextra tenet. II. *Leo Iſaur. pag.* 702.
Chriſti effigies ad pectus, dextra codicem Evangeliorum, læva alterum volumen tenentis. II. *Baſil. pag.* 726.

Imp X COS IIII. *vel* V.

Victoria ſeminuda ſtans, dextra elata coronam lauream gerit, ſiniſtra palmæ ramum oblongum & humi poſitum tenet. *Poſtumus pag.* 292.
Eadem, dextram ad caput admovet. *Poſtumus pag.* 310.
Eadem, dextra tunicam attollit à tergo. *Poſtumus pag.* 307.

Imp XXXII. *vel* XXXXII. Cos XVII PP.

Figura muliebris galeato capite ſtolata ſedens, dextra ſuſtinet globum crucigerum, ſiniſtra ſceptrum tenet. II. *Plac. Valentin. pag.* 571.
Eadem, pede lævo proræ navis impoſito. II. *Theodoſ. Jun. pag.* 558. *Plac. Valentin. pag.* 571.
Eadem, ſiniſtra haſtam tenet. II. *Theodoſ. Jun. pag.* 558. *Æl. Eudoxia pag.* 563.
Victoria ſedens, dextra globum crucigerum, læva ſcipionem tenet. II. *Æl. Eudoxia pag.* 563.

INDEX TYPORUM.

Impp Diocletiano & Maximiano Coſſ.

Imperatores duo in quadrigis triumphalibus ab elephantis quatuor tractia, à Victoria pone eos ſtante coronantur : adſtant ſex prætoriani cum haſtis & ſignis militaribus. II. *Diocletian. pag.* 14.

Impp Diocletiano III & Maximiano Ccss.

Imperatores duo in quadrigis triumphalibus tractis ab elephantis quatuot, quibus inſident quatuor rectores, galea, cui palmæ ramus accommodatus eſt, inſignes : Imperatorum unus trophæum dextra gerit, alter dextram imponit brachio alterius : pone eos volitat Victoria. II. *Diocletian. pag.* 7.

Indictione VIII.

Crux globo inſiſtens. II. *Heraclius pag.* 686.

Indulgentia Aug.

Figura muliebris tunicata ſtana, cum ſtola in brachium dextrum rejecta, dextra tenet florem, ſiniſtra tunicam colligit. *Gallienus pagg.* 163. 216 *Florian. pagg.* 433. 435. 458.

Figura muliebris ſtolata ſtaus, dextra globum, ſive rotam ad pedes poſitam bacillo tangit, ſiniſtra cubito columnæ nixa, cornucopiæ tenet ſiniſtra. *Gallienus pagg.* 163. 216.

Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra ramum tenet, ſiniſtra haſtam. *Gallienus pag.* 216.

Figura muliebris ſedens, dextra demiſſa tenet ramuſculum, ſiniſtra haſtam tranſverſam. *Gallienus pagg.* 163. 197. 216.

Figura muliebris ſeminuda ſedens, dextra elata tenet pateram, ſiniſtra cornucopiæ. *Macrianus Jun. pag.* 273.

Eadem, ſiniſtra haſtam tranſverſam, ſive ſceptrum tenet. *Macrianus Jun. pagg.* 272. 273. *Quietus pagg.* 275. 276.

Victoria gradiens, coronam lauream tenet dextra, palmæ ramum ſiniſtra. *Carus pag.* 499.

Indulgentia Pia Poſtumi Aug.

Imperator togatus ſedens in ſella curuli, dextram porrigit figuræ muliebri in genua provolutæ. *Poſtumus pag.* 287.

Invicta Roma.

Caput muliebre galeatum, ad pectus cum ſtola. II. *Theodoric. pag.* 616. *Athalaric. pag.* 643. *Witig. pag.* 645.

Victoria gradiens tunicata & ſuccincta, coronam lauream dextra, palmæ ramum ſiniſtra tenet. II. *Anaſtaſ. pag.* 612.

Eadem, ſiniſtra trophæum humero lævo geſtat. II. *Zeno pag.* 602.

Invicta Roma Æterna.

Figura muliebris galeato capite ſtolata ſedens, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra haſtæ adnititur. II. *Priſc. Attal. pagg.* 554. 555.

Eadem, inſidens thoraci. II. *Priſc. Attal. pag.* 555.

Invicta Roma Felix Carthago.

Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra ſpicas, ſiniſtra fructus tenet. II. *Alexander pag.* 161.

Invictus.

Vide in Sol Invictus.

Invictus Aug.

Caput Claudii Goth. galeatum, ad pectus cum paludamento. *Claud. Goth. pag.* 332.

Johannes.

Crux inter duaa ſtellas. II. *Theodebert. pag.* 648.

Iovio & Herculio.

Imperatores duo laureati, ſinguli pateram ſuper tripodem accenſum effundunt : ſuperiùs Jovis & Herculis ſtatuæ altari impoſitæ. II. *Diocletian. pag.* 9.

Iſis.

Conſerv Aug.

Iſis ſtans cum loti flore ſuprà caput, ſiſtrum dextra, vaſculum ſiniſtra tenet : ex adverſo Serapis ſtans cum modio altiore ſuprà caput & pallio, dextra elata, ſiniſtra haſtam geſtat. *Claud. Goth. pag.* 340.

Iſis Faria.

Iſidis caput loti flore inſigne, ad pectus cum ſtola. II. *Helena Jul. pag.* 442.

Iſis velato capite, pectore tenus cum ſtola, dextra ſiſtrum tenet. II. *Helena Jul. pag.* 443.

Iſis pectore tenus cum ſtola, dextra ſiſtrum, ſiniſtra pateram frugibus refertam gerit. II. *Julianus pag.* 417.

Caput Juliani imberbe cum corona ex margaritis, ad pectus cum paludamento. II. *Julianus pag.* 434.

Vide in Vota Publica.

Iven... SPC.

Hercules nudus ſtans cum leonis exuviis circà brachium dextrum, dextra globum ſuſtinet, ſiniſtra clavæ adnititur. *Vabalath. pag.* 397.

Julianus Cæſar.

Tria ſigna militaria erecta. II. *Julianus pag.* 417.

Juno.

Juno ſtolata velato capite ſtans, dextra tenet pateram, ſiniſtra haſtæ puræ adnititur : juxtà pedes à dextris pavo. *Her. Etruſcilla pag.* 30.

Juno Aug.

Juno ſtolata ſedens, Spei florem tenet dextra, ſiniſtra infantem faſciis involutum geſtat in gremio. *Salonina pagg.* 238. 252.

Juno ſtolata ſedens, dextra tenet pateram, ſiniſtra columbam (malim pavonem.) *Salonina pag.* 238.

Juno Conſervatrix. *in aliis* Aug.

Juno ſtolata ſtans, pateram tenet dextra, haſtæ puræ adnixa ſiniſtra: à dextris juxtà pedes pavo. *Gallienus pag.* 218. *Salonina pagg.* 238. 252.

Cerva. *Salonina pagg.* 238. 252.

Capra. *Salonina pagg.* 238. 252.

Juno Martialis.

Juno ſtolata ſedens, dextra demiſſa tenet palmæ ramum, ſive ſpicas, ſiniſtra ſedi innititur. *Voluſian. pag.* 81.

Eadem, ſiniſtra tenet haſtam puram tranſverſam. *Treb. Gallus pagg.* 57. 59. 75. *Voluſian. pag.* 81.

Juno ſtolata ſedens, dextra demiſſa palmæ ramum, ſive ſpicas gerit, ſiniſtra elata globum ſuſtinet. *Treb. Gallus pag.* 65.

Eadem, velata cum tutulo. *Voluſian. pag.* 81.

Juno ſtolata ſedens in templo rotundo duabus columnis ſuffulto, dextra demiſſa ramuſculum, ſive ſpicas tenet, ſiniſtra genu innixa. *Treb. Gallus pag.* 65. *Voluſian. pagg.* 81. 87.

Eadem, ſiniſtra elata: à dextris juxtà pedes pavo. *Treb. Gallus pag.* 57. *Voluſian. pag.* 80.

Juno ſtolata ſtans in templo rotundo quatuor columnis ſuffulto, dextra demiſſa ramuſculum ſive ſpicas tenet, ſiniſtra haſtæ adnititur: à dextris juxta pedes pavo: hinc inde inter columnas tauri decumbentis ſignum. *Treb. Gallus pag.* 62.

Juno Regina.

Juno ſtolata ſtans, dextra tenet pateram, ſiniſtra haſtæ puræ adnititur. *Salonina pagg.* 244. 252. 256. *Severina pag.* 394. *Mag. Urbica pag.* 511.

Eadem: à dextris juxta pedes pavo. *Her. Etruſcilla pag.* 36. *Corn. Supera pag.* 78. *Salonina pagg.* 238. 252. *Claud. Goth. pagg.* 343. 354. *Severina pagg.* 391. 394.

Juno velato capite ſtolata ſtans, dextra tenet pateram, ſiniſtra haſtæ puræ adnititur. *Salonina pag.* 242. *Mag. Urbica pag.* 511.

Eadem: à dextris juxta pedes pavo. *Her. Etruſcilla pag.* 30. *Salonina pag.* 241.

Pavo cauda expanſa. *Salonina pag.* 241.

Juno Victrix.

Juno ſtolata ſtans, dextra tenet pateram, ſiniſtra haſtæ puræ adnititur. *Salonina pagg.* 238. 252.

Eadem, palmæ ramum dextra geſtat. *Salonina pag.* 238.

Juno ſtolata ſtans, dextra ſuſtinet galeam, ſiniſtra tenet haſtam cum clypeo humi poſito. *Salonina pag.* 238.

IVOC.

Figura muliebris ſtolata ſtans, baculum demiſſum tenet dextra, ſiniſtra geſtat cornucopiæ geminum. *Gallienus pag.* 218.

Jupiter Aug. *vel* Augg.

Jupiter ſeminudus ſedens, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra haſtam puram tenet. II. *Diocletian. pagg.* 7. 10. 29. 41. *Val. Maximian. pag.* 71. *Val. Conſtantius pag.* 105.

Jupiter nudus ſtans, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra haſtæ adnititur. II. *Diocletian. pag.* 41.

Idem: à dextris juxta pedes aquila. II. *Diocletian. pag.* 29. *Val. Maximian. pag.* 71.

Jupiter Cantaber.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra tenet fulmen, ſiniſtra haſtæ adnititur. *Gallienus pag.* 163.

Jupiter Conſervator *in aliis* Aug. *vel* Augg. *vel* Caeſ. *vel* Caeſſ., *vel* Augg. & Caeſſ.

Jupiter ſeminudus ſedens, dextra tenet pateram, ſiniſtra haſtam · ad pedes aquila. *Macrianus pag.* 271. *Macrian. Jun. pagg.* 272. 273. 274. *Quietus pagg.* 275. 276.

Jupiter nudus gradiens, dextra elata fulmen tenet. II. *Licinius Jun. pag.* 201.

Jupiter ſeminudus ſedens, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam tenet. II. *Val. Maximian. pag.* 50. *Licinius pag.* 181.

Idem, ſedens in templo ſex columnis ſuffulto, in cujus epiſtylio ſcriptum IOVI OMVC. II. *Diocletian. pag.* 14. *Val. Maximian.* *Add. ad pag.* 55.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra tenet fulmen, ſiniſtra haſtam. *Æmilian. pag.* 94. *& paſſim.*

Idem, ad pedes à dextris aquila. *Gallien. pag.* 264. *& paſſim.*

Idem; ad pedes à dextris aquila, à ſiniſtris captivus humi ſedens. II. *Licinius Jun. pag.* 200.

Idem; ad pedes à dextris aquila, à ſiniſtris duo ſigna militaria. II. *Diocletian. pagg.* 10. 11. 29. *Val. Maximian. pag.* 92.

Jupiter capite radiato nudus ſtans cum pallio, dextra tenet fulmen, ſiniſtra haſtam. II. *Diocletian. pag.* 7.

Jupiter cum pallio ſtans in templo, dextra tenet fulmen, ſiniſtra haſtam: ad pedes à dextris aquila. II. *Diocletian. pag.* 41.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra haſtæ adnititur, ſiniſtra fulmen tenet. II. *Diocletian. pag.* 32.

Idem: pro pedibus à dextris aquila. II. *Diocletian. pag.* 41. *Licinius pag.* 190.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra tenet fulmen, ſiniſtra haſtam in cujus ſummitate aquila: pro pedibus à dextris aquila, à ſiniſtris captivus humi ſedens. II. *Licinius Jun. pagg.* 200. 201.

Jupiter aquilæ volanti inſidens, dextra fulmen, ſiniſtra haſtam tranſverſam tenet. II. *Licinius pagg.* 182. 183 189. 196.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra globum ſuſtinet, ſiniſtra haſtæ adnititur. II. *Maximin. pag.* 175. *Licinius pag.* 190. *Conſtantin. pagg.* 253. 274.

Idem; ad pedes à dextris aquila. II. *Conſtantin. pag.* 262.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra Victoriæ ſignum ſuſtinet, ſiniſtra haſtæ adnititur. II. *Conſtantin. pag.* 274. *Criſpus pagg.* 311. 315.

Idem; ad pedes à dextris aquila. II. *Licinius pag.* 197. *Conſtantin. pagg.* 273. 274.

Idem; ad pedes à ſiniſtris captivus humi ſedens. II. *Licin. Jun. pag.* 201. *Criſpus pag.* 315.

Idem; ad pedes à dextris aquila, à ſiniſtris captivus humi ſedens. II. *Licinius pag.* 201. *Conſtantin. pag.* 274. *Criſpus pag.* 323. *Conſtantin. Jun. pag.* 339.

Idem,

INDEX TYPORUM.

Idem, ſtans inter duos captivos humi ſedentes. II. *Criſpus pag.* 323.

Jupiter ſeminudus ſedens, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum, ſiniſtra haſtæ adnititur. II. *Diocletian. pag.* 29.

Idem, radiato capite. *Gallien. pagg.* 164. 217.

Idem, capite nudo, ſedens in ſubſtructione, in qua sic x sic xx. II. *Licinius pag.* 181.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum, ſiniſtra adnititur haſtæ in cujus ſummitate aquila: à ſiniſtris captivus humi ſedens. II. *Criſpus pag.* 315.

Idem; à dextris alter captivus humi ſedens. II. *Criſpus pag.* 315.

Jupiter ſtans nudus cum pallio, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra haſtæ adnititur. II. *Licinius pagg.* 183. 185. 190. 191. *Conſtantin. pag.* 263. *Conſtantin. Jun. pag.* 339.

Idem: pro pedibus à dextris corona laurea. II. *Conſtantin. pag.* 274.

Idem; pro pedibus à dextris palmæ ramus. II. *Licinius pagg.* 183. 190. *Conſtantin. pag.* 275. *Conſtantin. Jun. pag.* 339.

Idem; pro pedibus à dextris aquila. II. *Maximin. pagg.* 172. 175. *Licinius pagg.* 181. 183. 188. 189. 190. 196. *Licin. Jun. pag.* 198. *Conſtantin. pagg.* 262. 263.

Idem pro pedibus à ſiniſtris captivus humi ſedens II. *Licinius pagg.* 185. 188. 191.

Idem, pro pedibus à dextris aquila, à ſiniſtris captivus humi ſedens. II. *Licinius pagg.* 189. 190. *Licin. Jun. pag.* 201. *Martinian. pag.* 205. *Conſtantin. Jun. pag.* 346.

Jupiter radiato capite nudus ſtans cum pallio, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra haſtæ adnititur: pro pedibus à dextris aquila. II. *Licinius pag.* 183.

Jupiter ſeminudus ſedens in ſubſtructione, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra haſtæ adnititur. II. *Licinius Jun. pag.* 199.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, haſtæ verò in cujus ſummitate aquila adnititur ſiniſtra: pro pedibus à dextris aquila, à ſiniſtris captivus humi ſedens. II. *Licinius pagg.* 188. 189.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra ſuſtinet globum, ſiniſtra haſtæ adnititur: Victoria coram ſtans, coronam capiti ejus imponit. II. *Diocletian. pag.* 32. *Val. Maximian. pag.* 72.

Jupiter nudus ſtans cum pallio inter duos captivos humi ſedentes averſos, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum, ſiniſtra coronam lauream gerit. II. *Licinius pag.* 196.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, & captivi humi ſedentis dorſum pede dextro premens, dextra elata, ſiniſtra globum ſuſtinet: à ſiniſtris alter captivus humi ſedens. II. *Gal. Maximian. pag.* 141.

Jupiter nudus cum pallio, & Imperator paludatus: uterque dextra extenſa, haſtæ adnititur ſiniſtra: supernè corona laurea. *Gallien. pagg.* 164. 217.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, ſiniſtra haſtæ adnixus, dextra globum porrigit Imperatori paludato, tenenti ſiniſtra ſcipionem. *Gallien. pag.* 164. *Aurelian. pagg.* 366. 368. 377. 388. *Probus pag.* 498. II. *Diocletian. pagg.* 11. 30. 32. *Val. Maximian. pag.* 72.

Idem typus: supernè corona laurea. *Gallien. pag.* 164.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, ſiniſtra haſtæ adnixus, dextra globum porrigit Imperatori paludato, ſiniſtra haſtæ adnixo. *Aurelian. pag.* 376.

Jupiter ut ſuprà, globum porrigit Imperatori paludato, tenenti ſiniſtra ſcipionem, in cujus apice aquila. *Probus pagg.* 448. 467. 488.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum: à dextris ſtat figura minor. II. *Licinius pag.* 191.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra Imperatorem minori forma ſtantem à dextris protegit, ſiniſtra haſtæ adnititur. *Gallien. pag.* 164.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra tenet fulmen, ſiniſtra haſtæ adnititur: à dextris ſtat Imperator minori forma togatus, dextra extenſa, ſiniſtra toga involuta. *Æmilian. pag.* 94. 99. II. *Diocletian. pagg.* 10. 30.

Jupiter ut ſuprà: à dextris ſtat Imperator paludatus, dextra extenſa, ſiniſtra haſtæ adnixus. *Æmilian. pag.* 96. *Gallien. pag.* 164. *Claud. Goth. pag.* 343.

Capra Amalthea. *Gallien. pagg.* 153. 164. 217.

Jupiter nudus imberbis galeato capite, dextra haſtæ, ſiniſtra clypeo humi poſito innititur. II. *Maxentius pag.* 154.

Jupiter Conſervator Orbis.

Jupiter nudus ſtans cum pallio à tergo pendulo, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra haſtæ adnititur. II. *Diocletian. pag.* 8.

Jupiter nudus ſtans cum pallio, dextra tenet fulmen, ſiniſtra haſtæ adnititur. II. *Diocletian. pag.* 11.

Jupiter Creſcens.

Capræ progredienti Jupiter nudus juvenis inſidet, ſiniſtra alteri cornu innixus, dextra protenſa. *Gallien. pag.* 164. *Cor. Saloninus pagg.* 257. 259. 264.

Jupiter Fulgerator, *vel* Fulgurator.

Jupiter nudus ſtans cum pallio quod retinet ſiniſtra, fulmen dextra jaculatur: à dextris juxtà pedes aquila veluti exterrita. II. *Diocletian. pag.* 32.

Jupiter ſtans, dextra elata fulmen tenet: pro pedibus à dextris captivus humi procumbens. II. *Diocletian. pag.* 8.

Jupiter dextra elata tenens fulmen, figuram virilem ſerpentinis pedibus, in genua procumbentem calcat. II. *Diocletian. pag.* 8.

Jupiter Invictus Aug.

Jupiter capite radiato nudus, dextra ſuſtinet Victoriæ ſignum globo impoſitum, ſiniſtra haſtæ adnititur: pro pedibus à dextris aquila; infrà duæ palmæ. II. *Diocletian. pag.* 41.

Jupiter O M Sponſor Sæculi Aug.

Jupiter nudus ſtans à ſiniſtris, dextra poſt terga reducta, haſtæ adnititur ſiniſtra: ex adverſo Imperator paludatus ſtat ad tripodem, haſtæ adnixus ſiniſtra, pateram dextra tenens. *Poſtumus pag.* 303.

Jupiter Pacator Orbis.

Jupiter ſeminudus ſedens, dextra tenet pate-

rem, ſiniſtra haſtæ adnititur: pro pedibus aquila. *Valerian pagg.* 107. 108. 139. *Gallien. pag.* 220.

Jupiter Pacifer.

Jupiter gradiens, dextra elata & expanſa. *Gallien. pag.* 164.

Jupiter Propugnator.

Jupiter nudus ſtans, dextra tenet fulmen, ſiniſtra haſtam. *Tetricus pag.* 406.

Jupiter nudus ſtans cum pallio à tergo volitante, ſiniſtra elata, dextra fulmen vibrat. *Gallien. pagg.* 164. 217. II. *Diocletian. pag.* 42.

Jupiter nudus ſtans, cum pallio in humeros rejecto, dextra elata fulmen tenet, ſiniſtra aquilam geſtat. *Gallien. pag.* 217. *Poſtumus pagg.* 292, 304. II. *Gal. Maximian. pag.* 141.

Idem, ſiniſtra ſuſtinet Victoriæ ſignum. II. *Gal. Maximian. pag.* 144.

Quietator Augg.

Jupiter ſtans, dextra haſtæ innixus, ſiniſtra Victoriæ ſignum ſuſtinet. II. *Diocletian pag.* 42.

Jupiter Stator *in primo* Augg.

Jupiter nudus ſtans, dextra tenet fulmen, ſiniſtra haſtæ adnititur. II. *Diocletian. pag.* 8.

Jupiter nudus ſtans, dextra haſtæ adnititur, ſiniſtra elata. *Gallien. pag.* 153. *Probus pag.* 490.

Idem, elata ſiniſtra fulmen jaculatur. *Poſtumus Jun. pag.* 314.

